Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

14 DAYS
BOOK

Digitized by Google

Philol 135

Found
FEB 2 1901

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 15 Feb. 1899 — 29 Oct 1900

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

(Bind two in one)

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM SEPTIMUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1899.

Digitized by Google

Philol 135

9/2/14 Constantinus fund

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO ANTEHAC E. J. BRILL.

Digitized by Google

INDEX

	Pag.
Adnotationes ad Bacchylidem (Ed. Blass), scripsit H. VAN HERWERDEN	1—46.
Studia Lucretiana (*contin. e Vol. XXV pag.* 313), scripsit J. WOLTJER	47—72.
ΚΡΗΝΑΙ ΚΑΙ ΛΗΡΟΙ? scripsit J. v. L.	72.
Ad Apuleium, scripsit A. V. DESERTINE	72.
ARA — ARX, scripsit I C. VOLLGRAFF.	73—74.
Ad Horatii Carmina III, 21 et 26, scripsit P. H. DAMSTÉ.	75—77.
Hierosolyma capta, scripsit I. M. J. VALETON	78—139.
Ad Odysseam (*contin. ex Mnem. XXVI p.* 408 *sqq.*), scripsit H. VAN HERWERDEN.	140—150.
De nomine Iulo, scripsit C. M. FRANCKEN.	151—154.
ΑΕΙΒΕΤΑΙ — ΘΑΕΙΒΕΤΑΙ. Ad Aristophanis Equit. vs. 327, scripsit J. v. L..	154—155.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, scripsit S. A. NABER	156—220.
Ad Alcmanis(?) fragmentum nuper repertum, scripsit J. v. L.	221.
Lysiaca, scripsit I. C. VOLLGRAFF.	222—224.
Euripidea, scripsit H. VAN HERWERDEN.	225—245.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXVI pag.* 372), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	246 –284.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, (*contin. ex pag.* 220), scripsit S. A. NABER	285—324.

Digitized by Google

Pag.

Ad Aristophanis Aves vs. 354 sqq., scripsit J. VÜRTHEIM . 325—336.

ΚΩΛΥΕΙ—ΠΟΤ ΑΤΕΙ. — Ad Thuc. I 144, scripsit J. v. L. 336.

Quisquiliae I, scripsit J. W. BECK . . . . . 337—340.

Spicilegium Statianum, scripsit H. T. KARSTEN . . . . 341—377.

Varia ad varios, scripsit H. VAN HERWERDEN. . . . . 378—398.

Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, (*contin. ex pag.* 324), scripsit S. A. NABER . . . . 399—450.

Quisquiliae II, scripsit J. W. BECK . . . . . 451—452.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FEB 15 1899
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM SEPTIMUM. PARS. I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1899.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Adnotationes ad Bacchylidem (Ed. Blass.), scripsit H. VAN HERWERDEN	1—46.
Studia Lucretiana (*contin. e Vol. XXV pag.* 313), scripsit J. WOLTJER	47—72.
KPHNAI KAI AHPOI? scripsit J. v. L.	72.
Ad Apuleium, scripsit A. V. DESERTINE.	72.
ARA — ARX, scripsit I. C. VOLLGRAFF	73—74.
Ad Horatii Carmina III, 21 et 26, scripsit P. H. DAMSTÉ. .	75—77.
Hierosolyma capta, scripsit I. M. J. VALETON	78—112.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

ADNOTATIONES AD BACCHYLIDEM (ED. BLASS.)

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FEB 15 1899

Carm. I(d), 2: [ἐκ τᾶ]ς μὲν γένος
ἔπλε[το καρτε]ρόχειρ
Ἀργεῖο[ς .....] λέοντος — |
θυμὸ[ν ἔχων], ὁπότε κτλ.

Lacuna restat sex litterarum capax, postulaturque vocabulum mensura ⏑–⏑. Suspicor:

Ἀργεῖο[ς ἀκμῆτα] λέοντος
θυμὸν ἔχων, ὁπότε κτἑ.

De Blassii supplemento versus sequentis:

χρεῖ[όν τι κερ]βολοῖ μάχας

ampliandum videtur.

Ibidem Id, 21:

Φαμὶ καὶ Φάσω μέγιστον
κῦδος ἔχειν ἀρετάν, πλοῦ-
τος δὲ καὶ δειλοῖσιν ἀνθρώπων ὁμιλεῖ.

i. e. nunc et semper dicam, dicere numquam desistam. Cf. X 24 Φάσω δὲ καὶ κτἑ. Pergit poeta:

ἐθέλει δ' αὔξειν Φρένας ἀν-
δρός, ὁ δ' εὖ ἔρδων θεοὺς
ἐλπίδι κυδροτέρᾳ
σαίνει κέαρ κτἑ.

Ambigo utrum hic similiter dictum sit αὔξειν Φρένας ac IX 44 οἳ δ' ἐπ' ἔργοισίν τε καὶ ἀμφὶ βοῶν ἀγέλαις | θυμὸν αὔξουσι, i. e. *animum oblectant*, an potius similem hic habeamus senten-

Digitized by Google

tiam de divitiis ei quae extat IX 49: *οἶδα καὶ πλούτου μεγάλαν δύνασιν, ἃ καὶ τὸν ἀχρεῖον τίθησι χρηστόν*, ut *αὔξειν Φρένας* hic significet *augere sapientiam*, iudice scilicet populo: *solet autem opulentia facere ut plus sapere videatur possessor*, qualis est popularis illa apud nostrates naenia „het geld, dat stom is, maakt wijs wat dom is". Propter multiplicem autem verbi *Φρήν* vim difficile est certi aliquid statuere, cum praesertim contextus neutram interpretationem excludere videatur. Pindarus Nem. III 58 scribens *γόνον τέ οἱ* (Thetidi) *Φέρτατον ἀτίταλλεν ἐν ἁρμένοισι πᾶσι θυμὸν αὔξων* hac formula usus est de Achille, cuius animum Chiron praeceptis suis penitus imbuit. — Vs. 25 verba *εὖ ἔρδων θεοὺς* respondent verbis *ἀντ' εὐεργεσιᾶν* vs. 19, unde liquet sententiam pervertere Richardsi coniecturam *εὖ ἔρδων θεός*.

Patri victoris pueri Argei, Panthides (vs. 9. Cf. II 14) homo pius fuisse videtur et *Φιλοθύτης* (vs. 19), eundem vero non valde divitem, sed mediae conditionis fuisse apparet cum propter divitiarum minus honorificam mentionem tum praesertim ob vss. 27 sqq.: *εἰ δ' ὑγιείας* (ipsum medicum fuisse docet vs. 11) | *θνατὸς ἐὼν ἔλαχεν* | *ζώειν τ' ἀπ' οἰκείων ἔχει* | *πρώτοις ἐρίζει*, quaeque subsecuntur usque ad finem carminis.

V. 34 *Ἴσον ὅ τ' ἀφνεὸς ἰ-*
μείρει μεγάλων ὅ τε μείων
παυροτέρων.

μείων, i. e. *πενέστερος*. Solus hic adiectivi *μικρὸς* comparativus est et nostro et Pindaro, apud neutrum enim *μικρότερος* aut *ἐλάσσων* occurrunt. „Parvorum non minus desiderium est pauperioribus quam magnorum ditioribus", itaque utrisque aequam parit voluptatem possessio.

V. 40 *ὅντινα κουφότατα*
θυμὸν δονέουσι μέριμναι
ὅσσον ἂν ζώῃ χρόνον, τόνδε λάχεν· τί
μάν; ἀρετὰ δ' ἐπίμοχθος
μέν, τε]λευταθεῖσα δ' ὀρθῶς
ἀνδρὶ κ]αὶ εὖτε θάνῃ λεί-
πει πο]λυζήλωτον εὐκλείας ἄγαλμα.

Digitized by Google

Verba ὅντινα — μέριμναι notant homines, qui genio indulgentes nullam rem seriam et laboriosam mente agitant. Tales vero ne per vitam quidem honorantur, itaque si TIMAN (τιμὰν an τιμᾶν?) est, ut multi opinantur, unum vocabulum, necessario cum Plattio statuendum est corruptum esse τόνδε, pro quo propter versus respondentes expectatur vocula a vocali ordiens, scil. οὐδὲ λάχεν, vel potius οὐδ' ἔλαχεν τιμὰν (τιμᾶν). Blass contra cum aliis metro non offensus cum papyro interpungit post λάχεν, scripto τί μάν; intelligens, quod perdurum mihi videtur (cum Schroedero, cuius vide censuram in Philolog. Wochenschr.), τόνδε τὸν χρόνον λάχεν, et explicans τί μάν, *quid praeterea?*, licet haec formula significare soleat *quid vero? quidni?* eodemque fere sensu poni quo formula πῶς γὰρ οὐ; Si vera est Plattii correctio, τόνδε fortasse est glossema ad χρόνον superscriptum primitus voculae οὐδέ, in cuius locum se insinuaverit.

Carm. II 12 αὐλῶν καναχάς. Cf. Pind. P. X 39. Soph. Trach. 639.

Carm. III 1. Ἀριστοκάρπου Σικελίας. Sic ἀγλαόκαρπον Siciliam Pindarus vocat fr. 106. Cf. Nem. I 15 ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς Σικελίαν πίειραν.

V. 3 γλυκύδωρε Κλεοῖ. Bacchylides prorsus ut Pindarus modo Musas Musamve, Pierides aut Gratias, in genus invocat memoratve, modo peculiarem aliquam Musam, ut Clionem, Calliopen, Uraniam. Praeter has Pindarus Terpsichoram I. II. 7.

V. 15 βρύει μὲν ἱερὰ βουθύτοις ἑορταῖς
βρύουσι Φιλοξενίας ἀγυιαί.

Omnino concinnitas postulare videtur Φιλοξενίαις, quod etiam Richardsio video placuisse. Aperte vocabulo ἀγυιαί non ipsae plateae, sed domus designantur, ut fr. 4, 16 sq. συμποσίων — βρίθοντ' ἀγυιαί. Cf. πόλιν ὑψιάγυιαν carm. XII 71.

V. 18 ὑψιδαιδάλων τριπόδων σταθέντων πάροιθε ναοῦ. Vix necessaria videtur haec Blassii correctio pro ὑψιδαιδάλτων, quod legitur in papyro. De harum cortinarum basibus nuper in Del-

Digitized by Google

phorum ruderibus repertis omnino consulantur quae lectu dignissima scripsit Homolle, Mélanges Weil, pag. 207 sqq.

V. 30 πολυδ[άκρυον] οὐκ ἔμελλε
μίμνειν ἔτι δ[υσφροσύ]ναν.

Ita alterum vs. supplevit Blass, si spatium permittit, recte, cui accuratius tamen convenire videtur Iebbii supplementum δουλοσύναν. Illum si sequimur, vertendum „lacrimabilem non amplius *sustinere* voluit tristitiam", si hunc „l. n. a. *expectare* v. servitutem." Optio difficilis.

V. 33 ἔνθα σὺν ἀλόχῳ τε κεδνᾷ
σὺ[ν τ'] εὐπλοκάμοις ἐπέβαιν' ἄλαστον
θυγατράσι δυρομέναις.

Testibus Plattio et Kenyone post CT una tantum littera deest in ms., quare ille delet τ', conferens vs. 15 βρύει μὲν — βρύουσι (sine δέ), quae tamen minus dura videtur omissio.

V. 44 ⏑⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑]ν ἄστυ. Fortasse fuit ⏑⏑–⏑ θεότιμο]ν ἄστυ, ut caput regni τοῦ θεοτίμου Κροίσου aptissime vocari poterat.

V. 44 Φοινίσσεται αἵματι καλλι]δίνας | Πακτωλός.

Possis etiam χρυσο]δίνας. Vid. Stephani Thesaurum Dind. s. v. χρυσεοδίνης.

V. 45 ἀεικελίως γυναῖκες | ἐξ ἐυκτίτων μεγάρων ἄγονται.

Verba adumbrata ex Homero. Cf. Z 564. I 591 sqq. θ 523 sqq. ξ 264. ρ 433 al.

V. 50 Φίλαι τ' ἀνὰ ματρὶ χεῖρας ἔβαλλον, i. e. ad matrem tendebant palmas. Cf. XII 138 θεοῖσιν ἄντεινον χέρας. (cf. X 100). XIV 45 θεοῖς δ' ἀνίσχοντες χέρας. Nam ἀνέβαλλον pro ἀμφέβαλλον accipi non posse videtur, licet fortasse aptius ita dixisset, siquidem matrem cum ipsis filiabus rogum conscendisse modo vs. 33 comperimus. Ceterum satis inepte infra vs. 58 sqq. Croesi uxorem poeta obliviscitur, nescio an metri angustiis coactus.

Digitized by Google

V. 60 σὺν ταν ισΦύροις κατένασσε κούραις. Respondet vox Latina *gracilipes*, qua de ciconia utitur Publius Syrus apud Petronium, cap. 55. ΤανίσΦυρος (cf. V 39) et τανίΦυλλος (XI 10, 55) euphoniae causa dicta videntur pro τανύσΦυρος et τανύΦυλλος. Simili de causa Pindarus ὀρσοτρίαινα usurpavit iuxta ὀρσίκτυπος et ὀρσινεΦής.

V. 67 ὅς | τις μὴ Φθόνῳ παίνεται, ut Pind. P. II 56. Nescio tamen an primae manus lectionem (ϝ)ιαίνεται iure tueatur Richards glossa Hesychiana ἰαίνεται· χολοῦται, πικραίνεται, παρὰ τὸν ἰόν. Φρύνιχος Αἰγυπτίοις, ut πιαίνεται sit mera correctoris coniectura non necessaria. Vox ἰός, *virus*, potuit habere digamma, qua littera Bacchylides V 75 vitiose munivit ἰός, *sagitta*. Ceterum Graecos, posteaquam evanuit digamma, non amplius utrumque vocabulum distinxisse apparet e vocabulo τοξικόν.

V. 69 εὐθα]λῆ Φίλιππον ἄνδρ' ἀρήιον. Parum apte εὐθαλής ex hac coniectura audit Hiero, qui iam tum calculo laborabat, quo anno sequenti mortuus est, eoque ineptius, quod ob hunc ipsum morbum poeta fabula de Croeso propter pietatem ab Apolline ad Hyperboreos transportatum tyrannum consolatur. Neque admodum mihi arridet Piccolominii coniectura εὐσταλῆ, sed vix dubito quin Bacchylidi reddendum sit θεσΦι]λῆ, quia Hiero comparatur in hoc carmine cum rege θεοΦιλεστάτῳ Lydorum Croeso. Hoc adiectivo poeta usus est etiam X 60. Non displicuisse Blassio meam coniecturam efficio ex iis quae scripsit pag. 199, coll. indice s. v. θεοΦιλής.

V. 70 τεθμ]ίου σκᾶπτρον Διός. Non sine fideiussore Blassium ita supplere suspicor, quamquam equidem Apollinem et Cererem hoc cognomine gaudere sciens Iovem ignoro. Piccolomini coll. carm. I c. 6 Εὐκλε]ίου coniecit, nisi quod a me in errorem inductus ibi corrigit εὐκλείτου. Vide enim Blassium ad illum locum. — Vox σκᾶπτρον hic tantum legitur apud B. Pindaricum est σκᾶπτον.

V. 76 διδύμους ἀέξειν γνώμας, *duplicem fovere sententiam*,

Digitized by Google

i. e. duas res reputare. Ubinam verba Apollinis ad Admetum finiantur, utrum vs. 82 voce τελεῖς, an vs. 84 verbo ὑπέρτατον editor non significavit, sed finiri videntur, ut voluit Kenyon vs. 84. Unde autem sumserit aut sumere potuerit poeta hanc Apollinis orationem nemodum, quod sciam, indicavit. Ipsa sententia mihi obscurissima „reputa tecum et crastino *tantum* die te lucem solis adspecturum esse et quinquaginta annorum vitam te agere ditissimum." Praecipua difficultas est in priore sententiae parte, quam intelligerem, si dixisset „incertum esse an cras viveret, et contentum esse debere qui iam per quinquaginta annos vitam felicem transegerit; itaque laete vivendum esse colenti deos, cett." Minueretur ea difficultas, si pro μοῦνον legeretur ταὐτὸν „idem solis lumen", ita enim haec verba intelligere possis de probabilitate, quinquagenarii vitam per aliquod certe temporis spatium adhuc duraturam esse, neque igitur esse desperandum. „Cras adhuc vives, ut iam per L annos vixisti; quare animum oblecta pie agens; hoc enim lucrorum supremum est." Si locus tamen quantumvis obscurus sanus est, apparere videtur in ea fabulae Admeteae forma, quam B. secutus est, regi iam quinquagenario praedictum fuisse, ut die tertio moreretur, nisi vicarium pro se substituisset. Quod utut est, valde probabilis est Kenyonis sententia, Hieronem tum eandem fere aetatem attigisse, itaque natum esse c. a. 510 a. C., si quidem victoriam Pythicam, quae hoc carmine celebratur, a. 468, i. e. anno ante eius mortem, ab eo reportatam esse constat.

V. 85 *Φρονέοντι συνετὰ γαρύω· βαθὺς μὲν*
αἰθὴρ ἀμίαντος· ὕδωρ δὲ πόντου
οὐ σάπεται· εὐΦροσύνα δ' ὁ χρυσός.

Agitur, ut bene sensit Kenyon, de elementorum constantia opposita vitae humanae fragilitati, sed quod vertit „geld is joy *for ever*" cum per se parum apte dictum est (non tuetur Pind. O. III 43 sq.) tum introducit notionem, quae verbis Graecis deest. Mihi igitur dubium non est, quod et alii intellexerunt, quin εὐΦροσύνα laboret, et quidem gravissima corruptela, quam propositae coniecturae non tollant. Suspicor autem:

οὐ Φθόρον οἶδ' ὁ (οἶδε?) χρυσός.

Digitized by Google

Aurum non tangit robigo. Pindarus fr. 222: Διὸς παῖς ὁ χρυσός· κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει. — Aeschylus Pers. 570 non aetherem, sed mare ἀμίαντον vocavit ut Theognis 447 aquam, Pindarus paene ut noster fr. 142 θεῷ δὲ δυνατὸν ἐκ μελαίνας νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι Φάος. — Cum verbis sequentibus ἀνδρὶ δ' οὐ θέμις, πολιὸν π[αρ]έντα | γῆρας, θάλειαν αὖτις ἀγκομίσσαι ἥβαν possunt quodammodo comparari verba Achillis apud Hom. Iliad. IX 406 sq.:

λητοῖ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα,
κτητοὶ δὲ τρίποδές τε καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα·
ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστὴ
οὔθ' ἁλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

V. 94 πράξαντι δ' εὖ | οὐ Φέρει κόσμον σιωπά. Similis est sententia Pindarica fr. 121, 4 θνάσκει δὲ σιγαθὲν καλὸν ἔργον. Cf. Pind. I. V 12, N. VII 12 sq. Iam Kenyon attulit Horatiana illa: *Paullum sepultae distat inertiae celata virtus.* Nec sequentia verba σὺν δ' — ἀηδόνος ab illius sentiendi ratione abhorrent, iuxta victores laude dignissimos esse poetas, qui horum facinora laudent celebrentque. Cf. Theocriti carm. XVI.

V. 97 μελιγλώσσου — ἀηδόνος. Cf. fr. 4, 2 μελιγλώσσου — ἀηδόνος. Pind. O. 11, 4 et al. μελιγάρυες ὕμνοι. I. 2, 32 μελικόμπων ἀοιδᾶν (cf. fr. 246). O. 6, 21 μελίΦθογγοι — Μοῖσαι. I. 5, 9 μελιΦθόγγοις ἀοιδαῖς, fr. 122 μελίΦρονος — σκολίου, fr. 152 μελισσοτεύκτων κηρίων ἑμὰ γλυκερώτερος ὁμΦά. Similia addi possunt. Plenus est Bacchylides ut poeta Thebanus suae laudis, velut IX 10, ubi sese vocat λιγύΦθογγον μέλισσαν. Summopere dolendum est hanc oden tam vexatam ad nos pervenisse, quia vix ulla aeque bene composita mihi videtur earum, quae aetatem tulerunt.

Carm. IV 7:

ἔτι δὲ χρυ]σοθρό[νοιο
δῖς ἤδη μά]θ' Ὀ[ρτυγί]ας ἀλέκτωρ (i. e. Alpheus)
⏑⏑⏑ κἀ]μεγα[ρ]τὶ νόῳ
ἀμέραισι] μέσαι[σιν] ὕμνους
⏑⏑⏑, οἵσι τὸ]ν ἀμΦὶς ὀρ-

Digitized by Google

θὸν ἀνέχοντα Δίκ]ας τάλαν[τον
Δεινομένεός κ' ἐγεραίρομεν υἱόν.

Qui ingeniosissime locum lacerum ita explevit Blass monet iuxta κἀμεγαρτὶ requiri alterum adverbium, quod si fide digna sint reliqua supplementa, facile reperias me iudice inserendo ἀγανά, ut alteram lacunam apte expleveris infinitivo φλεγέμεν, collato fr. 4, 17, ubi pro φλέγονται, quamquam defenso a Blassio, probabiliter φλέγοντι correxisse mihi videtur Bergk. Cf. Soph. in Oedipi regis parodo παιὰν δὲ λάμπει. Restat tamen mihi scrupulus in usu voculae κε vs. 13, quam repetitionis esse ait editor: nam in vulgus quidem notum est voculas ἄν et κε usurpari in actione *identidem* repetitae, sed nullum novi exemplum huius usus in actione *semel* repetita. Quapropter neutiquam miror Iebbium in Mélanges Weil. p. 240 verba κ' ἐγεραίρομεν [interpretari „honoraremus", suspicantem quod et mihi in mentem venerat vs. 8 in lacuna fuisse Pindaricum [O. 12, 14) ἐνδομά]χας ἀλέκτωρ, et sermonem fuisse de turbis intestinis in Ceo insula, quae hoc ipso tempore causa fuerint, cur Bacchylides, quem exulem in Peloponneso vixisse constat, pulsus sit in exilium, poetam autem sic excusare, cur Hieronis hanc victoriam Pythicam tam exiguo carmine celebret.

Quod si ita est, de Blassiana vexatissimi loci restitutione amplius erit considerandum, imprimisque videndum an recte fecerit, vs. 7—11 collocans fr. 22 apud Kenyonem, de quo ipse annotat „etsi nullus est conexus, ne in vs. 11 quidem." Hoc tamen concedendum vehementer pro hac aut simili restitutione pugnare, quod sic apta interpretatio nascitur verbis (15 sq.) μοῦνον ἐπιχθονίων τάδε μησάμενον, quae de una quidem victoria Pythica dicta mirifice exaggerata sunt, de tribus contra facillimam admittunt explicationem. — Num vero unquam de loco tam male habito certi quidquam pronuntiari possit, multum dubito. Nihilominus animadversione digna est novissima Iurenkae loci expletio.

V. 17 δύο τ' ὀλυμπιονίκας. De Gelone et Hierone haec dici putat Guilielmus Christ, Sitzungsb. d. bai. Akad. v. Wiss. 1898, Heft I p. 17 sqq. — Cf. Kenyonis nota.

Digitized by Google

Carm. v. 6 ὠκυπόδ[ων ἀρετᾷ] σὺν ἵππων. Praepositio σὺν extra compositionem 32 locis Bacchylideis occurrit, μετὰ contra (neglectum in Blassii indice) bis tantum, semel cum dativo V. 30 (ubi vid. Bl.), semel cum genetivo X 123. Etiam apud Pindarum μετὰ c. g. pro σὺν admodum rarum est. Contraria proportio, ut animadverterunt viri docti, obtinet apud veteres scriptores pedestres Atticos, excepto Xenophonte, qui σὺν fere adhibent de iis quae numero alicui inclusa sunt.

V. 8 δεῦρ' ἄθρησον νόῳ. Abnormem metri rationem Blass excusat aliis exemplis, ubi Bacchylides accuratam responsionem neglexit, quae exempla num et ipsa omnia sana sint difficile dictu est. Rectissime autem parum elegans dicit Kenyonis supplementum σὺν νόῳ propter subsequens ἢ σὺν Χαρίτεσσι. Si quid mutandum, cum Plattio scripserim ⟨εὐ⟩νόως, qui cft. Pind. P. II 69.

V. 16 sqq. In hac comparatione, quod bene tenendum, poeta non semet ipsum cum aquila contulit, ut fecit Pindarus O. II 96 sq., sed amplam Hieronis celebrandi materiam (qua tamen iusto parcius usus mihi videtur) cum immenso aethere, quem avium regina pervolet.

V. 22 πτάσσοντι δ' ὄρνιθες λιγύφθογγοι Φόβῳ. Cf. Alcaei fr. apud Herod. π. μ. λ. p. 13, 9: ἔπταζον ὥστ' ὄρνιθες ὠκὺν αἰετὸν ἐξαπίνης φανέντες. Soph. Ai. 169 μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες τάχ' ἄν, ἐξαίφνης, εἰ σὺ φανείης, σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.

V. 26 δυσπαίπαλα κύματα.
Haud inepte Anglus vir doctus (qui sit nunc non memini) adiectivum a Nairnii coniectura δυσπέμπ(Φ)ελα defendit citando versu Tennysoni „for ever climbing up the *climbing* wave." Parum autem feliciter poeta me iudice omnino hic iuxta summa montium cacumina commemoravit maris undas, in quibus idem certe aquilarum genus quod montes habitat non solet natare. De ἀλιαιέτοις fortasse cogitavit, sed hi non adeo sublimes evolare consueverunt. — Mox de verbis λεπτότριχα — ἔθειραν aquilae plumas denotantibus post Kenyonem reste iudicavit O. Crusius scribens „Des Dichters kunst und sprachgefühl war nicht immer lebendig genug um ihn vor kakozelie zu bewahren."

Digitized by Google

Ceterum peius Babrius Myth. 72, 9 in tenui scribendi genere de ave dixit ἐκτένιζε τὰς χαίτας. — Quod vs. 26 B. dixit ἐρισφαράγου pro ἐρισμαράγου, quod etymologia postulat, in eo conspirat cum poetis, qui post Homerum floruerunt, omnibus. Nam sine discrimine utrumque vocabulum adhibent, licet σφαραγεῖν apud Homerum significet σφριγᾶν s. σπαργᾶν, contra σμαραγεῖν valeat κτυπεῖν. — Χάος praeter Bacchylidem aetherem vocarunt Euripides secundum Probum ad Verg. Ecl. 6, 31 et Simias in A. P. XV 21, 7. — Tota comparatio, quamvis splendidissima, iusto longior mihi videtur.

V. 42 γᾷ δ' ἐπισκήπτων πιφαύσκω. Cf. VII 41, ubi χέρα additur, Herodot. IV 172, Hom. Od. I 21, XI 24. Pind. O. II 101 αὐδάσομαι ἔνορκον λόγον ἀλαθεῖ νόῳ.

V. 47 ὃν κυβερνήταν φυλάσσων. Ambigo dicatne poeta „non excusso suo rectore, i. e. equite" an „observans rectorem, i. e. ei parens", magis tamen arridet prior explicatio: in tanta tamen velocitate ita mansuetus fuit Pherenicus, ut facile sedem teneret eques. In praegressis (43) οὔπω aperte non *nondum* significat, sed Homerice valet οὔπως, i. e. οὐδαμῶς.

V. 48 ἵεται νεόκροτον νίκαν — τιτύσκων. Pro miro adiectivo in „the Classical Review", coll. fr. 4, 6 proposui νεόκριτον, quod etiam Blassio nunc video placuisse. Si tamen recte Angli observarunt praesentis historici usum alienum esse a poesi lyrica, cogitari potest de scribendo ἵετ' Ἀλφεόκροτον, ut spectetur ungularum strepitus equi in Alphei ripa currentis. Cf. Hom. Λ 160. Ο 453. Pind. P. V 92. Quod pap. habet ἵεται, eodem iure spiritu leni et aspero donari potest, noto enim discrimine verba (ϝ)ίεμαι et ἵεμαι ab Homero distinguuntur, quem si sequimur, h. l. ἵεται scribere oportet. Dubitari tamen potest num, posteaquam evanuit digamma, poetae utrumque verbum distinxerint.

V. 50. Cf. Pind. N. VIII 17.

V. 53 οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντα γ' εὐδαίμων ἔφυ. Cf. Ho-

Digitized by Google

rat. Carm. II 16, 27 sq. *Nihil est ab omni parte beatum* et Pind. N. VII 35. Haec sententia introducit auditores in fabulam sequentem, quae ne fortissimos quidem heroes fati ineluctabilem vim eludere docens (cf. 94 sqq.) a poeta destinata est ad consolandum Hieronem, qui quantumvis gloria et opibus florens nihilominus cum adversa aliqua fortuna conflictatus videtur. Fortasse iam tum tyrannus, qui nono post anno calculo mortuus est, gravi ac doloroso illo morbo laborabat.

V. 56 ἐρειψιπύλαν Kenyon refert ad Troiam eversam ab Hercule. Idem evertit Oechaliam (cf. B. XV 14) et Augeae regis urbem (Pind. O. X 35 sqq.). Ad Ἄιδου πύλας est qui minus probabiliter referat.

V. 64 ἐδάη, de re hucusque incognita, *cognovit*. Temere Platt ἔιδεν coniecit. Cf. Bentlei nota de verbo *discere* ad. Hor. carm. III 3, 38.

V. 65
οἵά τε Φύλλ' ἄνεμος
Ἴδας ἀνὰ μηλοβότους
πρῶνας ἀργηστὰς δονεῖ.

Jebb ἀργεστάς coniecit, iungens cum ἄνεμος, sed ita pro ἄνεμος potius expectes πνέων. Recte *candidus* vertit Kenyon, et ἀργῆτα Κολωνὸν contulit Blass. Praeterea amat Bacchylides duplicare epitheta.

V. 75 ἀναπτύξας Φαρέτρας πῶμα. Homerus ἐσύλα(ε) πῶμα Φαρέτρης.

V. 91
τὰ δέ που
Παλλάδι ξανθᾷ μέλει.

Cf. Soph. fr. 865, 2 Nck[2]: τῇ τύχῃ μέλει τάδε. *Flavam* deam vocat, ut Pindarus N. 5, 7; apud Homerum Cereris est epitheton.

V. 98 sq.
καλυκοστεΦάνου
σεμνᾶς χόλον Ἀρτέμιδος λευκοστεΦάνου.

Tria h. l. Diana habet epitheta, ut Minerva 12, 164 ἃ χρυσάρ-

Digitized by Google

ματος σεμνὰ μεγάθυμος Ἀθάνα. Paullo excusabilior est locus **12**, 103 Εὐβοίας παῖδ' ὑπέρθυμον βοα[τὰν] Αἴαντα σακεσφόρον ἥ[ρω], sed omnem modum excessit poeta **10**, 37 Ἄρτεμις ἀγροτέρα χρυσαλάκατος — [ἡμέ]ρα τοξόκλυτος, ubi tamen ἀγροτέρα, venatrix, artius quam reliqua cum deae nomine coniunctum est. Bina autem epitheta plurimis (23 notavi) locis reperiuntur. Plurium epithetorum usum sublimioris poesis proprium B. duxisse videtur; ut hoc imprimis carmen, quod splendidissimum esse voluit, maxime hoc usu vel potius abusu insigne est. Non omnia aeque apta esse disputat Jebb, Mélanges Weil, pag. 241.

V. 105 ἀναιδομάχαν, i. e. οὐκ αἰδόμενον (= φοβούμενον) μάχεσθαι = ἀταρβομάχας XV 28. Cf. ἀδεισιβόας infra vs. 155 et X 61, quae omnia sunt vocabula aliunde incognita, qualia fere centum reperiuntur apud nostrum, haud spernendum Graeci sermonis artificem, licet probabile sit horum partem deberi aliorum poetarum locis hodie deperditis. — Ad vs. 104 sqq. cf. Soph. Meleagri fr. 369 Nck[2]: συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύας | ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἐκηβόλος θεά.

V. 109 μῆλα, βροτῶν, ut apud Homerum Ω 43 procul dubio eadem verba interpungebat Aristarchus, suae de usu vocabuli δαίς doctrinae memor.

V. 112 ἐνδυκέως hic et 125 = κρατερῶς, ut animadvertit Blass. Homerus adverbium (*sedulo*) de solo hospitio adhibet, praeterquam Ω 158. 187. 428 et Ξ 109. Apud reliquos poetas ante aetatem Alexandrinam nusquam apparet.

V. 114 κάρτος — ὄρεξεν. Homerica sunt κῦδος ὀρέγειν, ὀπάζειν, alia.

V. 115 θάπτομεν fortasse non est praesens, sed imperfectum. Vide supra ad vs. 48.

V. 116 ἐπαΐσσων. Verbum ἀίσσω cum compositis διαΐσσω,

Digitized by Google

ἐπαΐσσω nusquam a B. contrahitur. Pindarus habet solum μεταΐσσω.

V. 139 ἀτάρβακτος. Sana igitur est, ut notat Kenyon, lectio codicum Pind. P. IV 84, ubi olim Hermanno ἀταρμύκτοιο, nuper mihi ἀτυρβάκτοιο legendum videbatur. Exstitit igitur verbum Doricum ταρβάζω ductum ab eadem radice, unde natum est τάρβος.

V. 142 ἀγκλαύσασα (ms. ἐγκλ.) si vera est lectio, Althaea non filii mortem plorare, sed prae furore fiere cogitanda est. Lenissima Wilamowitzii coniectura ἐκκλάσασα procul dubio falsa est, quia ἐκκλήειν est *excludere*, non id quod sententia postularet, *promere*, nec melius Tyrrell coniecit ἐγκλάσασα, vix Graece pro ἔνθ' ἐνέκλασεν. Longe his praestat Housmani suspicio ἑλκύσασα, nam verbi ἕλκειν notio vehementior satis convenit mulieris furori. Acquiescendum tamen esse lectioni receptae iudico, nec fortasse iniuria Iurenka pap. lectionem ἐγκλαύσασα tuetur Aeschyleo (Agam. 541) ἐνδακρύω, de sensu loci conferens Ovid. Metam. VIII 479 sq.

V. 153 sq. πύματον δὲ πνέων δάκρυσα τλ[άμων,
ἀγλαὰν ἥβαν προλείπων.

Obversabatur poetae nobilis Homeri locus

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἀϊδόσδ' ἐβεβήκει
ὃν πότμον γοάουσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

ut vs. 151 ad verba μίνυνθα δέ μοι ψυχὰ γλυκεῖα Blass optime citavit Iliad. A 416 ἐπεί νυ τοι αἶσα μίνυνθά περ κτέ., sic ea defendens a Purseri coniectura μινύνθα = μινύνθη, et Kenyon ad vs. 162 sq. Od. κ 202. 568 ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίγνετο μυρομένοισι; quibus multo similiora sunt verba Bacchylidea quam ceteris locis, ubi sententiam Homericam expressit.

V. 164 χρὴ κεῖνο λέγειν ὅ τι καὶ μέλλει τελεῖν. Τελεῖν intransitivum, ut Soph. El. 1417 τελοῦσ' ἀραί. Sententia „quod habeat exitum", i. e. *quod conducat proposito.*

V. 165 ἦρά τις — ἐστιν —; Notam formulam Homericam

Digitized by Google

similiter Pindarus adhibet P. XI 38 et cum duro hyperbato P. IX 36. Platt alludi putat ad matrimonium aliquod eo tempore iunctum in aula Hieronis, provocans ad Pind. O. I 69—89; Christ autem Sitz. d. bai. Ak. Heft I p. 12 sqq. monet scholiastam Pindari O. II 29 Timaeum secutum docere, Simonide auctore Hieronem in gratiam rediisse cum adversario Therone huiusque sororem (neptem vocat Schol. I. II inscript.) duxisse uxorem: *καὶ διελύθησαν τῆς ἔχθρας, ὡς καὶ κηδείαν τινὰ πρὸς ἀλλήλους ποιήσασθαι, Ἱέρωνος λαβόντος τὴν Θήρωνος ἀδελφὴν γυναῖκα· ὅθεν ὁ Πίνδαρος μεταπέμπεσθαι παραινεῖ τὰ γεγενημένα.* Haec autem cum accidisse videantur a. 476, Christ hoc argumento confirmat Bergkii sententiam huic anno assignandam esse hanc victoriam Olympicam, ab utroque poeta celebratam, non a. 472 cum Boeckhio, cuius opinionem iam argumento ex hac oda petito prorsus profligatam esse optime demonstravit Kenyon p. 35 sqq. Ceterum in disquisitione de numero annorum per quot idem equus vincere potuerit aliquam vim habet locus Herodoti (VI 103), ubi dicitur Cimon, pater Miltiadis tres deinceps victorias Olympicas, itaque spatio annorum novem, reportasse equis iisdem, non tamen eam vim habet ut Kenyonis disputationem evertat.

V. 172 *χλωραυχένα* — *Δηιάνειραν*. Nihil obstare videtur, quominus hoc epitheton, quo Simonides fr. 73 sensu multum diverso de luscinia usus est, h. l. interpretemur *florida cervice*, i. e. iuvenili, coll. *χλωρὸν αἷμα* Soph. Trach. 1044. Eur. Hec. 124 et *χλοερὰ μέλεα* Theocr. 27, 66, *χλοερὸν γόνυ* 14, 70. Immerito igitur poeta propter hunc vocabuli usum inculpatur a Iebbio, Mélanges Weil. p. 241, cuius interpretationi (est-ce que *χλωρὸς* designer ait ici le teint olivâtre du Midi?) non magis accedo.

V. 176. *Καλλιόπα | στᾶσον — ἄρμα | αὐτοῦ*. Cf. Pind. P. X 65 *ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων τετράορον*. I. VII 62 *ἔσσυταί τε Μουσαῖον ἅρμα Νικοκλέος μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι.*

V. 184. *Συράκοσσαι*, formam Pindaricam, pro *Συράκουσσαι* hic reposuit Blass, quod et ego feceram. Fieri tamen potest ut

Digitized by Google

nihil mutandum sit. Nempe etiam apud Herodotum VII 155, 10. 156, 1. 3. 4. 5. 11. 12 antiquior codicum habet formam Συράκευσσαι cum diphthongo et duplici sibilanti. Si autem quid in talibus tribui potest papyro, Bacchylides, quem natione Ionem fuisse non est obliviscendum, in formis puris Doricis adhibendis multo est Pindaro parcior.

V. 186 εὐδαιμονίας πέταλον obscurius dictum. Voluitne poeta εὐδαιμονίαν θάλλουσαν (cf. Pind. P. VII 21), an coronam (victoriam) felicitatis causam? *Suffragium* (coll. Isthm. VII 43) felicitatis (his vote for his happiness) vix bene interpretatus Tyrrell, scribens πέταλον ⟨ὂν⟩.

V. 188. Multus est de invidia, praeclarorum facinorum comite, uterque poeta. E Pindaro cf. P. VII 19 τὸ δ' ἄχνυμαι, φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα, XI 29 ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον, fr. 212 φθόνον | κενεοφρόνων ἑταῖρον ἀνδρῶν, P. I 85 κρέσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος, e nostro III 68. XII 199 sqq. (XV 21).

V. 196 εὐκλέα κελεύθου γλῶσσαν. Pendet genetivus ab εὐκλέα, et κέλευθος significat *vitae semitam*, i. e. vitam, ut Aesch. Cho. 345 τέκνων τε κελεύθοις ἐπιστρεπτὸν αἰῶνα κτίσσας. Cf. Pind. N. IV 86 ἐμὰν γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆσαι. Hesiodus (190 sqq.) dixerat „quem di honorent, eum comitari etiam mortalium laudes." Cui sententiae obtemperans poeta mittit Hieroni carmen suum laudatorium, nam laude hominum florent boni, quibus Iuppiter faveat. Πυθμένες ἐσθλῶν propter usum verbi θάλλειν ornatius dixisse videtur pro ἐσθλοί [1]). Si recte deinde suppletum est Φυλάσσοι (alii Φυλάσσει) carmen, ut plurima Pindari, voto finitur. Fortasse simul alluditur ad compositam cum Therone pacem. Vid. ad vs. 165.

Carm. VI grata simplicitate insigne, in quo tamen displicet initio frigidus verborum lusus Λάχων — λάχε, licet similes

1) Magis nunc placet Iurenkae sententia, qui vs. 196 supplens ο[ὐκ ἐκτὸς προείς pro neutro habet ἐσθλῶν, vertens „der edlen Thaten Wurzelstock."

Digitized by Google

reperias apud Simonidem fr. 13 (cf. Herod. VI 60), Pind. N. 5, 50 sq. O. 13, 99 ex optima Christii emendatione ἕξορκος pro ἔξορκος.

V. 5 ἀμπελοτρόφον Κέον. Nota erat insulae fertilitas et in omnibus fere maris Aegaei insulis generosae vites colebantur, (quod de Ceo testantur nummi, in quibus est *uva*) nec tamen vinum Ceum fama celebratum fuisse videtur. Eodemne pertineat pusillum fragmentum II 5 πο]λυαμπελ. quis pro certo dixerit? Cf. ad VII 45.

Carm. VII 1 sq. Ἡμέραν significari, coll. Hes. Theog. 124, putat Kenyon probantibus Blassio et Headlamo, qui provocat ad Aesch. Ag. 276 sq. et 291, quorum locorum et ipse, ut primum haec legi, recordabar. Crusius contra propter νείμῃς vs. 8 (coll. Theog. 223) Nemesin designari existimat, quae postea Olympiae templum habuerit et certaminum patrona duceretur, lectores relegans ad Mus. Rhen. LIII, p. 400; Rob. Ellis (Κρόνου coniciens), Νίκην intellexit: teste enim Pausania VII 8, 3 Noctem secundum nonnullos duarum, secundum Hesiodum Theog. 223 unicae Nemesis matrem fuisse, Nemesin autem et Victoriam una commemorari in sero hymno Mesomedis. Tandem Iana E. Harrison coll. fr. 40 Bgk Lunam intellegendam putavit. Longe simplicissima videtur Kenyonis opinio. Valde vero deplorandum est vs. 4 et 5 paene totos evanuisse, nimis enim incertae sunt nec loci constructionem expediunt Desrousseauxii (Mélanges Weil) supplementa ... π]αρ' [Ἀλφειοῦ ῥόαισι δι|νᾶν]τος αἱμ[ακουρίαις] .... coll. Pind. Ol. I 93. Valde tamen probabile est ultimum, in quod incidit etiam Iurenka, cuius editio nunc ipsum mihi affertur, ingeniosissime vss. 2—5 explens, quem consulas.

V. 45 ἐν ἄλικι χρόνῳ, eadem aetate, i. e. puerum aeque parvum et virum aeque iuvenem ac Aristomenes, pater Lachonis victoris, si recte Blass carmen VIII (Ken.) cum VII (K.) coniungens eundem puerum celebrari intellexit. In magna lacuna fuisse propter colorem et texturam chartae fr. II et V suspicatur Blass, quam suspicionem in priore vs. 5 πο]λυαμπελ[,

Digitized by Google

coll. VI 5, quodammodo confirmare videtur. Gloriatur popularis sui virtute poeta.

V. 48 κεραυνεγχής nove dictum pro vulgari ἐγχεκέραυνος. Sic novum B. dedit Minervae epitheton πολέμαιγις (male quidam πελέμαιγις) XVII 7, ὀβριμοδερκής XV 20 eidem pro γλαυκῶπις, Neptuno ὀρσίαλος pro vulgari πόντιος sive ἁλυκός XV 19, ad similitudinem epithetorum ὀρσίκτυπος, ὀρσινεφής, ὀρσοτριαίνης.

VIII 1 δόξαν — πεισίμβροτον, gloriam homines ad praeclarissima quaeque excitantem. Cf. δαμασίμβροτος, ἐναρίμβροτος, μ(ε)ιξόμβροτος, al. et Aesch. Cho. 357.

V. 3 προφ..ας ms. Blass Kenyonem secutus, propter 28 (πρόφαται) ut videtur, supplet προφ[ά]τας, quamquam προφήτας scribere debuerant propter normam, quam Kenyoni observatam probavit Blass, Bacchylidem evitasse in duabus continuis syllabis Doricum ᾱ, quam tamen legem numquam extitisse ostendam infra, ubi agam de sermone Bacchylideo.

V. 12 τὰν ξανθοδερκὴς (comparatur de hoc serpente Statii Theb. V 508 *livida fax oculis*) πέφν' ἀσαγεύοντα δράκων ὑπέροπλος σᾶμα μέλλοντος φόνου.

Etiam atque etiam considerandum videtur, annon verum viderit Headlam, cuius coniecturam ne commemoravit quidem Blass, mutatione vix ulla corrigens ἄσαγ γεύοντα, i. e. ἄσαν γεύοντα, cum hac explicatione „He gave the Argeioi a *foretaste of woo*, and therefore they called him (Opheltas) Archemoros." Cf. Pind. N. X 26, p. 424 sq. Paus. II 15, 2.

V. 15 οὔ (pap. ὀυ) νιν πεῖθε, non poterat iis persuadere (qui suasit) Amphiaraus ut in patrias redirent. Non persuasit mihi Platt coniciens οὔ.

V. 27 πενταέθλοισιν γὰρ ἐνέπρεπεν ὡς
ἄστρων διακρίνει (cum accentu pap.) φάη
νυκτὸς διχομηνίδος εὐφεγγὴς σελάνα.

Blass rescripsit διακρινεῖ φάει, introducto adiectivo nusquam

Digitized by Google

lecto, cui εὐκρινής comparat, nec monito lectore, quid novum illud vocabulum significet. Quod autem haesit in usu plurali φάη, id vix ullius momenti videtur, quoniam suum cuique astro lumen est, itaque pluralis numerus peraptus. Quare potius cum aliis criticis ΔΙΑΚΡΙΝΕΙ habeo pro verbo corrupto, cuius tamen medelam Tyrrell coniecturis suis διαχραίνει vel δι' ἀκταίνει non assecutus est, nec iam placet quod ipsi mihi in mentem venit διακναίει. Fortasse ex hoc loco Horatius carm. I 12, 47 adumbravit suum *micat inter omnes | Iulium sidus, velut inter ignes | Luna minores*, unde, si lenior esset mutatio, conicerem διαιθύσσει. Verbum enim αἰθύσσειν utramque *micandi* notionem continet. Cf. Pind. O. VII 95 et Arati Phaenom. 1023. Nec longe ab hac distat comparatio Pindarica I. III 42, ubi de vetere generis (victoris) fama e somno quasi experrecta dicitur: χρῶτα λάμπει, Ἀωσφόρος θαητὸς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις. Cf. etiam Ovid. Metam. II 722 sqq. et corruptus Theocriti locus 18, 26 sqq. De huius igitur loci emendatione ampliandum esse censeo.

V. 30—36. Quantivis pretii testimonium, unde iam apparet ordine pentathli certamina enumerasse Simonidem in noto epigrammate

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα
ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

V. 35 βοὰν ὦτρυνε λαῶν. (puncto caret pap.)
ἦ (η pap.) τελευταίας ἀμάρυγμα πάλας.

Sic edidit Blass, commemorata Housmani coniectura βοάν τ' ὦρινε λαῶν | οἳ τελ. κτλ. De τ' ὦρινε quin recte emendaverit punctum temporis non dubito, sed displicet οἳ, quia papyrus non ea scriptus est aetate qua perversa pronuntiatione diphthongus οι et vocalis Η confundi potuerint. Simpliciter fuerat corrigendum:

βοάν τ' ὦρινε λαῶν
ἦ τελευταίας ἀμάρυγμα πάλας

prorsus ut vocula ἦ *profecto* usus est Pindarus O. 13, 46 et N. 4, 64 e verissima Bergkii correctione.

Digitized by Google

V. 37 *ὑπερθύμῳ* in bonam partem, ut ubique apud Homerum et Pindarum. Iniuria igitur vocem sollicitavit R. Ellis.

V. 40 sq. Asopi celeberrimi fluvii, inter omnes maxime invidendi (46) primum nepotes (Telamo, Aiax, Achilles) Troiae et Amazonum victores celebrantur, deinde filiae (Thebe, Aegine, aliae. Cf. Diod. Sic. IV 72), quae multas praeclaras condiderunt civitates. Locus haud intellectus multis pravis interpretationibus coniecturisque ansam dedit.

V. 95 sqq. sic fere possunt redintegrari:

π]αύροις
ἀν]δρ[άσι δαίμων ἐμάνυσεν] τὸ μέλλον.
ὔμ]μιν δ[ὲ πλείσταν τάνδε τ' ἔδ]ωκε χάριν
καὶ Διων[ύσοι' ἱερὰν] θεοτίματον πόλιν
ναίειν ἀπό[ρθητον, Φιλ]εῦντας
χρυσεοσκάπτρ[ου Διὸς
ὅτ]τι καλὸν Φέ[ρεται.

Quae in his mea supplementa sunt, e Blassii editione videbis.

Carm. IX 16 *ἄνθεσιν ξανθάν*. Constanter in papyro Bacchylideo H paragogicum additur vocabulorum terminationibus, etiam sine hac littera positione productis, velut III 56 *σβέννυεν ξανθάν*, X 73 *ἔθελεν Κρονίδας*, XII 106 *ἔσχεν θρασυκάρδιον*, XIV 38 *σάμαινεν Πριάμῳ*, XVI 120 *ἔσχασεν στρατηγέταν*. Ad hanc igitur normam XVIII 19 corrigatur *ὄμμασι⟨ν⟩ βλέποντα*.

V. 45 *τὸ μέλλον διακρίτους τίκτει τελευτάς, πᾷ τύχα βρίσει*. Ita corrigit Blass, sed fortasse mscr. lectio *δ' ἀκρίτους* sic potest defendi, ut intellegamus „sed futurum exitus creat incertos, quo (eos) vergere iubeat fortuna", i. e. de quibus nondum scimus, quales futuri sint. Premit quodammodo coniecturam trisyllaba pronuntiatio, de qua vid. Blassium in praef. p. 36.

V. 53 *πέφαται*, *dicta est* = constituta. Cf. usus adiectivi *ῥήτός* et perfecti *εἴρηται*. Nusquam alibi *hoc* perfectum *πέφαμαι* extare videtur, exceptis imperativo *πεφάσθω* et participio *πεφασμένος*.

Digitized by Google

Carm. X 17 πολέες δ' ἀμφ' Ἀλεξίδαμον ἀνθέων ἐν πεδίῳ στεφανοι Κίρρας ἔπεσον κρατερᾶς ὕρα παννίκοιο πάλας. Cf. Pind. N. IV 21 Καδμεῖοί νιν (Timaearchum victorem in Herculensibus) οὐκ ἀέκοντες ἄνθεσιν μ(ε)ίγνυον et V 54 προθύροισιν δ' Αἰακοῦ ἀνθέων ποιάεντα φέρειν στεφανώματα. Similis victorum honor est φυλλοβολία, commemorata P. IX 124 πολλὰ μὲν κείνῳ δίκον φύλλ' ἔπι καὶ στεφάνους, ubi Boeckh attulit Clementis Alex. Paed. II 8. Insuper cf. Paus. VI 7, 3, Eratosthenes ap. Schol. Eurip. Hec. 574, Callimachi Hecale 12—14, Plut. Q. Conv. VIII 4.

V. 28 παγξένῳ — ἐλαίᾳ = πάντας ξενιζούσῃ.

V. 40—45. Ἀβαντιάδας — Προίτου. More etiam Pindaro familiari quis significetur, postea demum plene apparet. Cf. XVI 11 sqq. — V 43 ἐφόβησεν, *fugavit*, Homerico verbi usu.

V. 47 παρθενίᾳ ἔτι ψυχῇ, i. e. ea ingenii levitate, quae puellis adhuc propria est. Quae verba pertinent ad iactationem de opibus paternis (50), non ad ea quae continuo secuntur.

V. 50 παρέδρου. Non est cur cum Kenyone intellegamus *consortis, coniugis*, ita enim παρεύνου poeta scripsisset, sed voluit *assessoris* = συνθρόνου.

V. 54 παλίντροπον νόημα = παράνοιαν nove dictum; proprie significat *cogitationis inconstantiam* mente captarum. Supra (v. 45) vocatur παραπλὴξ ἀνάγκα, infra (102) λύσσα παράφρων.

V 55 ὄρος τανίφυλλον, arborum epitheto ad montem his consitum tralato, = ὑλῆεν s. σκιερὸν (Hom. Pind.), δάσκιον (Eurip. Arist.).

V. 64 ἀμαιμάκετον. Vox Homerica, quam neminem Graecorum posteriorum intellexisse iure contendere solebat Cobet, propter sonoritatem valde placuit poetis. Quater apud Pindarum, bis apud Sophoclem occurrit, saepe apud Alexandrinos. De forma ἀμαίμακος vide Nauckium ad fr. trag. adesp. 593, p. 956.

Digitized by Google

V. 65 *ἀνέπαλτο*, *exiluit*, i. e. orta est. Sensu proprio Pind. O. XIII 72 *ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί* et Hom. Ψ 692 sqq. *ὡς — ἀναπάλλεται ἰχθὺς — ὣς ἀνέπαλτ'* et Θ 585 *ἀλγήσας ἀνέπαλτο ἵππος*, ubi recte iam Spitzner explosit sententiam (nondum plane intermortuam) eorum qui *ἀνεπᾶλτο* scribentes ad verbum *ἀνεφ-άλλομαι* (portentosum compositum) referrent.

V. 92 *τρεισκαίδεκα*. Revocaverim mscr. lectionem *τρισκαί-δεκα*, quia forma accusativi *τρῖς* pro *τρεῖς* saepius apparet tam in titulis Aeolensibus quam in tabulis Heracleensibus. Cf. etiam Lobeck ad Phryn. p. 499. — *ἠλύκταζον*. Haec verbi *ἀλύω* forma apud solum hucusque Herodotum IX 70 reperta est. Vix opus est monere verba *ἀλυσκάζω*, *-κάνω*, *-κω* venire ab *ἀλεύω* notione multum diversa.

V. 96 sq. *Λοῦσον — νιψόμενος*. Mythus etymologicus. Arcadiae flumen parvo discrimine *Λούσιος* (sive *Γορτύνιος*) vocatur a Pausania VIII 38, 3. In magna Graecia prope Thurios *Λουσίας* fluebat teste Aeliano H.A. X 38. *Λουσιᾶτις Ἄρτεμις* commemoratur in titulo Achaico apud Collitzium 1196. Cf. Paus. VIII 18, 7. Apud Callimachum hymn. i. Dian. 235 et Paus. VIII 18, 7 Arcadiae septentrionalis est urbs *Λουσοί*, cuius incolae *Λουσιεῖς* sive *Λουσιᾶται* saepius commemorantur.

V. 106 *ἀριστοπάτρα* vox nova, omissa in Blassii indice. Cf. Homerica *ὀβριμοπάτρη* et *εὐπατέρεια*.

V. 119. Si recte Blass cum Wilamowitzio correxit *προγόνων ἐσσαμένων* pro *πρόγονοι ἐσσάμενοι*, nescio an locus sic sit interpungendus, mutato *τε* in *γε*:

σὺν δὲ τύχᾳ
ναίεις Μεταπόντιον, ὦ
χρυσέα δέσποινα λαῶν,
ἄλσος γ' ἐ τοι ἱμερόεν
Κάσαν παρ' εὔυδρον προγό-
νων ἐσσαμένων κτέ.

Duriuscule enim in editis ad *ἄλσος τε τοι* cogitatur *ἐστί*.

Digitized by Google

Vs. 123 δικαίας ὅστις ἔχει φρένας h. l. revera nihil aliud significat quam ὅστις φιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, ut in nota formula δίκαια λέγεις adiectivum haud raro τοῦ ἀληθής notionem induit.

V. 125 σὺν ἅπαντι χρόνῳ. Cf. σὺν χρόνῳ = ἐν χρόνῳ. Vix recte Housman συνάπαντι χρ., nam notioni *cuncto* pro *omni* locus non videtur.

Carm. XI 1 ὑμνοάνασσα nova vox formata ut μεγιστοάνασσα (item novum) XVIII 21 et Ἰφιάνασσα. Nova etiam vocabula B. sunt ἀναξίαλος, ἀναξιβρόντας, ἀναξίμολπος.

V. 6 ἀπάρχει sanum esse persuadere mihi nequeo. Facillimam correctionem proposuit Thomas ἄπαρκεν (ἀπᾶρκεν?) coll. Hesych. ἀπαίρει· ὀδεύει.

V. 8 non monito lectore Blass pro γυιαλκέα dedit γυιαρκέα (propter Pind. P. III 6?). Illud tamen recte formatum saepius legitur apud Oppianum et Nonnum. — Cum μουνοπάλᾳ (praeter ὀρθοπάλη apud Luc. Lexiph. c. 5) compara μουνοκέλης in epigrammate apud Pausaniam VIII 43, 9 in Hieronem:

Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα
τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς κτέ.

Carm. XII 61 δόξαν — ἐν αἰ[θέρι] τρέφει. Cf. VIII 82 τό γε τοι καλὸν ἔργον — ὑψοῦ παρὰ δαίμοσι κεῖται. Pind. fr. 227, 2 λάμπει δὲ χρόνῳ | ἔργα μετ' αἰθέρα λαμπευθέντα (ἀερθέντα Boeckh).

V. 69 στεφάνοισιν — ἐρεφθείς = στεφθείς posthomerico verbi ἐρέπτειν sive ἐρέφειν usu. Cf. IV 16. VIII 24. Pind. P. IV 240. N. VI 49. O. XIII 32. Soph. O. C. 473. Eur. Bacch. 323. Saepe ita seriores poetae.

V. 71 — —] πόλιν ὑψιάγυιαν. Septem litterarum defectum notant Kenyon et Blass. Tot vero habet aptissimum huic loco me iudice quod suppleverim verbum στείχεις (cf. VIII 17. 47. XVII 36), sex αὔξεις (Kenyon), quinque ἥκεις (Piccolomini).

Digitized by Google

Cum adiectivo ὑψιάγυια (cf. Hom. εὐρυάγυια) compone quod idem significare videtur ὑψίβατος apud Pind. N. X 47 Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες, nisi forte de aedificiis in altum exstructis intelligendum est. Vide quae supra notavi ad III 16. Loco Pindarico Ol. V 13 κολλᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον (var. ὑψίγυον, ὑψιγείων) ἄλσος vide an pro miro vocabulo substituendum sit ὑψάγυιον?

V. 72 sqq. Quamquam de lacunarum supplementis non constat, apparet significari amicorum cognatorumque catervam redeuntem victorem sollemni pompa cum cantu fidibusque excipientem et comitantem. Cf. Pind. O. IV 8. VI 98. XIV 16. P. III 73 al. Sententiae satisfaciunt quae proposuit Blass.

V. 87 ἠΰτε νέβρος. Spectatur hinnulei velocitas, animi hilaritatem prodens. Longe aliter Homerus, cui timiditatis haec bestia semper imago est: πεφυζότες (τεθηπότες) ἠΰτε νεβροί.

V. 91 Blass admonitus a me στεφανοῦσθαι cum gen. construi non posse rectius in *addendis* supplevit τοὶ δὲ στεφανωσαμέ[νων πλόκοις ν]έων ἀνθέων κτέ.

V. 92 sq. ἐ[πιχω|]ρίαν ἄθυρσιν | παρθένοι μέλπουσι τ[εὸν κράτος]. Verbum μέλπειν, more Homerico de saltando et canendo usurpatum, cum duplice accusativo iungitur, actionis (ἄθυρσιν = μολπήν, cf. infra ad XVII 57) et obiecti.

V. 100] ἀρσιμάχοις Blass dedit pro ἀ͜ερσιμάχους et vs. 128 Φαυσιμβρότῳ pro Φα͜εσιμβρότῳ, si recte, non video cur apud Pindarum feramus eandem synizesin decies in editis (variant enim interdum libri) in vocabulis ἄ͜εθλον, ἀ͜εθλονικία, ἄ͜εθλος, ἀ͜εθλοφόρος, cum praesertim apud Bacchylidem iuxta trisyllabum ἄ͜εθλος (quater, i. e. ubique) semel cogente metro ἄθλησαν scriptum extet. Ceterum perdifficile est statuere quibus finibus synizesin apud Bacchylidem, apud quem, si papyro credimus, latissime patet, circumscribamus, velut sitne forma γνώσῃ (V 73) corrigenda ad exemplum formarum ἴ͜ψεχι III 72 et εἴσ͜εχι 110, XVI 64, an ratione inversa hae ad illius, quod tamen mirum probabile

Digitized by Google

videtur, si quidem librarios proniores fuisse credideris ad formas vulgares pro minus sibi familiaribus substituendas. Alia vid. infra *de sermone Bacchylideo* s. v. *synizesis*.

V. 110 ὁππότε Π[ηλεΐδας
τραχεῖαν [Ἀργείοισι μ]ᾶνιν
ὠρίνατο.

Incertum est utrum sic supplendum sit cum Blassio an potius Ἀτρείωνι μ., quod accuratius respondet traditioni Homericae.

V. 117. πτάσσον typorum vitium videtur pro πτᾶσσον.

V. 123 ἀτρόμητος = ἄτρομος, ἀτρομής alibi apud antiquiores est nomen proprium, ut ἀρίσταρχος, quod vs. 58 et apud Simonidem est appellativum.

V. 139 ὑπαὶ χειμῶνος. i. e. ἐκ χ., *post tempestatem*. Forma Homerica ὑπαί, rara apud tragicos, nusquam alibi in poesi lyrica extare videtur, nec magis παραί, quae forma vs. 150 certa coniectura restituta est, alibi apud Bacchylidem aut Pindarum occurrit.

V. 153 ἔρευθε pro ἠρεύθετο. Praeter locos allatos a Blassio cf. [Luc.] Nero cap. 7: Φύσει δ' ἐρυθρὸς ὢν ἐρεύθει μᾶλλον.

V 157 ἄ δύσφρονες κτέ. Homerice ἄ iunctum cum vocativo, qui usus apud seriores perrarus est. Cf. XV 30 ἄ δύσμορος, ἄ τάλαιν', οἷον ἐμήσατο. Aesch. Suppl. 162 ἄ Ζήν, [Eur.] Rhes. 216 ἄ δία κεφαλά. Vocula Pindarus prorsus non utitur.

V. 186. Εὐνομία κτέ. De Aeginae iustitia cf. Pind. P. VIII 22 ἁ δικαιόπολις ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν θιγοῖσα νᾶσος. Similes Corintho laudes tribuit O. XIII 6, Opunti IX 160. — θαλίαι fortasse hic magis in genus *res florentes* quam *festa et convivia* significant.

V. 191. Cum novo vocabulo βροτωφελής cf. βιωφελής, πολυωφελής, ὀλιγωφελής, ἀνωφελής.

Digitized by Google

V. 197 *εἰ μή τινα θερσιεπὴς φθόνος βιᾶται.* Cf. III 68. V 188. Si haec est vera lectio, significatur invidia *insolentibus et protervis verbis utens*, sin *τιν' ἀθερσιεπής*, interpretandum *quae aperte proloqui non audet, sed susurrat.* Sine causa Housman *ἀμερσιεπής* coniecit. Forma adiectivi est Aeolica, apud Aeoles enim et Thessalos *θέρσος* pro *θάρσος* apparet in nominibus propriis *Θερσίτας, Θέρσουν, Θερσίας, Θερσίλοχος, Θέρσιππος.* Cf. *θέρσειστ'* Theocr. 28, 3. Vid. Hoffmann de dial. II p. 309.

V. 205 *πανδαμάτωρ χρόνος*, ut dixit Simonides fr. IV. Cf. Soph. O. C. 609 *ὁ παγκρατὴς χρόνος*, cum tota sententia compone Pind. O. X 55 (etiam I 52 et fr. 136), Theogn. 967, Soph. O. R. 614, ubi complures in ed. mea locos attuli, quibus adde Eur. Hipp. 428, Plat. Symp. p. 184 a, Xen. Hell. III 3, 2.

V. 225 sqq. Verte: quam mihi (hospitalitatem) praebens Lampo, gratiam non levem (in carminibus meis) conspicatus, (me) honorat, quam (gratiam) si quidem vere fecunda Clio pectori meo instillavit, grata eum carmina omni populo praeconabuntur.

Carm. XIII 1. *Εὖ μὲν εἱρμάρθαι παρὰ δαί[μονος ἀν]-|θρώποις ἄριστον κτέ.* Cf. XVI 24 *ὅτι μὲν ἐκ θεῶν μοῖρα — κατένευσε.* Sententia haec traditur „Bono quidem fato divinitus frui hominibus optimum est; casus autem *probum* tam conterit, gravis ad ferendum ubi venit, quam clarum conspicuumque reddit restitutus." Miror vero id quod de omnibus valet de solis bonis dictum esse, eaque causa fuisse videtur, cur Housman *ὃν ἔθελ'* pro *ἐσθλὸν* coniecerit. Equidem, si quid mutandum, suspicari malim *ἐσθλόν* ex *ἔσθ' ὃν* corruptum esse prorsus ut apud Sophoclem O. C. 309 libri habent *ἐσθλὸς* pro *ἐσθ' ὅς.* Ita sensus erit „casus autem gravis *est quem* opprimat, sed cett. Vs. 5 certa quidem ratione expleri nequit, sed apte coniectum est *λαμπρὸν δὲ καὶ*] *ὑψιφανῆ τε[ύχει κ]ατορθωθεῖσα.*

V. 13 *βαρυπενθέσιν — μάχαις.* Praeter nova vocabula fere centum plurima reperiuntur apud Bacchylidem, quae non nisi apud seros auctores et grammaticos recurrunt, ut hoc adiectivum extat apud Planudem ep. 134. Adscribere nonnulla hic lubet:

Digitized by Google

ἀγχίδομος (XII 89) legitur apud Coluthum 247 ἀγχίδομα — δώματα.

ἀτρόμητος (XII 123) ap. Antipatrum Sidonium A. P. VI 256.

γλύκιστος (III 47) pro γλυκύτατος ap. Aelianum H. A. XII 46.

δονακώδης (fr. 30, 2) ap. Apoll. Rh. II 818.

ἐπίμοιρος (I d 20) ap. Euriphamum Pythhagoreum Stob. fl. 103, 27.

ἦρα c. G. = χάριν (X 21) ap. Callimachum aliosque Alexandrinos.

θατήρ (IV 23), θεατήρ notum e Photio.

θελξίμβροτος (V 175) ap. Orph. Lith. 315.

θρασύχειρ (II 4) A. P. VII 234 et θρασυχειρία ap. Poll. II 148.

θυμάρμενος (XVI 71) = θυμαρής Nicand. Alex. 590.

ἰαίνω, veneno imbuo, exacerbo (III 68) Hes. v. ἰαίνεται.

κυανοπλόκαμος (V 33. VIII 53. X 83) Quintus Smyrn. V 345.

μενέκτυπος (XVI 1) Hesych. s. v.

παμμαχία = παμμάχιον (XII 76) Eusebius.

πασιφανής (XII 176) Nonnus.

πολυάμπελος (fr. II 5) Schol. Hom. B 507 et sim..

πολύκρημνος (I c 11) Hesychius s. v.

πολύκριθος (X 70) Etym. magnum.

πρόδομος adiective (VI 14) Suidas.

ὑψίνοος (XII 3) Nonnus.

Φερεστέφανος (XVIII 6) Anthol. Gr. III cap. I 246, 3 ed. Didot in sero epigrammate.

χαλκοδαίδαλος (XX 2) Philippus Thess. A. P. IX 77.

V. 15 καναχὰ χαλκεόκτυπος, non armorum strepitus, sed ut arguunt opposita *tubae clangor.*

V. 18 εὖ ἔρδοντα δὲ καὶ θεὸς ὀρθοῖ. Nos „God helpt, wie zich zelf helpt." Aesch. fr. 291 Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συγκάμνειν θεός. Cf. Eur. I. T. 910. Babrius Myth. 20, 7. τοῖς θεοῖς δ' εὔχου, | ὅταν τι ποιῇς καὐτὸς ἡ μάτην εὔξῃ.

Carm. XIV 43 δεξίστρατον εἰς ἀγοράν. In novo hoc vocabulo στρατός cives potius quam exercitum significat, ut saepius apud Pindarum et tragicos.

Digitized by Google

V. 44 *αὐδάεις λόγος*, *vocum rumor*, ut videtur.

V. 49 *κοινώσας Χάρισσιν*, *consultis Gratiis*, i. e. usus harum consilio, pro vulgari *κοινωσάμενος*.

V. 52. *Ζεὺς — οὐκ αἴτιος θνατοῖς μεγάλων ἀχέων κτἑ.* Nota sententia Homerica Od. *α* 32 sqq.: *ὦ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιάονται· | ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἳ δὲ καὶ αὐτοὶ | σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.* Mox v. 56 *ὀλβίων παῖδες* dictum ad exemplum Homerici *δυστήνων παῖδες*. Saepe etiam ap. Pindarum *παῖδες* facit *περίφρασιν*, ut *παῖδες θεῶν = θεοί* I. III 18, *π. Ἑλλάνων*, *π. Ἀθαναίων*, *π. Αἰτναίων*. Ex oratione pedestri nota sunt *παῖδες ἰατρῶν*, similia.

V. 59 *ἃ* cum Kenyone habeo pro pronomine demonstrativo, non relativo cum Blassio. Multo enim efficacius posito puncto post *φθόρον* secuntur illa *κεῖνα — Γίγαντας*.

Carm. XV 13 *τόσα* (= *ὅσα*) *χοροὶ Δελφῶν*
σὺν κελάδησαν παρ' ἀγακλέα ναόν,
πρίν γε κλεέμεν λιπεῖν
Οἰχαλίαν — Ἀμφιτρυωνιάδαν κτἑ.

Vereor ut haec Blassii correctio pro *κλέομεν* locum satis expediat, nec Comparettio interpretanti *πρίν* per *μᾶλλον* accedo. Nescio autem an verum viderit Platt, qui novum ordiens sententiam correxit *κλύομεν*, quod mihi quoque venerat in mentem.

V. 14 *πυρὶ δαπτομέναν*. Poetis antiquis ignis est instar bestiae voracis, itaque de eo verba *δάπτειν*, (*ἐπι*)*νέμεσθαι*, (de)pasci sim. usurpant. Aesch. Prom. 368 *ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις*. Cho. 324 *φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει πυρὸς μαλερὰ γνάθος*. Pind. N. IX 24 *ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεηγυιοὺς φῶτας*.

V. 20 *ἄζυγα παρθένῳ Ἀθάνᾳ ὑψικέραν βοῦν*. Nota vocabula *ἄζυγα παρθένῳ* de industria copulata.

Digitized by Google

V. 25 ὕφανεν μῆτιν ἐπίφρονα = ἐπίβουλον, insidiosum consilium, XVI 28 βαρεῖαν μῆτιν, 51 ὕφαινε ποταινίαν μῆτιν.

Carm. XVI 9 ἱμεράμπυξ Venus dicitur *quae anulo crinali decora, desiderium excitat.*

V. 18 δίνασεν ὄμμα. Cf. Ahrens de dial. Dor. p. 148. Hom. Il. XVII 68 ὅσσε δινείσθην. Eurip. Or. 837. 1459. — καρδίαν — ἄμυξεν ἄλγος. Sic infra XVII 11 τί τοι καρδίαν ἀμύσσει; Aesch. Pers. 161 καί με καρδίαν ἀμύσσει Φροντίς. Ib. 115 φρὴν ἀμύσσεται Φόβῳ. Prom. 435 συννοίᾳ δάπτομαι κέαρ. Ar. Ran. 66 τοιουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος Εὐριπίδου.

V. 21 ὅσιον prolepticum est.

V. 27 sq. ὅταν ἔλθῃ. Cf. Eur. Hipp. 144. Med. 630. fr. 897, 11 et μολοῦσα supra 13, 4.

V. 30 κρόταφον pro κορυφάν, ut Aesch. Prom. 732.

V. 31 μιγεῖσα — (35) πλαθεῖσα. Haec participia admodum probabiliter locum inter se mutare iussit Housman. Blassium ne commemorare quidem optimam coniecturam valde miror.

V. 32. Quamquam Bacchylides hic Europam filiam Φοίνικος vocat exemplo Homeri Il. XIV 321, qui nomen Ἀγήνωρ ignorabat, tamen *Phoenicis* s. *regis Phoenicum* f. intellectam voluit, ni fallor, ut vs. 54 ipsam Europam Φοίνισσαν vocavit.

V. 42 ἀμβρότοῖ' ἐραννὸν dedit Blass. Omnino tamen requiritur ἀμβρότου, quia de οῖ ante apostrophum correpta cogitari nequit nec magis de corrigendo ἀμβρότο'(ο), quare miror editorem certam emendationem non recepisse. — ἐραννὸν Φάος, ut Pind. O. XI 87. Ἀοῦς pro ἡμέρας, ut iam Hom. Z 451. 458, sed multo frequentius ita seriores epici.

V. 46 τὰ δ' ἐπιόντα δαίμων κρινεῖ. Soph. Ant. 328 τοῦτο γὰρ Τύχη κρινεῖ. Aesch. Sept. 396 ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ.

Digitized by Google

V. 48 ἀρέταιχμος novum est vocabulum. Nullum aliud appellativum cum ἀρετή componitur, sed propria sunt Ἀρετίδικος I. G. A. 372, 23 et Ἀρέτιππος Inscr. E. A. 1884, 125 bis, quod nomen tamen idem videtur quod Ἀρέσιππος in titulis Atticis. Unde confirmari videtur Wackernageli (citata a Blassio) opinio ἀρέταιχμος significare ἀρέσαιχμος, i. e. ἀρεσκόμενος τῇ αἰχμῇ, conferentis Ἀρέσανδρος et de littera τ βωτιάνειρα. Etiam Ἀρετίδικος facit pro illa sententia accipiendum pro Ἀρεσί-δικος tam propter significationem quam propter formationem, quae alioqui Ἀρετόδικος vel Ἀρετάδικος postularet.

V. 50 ποταίνιος origine Doricum videtur. Pro Attico πρόσφατος etiam Pindarus et Aeschylus hoc adiectivo usi sunt.

V. 56 πυριέθειραν ἀστραπάν. De forma novi vocabuli cf. ταννέθειρα, δρακοντοέθειρα (= ὀφιόθριξ). Catullus „viden ut faces splendidas quatiant comas." Cf. Aesch. Ag. 297 πώγων Φλογός, Eur. Phrix. fr. 836 Nck. πυρὸς πώγων (Aesch. Orithuyae fr. 281, 3 Nck. πλεκτάνη, quod [Longinus] de subl. c. 3, 1 inculpat ut παρατράγῳδον). Hinc οἱ διάττοντες ἀστέρες audiebant πωγωνίαι ἀ. vel simpliciter πώγωνες. Non recte tamen h. l. Plattium de transvolanti stella cogitasse satis arguit tam ipsa vox ἀστραπά quam infra ἄστραψε vs. 71. Cf. 66 ἀναξιβρόντας. Haud ita male poeta propter notam fulminis figuram crinis ignei coelum pervolantis hoc epitheton excogitasse videtur.

V. 67 ἄμεμπτον (pap. αμεπτον sec. Bl., αμειτρον sec. Ken., qui corr. ἄμετρον) εὐχάν, si bene correctum, est *probatum* (sibi) *votum*, non *invituperabile*.

V. 73 χεῖρας πέτασσε. Quod metri causa reposuit Kenyon χεῖρε πέτασε sola imitatione Homerici χεῖρε πετάσσας defendi potest, numquam enim Bacchylides neque in hoc vocabulo neque omnino dualem (quo populares eius Iones carebant) admisit. Si quid autem mutandum, quod in obscuro hoc metri genere periculosum est, cum aliis πέτασε χεῖρας scribere praestiterit.

Digitized by Google

V. 76. What does δῶρα mean? quaerit Platt. Nihil aliud, opinor, quam missum a Iove fulmen, petitum a Minoe quasi originis suae testimonium.

V. 77 βαρύβρομον πέλαγος, ut Eur. Phoen. 181, Arist. Nub. 284.

V. 78 τοι = σοι, quod etiam Ionum est, sed nusquam Dorico τύ pro σύ, Bacchylides usus est, ut fecit Pindarus.

V. 80. Gaudebam primo correctionem meam εὐρυέδρου pro εὐδένδρου (ἠυδένδρευ Ken.) Blassio ita placuisse ut in textum admitteret. Putabam enim h. l. avunculum Simonidem Bacchylidem imitatum esse (apud Platonem in Protagora p. 345 c) dicentem εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός, ut ab eodem sumsit πανδαμάτωρ χρόνος XII 205. Cf. etiam XVII 8 ὠκύπομπον δόρυ cum Simonid. fr, 37, 7 et Aesch. Suppl. 141. Hodie tamen collato Pind. P. IV 74 πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος i. e. γῆς, vereor ne leniori Kenyonis correctioni cedere debeat pulchrius epitheton mihi excogitatum.

V. 86 sqq. Locus obscurior. Si Housmanum audimus iunctim scribentem κάτουρον „vento propulsam", ἴσχεν significat κατέχειν, *cohibere*, iussitque Minos, quem iam miserebat adolescentis ac poenitebat crudelis consilii, sistere navem; sed fatum quominus id fieret obstitit et navigium in cursu persistere coegit; vulgo contra verba κέλευσέ τε κατ' οὖρον ἴσχεν εὐδαίδαλον νῆα interpretantur „iussitque iter pergere navem" et μοῖρα δ' ἑτέραν ἐπόρσυν' ὁδόν „sed fatum alium parabat cursum" i. e. sed aliter quam speraverat res evenit, positaque sunt haec verba in parenthesi. Haec tamen si vera est explicatio, non video qui lectio τᾶκεν (pap. ταχεν, incerta litt. κ. „Certe τᾶξεν non fuit, vix ταφεν" adnotat Bl.), quae notat *dolorem* ferri possit et expecto γᾶθεν, quod voluit Jebb, modo haec forma apud recentissimos poetas obvia pro γαθέω Bacchylidi tribui possit. Housmani sententiam premit quidem plus minusve ignotum vocabulum κάτουρος, et cum ferocia Minois minus conspirare videtur, attamen verbis traditis magis convenit, modo ἑτέραν ὁδόν intelle-

Digitized by Google

gamus *alterum*, i. e. novum, *cursum*. Minois dicto audientes nautae sistunt navem, sed ecce subito vehementior Boreae flatus navem propellit, quo maius esset, ut arbitror, salvi Thesei reditus miraculum. Sed videant alii.

V. 90. Etsi *σόει* procul dubio recte revocatum est e papyro, permirum tamen est duplicatum pronuntiatione sigma, propterea quod a praegresso vocabulo *δόρυ* interpunctionis pausa separatum est, neque igitur exempla *δορυσσόητος*, *ἐσσόημαι* satis quadrant.

V. 95 *κατὰ λειρίων ὀμμάτων δάκρυ χέον*. Kenyon „an odd use of the epitheton, unless *ὄμματα* is to be token in the meaning „faces" or „checks". Ita sane *λείριος tener* vel *albus* vel *pallidus* significare potest. Cf. Hesych. *λειριόεντα ἁπαλά*, *λειρός· ὁ ἰσχνὸς καὶ ὠχρός* et pro hac interpretatione pugnare videtur usus praepositionis *κατά*, cum de *oculis* potius *ἀπὸ* vel *ἐξ* expectaretur. Dissuadet tamen Suidae glossa *λειριόφθαλμος· προσηνεῖς ἔχων τοὺς ὀφθαλμούς*, quae explicatio conspirat cum Hesychii verbis s. v. *λειριόεντα* hisce *τὸ δὲ χρόα λειριόεντα* (N 830) *καὶ ὅπα λειριόεσσαν* (Γ 152) *τὴν προσηνῆ καὶ ἡδεῖαν*. Quid proprie haec adiectiva significarent antiqui grammatici ignorabant, et fatendum est nos non esse doctiores. Pindarum Nem. VII 79 *coralium λείριον ἄνθεμον* vocasse notum est, ubi de comparatione cum lilio rubro praeeunte scholiasta cogitarunt interpretes. Cf. Hesych. s. v. *λειριόεντα — ποικίλον, εὔχρουν*.

V. 97 *ἐναλινάεται* formatum ut *ἀποχειροβίωτος*, *ἐγγαστρίμυθος*, *ἐγχειρογάστωρ*, similia.

V. 107 *δίνηντο ταινίαι* graphice dictum „in orbem movebantur, saltantibus deabus." Papyrus habet *δινῆντο*, pro quo Kenyon rescripsit *δινεῦντο*. Forma *δίνηντο*, quam dedit Blass, Aeolica verbo *δίνημι* = *δινέω*, ut *ἐκαλήμαν* et *ἐνοήμαν* citatae ab Heraclide apud Eustathium p. 1432, 36. Cf. Hoffmann, dial. II p. 575 sq. Possis etiam tueri accentum traditum scripto *δινᾶντο* a verbo Dorico *δινάω*, quod iuxta *δινέω* extitisse e formis *ἐδίνασε*, *ἐδινάθην* effecit Ahrens de dial. Dor. pag. 148.

Digitized by Google

V. 112 ἄ νιν ἀμφέβαλεν ἀϊόνα πορφυρέαν. Adnotat Blass „vestimentum quodcumque significat, sed prorsus ignota vox est." Coniecta sunt εἰανὸν (πορφύρεον), Ἰαονίδα, ὠΐαν, αἰόλαν (ut πορφυρέαν sit substantivum), ἰμόνα, εἰμόνα, εἰόνα, εἰάνα, fortasse alia. Admodum ingeniosam afferam interpretationem, quam debitam Gulielmo Vollgraff, litterarum candidato, mecum communicavit nuper eius pater amicissimus, litterarum antiquarum professor in universitate libera Bruxellensi. Is enim collata glossa Hesychiana ἤιον· ἐπορευόμην: καὶ παρειὰν ἢ γνάθον suspicatus est ultima verba pertinere ad glossam perditam ἠίων, et verba Bacchylidea sic esse interpretanda „quae ei osculata est genam purpuream", ut ἀμφιβάλλειν, *amplecti*, similiter adhibitum sit ac sermone Franco-Gallico *embrasser* pro *baiser*, ut dicitur v. c. *embrasser quelqu'un sur les deux joues*, aut lingua vemacula *„iemands knieën omhelzen."* Ita sana fuerit lectio ἀϊόνα, nisi forte metri causa ἀϊόναν scribere praestat; quod si ita est, deperdita Hesychii glossa fuit ἠϊόνα (vel ἠϊόναν)· παρειάν, ἢ γνάθον.

V. 118 Φρενοάραις = Φρενηρέσιν. Non tantum χαλκοάρας = χαλκήρης (Pind. I. III 81. IV 41) comparandum, sed etiam χεριάρας P. V 35 et glossa Hesychii νοαρέως· νουνεχόντως.

V. 119 λεπτόπρωρον probabilis est Piccolominii correctio pro λεπτόπρυμνον, quod epitheton notae navium antiquarum compagi adversatur. Tamen etiam conici possit μιλτόπρυμνον, ut μιλτοπαρῆος. Cf. αἰολοπρύμνοις carm. I c 4.

V. 124 sq. Optime Jebb Nereides intelligendas putat, non puellas in nave, quod non tantum apparet ex epitheto dearum proprio ἀγλαόθρονοι, sed etiam ex oppositis verbis 128 sqq. ἦθεοι δ' ἐγγύθεν νέοι παιάνιξαν, in quibus ἦθεοι ut reliquis h. c. locis significat puellas puerosque, et sic demum intelligitur vox ἐγγύθεν opposita notioni *e longinquo*, quae tacite cogitanda est de nympharum marinarum ululatu.

V. 125 εὐθυμίᾳ νεοκτίτῳ, recens condita = constituta, parata. Etiam tragicos saepius κτίζειν *efficiendi* sive *parandi* sensu ad-

Digitized by Google

hibere notum est. Pindaro O. XIII 80 κτίσις est *inceptum*, *institutum*.

V. 129 nota diphthongum correptam in παιάνιξαν et XV 6 in παιηόνων, novo ut videtur exemplo. Cf. Ἀθαναΐων vs. 92.

V. 132 θεόπομπον ἑσθλῶν τύχαν, *fortunam quae divinitus bonos comitatur*. Cf. VIII 50 ἃς θεοὶ σὺν τύχαις ᾤκισσαν.

Carm. XVII 2 ἀβροβίων — Ἰώνων = ἀβροδιαίτων. (Aesch. Pers. 41, cf. πόδ' ἀβρός in orac. ap. Herod. I 55). De Atheniensibus scribit Thucydides I 6 διὰ τὸ ἀβροδίαιτον, ubi praecedunt verba ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ εἰς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. Phaeacibus ab antiquis tribui solet τὸ ἀβρόβιον sive τὸ ἀβροδίαιτον. Cf. Plut. Symp. 8, 3. Is. et Os. 7. Athen. XII p. 513 C. Dion. Hal. IX 16 al. — Opposita notio est τρυσίβιος ap. Arist. Nub. 420.

V. 3 aoristus II ἔκλαγον, qui praeterea extat III 49. XVI 128, in antiquiore poesi rarior legitur in hymno Hom. XVIII 14 et Eur. I. A. 1062 (ἀνέκλαγον).

V 6 ἀμφιβάλλει. Cf. ignoti tragici fragmentum apud Diod. Sic. XIV 92, 3 (Nck. fr. adesp. 127, 6): ὁ δ' ἀμφιβάλλει (invadit s. appropinquat) ταχύπους κέλευθον ἕρπων σκοτίαν, ἄφνω δ' ἄφαντος προσέβα — πολύμοχθος Αἴδης. Hinc nescio an a coniecturis defendere liceat locum controversum Eur. Cycl. 60 εἰς αὐλὰν ποτ' ἀμφιβαλεῖς (ἀμφιβαίνεις L. P. γρ. βάλεις primum super βαίνεις scripsisse, deinde lineola transfixa delevisse et βαίνεις in βάλεις mutavisse videtur l. Haec Wecklein in novissima editione Lips. 1898), ποιηρὸς λείπουσα νομοὺς, Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων; ubi vulgo probantur coniecturae ἀμφιλαφῆ (Hartung) et εἴσει (Seidler). Sufficit nisi fallor mutato accentu recipere recentioris manus lectionem. Ad Αἰτναίων — σκοπέλων cf. vss. 95. 115. 116. 195. 382, unde apparet ea verba recte iungi posse cum voc. εἰς αὐλάν.

V. 21. Neptunus Λυταῖος fortasse non distinguendus a Πεταλῳ,

Digitized by Google

in cuius honorem τὰ Πεταῖα celebrabantur, in cuius agonis victorem poeta fecit carmen XIII.

V. 23 ἀνδροκτόνον addendum Blassii indici, etiam ἀριστοπάτρα X 106, μετά c. D. V 30, c. G. X 123.

V. 27 sqq. Vix opus videtur post σφῦραν cum Bl. addere punctum, quo papyrus caret, postquam Housman et Ellis huius loci nebulas dispulerunt.

V. 42 ὄφρα μήσεται. Apud Bacchylidem nullum exemplum extat brevis vocalis coniunctivi, ut pauca sunt apud Pindarum, itaque h. l. obtinet rarissima constructio coni. ὄφρα cum futuro, quam Homerus ignorat. Fieri potest ut seriores poetae locis Homericis ubi est brevis vocalis coniunctivi decepti eam constructionem introduxerint.

V. 45 πάντ' ἐν τῷ δολίχῳ χρόνῳ τελεῖται, *finem inveniunt*, etiam scelera. Cf. Soph. Philoct. 306 πολλὰ γὰρ τάδε | ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ. Aiac. 646 ἅπανθ' ὁ μακρὸς κ' ἀναρίθμητος χρόνος | Φύει (l. Φαίνει) τἄδηλα καὶ Φανέντα κρύπτεται. Herod. I 80 γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ.

V. 48 ξίφος ἔχειν [⏑⏑–⏑–––]. Adnotat editor „velut τανύακες ἠύ Ludwich; rectius de vagina cogitat Robert." Verum deinde repperit Desrousseaux, coll. Ovid. Metam. VII 421, cum pater in *capulo gladii* cognovit *eburno* signa sui generis", supplens ἐλεφαντόκωπον, quo adiectivo cum aliis usus est Theopompus comicus apud Pollucem VII 158.

V. 51 κρατὸς πέρι pro ametro ὑπὲρ iam propositum sed repudiatum a primo editore merito recepit Blass. Genetivum huius praepositionis sensu locali satis tuentur loci Homerici Od. ε 68. 130. Sappho I 10. Eurip. Troad. 824.

V. 55 Λημνίαν — φλόγα. Praeter proverbium Λήμνιον βλέπειν apposite collatum a Kenyone, cf. Arist. Lysistr. 299: κἄστιν γε

Digitized by Google

Λήμνιον τὸ πῦρ τοῦτο πάσῃ μηχανῇ. De Mosychlo monte Lemni ignivomo vid. Schol. ad Nicandri Ther. 472.

V. 57 ἀρηΐων ἀθυρμάτων. Cf. Pind. P. V 23 Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Hom. Η 247 οἶδα δ' ἔνι σταδίῃ δηίῳ μέλπεσθαι Ἄρηι. Vid. ad XII 93, ubi ἄθυρσις = μολπή.

Carm. XVIII 2 ἀμβροσίων μελέων. Pind. P. IV 299 εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων. Supra XV 3 noster XV 3 ἀθανάτων ὕμνων. Horatius „exegi monumentum *aere perennius*." Amant poetae carminibus suis tribuere immortalitatem. Quis ignorat Heinii illa „Auf deinen schönen augen habe ich ein ganzes heer *unsterblicher Lieder* gedichtet" alia id genus plurima?

V. 10 ὀλβίαις Ἀθάναις. Eodem epitheto XI 4 B. ornat Aeginam, Pindarus P. X 1 Lacedaemonem, O. XIII 4 Corinthum. De Athenis cf. notissimum oraculum: εὔδαιμον πολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης | πολλά τ' ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν | αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα. Cf. etiam μάκαιρα Θεσσαλία Pind. P. X 2 et XI 11. I. III 35. O. I 11.

V. 15 pro molesto τί ἦν aptissima me iudice correctio foret Headlami ἦεν, modo in lyricum carmen formam Homericam admitti posse constaret. Praeter locos citatos ab ipso de formula ἦν ὅτε afferri potest Critiae tragici fr. I 1 ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος κτἑ., Theocr. VII 1 ἦν χρόνος ἀνίκ' ἐγώ κτἑ.

Vs. 19 scripserim ὄμμασι⟨ν⟩ βλέποντα. Vid. ad IX 46.

V. 30 κτανεῖν τὸ τ[⏑–⏑⏑–]ν [Γᾶς
ὀβριμοσπόρου τ[έκος
Ἄργος.

Temptari possit:

κτανεῖν τὸ τ[έρας, κύνεο]ν Γᾶς.

Monstra a poetis κύνας dici in vulgus notum est, et Argi occisorem Mercurium κυνάγχην vocavit Hipponax in fragmento

Digitized by Google

I, unde Piccolomini vs. 28 h. c. ἀγ[χων] explere voluit pro ἀγ[νάς].

V. 38 ἐμοὶ μὲν οὖν | ἀσφαλέστατον α π ρ[— — — — — Iebbii coniectura ἅπερ εἰλικρινῆ λέγειν peccat contra poetarum usum, qui quantum novimus ab hoc adiectivo semper abstinuerunt. Magis placeret quod proposuit Wilamowitz, ἇπερ ἐκράνθη, nisi is quoque litteris traditis, praeter ε̄ cum Iebbio, ῑ inseruisset. Mihi venit in mentem ἃ πρ[οφανῆ 'στιν λέγειν, *quae aperta ac manifesta sunt dicere.* Adiectivo, etsi sensu paullo diverso, usus est noster III 51.

V. 41. Jebb postea apte supplevit παῖδ' [ὑπερτάτου Διὸς] Ἔπαφον, et vs. 45 μεγίσταν τε θνα[τῶν κτίσε σποράν]; sed malim κτίσεν σποράν propter morem sive ab ipso poeta sive ab eius librariis constanter observatum, de quo monui ad IX 46.

V. 48 τὸν ὀρσιβάκχαν, novum vocabulum ut ὀρσίαλος (XV 19) et ὀρσίμαχος (XIV 3). Eodem sensu ὀρσιγύναικα Bacchum vocat incertus poeta ap. Plut. Mor. p. 607 C. 671 C: Εὔιον ὀρσιγύναικα μαινομέναις ἀνθέοντα τιμαῖσι (τιμαῖς?)

Corollarium sunto quae scripta mihi de sermone Bacchylideo post utriusque editionis prolegomena fortasse non prorsus inutilia iudicabuntur.

DE SERMONE BACCHYLIDEO.

Ut Pindarus Bacchylides usus est sermone mixto e dialectis epica, Dorica et Aeolica, ita tamen ut parcius minusque severe harum duarum legibus pareat quam poeta Thebanus in mixto ex utriusque elementis sermone nutritus, quae res in homine Ionico minime miranda est, qui multum abest ut ubique formas suae aetatis Ionicas evitet. Hinc explicandum quod abstinet a participiis Aeolicis in $\overline{\text{οισα}}$, dicens ἄγουσα XVI, 2, βρύουσα XII 146,

Digitized by Google

μολοῦσα XII 4, γέμουσαν XV 4, γεραίρουσα II 13, θάλλουσα XIV 58, λιποῦσα X 57, πνέουσα XV 91, σαίνουσα 1a 6, φέρουσα II 3. XVIII 41, semel tantum XVIII 13 σαίνοισαν, si haec papyri lectio fide digna est. Idem valet de participiis Aoristi in ᾱῖς pro ᾱς, cuius unicum exemplum lectum XII 227 ἐπαθρήσαις suspicione non vacat, et de nominis forma semel (V 4) tradita Μοισᾶν, cum decem aliis locis occurrat vulgaris Μοῦσα. Desunt etiam participia praesentia aliaeve formae verborum in εῖς Aeolice desinentium in ημι pro έω, nam fr. 20, 2 θάλπησι est coniunctivus epicus, ut λάχησι XVIII 3 sq.

Iam videamus quid iudicandum sit de Dorica dialecto a Bacchylide minus severe adhibita, quippe qui vocalem H in nonnullis vocabulis pro A longo usurpaverit. Haec fere exempla sunt.

Legitur ἀληθείας in papyro V 187, sed XII 204 ἀλαθείᾱ (cf. Hom. ἀληθείη) et fr. 14, 4, ubi metrum incertum relinquit utrum hoc an ἀλάθεια voluerit, ἀλαθείᾳ III 96. VII 42. VIII 85, quare dubium non est quin errori debeatur ἀληθείας. Εἰρήνα vero constans scriptura est V 200. XII 189. fr. 4, 1, pro qua forma Pindarus constanter scribit εἰράνα. At εἰρήνα sive ἰρήνα multos Dores (v. c. Cretenses) dixisse evincunt tituli et priore forma Aeoles (vid. Hoffm. dial. II 135) utebantur, nec mirum est Pindarum, cuius populares ἰράνα pronuntiabant (cf. Meister I 228) εἰράνα praetulisse, licet eius codices saepissime εἰρήνα exhibeant. Minus certum est non contra dialectum peccasse poetam scribentem II 1 et V 194 φήμα pro φάμα, nam Isylli Epidaurii poetae testimonium in titulo ap. Coll. 3342, 76 propter seram qua vixit aetatem eam formam vix satis tuetur. Constanter tamen φαμί, φασίν, φάσω, ἔφα dixit B., sed utrum IV 3 προφ[άτ]ας, ut cum Kenyone supplevit Blass, an προφ[ήτ]ας scripserit ancipitis est iudicii. Causa cur illud maluerint fortasse fuit quod IX 28 traditum est προφᾶται, at ita edentes peccarunt contra legem observatam a Kenyone et probatam a Blassio, Bacchylidem scil. in duabus continuis syllabis a vocali Dorica repetenda abstinuisse. Eiusmodi sane legi parere videntur formae κυβερνήτας V 47 et XI 2 (Pindarica sunt κυβερνάτας, κυβερνατήρ, κυβέρνασις) et φήμα II 1, V 194 et ἀδμήτα V 167. At non paret σελάνα VIII 29, nec Ἀθάνα XII 195, Ἀθάνας XIV 2, XVI 7

Digitized by Google

(cf. XVII 60), Ἀθανᾶν XVII 1, nec ἀλάταν XVII 36, nec ἀντάσασαν XII 137, ubi tres deinceps syllabae habent longum alpha, nec αἰχματάν XII 133, nec ἀπράκταν, nec νικάσας V 183, ita ut procul dubio in errore versetur Blass in Praefat. p. XXIII et lex ista multo saepius migretur quam observatur. Et quae quaeso causa esse potuit cur ἐπίζηλος, πολύζηλος, πολυζήλωτος (cf. Pindarium ζαλωτός), Τροζηνία (tituli Τροζάνιος), παρηΐδων (cf. Pind. χαλκοπαρᾱ́ος Theocr. μαλοπαρᾱ́ος) ᾠόνων (cf. Pind. ἀιόνεσσι) scriberet, si quam eiusmodi normam sibi praescripsisset? Suspectum tamen habeo πῆχυν fr. 17, 4 (ex Athenaeo), quae lectio non maiorem habet auctoritatem quam τὴν φίλην fr. 19, 2 (ex Hephaestione), eoque minorem quod χρυσόπαχυς papyrus dedit V 40, quare haec a Blassio servata esse impense miror. Idem valet de voc. κρήδεμνα in fr. 56 ap. Ken. (omisso a Bl.); 6 ex Athenaeo, nam Φοινικοκράδεμνος habet Bacch. X 97 et XII 222. Utrum Dores σκήπτω an σκᾶπτω (quod propter σκᾶπτον apud Pindarum et σκᾶπτρον ap. Bacch. III 78. IX 100 expectamus) pronuntiarint non certo quidem scio, sed Bacchylides scribens ἐπισκήπτων V 42 et VII 41 fortasse usus est verbo in poesi Dorica inusitato et propterea formam Ionicam adhibuit. Pindarus certe usurpat σκίμπτω et ἀποσκίμπτω. Haec igitur omnia considerantes tuto, ut arbitror, statuemus nullam in talibus certam normam Ceum poetam secutum esse, sed saepe hominem natione Ionem formas puras Doricas prudentem imprudentemve neglexisse.

Cum Pindaro conspirat in formis Doricis 3 pers. plur., quales sunt καρύξοντι (XII 231), πτάσσοντι (V 22), σεύοντι (XVII 10), βρίθοντ' fr. 4, 17 et fortasse Φλέγοντ[α]ι ibidem, quas tamen parcius adhibuit, plerumque usus formis sive epicas vocare mavis sive Ionicas et vulgares, ut ἄγουσιν (fr. 20, 1), αὔξουσιν (V 198), ἴσχουσι (V 24), βρύουσι (III 16), δονέουσι (Id 41), εἰσὶ (VIII 88, fr. 23, 3), θάλλουσιν (V 198), Φασὶν (V 155), μέλπουσι (XII 94), οἰκεῦσι (VIII 43), ὑμνεῦσι (X 13), etiam ubi formae Doricae non hiatu excluduntur. Conspirat cum eodem in verbo τάμνω (XVI 4) quod et Doricum est et epicum, sed pro Pindarico τράφω habet epicum et vulgare τρέφω (cf. III 92. V 88. VIII 7); porro in forma ὄρνιχες (V 22), in infinitivis in ε͞ν iuxta ει͞ν (quod tamen multo frequentius), ut ἐρύκεν XVI 41, θύεν XV 18, ἴσχεν XVI 88, Φυλάσσεν XVIII 25. Insularum

Digitized by Google

Doricarum aut, si mavis, Ionicam dialectum sequi videtur in contrahendis ε͞ο et ε͞ου in ε͞υ, scribens δινεῦντα XVI 106, κρατεῦσαν VI 7, φορεῦντες fr. 20, 3, εὖντα III 78 (iuxta ἐόντα IV 19. XVIII 23), θευπροπία IX 40, Δεινομένευς V 35 (iuxta Δεινομένεος III 7. IV 13). Saepe vero apparent formae non contractae, ut δονέουσι I 41, φρονέοντι III 81 cett., ita ut, quoniam illa contractio non reperitur nisi in titulis seculo quinto posterioribus, Bacchylidi ubique reddendae videantur formae solutae, adhibita, ubi opus est, synizesi.

Reliqua quae ad dialectum aut grammaticam pertinent κατὰ στοιχεῖον notabo. Quae de industria omisi facile supplebit vocabula index locupletissimus.

ἄεθλος IV 20. VII 54. VIII 8. IX 19. XII 198 ubique est trisyllabum, etiam in πεντ-άεθλοι IX 27, sed ἄθλησαν VIII 12. Apud Pindarum saepe obtinet synizesis.

ἀέλιος X 22, 101, V 161, Ib 10 iuxta ἄλιος III 80. XVI 50. Utraque forma est Pindarica et Theocritea.

αἰ V 5. XVI 6 (αἴ κ'), sed undecies εἰ et semel εἴπερ (XVI 53). Priore forma abstinet Pindarus, nisi quod P. IV 76 αἴτε libri exhibent pro εἴτε.

αἰεί Id 38. VIII 81. XII 63, iuxta αἰέν XII 207. XVII 13. Epigr. I 5. Pindarus praeterea habet ἀεί et ἀέ.

αἰετός V 19. Apud Pindarum semel P. IV 4 requirente metro permira forma αἰητῶν ex Aldina ed. recepta est a Boeckhio.

αἰθήρ masculinum III 36. 86. V 17, femininum VIII 35 et XVI 73. Pindarus item (bis) utroque genere usus est.

αἰθύσσω = κινῶ. Fr. 56 (27 Bgk.) Ken. (quod nescio cur Bl. omiserit), 3. Dilectum Pindaro verbum, qui praeterea habet composita διαιθύσσειν, καταιθύσσειν, παραιθύσσειν.

ἀΐσσω, διαΐσσω, ἐπαΐσσω nunquam contrahuntur. Pindarus solum habet μεταΐσσω.

Accusativi in ο͞υς et α͞ς nusquam dorice corripiuntur, quod interdum fecit Pindarus, qui etiam admisit acc. plur. Aeolicos in α͞ις et ο͞ις, quibus caret Bacchylides.

Accusativus loci VIII 40 χθόνα ἦλθεν, XII 131 ἐξίκοντο χώραν, XVI 109 Φέρον — δόμον. fr. 25, 3 γῆρας ἐξικνεῖσθαι. Reliquis locis additur praepositio.

Digitized by Google

Ἀλφειός VII 49. XII 193 iuxta Ἀλφεός III 7. V 38. 181. VI 3. X 26, ubique cum synizesi, quae apud Pindarum obtinet Ol. IX 18, qui similiter utraque forma utitur.

ἄμμι Aeolice pro ἡμῖν (quo non utitur) XVI 25, ut ubique apud Pindarum. Secunda pers. pl. desideratur, ὔμμι VIII 97, quo Pind. utitur iuxta ὑμῖν.

ἀμός? fr. 13 (Bgk.) = 46 (K.), 11 (omisit locum Blass.) ἀμὸν ὃς θάλπει κέαρ, ubi libri ἄμος s. ἄμος, ex Heynii correctione, sed Blass ἀῷος coniecit. Certum est in nostra collectione hanc pronominis formam non reperiri, quinquies contra ἀμέτερος, quae Pindaro quoque longe usitatior. — Vid. σφέτερος.

ἀμφί cum anastropha XVII 53 στέρνοισί τ' ἄμφι et in tmesi XVIII 7 βάλωσιν ἄμφι.

ἀμφιβάλλω c. A. raro usu XVII 7, ubi vide quae notavi.

ἄν. Vid. κε(ν).

ἀναπτύξας V 72 et ἀναφαίνων XII 43, sed ἀγκάρυξαν, ἀγκομίσσαι, ἀμμειγνυμένα, ἄντεινον etc. Etiam Pind. rarius plenam formam servat.

Anastrophe. Vid. ἀμφί, ἀπό, παρά.

ἀπό cum anastr. in tmesi XVII 55, cf. IV 20.

αὔξω Id 24. IX 45, sed ἀέξω III 78. XII 174. Utrumque Pindarus.

βλέφαρον et ἰοβλέφαρος ubique, nusquam forma Pindarica γλέφαρον; qui tamen verbo γλέφειν non magis utitur quam B.

Dativus loci rarior: IV 14. XVI 110. XII 34 Νεμέᾳ, sed tribus aliis locis ἐν N., VI 6 Ὀλυμπίᾳ, sed ἐν Ὀ. VI 6. Cf. V 41.

Diaeresis dubia ἡ]δεῖᾳ XV 7. Vid. εὖ.

Digamma. Vide *Vau.*

δινᾶντα XII 131, δινᾶντος ibid. 45, sed Φωνάεντα fr. 26, 2 (ut Pind., sed cum synizesi O. II 93. Idem αὐδάεντα fr. 194 et τιμάεντες I. III 55).

Dualis nullum extat exemplum. Vid. adn. ad XVI 72.

δύρομαι III 55 iuxta ὀδύρομαι fr. 49, 1 Ken., ubi malim cum Headlamo ἄπρακτα δυρόμενον. Non est verbum Pindaricum sed tragicos breviorem formam praetulisse constat.

EA et EAI. Vid. H et HI.

EE, EÏ plerumque contrahuntur in EI, ut αἰνεῖ, αἰνείτω, αἰνεῖν, ὁμιλεῖ, ὑμνεῖν, λέχει, σθένει, Ἡρακλεῖ, εὐναεῖ, λιγυκλαγγείς,

Digitized by Google

εὔκλεια, Αὐτομήδει, alia; multo rarius iubente metro apparent formae solutae, ut κυανανθέι XII 91, τηλαυγέι XVI 5, Πολυνεικέι VIII 20, al., semper contra contrahitur EEI.

EI *iuxta* E. Vid. OT *iuxta* O.

εἰμί: ἔμμεναι XVII 14, ἔμμεν quater, ἐών, ἐόντα, εὖντα (III 78), εἶμεν (IX 48), sed neque inf. εἶναι occurrit neque ἔμεν, forma non magis Pindarica.

εἵνεκεν semel XII 103, sed septies ἕκατι. Pind. praeterea ἕνεκα.

ἐς ubique praeter XIV 43 (εἰς) et V 110 (εἰσάνταν nove = εἴσαντα), utrobique poscente metro.

ἐσθλός sexies (sed vid. ad 13, 3), nusquam ἐσλός, forma Pindarica et dialectica. Vid. Hoffm. dial. III p. 599.

εὖ numquam habet diaeresin exceptis ἐύδματος VIII 54 et ἐΰκτιτος III 46, ἠύς, ἠύ non extant, praeter ἠύδενδρον XVI 80 ex coniectura Kenyonis, Pindarus vero bis habet ἠύκομος, semel ἠύπυργος et ἠὺ Ol. V 16, ubi non plane certa est Hermanni correctio pro εὖ δὲ (εὖ δὴ Boeckh.).

εὖτε cum coniunctivo sine ἄν (quod Pindarus semper addit) Id 45, cum optativo XII 85 (nusquam Pind.), cum indicativo fr. 17, 1; sexies ὅτε. Pindaricum est utrumque.

EΩ nusquam contrahitur. In indice cf. ἀνθέων, ἐών, ἐγχέων, κλονέων, μεδέων, ὀλιγοσθενέων, alia. Unde apparet V 107 veram lectionem esse πλημ(μ)ύρων (non -ρῶν Ken.), XII 223 ὕμνων (-νῶν Ken.), VIII 32 ῥίπτων (-ῶν Ken.), et καλῶν III 96 esse gen. partitivum, non participium.

Ζεύς. Iuxta Διός et Δία Ζηνός et Ζῆνα. Neuter utitur forma Dorica Ζάν, apud Theocr. obvia.

ζώω Id 42 et 29, nusquam ζῶ, ζωά III 82 et V 111, nusquam ζόα. In his quoque B. conspirat cum Pindaro.

H rarissime contractum ex EA: λιγυκλαγγῆ V 73 et ὑψιφανῆ, sed cf. ἀγακλέα, ἐρικυδέα, πανδερκέα, βροτωφελέᾳ (cum synizesi XII 191 ut Πυθέᾳ), γυιαλκέα (sing. et plur.), τροχοειδέα, ταλαπενθέα. Fort. praestat λιγυκλαγγέᾳ et ὑψιφανέᾳ scribere cum synizesi.

κατένασσε de re inanimi X 40 βωμόν.

κε(ν) ter, ἄν quinquies traditum. Utraque particula etiam Pind. utitur.

Digitized by Google

κλεεννός forma Aeolica *quater* (in Bl. indice neglectus est II 6) iuxta vulgarem, quae *quinquies*, fortasse *sexies* (vid. IX 30) occurrit.

Genetivus loci XVI 63. ἔνεγκε κόσμον βαθείας ἁλός. Ceteris locis additur praepositio. Vid. *Accusativus* et *Dativus*.

ματεύω IX 35. Iuxta hanc formam, ubi metrum postulat, Pindarus et tragici adhibent μαστεύω.

μετά. Vid. adn. ad V 6.

μοῦνος. Vid OT.

N *paragogicum*. Vid. adn. ad IX 46.

ναῦς. Acc. νᾶα (Pind. ναῦν) XVI 89. 119, νᾶας XII 74, νᾶες fr. **20**, 10.

νιν passim, semel VIII 5 sensu plurali, ut Pind. fr. 7, 2, nusquam μιν, quod raro in Pindari libris obvium merito expulit Mommsen. Nec dativum ἴν, quem iniuria Hermann invehi iussit Pyth. IV 36, alteruter poeta usurpavit. Semel νιν (νειν) vocalem producere videtur XVI 90.

νυν encliticum, etiam Pindaro rarissimum, semel extat XVIII 8. Non usurpat noster frequens apud illum νύν pro νῦν. De forma νῦν metro constat ex VI 10. In papyro nusquam habet accentum. Vid. πάν.

Ξ *in aoristo*: εὐκλεΐξας VI 16, δολαξε (-ξε?) X 87, παιάνιξαν XVI 129, sed ᾠκισσαν VIII 51, ἀγκομίσσαι III 89, alia. Futuri desunt exempla.

ὡς *cum coniunctivo*, sine ἄν VIII 23, ut ὅ τι XVI 118, sed ᾗς ἂν XVIII 3 sqq. — ὅστις cum indic. I d 40. III 57 (sed malim τεύχῃ), V. 50. 164, XVI 24, cum optativo V 110, cum coniunctivo sine ἄν XVI 117.

ὡς *pron. possessivum* V 47 et XV 6, ἑός fr. 11, 5.

οὗ οἷ ξ. Bacch. habet solum dativum, Pindarus etiam sed raro accusativum, genetivum neuter.

OT iuxta O pro metri necessitate, ut apud Pindarum, apparet in νοῦσος νόσος, μοῦνος μόνος, κούρα κόρα, κοῦρος semel XVI 3, κόρος nusquam, ὄρος semel X 55. Pind. habet utrumque. — Similiter iuxta ξεῖνος (ter) ξένος et ξενία semel leguntur.

ὄφρα cnm coni. epigr. II 3, cum fut. XVII 4, ubi vid. quae adnotavi. Apud Pindarum futuri usus incertus. Vocula ὅπως

Digitized by Google

non magis quam ὡς finale apud Bacch. legitur, ἵνα bis IX 11, f. I 3(?).

παῖς apud neutrum poetam patitur diaeeresin. De usu periphrastico num. pluralis vide supra ad XIV 56.

πὰν forma Pindari Aeolica et Dorica = πᾶν, num Bacchylidea sit incertum. Semel VII 43 sine accentu παν hab. pap., sed in positione, ita ut vocalis quantitas non appareat.

παντᾷ bis V 31, VIII 48 cum Dorico accentu dedit Blass, semel (errore) πάντᾳ XIV 24. Papyrus nusquam habet accentum.

πὰρ passim iuxta παρά, ut ap. Pindarum, semel cum anastrophe XII 116.

πεδά = μετά legitur in solo verbo πεδοιχνεῖν XV 9.

πέλομαι ter occurrit, nusquam πέλω, quo tragici utuntur. Nec fortasse Pindarus, qui passim formam mediam adhibet, unico loco Ol. I 4 activam usurpavit, ubi nescio an corrigendum sit ἔπέλε' οὐδὲ pro ἔπελες οὐδὲ. Rectissime autem Homero formam activam exemisse mihi videntur editores Lugdunenses. Cf. etiam πίλναμαι et προσπίλναμαι.

πλημ⟨μ⟩ύρων V 107 et πλήμμυριν fr. 35 ut apud Homerum (caret his Pindarus) brevem habent paenultimam, quam Athenienses producunt.

πολύς: πολύ, πολλάν, πολέες, πολέας, πολέων et πολλῶν, πολλοῖς. Apud Pind. praeterea πολλὸν (neutr.) πολέσιν, πολεῖς = πολέας.

Positio. Plerumque praecedentem syllabam longam facit *muta cum liquida* positione, quae multo rarius negligitur. Excipitur media ante Λ, M, N, quae semper facit posítionem, quod idem valet de litteris ΓP, ΘΛ, ΦΛ, ΘM, KN, TN, XN, quae singula occurrunt vices 3, 5, 1, 1, 2, 1, 1, itaque rarius quam ut certi quid de his statui possit. Positione valet ΘN semel, semel non valet, quod idem dicendum de ΠN et TΛ, ΦN bis valet, semel non valet. Reliquorum proportionem declarabit haec tabella:

KΛ	valet	19 : 6
ΠΛ	„	9 : 3
BP	„	14 : 1
ΔP	„	4 : 3

Digitized by Google

ΚΡ	valet	18 : 1
ΠΡ	„	10 : 5
ΤΡ	„	18 : 5
ΦΡ	„	10 : 3
ΧΡ	„	6 : 6.

Littera ρ semel tantum facit positionem XII 63, litt. Σ item XVI 90, ubi vide quae adnotavi.

πούς: ποσσί(ν), ποσίν, πόδεσσι. Cf. πᾶσι, πάντεσσι — Χάρισσιν, Χαρίτεσσι — χέρσιν, χέρεσσιν (Pind. χείρεσσιν). In his quoque B. conspirat cum poeta Thebano.

προσήνεπεν XIV 9, ut Pindarus.

πρῶτος. Neuter poeta utitur forma Dorica πρᾶτος, quae saepe apparet apud Theocritum.

σύ (nunquam τύ, quod frequens apud Pindarum): Gen. σέο et σέθεν (non σεῦ; ut P.), Dat. σοί, τοι, τίν (XVII 14), ut apud illum.

σύν. Vid. adnotata ad V 6. Nusquam B. habet ξύν, quae forma etiam Pindaro eximenda videtur, nam scripturae ξὺν ᾧ Nem. 4, 35 et ξυνάορος fr. 122, 13 metro non postulantur.

Synizesis passim obtinet apud nostrum. E plurimis exemplis noto θεός etc. V 50. 95. XII 105, Λυγκέος X 75, Οἰνέος V 120, πορφύρεον fr. 21, 2, στηθέων V 15, ἀδελφεῶν V 118, ἀνθέων X 18, πανθαλέαν XII 34, ταρφέως XII 35, χρυσέῳ IX 40, ὄψεαι III 79, quibus addi possunt multa.

Σὔρᾰ́κουσσαι V 184, ubi vid. notam. Pindarus Συράκοσαι et Συράκοσσαι.

ὑμέτερος. Vid. σφέτερος.

σφέτερος pro ὅς III 26, ut interdum apud Pindarum. Similiter ὑμέτερος V 11 ad unum Hieronem referri potest, quemadmodum Pindarus tam hoc quam ἀμέτερος de una persona adhibet. Vid. Rumpelii lexicon. Ἀμέτερος aperte spectat solum poetam.

Tmesis est rarior: III 50 sq. ἀνὰ — ἔβαλλον, IV 20 λαγχάνειν ἄπο, XVIII 7 βάλωσιν ἄμφι, X 23 πρὸς γᾶ πεσόντας, XVII 5 ὀμμάτων δὲ στίλβειν ἄπο potius pro ὀμμάτων ἀποστίλβειν quam pro ὀμμάτων ἄπο στίλβειν dictum videtur, licet res redeat eodem. Recte etiam Tyrrell X 33 παῖδ' ἐν χθονὶ πέλασσεν explicat χθονὶ ἐμπέλασσεν.

Digitized by Google

τόθι = ὅθι III 19, ut Pind. N. IV 52, P. IX 6, sed demonstrativum est XVI 101, ut τόθεν V 197. Similiter relativum est τόσα Id 9 et XV 11.

τρισκαίδεκα. Vid. quae scripsi ad XI 92.

τρίτατος forma Homerica Ic 2, iuxta τρίτος IV 4, qua sola Pindarus utitur.

ὑπαί XII 106. Ceteris locis est ὑπό, quod solum habet Pindarus.

Φαμί. Pft. pass. πέφαται 9, 52, ubi vid. adn. Inf. φάμ]εν III 65.

Φρήν. Vid. sub πούς. Bacchylides abstinuit a forma Pindarica Φρασίν.

χείρ: χέρα, χέρας, χέρεσσι, χερσί iuxta χεῖρα, χειρός, χεῖρας, χειρῶν. Pind. praeterea habet χερός, χερί, χεροῖν, sed caret forma χέρεσσι, pro qua habet χείρεσσι P. IV 193.

Vau littera iam ante Archilochum ex Ionum dialecto evanuit, quare mirum non est et parciora apparere eius in ficticio Bacchylidis sermone vestigia et interdum perperam esse adhibitam. Sunt fere haec: ϝοι: Id 17, X 110, XVI 37. 115. ϝειπεῖν VIII 72, XIII 18 ϝέρδειν Id 24, XII 32 (ϝερχθέντων), sed XVII 42 αἰὲν ἔρδοντα, nisi forte αἰὲ ϝέρδοντα genuinum est. Cf. autem εὖ οἶδα (εἰδώς) etiam a comicis Atticis admissum. Porro ϝάναξ VIII 45, ϝέκατι Ic 6; ϝηδύς (?) X 110 [ὀπὶ ἡ]δεῖᾳ, sed suspecta diaeresis, ϝόψ XVI 129 ἐρατᾷ ὀπί, sed Ia 6 σαίνουσ' ὀπί, ϝιοπλόκος VIII 72, ϝιοβλέφαρος VIII 3, ϝιοστέφανος II 2, ubi sine causa Crusius Δαμάτερ' ἰοστ. scribi iussit. Habuit sane aliquando digamma subst. ἴον, ut vox latina *viola* testatur, sed ne apud Homerum quidem certa eius litterae vestigia apparent et recepta in Pindari Isthm. VI 23 lectio Φλέγεται δὲ ἰοπλόκοισι Μοίσαις est Bergkii correctio pro δ' ἰοπλοκάμοισι similiterque Ol. VI 30 παῖδα ἰόπλοκον, ubi libri παῖδ' ἰοπλόκαμον exhibent. Sed procul dubio falsum digamma adhibuit subst. ἰός *sagitta*, V 75 scribens ἐξείλετο ἰόν et verbo ἰαίνειν XVI 131 Φρένα ἰανθείς, ubi tamen possis cum Christio corrigere Φρένας. Sed exemplo Pindari I. I 9 defenditur II 7 scribens αὐχένι ϝισθμοῦ. Addi potest manus primae scriptura III 68 Φθόνῳ (ϝ)ιαίνεται, ab ἰός *virus*, quae mihi quidem valde abblanditur.

Digitized by Google

Harum adnotationum pars maior mihi facta erat brevi posteaquam cognovi editionem principem, quam eximie curaverat vir peritissimus Fridericus Kenyon, quibus illustrarem novam quam tunc praeparabam editionem. Edendi vero consilium abieci, simulac de suo idem faciendi proposito certior factus sum a viro qui doctrina, acumine, peritia palaeographica omnes fere qui hodie vivunt philologos post se relinquit, Friderico Blassio, cuius nova recensio optimam quam fovebam spem, si fieri potest, etiam superavit. Satis igitur habeo ex meis in Bacchylidem studiis hic illic auctis et correctis ea promere quae post utramque editionem, cui nunc tertia accessit Iurenkae, fortasse non omni utilitate carere videri possint.

ADDENDA.

VIII 1 sqq. *Δόξαν — πεισίμβροτον.* Fortasse recte Iurenka coll. XVIII 4 et Pind. O. I 31, interpretatur „jene Achtung vor dem Dichterworte, welche demselben Glaubwürdigkeit verschafft."

VIII 95. Cf. Pind. O. 12, 1 *τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί.*

IX 38 sqq. Locis collatis a vv. dd. addo Pindari fr. 221.

VIII 52 sqq. Cf. Pind. N. IV init. *ἄριστος εὐφροσύνα πόνων κεκριμένων ἰατρός.*

XII 186 sqq. Pindarus O. XIII 6 *Εὐνομίαν, Δίκαν, Εἰράναν* vocat *ταμίας ἀνδράσι πλούτου.*

Digitized by Google

STUDIA LUCRETIANA.

SCRIPSIT

J. WOLTJER.

(*Continuantur e Vol. XXV pag.* 331.)

III 402 At manet in vita cui mens animusque remansit,
quamvis est circum caesis lacer undique membris
truncus, adempta anima circum membrisque remota
405 vivit et aetherias vitalis suscipit auras:
si non omnimodis, at magna parte animai
privatus, tamen in vita cunctatur et haeret;
ut, lacerato oculo circum si pupula mansit
incolumis, stat cernundi vivata potestas,
410 dum modo ne totum corrumpas luminis orbem
et circum caedas aciem solamque relinquas:
412 id quoque enim sine pernicie non fiet eorum.
at si tantula pars oculi media illa peresa est,
occidit extemplo lumen tenebraeque secuntur,
415 incolumis quamvis alioqui splendidus orbis.

Recte Munro, Brieger, Heinze, Giussani [1]) vs. 405 cum codd. legunt *aetherias* quod Lachm. mutavit in *aerias*. Munro contulit Sen. Herc. Oct. 893 *superest et auras ille caelestes trahit* et Verg. Aen. I 546 *si vescitur aura Aetheria*, ad quos versus ego conferri velim Pacuvii 89 *id quod nostri caelum memorant, Grai perhibent aethera* et 93 *mater est terra: ea parit corpus, animam aeter adiugat.*

1) T. Lucreti Cari de Rerum Natura libri sex. Revisione del testo, commento e studi introduttivi di Carlo Giussani. Torino Ermanno Loescher, 4 partes 1896—98.

Digitized by Google

Vsm 412 quadratus totum habet in rasura; Lachm. et Bern. eum eiecerunt, Brieger seclusit; Munro eum servavit postremo vocabulo mutato, Heinze et Giussani integrum receperunt. Equidem censeo hunc versum non minus esse probandum quam vs. 415 quem Brieger quoque servavit. Omitti nullo modo potest.

Lucretius hoc dicit: anima per totum corpus est dispersa, animus vero certo eoque intimo loco in corpore est positus. „Et magis est animus vitai claustra coërcens et dominantior ad vitam quam vis animai" (396, 397). Licet magnam partem corporis recidas quo simul magna pars animae recidatur, tamen, si animus remanet, homo vivit; neque vero potest totum corpus totaque anima circum resecari (406), ita ut animum solum retineas. (Non est animus tamquam nucleus in fructu, quem nudum servamus circum recisis omnibus quae nucleum circumdant. Animus cohaeret cum anima). Eodem modo licet magnam partem orbis oculi recidas mutilesque, tamen acies remanet dummodo pupula sit intacta. Neque tamen licet totum circum pupulam orbem oculi recidi ita ut pupulam solam retineas; id quoque sine pernicie oculorum fieri nullo modo potest, non magis ac si pupulam laceres.

Pronomen *eorum* (vs. 412) quo spectet non est perspicuum. Heinze putat id pertinere ad *luminis orbem* et *aciem* vs. 410 et 11; Giussani censet κατὰ σύνεσιν ad *oculo* vs. 408. Ego rogare velim possitne *eorum* corruptum esse ex *oclorum* pro *oculorum*. Concedo hanc formam in litteris Latinis non inveniri, attamen constat vulgari sermone ita pronuntiatum esse, et antiquissimis temporibus et novissimis.

Probus in App. pag. 198, 18 dicit *oculus* non *oclus*; hoc autem invenitur in inscriptione C.I.L. X 7756, cett. [1]); multa praeterea vocabula eodem modo syncopata inveniuntur apud antiquos scriptores; apud Lucr. *periclum*, *vinclum*, *saeclum*; alia vide apud Lindsay l.l. Haec syncopa auribus Latinis non fuit intolerabilis; dubito tamen in Lucretium eam inferre.

Quod autem ad verba *id quoque enim* moneo hoc initium versus plane esse Lucretianum; cf. I 935 *id quoque enim* non

1) Cf. Lindsay p. 176.

Digitized by Google

ab nulla ratione videtur = IV 10; IV 274 *is quoque enim* duplici geminoque fit aëre visus; VI 113 *id quoque enim* genus in tonitru cognoscere possis; VI 670 *id quoque enim* fit, at ardescunt caelestia templa. Ceterum magis videtur prosae orationi haec locutio apta quam poeticae. Cf. Cic. Acad. post. I § 26 *hoc quoque enim utimur* (Müller; Orell. habet in altera editione: *hoc quoque utimur*). Liv. 27, 22, 9 *ei quoque enim* prorogatum imperium est; 27, 7. 12 *iis quoque enim* prorogatum in Sicilia imperium; 2, 18. 4 *id quoque enim* traditur cett.

Hic versus adduxit me ut in usum particulae quae est *enim* Lucretianum inquirerem. Handius ille quidem in Tursellino suo multa de hac coniunctione scripsit et Wagener in secundo volumine editionis tertiae operis quod Neue scripsit de Formis vocabulorum linguae Latinae, de sede quam haec particula occupat copiose egit, sed uterque pedestris orationis scriptores magis quam poetas respexerunt. Ego usum poetarum epicorum investigavi eumque non tantum particulae quae est *enim*, sed etiam particularum synonymarum quae sunt *nam* et *namque*. Poetas dramaticos et lyricos exclusi neque ultra Iuvenalem progressus sum.

QUOMODO LUCRETIUS ALIIQUE POETAE DIDACTICI ET EPICI USI SINT PARTICULIS QUAE SUNT *ENIM*, *NAM*, *NAMQUE*.

Lucretius centies octogies usus est coniunctione quae est *enim*; vulgo initium versus est initium sententiae; vicies semel tantum fit ut nova sententia, quae explicationem continet, in medio versu incipiat: II *87*, 485; III 6, 162, *365*, 464, *731*, *739*, 802, *881*; IV *883*; V 165, *315*, *377*, *493*, *1053*, *1119*, 1398; VI *263*, 573, *641*. Hisce locis omnibus *enim* secundum locum in sententia occupat; plerumque legitur *neque enim* (locos numeris inclinatis insignivi).

Inter reliquos locos triginta quinque coniunctionem *enim* tertio habent loco, octo quarto, tres quinto; de loco illo,

Digitized by Google

VI 1277, ubi secundum Lachm. *enim* nonam sedem habet, paullo post dicturus sum.

Nunquam ubi versus incipit a monosyllabo, *enim* obtinet secundum locum, praeterquam III 339 *non enim*. Re vera vulgo monosyllaba sunt brevia et hanc ob causam *enim* ea excipere non potest, sed etiam ubi longa sunt, ut *nil* I 647, 680; *hic* III 141, tamen *enim* tertio loco est positum. Cf. II 1153; III 876.

Eadem ratione non obtinet secundum locum ubi antecedit disyllabum desinens in vocalem. Sic Lucretius scribit *multus enim* V 806, sed nunquam *multa enim*, tum *enim* semper tertium occupat locum II 129; V 669, 849, 1094; scribit *nullus enim*, non vero *nulla enim* cf. I 219 et III 235; sic tertio loco *enim* invenitur, ubi primo loco legitur *aequa* I 704, *prima* II 133; III 246; VI 368; *etsi* V 1156, *quippe* VI 617, 1020.

Accedunt loci omnes ubi post *quippe* legitur *etenim* I 104; II 547, 792, 1133; III 440, 800; IV 728, 860, 901; V 126 240, 449, 1062, 1169; VI 271, 826, 938, 984, 1235. Denique accedit unus locus ubi est *quinque etenim* VI 912. Sunt igitur 32 loci, ubi versus et sententia incipit a vocabulo disyllabo desinente in vocalem; hisce locis omnibus vox *enim* tertium tenet locum.

Apparet Lucretium noluisse post vocabulum trochaicum vel spondaicum desinens in vocalem secundo loco collocare particulam *enim*. Quam ob causam noluit? Re vera *enim* tum per crasin cum tertio vocabulo erat coniungendum. Hoc ipsum tamen fecit post dactylicum:

I 304 *tangere enim et* tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Post monosyllabum scripsit:

III 339 non *enim, ut* umor aquae cett.

Conferatur praeterea:

V 1119 aequo animo: *neque enim est* umquam penuria parvi;
VI 116 fit *quoque enim, interdum* ut non tam concurrere nubes.

Post trochaica in primo pede haud raro vel bis crasis usurpatur:

I 74 *atque omne immeusum*
131 *unde anima atque*
295 *quare etiam atque* etiam II 243, 377 cett.
605 *inde aliae atque* aliae.

Digitized by Google

Immo sunt versuum initia prorsus similia eis quae Lucretium fastidire modo vidimus. Nam ut omittam:

III 430 *quippe ubi imaginibus* fumi nebulaeque movetur,

quem versum Lachm. interpolatori adscripsit, Munro vero, Brieger, alii merito servaverunt, Lucretius scripsit:

II 487 *nempe ubi eas* partis unius corporis omnis;

neque tamen animum inducere potuisset ut diceret:

quippe enim eas partis unius corporis omnis.

Cuius rei cum quaererem causam incidit mihi in mentem possetne causa illa haec esse quod poeta alteram syllabam particulae *enim* semper in arsi collocaret. Re vera centies septuagies nonies, vel si adnumeramus particulam quae est *etenim*, ducenties quinquies, altera syllaba particulae *enim* in arsi legitur; unus tamen est locus, ubi est in thesi; nam loco supra allato:

III 339 *non enim, ut umor aquae dimittit saepe vaporem*

scriptum legitur.

Quae cum observassem, inquisivi in alios poetas epico metro usos, in Lucilium, Ciceronem, Catullum, Vergilium, Horatium, Ovidium, auctorem Ciris, auctorem Aetnae, Manilium, Persium Lucanum, Valerium Flaccum, Iuvenalem. Repperi autem nullum ex hisce poetis posuisse *enim* tertio loco, ubi primum in versu occupat vox trochaica vel spondaica in vocalem exiens, nisi Horatium bis. Hic enim dicit Sat. II 7. 105:

tergo plector enim. qui tu impunitior illa ....

et Sat. I 6, 54:

nulla etenim mihi te fors obtulit; optimus olim .... [1])

Persius, Horatium secutus, *etenim* usurpavit:

III 48 *iure etenim* id summum, quid dexter senio ferret,

V 41 *tecum etenim* longos memini consumere soles.

Cf. etiam Valer. Flacc. infra pag. 62.

Neque vero usquam repperi post eiusmodi vocem particulam *enim* secundo loco positam, quamquam Horatius non dubitavit versum sic incipere Sat. II 3, 205:

verum ego, ut haerentis adverso litore navis.

Lucretius quam subtiliter sentiat in eiusmodi rebus exemplum

1) Germ. Aratea vs. 5 *quantum etenim*, 346 *puppe etenim* trahitur ....

Digitized by Google

ostendet. Ubi versus incipit a vocabulo quale est *omnia, tangere* et eiusmodi, semper *enim* sequitur secundo loco, semper etiam ubi initium versus faciunt verba qualia sunt *omnis, corpus* cett.

Illud fit duodecies, hoc sexagies quater. Semel tantum ab hac norma recessit. Nam legimus II 1146:

omnia debet enim cibus integrare novando.

Quam ob rem vero? Metrum non prohibet dici:

omnia enim debet cibus integrare novando.

Sic ipse dicit I 232:

omnia enim debet, mortali corpore quae sunt....

Quare igitur septuagies sexies ita scripsit, semel vero *enim* posuit tertio loco? Apparebit, ni fallor, si proximum versum addidero. Legitur enim II 1146, 1147:

omnia debet enim *cibus* integrare novando
et fulcire cibus, *cibus omnia* sustentare.

Quis non animadvertit propter chiasmum: *omnia cibus, cibus omnia* non licere prius illud *omnia* elidi, et hanc ob causam *enim* tertio loco esse positum?

Post verba dactylica, ut *acrior*, consentaneum est *enim* tertium occupare locum I 650; item post *alterutrum* I 974 et *corpoream* IV 526.

Post vocabula, quae constant ex tribus longis — — —, *enim* tertium locum habet, cum similia sint monosyllabis quod ad metrum, nec licet *-nim* in thesi collocari: cf. I 767: *alternis* gignuntur *enim*; simile est V 977 *a parvis* quod *enim*.

Omnes loci, ubi Lucretius *enim* tertio, quarto, quintove loco posuit, explicantur, si statuimus eum syllabam *-nim* huiusce particulae noluisse in thesi collocari. Itaque

A suum locum tenet *enim*, secundum in sententia:

1° si sententia incipit *in medio versu*;

2° si initium sententiae et versus est idem et versus incipit a vocabulo trochaico (vel spondaico) exeunte in consonantem (64 loci), a vocabulo dactylico exeunte in vocalem (12 loci), aut a vocabulo toto pede longiore, qualia sunt I 112 *ignoratur*, 790 *immutabile*, 812 *adiutamur*, 881 *conveniebat*, II 114 *contemplator*, 947 *dissoluuntur* cett. Adnumeranda sunt vocabula qualia VI 485 *innumerabilem*;

Digitized by Google

B tertio (vel quarto quintove) loco:

1° si versus (et sententia) incipit a monosyllabo; sunt loci 27; excipitur unus III 339, cf. supra;

2° si initium versus (et sententiae) facit vocabulum trochaicum (vel spondaicum) exiens in vocalem, 13 loci, vel si *etenim* adnumeratur (cf. supra) 32 loci;

3° si versus (et sententia) incipit a vocabulo superioribus toto pede longiore, qualia sunt I 767 *alternis*;

4° post vocabula dactylica in consonantem exeuntia: I 650 *acrior* ardor *enim*; V 1148 *acrius*, quibus adnumeranda sunt I 974 *alterutrum*, IV 526 *corpoream*.

Iam restat ut conferamus alios poetas qui eodem metro sunt usi. Sed prius mihi dicendum est de locis illis ubi Lachm. lectionem codicum mutavit.

III 288 *est etiam* calor ille animo quem sumit in ira.

Post Tanaquilem Fabrum Lachm. Bern. Munro Brieger scripserunt: *est etenim*; Lamb. vero, Creech, Havercamp, Wakef, Bockem. [1]), Heinze, Giussani tuentur lectionem codicum quae mihi quoque videtur servanda.

Quod vero Heinze, ut defendat lectionem, profert non laudo. Dicit enim particulam quae est *etenim* saepissime inveniri apud Lucretium et hisce locis omnibus praeterquam VI 912 *etenim* positum esse primo loco in sententia, quam ob rem non liceat hic cum Lachmanno scribĕre *est etenim*.

Si vero excipimus formulam quae est *quippe etenim*, ut ipse Heinzius facit, loci non restant multi, scilicet II 525, IV 1076, V 133, 207, 912. Si postremum excipimus (de quo paullo post dicturus sum) re vera reliqui loci habent *etenim* primum vocabulum in sententia. Sed Heinze non animadvertit hisce locis *etenim* in medio *versu* incipere sententiam, ubi supra demonstravimus semper *enim* secundo loco esse positum, recte igitur *et enim* se habere. Sed post monosyllabum *est* in ineunte versu non minus recte scribitur *et enim*, ut apparet e norma supra reperta.

Codices vero praebent *etiam* quod sententiae est aptissimum,

---

1) Parum igitur accurate Heinze adnotavit „das man seit Tanaquil Faber *einmüthig* in *etenim* ändert.

Digitized by Google

itaque servandum. Creechius iam scripsit: „coniecturam non improbo, sed inepta ratio quam adducit (Faber)".

Has ob causas etiam falsum est argumentum quo ductus Heinze VI 912 *etenim* mutari iubet in *etiam*, quod, si in codicibus scriptum legeretur, probarem; sed traditum est *etenim*, quod in initio versus recte se habet post *quinque* et probabile est quod ad sententiam. Praeterea Lachm.

V 632 „flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur"

pro *etiam* scripsit *etenim*, quod Bernays, Munr. Bockem. Brieger, Giussani receperunt. Heinze tuetur *etiam*, quod mihi quoque placet; novum enim argumentum addi mihi videtur.

Bis in codd. legitur *quippe enim* V 1062 et VI 209 quod intolerabile esse iam vidimus. Priore loco Lachm. scripsit *quippe etiam*, altero vero *quin etiam*, sed recte Brieger et Giussani *quippe etenim* utroque loco ediderunt.

Denique restat locus ille in fine operis ubi legitur:

VI 1276 nec iam religio divom nec numina magni
pendebantur *enim*: praesens dolor exsuperabat.

Ita post Lachm. omnes editiones; antiquiores ante *enim* interpungebant. Viri docti tamen mihi videntur non satis perspicere difficultatem quam Lachmanniana interpunctio praebet, qua fit ut *enim* nonum locum in sententia teneat. Supra iam dixi tres esse locos Lucretianos ubi *enim* in quinta sede esset positum:

I 219 nulla vi foret usus *enim*, quae partibus eius....

V 1148 acrius ex ira quod *enim* se quisque parabat

VI 701 in summo sunt vertice *enim* crateres, ut ipsi....

Hoc facile poetae condonatur (attendatur initium horum versuum), cum vel in soluta oratione Cicero ipse interdum *enim* quarto loco ponat.

Praeterea Vergilius ille quidem videtur *enim* septimo loco posuisse Georg. II 509:

hunc plausus hiantem
per cuneos geminatus enim plebisque patrumque
corripuit;

sed *enim* hic non habet vim explicandi, sed asseverandi et augendi; pertinet ad *geminatus*, non pertinet ad totam sententiam.

Iam alia est causa quae facit ut dubitem an non recte Lachm. *enim* hoc loco coniunxerit cum antecedentibus. Quod iam si

Digitized by Google

facimus, *enim* postremum est vocabulum in enuntiato; hoc autem neque Lucretius usquam admisit nec alius quisquam.

Nam tres sunt apud illum interrogationes, ubi *enim* postremam occupat sedem; I 669 *quo referemus enim?* III 790 = V 134 *quid si posset enim?* quas tamen, quod ad hanc rem, toto caelo diversas esse ab illo in fine libri VI loco nemo non videt.

Denique aliam rem observavi, quae adduxit me ut crederem *enim* cum verbis quae sequuntur esse coniungendum. Semper enim cum sententia continuatur e versu antecedente, *enim* pertinet non ad hanc sententiam, sed ad sententiam quae in medio versu incipit. Sunt autem loci hi:

II 85 nam cum cita saepe
obvia conflixere, fit ut diversa repente
dissiliant: neque *enim* mirum .....

II 483 namque in eadem una cuiusvis iam brevitate
corporis inter se multum variare figurae
non possunt. fac *enim* .....

III 5 non ita certandi cupidus quam propter amorem
quod te imitari aveo: quid *enim* contendat hirundo.

III 161 Haec eadem ratio naturam animi atque animai
corpoream docet esse: ubi *enim* .....

III 364 luminibus quia nobis praepediuntur,
quod foribus non fit. neque *enim* .....

(Lachm. post praepediuntur punctum scripsit; editiones vero ante illum emissae semicolon, Bockem. rectius comma).

III 463 quin etiam morbis in corporis avius errat
saepe animus: dementit *enim* .....

III 730 at neque cur faciant ipsae quareve laborent
dicere suppeditat. *neque enim* .....

III 738 nec tamen est ut iam perfectis insinuentur
corporibus: *neque enim* poterunt .....

III 800 quippe etenim mortale aeterno inngere et una
consentire putare et fungi mutua posse
desiperest: quid *enim* .....

III 880 corpus uti volucres lacerent in morte feraeque,
ipse sui miseret: *neque enim* se dividit illim,

V 164 cetera de genere hoc adfingere et addere, Memmi,

Digitized by Google

desiperest. quid *enim* .....
V 314 nec validas aevi vires perferre patique
finiti? *neque enim* caderent avolsa repente,
V 376 quare etiam nativa necessumst confiteare
haec eadem: *neqne enim* .....
V 492 sidebant campi, crescebant montibus altis
ascensus: *neque enim* .....
V 1052 nec ratione docere ulla suadereque surdis,
quid sit opus facto, facilest: *neque enim* paterentur.
V 1118 divitiae grandes homini sunt vivere parce
aequo animo: *neque enim* .....
V 1397 tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
consuerant. agrestis enim .....
VI 262 sic igitur supera nostrum caput esse putandumst
tempestatem altam. *neque enim* .....
VI 572 saepius hanc ob rem minitatur terra ruinas
quam facit: inclinatur *enim* .....
VI 639 Nunc ratio quae sit, per fauces montis ut Aetnae
expirent ignes interdum turbine tanto,
expediam: *neque enim* .....

Consulto hos locos exscripsi totos, omnes qui ita se habent, ut versus in quo *enim* legitur continuetur ex antecedente: iam qui hoc legunt ipsi vident hanc particulam tum semper pertinere ad alteram partem versus. Quod cum ita sit, quidni idem dicendum de hisce versibus?

nec iam religio divom nec numina magni
pendebantur. *enim* praesens dolor exsuperabat.

Poetae illi quottuordecim, quos ad hanc rem investigandam perlegi, nullum praebent locum ubi in versum antecedentem vis particulae quae est *enim* pateat. Unus Vergilius scripsit semel, Aen. II 163:

omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. *impius ex quo*
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes....

Qui locus quantum distet ab eo quem Lachm. Lucretio tribuit non est quod moneam. Aliud est quod repperi in poetis satiricis, Horatium dico et Iuvenalem (Persium non dico) qui cum eorum sermo proxime absit a pedestri oratione, haud raro

Digitized by Google

habent *enim* in fine versus, ita ut sententia se extendat in proximum versum. Hor. Sat. II 3, 94:

: omnis *enim* res,
virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
divitiis parent.

Reliqui loci sunt: Sat. II 3, 201; Epist. I 18, 32; Iuven. VII 194, XIV 38.

Iam redeo ad Lucretium. Neque hic, neque alius poeta epicus *enim* posuit postremum vocabulum in longiore sententia, neque ita ut pars esset sententiae continuatae ex versu antecedente. Illo loco igitur (VI 1277) „*enim* praesens dolor exsuperabat" est legendum.

Obiciat aliquis *enim* nunquam apud Lucretium primum locum tenere. Id verum est, sed apud Terentium, ne dicam Plautum, haud raro ita est positum; Heaut. 72 *enim* dices; Phorm. 983 *enim* nequeo solus; Hec. 238 *enim* lassam. Ipse autem Lachm. alio loco Terentium auctoritatem habere Lucretio dicit (Comment. p. 140, 189, 210). Praeterea Lucretius nonne alias et constructiones et verba usurpat, quae superioribus temporibus erant apta, suis minus? In memoriam tantum revocem *cum* causale cum indicativo.

Sed utcumque res est plures sunt eaedemque graviores difficultates, si hoc loco *enim* cum antecedentibus, quam si cum sequentibus coniungitur.

Iam videmus usum Lucretianum, si ad primam causam referatur, pendere ex eo quod altera syllaba particulae quae est *enim* non ponatur in thesi. Hanc ob causam in initio versuum sedem non habet secundam post monosyllaba, trochaica vel spondaica in vocalem desinentia, post vocabula toto pede dactylico illis longiora. Hoc idem autem dicendum est de reliquis poetis quos supra enumeravi omnibus. Praeter locum illum Lucretianum III 339, ubi versus incipit „*non enim, ut umor*," alium qui ab illa norma recederet inveni nullum. Quam ob causam probare non possum Bergkii coniecturam ad Ennii Annal. vs. 287 (ed. L. Mueller). Versus laudatur a Cic. de Sen. § 10, ubi codd. omnes praeter unum habent: *non enim rumores ponebat ante salutem*, codex Monacensis saec. XII prae-

Digitized by Google

bet: *non ponebat enim* rumores cett., quod congruit cum lege a nobis exposita, sed sine ullo dubio mera est coniectura; Bergkius vero coniecit: *non eni rumores* cett. quod quamquam Luc. Mueller laudat scribens: *fortasse eni* (= *enim*) nullo modo probari potest, ut iam perspicuum erit; Lachm. verum restituit: *noenum rumores* cett. Cf. de Off. I § 84.

Unum iam addendum est. Ubi *enim* per crasin contrahitur cum sequente vocabulo, quod haud raro fit apud omnes poetas, ita tamen contrahitur ut syllaba contracta sit in arsi posita. Loci omnes sunt hi:

Lucil. 209 (Lachm.) *suam enim insinuare innubere censent.*

Lucr. I 304 *tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res;* praeterea II 454, III 193, 339, 573, V 165, 1119, VI 116.

Verg. Aen. I 198 *o socii* (*neque enim ignari sumus ante malorum*) VI 52, IX 748; Horat. Sat. II 3, 201; Ep. I 20, 16. — Ovid. Metamm. IV 17, VII 660, VIII 809, XI 630, XIV 524; Manilius I 90, II 347; — Persius III 48. — Lucanus II 539, IV 762, IX 42. — Valerius Flaccus I 814, II 102, III 210, VI 22. — Iuvenalis VI 530, IX 22, 84, X 321, XIV 73, 127, XV 26, 107. — Ciris 190.

Locus autem ille, qui solus repugnat, III 339, sic legendus est:

> *non ut enim umor* aquae dimittit saepe vaporem,
> qui datus est, neque ea causa convellitur ipse,
> sed manet incolumis, non, inquam, sic animai
> discidium possunt artus perferre relicti ....

Nunc iam poetas inter se comparemus.

Praemitto tabulam e qua conspicitur quotiens *enim* apud quattuordecim poetas epicos inveniatur, quorum opera spatium duorum triumve saeculorum continuorum explent. Addidi comparationis causa particulam *nam*. Sicut vero inter locos ubi *enim* reperitur, etiam eos numeravi ubi *etenim* exstat, ita particulae *nam* adnumeravi *namque*.

Semel igitur in quadringenis versibus hexametris legitur *enim* apud Lucilium, semel *nam* in quinquagenis; in Ciceronis Arateis in quingentis fere versibus ne semel quidem *enim*, *nam* vero semel in trigenis fere, cett. Numeros autem summis solidis significavi.

Digitized by Google

	enim (etenim)	nam (namque)
Lucilius	400	50
Cicero	(500 fere ne semel q.)	20
Lucretius	35	35
Catullus LXII, LXIV .	(500 fere ne semel q.)	40
Vergilius	250	100
Horatius	100	60
Ovidius.	100	100
Manilius	300	90
Persius	100	100
Lucanus	400	60
Valerius Flaccus . .	200	120
Iuvenalis	70	50
Auct. Ciris	80	35
Auct. Aetnae. . . .	600	40

Ex hac tabula conspicitur inter hos poetas Lucretium saepissime usum esse particula *enim*, qua Cicero in Arateis, et Catullus abstinuerunt, auctor Aetnae et Lucanus perraro usi sunt. Ex natura carminis philosophi et didactici partim tantum hoc explicatur, nam Georgica Vergilii, Ciceronis Aratea, Manilii Astronomica, Aetna, non eiusdem quidem, attamen similis sunt generis. Inter vocabula quoque poetae suos habent amores deliciasque. Lucretius interdum tribus versibus paene continuis (III 754, 756, 757) utitur particula *enim*. Et quam ob rem Cicero et Catullus eam aspernati sunt?

Sed haec iam mittam, nam alia sunt, eaque graviora, tractanda.

Modus quo poetae particula *enim* utuntur valde differt. Apud antiquiores libera est et soluta, nullo vinculo cum aliis ita coniuncta ut formula quaedam nascatur. Qui principia et leges noverunt quibus sermo hominum fit et constituitur, sciunt haud raro vocabula inire societates quasdam cum aliis vocabulis, quo fiat ut eorum usus minus sit liber et vocabula coniuncta potius usurpentur quam soluta. Sic particula quae est *enim* societatem iniit cum particulis quae sunt *neque*, *sed*, *vero* et

Digitized by Google

cum pronominibus, praesertim cum *quid* vel *quis*. Eo autem modo ortae sunt copulatae illae particulae *etenim*, *neque enim*, *quid enim*, quae apud posteriores poetas tamquam formulae factae sunt et multo sunt frequentiores, quam particula *enim* sola.

Id docet tabula haec [1]):

	enim	etenim	neque enim	quis enim	sed enim
Lucilius	2	0	0	0	0
Cicero	0	0	0	0	0
Lucretius	159	24	16	5	0
Catullus	0	0	0	0	0
Vergilius	20	2	21	5	4
Horatius	19	5	3	7	0
Ovidius.	31	1	46	21	11
Manilius	7	1	3	3	1
Persius.	1	3	1	1	0
Lucanus	0	0	16	4	1 (at e.)
Val. Flaccus . . .	5	5	16	1	1
Iuvenalis	23	0	6	24	0
Auct. Ciris . . .	1	0	1	5	0
Auct. Aetnae. . .	0	0	0	1	0

Videmus igitur inde ab Ovidio valde deminui liberum usum, ut ita dicam, particulae quae est *enim* (primi numeri in tabula), crescere vero usum coniunctum, quem dixi.

Lucretium iam dixi loco quo poneret *enim* evitare difficultates, quas haec particula poetae praeberet. Vergilius raro hac ratione utitur. Quando apud eum *enim* legitur in versu qui incipit a trochaico vocabulo in vocalem exeunte, usurpata est sententia in parenthesi posita:

Buc. I 31; Aen. IV 20, 105; VII 505; VIII 251; XI 537;

1) Ad Lucretium usus sum meis ipsius indicibus; ad Horatium Zangemeisteri, ad Iuvenalem Friedlaenderi; reliquorum scriptorum loci legendo erant colligendi, quam ob rem affirmare non ausim omnino nullum locum esse praetermissum; res ipsa tamen stabit.

Digitized by Google

etiam ubi monosyllaba in initio versus leguntur: Aen. I 198, 261; IX 696, 704; XI 684; XII 798.

Omnino ubi metrum difficultatem affert rem hoc modo expedit.

Huc etiam mihi videntur pertinere loci ubi *enim* tertio loco positum videtur post nomen trium longarum syllabarum:

Aen. VI 317 Aeneas, miratus enim motusque tumultu,
dic, ait, o virgo .....
X 874 Aeneas, adgnovit enim, laetusque precatur.

Cf. I 643 Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
passus amor) ..... praemittit Achaten,
X 217 Aeneas (neque enim membris dat cura quietem).

Ribbeckius (in editione critica minore a. 1894) in illis quoque versibus debebat uti uncis, sicut in his, quamquam illud laetus*que* (X 874) obstare videtur; certe inter commata ponenda sunt verba *adgnovit enim.*

Reliquis locis ubi *enim* non occupat secundam sedem legitur *sed enim* Aen. I 19, II 164, VI 28; *et .. enim* VII 645; *nec .. enim* Aen. II 100.

Horatius parenthesi non utitur; ubi metrum cogit, locum mutat vel ordinem verborum:

Epist. I 18, 19 Ambigitur quid *enim*?
III 212 Indoctus quid *enim* saperet? Cf. Sat. II 3, 201.

Sed in medio versu: Sat. II 3, 166 ..... quid *enim* differt?

Inter 19 locos sunt 14 ubi antecedit vocabulum trochaicum desinens in consonantem, plerumque in initio versus.

Ceterum usurpat *etenim* Sat. I 6, 54; 7, 10; II 3, 284; 5, 60; 7, 37; — *neque enim* et *etenim* in satiris tantum reperiuntur. *Etenim* semel est in initio sententiae positum, Sat. II 7, 37.

Ovidius in Metamm. semel habet *enim* tertia sede positum, III 262 *Profeci quid enim totiens per iurgia? dixit.* Cf. supra Horatium.

Saepe utitur parenthesi, neque tamen eodem modo atque Vergilius ad metri difficultatem evitandam; cf. I 250; II 621, 766; III 6, 336, 658 cett. Semel habet *etenim* idque in parenthesi et primo loco, XIV 695.

Ex 31 locis ubi *enim* non coniunctum legitur 16 sunt, ubi antecedit vocabulum trochaicum in cons. exiens.

Manilius semper *enim* posuit secundo loco, praeterquam III 254,

Digitized by Google

ubi post monosyllabum usus est *etenim*; *tunc etenim solum bis senas tempora in horas* et III 165 *perpetuas neque enim sedes*. Mirum videtur eum paene totiens libere usum esse particula *enim* quotiens in copulationibus; sed notandum est inter 7 illos locos (ubi *enim* semper est secundum vocabulum *in versu*) duos et deinde tres eodem modo incipere I 90 *semper enim*, idem II 293; II 174 *distat enim*; idem II 347, 651. Minus liber igitur est usus quam videtur. Praeterea semper antecedit vocabulum trochaicum in consonantem desinens; praeter *semper* et *distat*, II 747 *cuius*, 860 *vincit*. Cf. Iuvenalis.

Persius *enim* semel tantum solutum habet, idque in initio versus: V 63 *cultor enim*. In hac re igitur Horatium non est secutus.

Lucanus omnino abstinuit a libero illo usu. Praeterea *enim* nunquam in ineunte, semper in medio versu legitur, et semper secundo loco.

Valerius Flaccus exemplo usus est Vergilio, sed, ut fit, in usurpandis coniunctionibus non satis imitationem attendit. Nunquam habet *enim* in initio versus praeterquam IV 578 *fabor enim*, bis *etenim* post *illum* V 680, post *haec* VI 436, post monosyllaba igitur.

Id quod unusquisque in legendo Vergilio animadvertit ille quoque observavit, nam ter *enim* posuit in parenthesi I 587, VI 657, VII 456, neque tamen, si quid video, ut difficultatem in metro positam evitaret. Ubi *enim* non coniunctum usurpatur antecedit vocabulum trochaicum in cons. exiens: II 362 *urget e.*, IV 578 *fabor e.*, V 535 *frater e.*, VIII 393 *tempus e.*, sed III 16 *tibi e.* in medio versu.

Bis tantum *enim* tertio loco posuit idque in medio versu post monosyllabum II 362 ..... *tunc urget enim*, VIII 393 *id tempus enim*; semel etiam *neque enim* secundo loco: I 500 .... *patrii neque enim probat otia regni.*

Apud Iuvenalem *enim* semper secunda sede est positum, excepto uno loco VII 199 *Ventidius quid enim?* (Cf. supra Horatium.).

Non exspectamus apud eum tot locos ubi *enim* non coniunctum cum pronomine vel coniunctione est usurpatum. Sed primum oratio Iuvenalis non multum abest a pedestri oratione; deinde vero *enim* illis locis paene semper eodem modo se habet quod

Digitized by Google

ad metrum; antecedit vocabulum trochaicum in consonantem exiens, deciens quinquiens in initio versus: III 15 *omnis enim;* 132, XII 115 *alter e.*, V 88 *illud e.*, VI 179, VII 125, XIV 38, XV 97 *huius e.*, 530 *credit e.*, VII 2, XV 26 *solus e.*, 134 *spondet e.*, 194 *distat e.*, VIII 73 *rarus e.*, 202 *damnat e.*, 258 *pluris e.*, IX 22 *nuper e.*, 84 *tollis e.*, XIV 73 *plurimum e.*, 109 *fallit e.*, XIV 224 *nullus e.* Restant duo tantum loci, ubi legitur in medio versu: IX 126 *festinat e.*, XIII *quaerebat e.*

Non est igitur usus tam liber quam videtur. Cf. Manilius. Auctor carminis quod inscribitur Ciris, si ex usu huius particulae iudicare licet, non est Vergilius, sed poeta aliquis post Ovidium qui vixit. Semel utitur *enim* in medio versu; antecedit *ubi* (vs. 180); semel *neque enim* in parenthesi (vs. 227), ceterum *quid enim*, bis in parenthesi. De auctore Aetnae nihil dici potest, quod ad usum particulae *enim*, nisi quod proxime abest a Catullo et Cicerone.

Iam restat ut pauca dicam de particulis *nam* et *namque*. Ex tabula, quam supra exhibui, conspicitur usum esse multo constantiorem; in nullo poeta *nam* abest, plurimum legitur in Ciceronis Arateis. In quingentis fere versibus sedecies usurpatur *nam*, uno loco excepto (vs. 444 ed. Baehr.) semper in initio versus; sexies *namque*, quatter ante vocalem, bis ante consonantem. Hi versus certe non probant poeticum ingenium Ciceronis. Germanicus in Arateis suis in 725 versibus quatter habet *enim* (576 *semper enim*, 5 *quantum etenim*, 346 *puppe etenim*, in initio versus; 653 *sed enim* in medio versu), sexies *nam* (ter in initio, bis in medio, semel in fine versus), quinquies *namque* (ter ante vocalem, bis ante consonantem).

Sicut metri causa *etenim* ponitur pro *enim*, ita *namque* pro *nam*. Raro *nam* iuvenitur ante vocalem; semel repperi apud Lucilium (vs. 123 *nam ut*), semel apud Vergilium (Aen. I 308 ..... *nam inculta*), semel apud Persium V 158 *nam et* .....

Mirum est quod apud Horatium inveni. Non minus quam quinquies usus est particula *nam* ante vocalem; *nam ut* Sat. I 3, 120; 4, 13; 6, 27; *nam exemplo* Sat. I 1, 33; *nam inquiram*

Digitized by Google

Sat. II 3, 41. Idem vero qui tam parum dubitabat *nam* per crasin coniungere cum proximo vocabulo, raro *namque*, ob eandem, nisi fallor, causam, usurpavit ante vocalem, ter tantum; sed octies ante consonantem. Multo saepius invenitur apud eum *nam* (54 locis) quam *namque* (11 locis). Contra Vergilius non minus quam sexagies bis usus est particula *namque*, idque toties ante vocalem quoties ante consonantem; multo minor vero est numerus locorum ubi *nam* legitur. Horatius et Vergilius bis *nam* habent postremum vocabulum versus, Horatius *namque* ter.

Apud Ovidium in Metamm. *nam* numquam in fine versus legitur, *namque* semel; haec particula illa multo est rarior; *nam* 96 locis exstat, *namque* 24, septies tantum ante vocalem.

Sed nolo omnia referre, quoniam legem certam non observavi, ne hanc quidem *namque* apud antiquiores poetas saepius ante vocalem inveniri quam apud recentiores. Nam apud Lucr. *namque* vicies ter est ante vocalem, octies ante consonantem, sed in Aetna ter est ante vocalem, numquam ante conson., in Ciri sexies ante vocalem, semel ante conson., apud Val. Flaccum contra octies ante voc., nonies ante conson.

Quod ad locum raro *nam* secunda sede est positum; apud Lucil. Cicer. Lucret. auctorem Aetnae nunquam, semel apud Catullum (XLIV 301), nonnullis locis apud Verg. Hor. Ovid. Manil. cett. In Ciri legitur in initio versus 458 et Verg. Georg. IV 16 etiam in initio *omnia nam*, ubi Lucret. *omnia enim* scripsisset, nisi fallor. Cf. Lucr. I 232, 641; V 455, 820.

Namque quoque secundo loco legitur Verg. Aen. III 379, Horat. Sat. I 6, 57, Ov. VIII 273, X 515, aliisque locis.

Nam et *namque* etiam tertio loco reperiuntur Verg. Ecl. III 33, IX 39; Ovid. IX 669, XIV 312. Apud Verg. *namque* quarto loco legi Aen. X 614, etiam sexto loco Ecl. I 14. *Namque* scilicet Vergilianum saepissime locum tenet particulae quae est *enim* (nemo ex omnibus poetis totiens usus est *namque* quotiens Vergilius); multis enim locis haec particula ab *enim* nihil differre mihi videtur. Iam in primo libro Aeneidis quid *enim*, *nam*, *namque* differant hisce locis non video:

198 o socii, *neque enim* ignari sumus ante malorum,

731 Iuppiter, hospitibus *nam* te dare iura locuntur,

Digitized by Google

65 Aeole, *namque* tibi divom pater atque hominum rex
et mulcere dedit cett.

Ita illis locis quoque, Aen. X 614 et Ecl. I 14 dico, altera particula pro altera posita videtur.

Val. Flacc. 16 locos habet ubi *nam* legitur prima sede, 8 secunda, 3 tertia, 1 quarta (IV 709); *namque* 14 locis legitur prima, 3 secunda sede. Quod ad usum huius particulae proxime abest ab eius exemplo, Vergilio, qui tamen multo saepius utitur *namque* quam *nam*.

Ut paucis comprehendam haec sunt quae demonstravi:

a) particula *enim* apud poetas epicos semper ita usurpatur, ut altera syllaba posita sit in arsi, habeat ictum;

b) si per crasin haec syllaba coniungitur cum proximo vocabulo, syllaba per crasin orta semper est in arsi posita;

c) *enim* sua natura semper ponitur secunda sede in enuntiato sive sententia; metri causa tantum sedem mutat;

d) propterea quod altera syllaba semper in arsi ponitur, *enim* locum secundum non habet post monosyllaba, trochaica in vocalem desinentia atque eiusmodi vocabula in ineuntibus versibus posita;

e) Lucretius et Horatius post eiusmodi vocabula *enim* tertio (quartove) loco ponunt, vel, quod idem est, utuntur particula quae est *etenim*; Vergilius utitur parenthesi vel etiam particula *namque* pro ea quae est *enim*;

f) poetae epici post Ovidium parcius utuntur particula *enim*; in initio versuum perraro nisi post trochaica in consonantem exeuntia;

g) praeterea iidem poetae minus libera utuntur particula *enim*, quae vulgo apud eos coniuncta est cum pronominibus *quid*, *quis* et cum coniunctionibus *et*, *sed*, *neque*;

h) non est hanc ob causam plerumque discrimen in significatione particularum *enim* et *etenim*;

i) *nam* et *namque* metro tantum differunt; sedem in sententia utraque particula eandem occupat;

k) *nam* perraro usurpatur ante vocalem, ubi poetae *namque* collocare solent (excipitur Horatius);

Digitized by Google

l) Vergilius saepius quam alii poetae utitur particula quae est *namque*, quae apud eum vicibus fungitur particulae *enim* et eodem loco, significatione eadem usurpatur;

m) particula quae est *enim* non est pars enuntiati incipientis in versu antecedente.

III 434.

III 434 nunc igitur quoniam quassatis undique vasis
diffluere umorem et laticem discedere cernis,
et nebula ac fumus quoniam discedit in auras,
crede animam quoque diffundi multoque perire
ocius et citius dissolvi in corpora prima,
cum semel ex hominis membris ablata recessit:
440 quippe etenim corpus, quod vas quasi constitit eius,
quam cohibere nequit conquassatum ex aliqua re
ac rarefactum detracto sanguine venis,
aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo
444 corpore qui nostro rarus magis incohibescit?

Brieger censet ante vs. 444 unum versum esse omissum et hunc versum omissum cum vs. 444 sententiam continere in superioribus iam expressam, ergo delendam.

Nullo modo miror virum doctum illum, qui postremus Lucretius edidit, Giussanium dico, de sanando hoc versu desperantem scripsisse: „Rinuncio alla correzzione di questo verso"; optimi enim philologi, inter quos Lambinum, Lachmannum, Bernaysium, Bergkium, Munronem laudo, frustra eum emendare conati sunt.

Briegeriana coniectura estne probabilior?

Versum 444 esse corruptum nemo non videt: verbum *incohibescit* nec quod ad formam nec quod ad sententiam rectum esse potest. Brieger putat legendum esse ..... *mage sit, cohibessit*. Statuit igitur lacunam, duos versus seclusit, duo vocabula mutavit.

Etiam in rebus philologicis hoc est petendum ut minima contentione res quaeque efficiatur.

Videamus quid dicat poeta. Vss. 434 et 35 ait humorem vase contentum diffluere vase undique quassato; deinde aliud

Digitized by Google

atque diversum addit proximo versu, scilicet rem quae per se nullam habeat formam, nebulam puta et fumum, in aërem discedere. Quod ut recte ex mente poetae intellegatur, tenendum est quod de aëre variis locis docuit. Aer est materies et hanc ob causam tangit et tangitur; omnibus rebus est circumdatus (6, 1036) et in eas suam vim exercet, perpetuo eas verberando (6, 1027). Attamen aer constat ex atomis quae „dissiliunt longe, longeque recursant" (2, 106); „corpore toto innumerabiliter privas mutatur in horas" (5, 273), quam ob causam non potest „rem quamque morari" (2, 233) et *facilis* a poeta dicitur (4, 693). Sua natura igitur nulli rei est tamquam vas, non cohibet. Vas continens humorem cum diffractum est, tunc tantum humor diffunditur; aer omnino non continet, non cohibet, quam ob causam nebula et fumus in eum discedunt, diffunduntur.

In toto hoc argumento, a vs. 425 ad vs. 444, duae comparationes instituuntur; ab altera parte anima comparatur cum aqua, fumo, nebula, quibus dicitur volubilior, rarior esse, ab altera aer comparatur cum vase et cum corpore quod ipsum est vas, et dicitur multo minus cohibere, vel potius omnino non cohibere.

Hisce positis poeta ratiocinatur sic: „Si igitur vas diffractum humorem non continet, et nebula et fumus diffunduntur in aërem non cohibentem, credendum est animam, cum corpus, quo tamquam vase contineatur, sit conquassatum et hanc ob causam rare factum, excedere et ab aëre cohiberi non posse et interire. Si enim corpus rarefactum animam cohibere non potest, qui possit eam continere aër, qui sua natura rarior est corpore et omnino non cohibens?"

Hanc ratiocinationem totam esse ex mente Lucretii qui eius carmen novit non negabit; praeterea disertis verbis scripta legitur, si verbum corruptum *incohibescit* nulla fere mutatione facta emendatur hoc modo: *incohibens sit*:

aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo
corpore qui nostro rarus magis incohibens sit?

Incohibescit et *incohibens sit*, cum *e* in utroque verbo natura esset longa et *n* consonans ante *s* vix audiretur, fere eodem modo pronuntiabantur et scripta facile commutabantur, eo tem-

Digitized by Google

pore quo archetypus scriptus est. Ita in codd. Leid. inveni 2,853 *contractas* pro *contractans* in A et B; 4, 1194 *umectas* pro *umectans* in A; 6, 454 *compressa* pro *comprensa* in A et B, contra 4, 78 *consensum* pro *concessum* in B et 4, 982 in A et B. Litterae *sc* multis locis confunduntur cum *c*; 4, 43 *fusca* pro *fusa* in A, 6, 1271 *visceribus* pro *viceribus* (ulceribus) in A; 6, 176 in B legitur *spiscessere* pro *spissessere*; contra 3, 336 *vicera* pro *viscera* in A, 3, 719 *vicere* pro *viscere* in A et B; 4, 811 *nocere* pro *nosccre* in A et B; 6, 893 *concius* pro *conscius* in A et B; 6, 63 *adciscunt* pro *adsciscunt* in A et B; 5, 1234 *facis* pro *fascis* in A.

Quod ad artem palaeographicam igitur nihil obstat quominus coniectura mea probetur. Re vera participium vel potius adiectivum *incohibens*, quod sciam, nullo loco alio invenitur, sed Lucretius, haud raro verborum inventor, solus usurpavit *inolens* 2, 850 „*inolentis* olivi naturam", et primus, nisi fallor, *immerens* dixit 2, 1104 „examinatque indignos *in*que *merentes*".

Denique ne quem offendat modus quo adiectivum *rarus* usurpatum est, moneo ut conferat *imbecilla* 3, 604.

III 463—471.

Huc accedit uti videamus, corpus ut ipsum
suscipere inmanis morbos durumque dolorem,
sic animum curas acris luctumque metumque;
quare participem leti quoque convenit esse.
quin etiam morbis in corporis avius errat
saepe animus: dementit enim deliraque fatur,
interdumque gravi lethargo fertur in altum
aeternumque soporem oculis nutuque cadenti;
unde neque exaudit voces nec noscere voltus
illorum potis est, ad vitam qui revocantes
circum stant lacrimis rorantes ora genasque.
quare animum quoque dissolui fateare necessest,
quandoquidem penetrant in eum contagia morbi:
nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest;
multorum exitio perdocti quod sumus ante.

Digitized by Google

Brieger vss. 463—471 seclusit; Giussani vs. 472 et 473 collocavit post vs. 463. Uterque existimat vs. 472 pertinere etiam ad vss. 459—462. (Cf. Brieger in Annalibus phil. cl. 1896 pag. 131).

Locus est perdifficilis. Negari non potest poetam *morbos* et *dolorem* tribuere *corpori; curas, luctum, metum animo.* Quam ob rem fateor me non intellegere qui Giusannius scripserit: „In 459—462 è detto che se il corpo è soggetto a *morbi* l'anima è soggetta a *dolores*; quindi vien naturale l'aggiunta: „ma tanto *morbus* che *dolor* son causa di morte". Non nego recte posse dici curas, luctum, metum esse morbos et dolores animi, sed qui hoc dicit utitur metaphora; praeterea èt morbi èt dolores tribuuntur vere corpori, metaphorice animo; neque verum est *morbos corpori, dolores animo* tribui, sive a poeta sive a quoquam alio. Conferatur cum hoc loco 2, 17—19:

„nil aliud sibi naturam latrare, nisi utqui
„*corpore* seiunctus *dolor* absit, *mens*que fruatur
„iucundo sensu, *cura* semota *metu*que".

ubi eodem modo *dolor* a *curis* et *metu* discernitur.

Dolorem pertinere ad corpus docemur 2, 963—965:

„dolor est, ubi materiai
„corpora vi quadam per viscera viva per artus
„sollicitata suis trepidant in sedibus intus".

Contra metus et eiusmodi affectiones habent sedem in animo 3, 141:

„hic exultat enim pavor ac metus, haec loca circum laetitiae mulcent".

Qua ratione autem animus, anima, corpus secundum Lucretium cohaereant notum esse existimo.

Dolor est „motus" qui vulgo finem habet „in summo quasi corpore"; si penetrat in ipsum animum „vitae deest locus", statim sequitur mors (3, 252—257); dolor igitur in animo esse non potest.

Praeterquam illis locis vox quae est *dolor* legitur: 2, 467, 967; 3, 111, 147, 495, 646, 663, 990; 4, 306, 716, 866, 1015, 1079; 5, 1061; 6, 657, 659, 784, 1202, 1277; quibus locis omnibus, nisi fallor, dolor pertinet ad corpus. Restant pauci quos separatim affero, cum ansam dubitationis praebeant. Libro 2,

Digitized by Google

vs. 649 „divom natura" dicitur „privata dolore omni, privata periclis"; addita vox *periculorum* ostendit dolorem proprio sensu esse intellegendum. Similiter est locus 3, 905, ubi de homine mortuo sermo est: „sic eris aevi quod super est cunctis privatu' doloribus aegris". Generaliore sensu *dolores* hoc versu possunt intellegi, ita ut etiam curae, luctus, metus significentur, quod tamen additum adiectivum *aeger* an non admittat dubito. Restat 4, 1067 ubi is qui amore est captus dicitur „servare sibi curam certumque dolorem". Estne *dolor* hic re diversum a *cura*? Quid significat hoc loco adiectivum quod est *certus*? Munro vertit „unfailing pain". Interpretes nullam videntur animadvertere difficultatem, si quidem nihil de hisce verbis dicunt.

Attamen ut *animi curas* dicit poeta (4, 908), ita *dolorem corporis* (4, 1080), redundanti quodam sermone, nam cura semper est animi, ut dolor corporis. Recte etiam dicitur 5, 1061 „cum metus *aut* dolor est".

Vix opus videtur monere Lucretio causam amoris esse in corpore positam (4. 1030—1033; 1042 seqq.), inde nascitur lubido, voluptas, cura (4, 1046, 1060, semper versus Lachmannianos laudo); „idque petit corpus, mens unde est saucia amore". Quae cum ita sint consentaneum videtur in vs. 1067 *certumque dolorem* pertinere ad corpus, ut *curam* ad animum. Medicina doloris describitur vs. 1071, medicina curae vs. 1072.

Quomodo dolor corporis ex amore nascens intellegendus sit, apparet e loco supra laudato:

„dolor est ubi materiai
„corpora vi quadam per viscera viva per artus
„sollicitata suis trepidant in sedibus intus".

Cum hisce verbis conferantur 4, 1043 seqq., 1065 seqq. 1114, 1121. Animadvertendae sunt praeterea similitudines, quibus usus est poeta vss. 1049 seqq. et 1068 seqq., quae ipsae significant quo sensu intellexerit *dolorem*.

Adiectivum *certum* addidisse videtur, ut diceret verum futurum esse dolorem. Sic Horatius Epod. 15, 16 dicit: „nec semel offensi cedet constantia formae, si *certus* intrarit *dolor*", ubi tamen postremum vocabulum non habet eandem significationem atque apud Lucretium.

Omnibus locis recensis, ubi vox quae est *dolor* exstat apud

Digitized by Google

Lucretium, apparet eum disertis verbis dolorem corpori tribuere, curam, metum, luctum animo, et nullum esse locum, ubi haec vox necessario de animo dicatur.

Quod cum ita sit, neque Briegero neque Giussanio concedo versum qui est: „nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest" pertinere ad vss. 459—62. Id quod hisce versibus dicitur non demonstratur a poeta, scilicet animum habere suos morbos iisque posse perire. Potuerat sic dicere:

459 Huc accedit uti videamus, corpus ut ipsum
suscipere inmanis morbos durumque dolorem,
sic animum curas acris luctumque metumque,
quare participem leti quoque convenit esse.
824 praeter enim quam quod morbis cum corporis aegret
advenit id quod eam de rebus saepe futuris
macerat inque metu male habet curisque fatigat,
praeteritisque male admissis peccata remordent.
adde furorem animi proprium atque oblivia rerum,
adde quod in nigras lethargi mergitur undas".

Ita tamen non fecit. Inde a vs. 445 ratiocinabatur e vinculo quod corpus cum animo constringit. Animus cum corpore crescit et senescit, ergo cum eo periturus est. Deinde praemissa sententia generali (vss. 459—462) novum argumentum *eiusdem generis* addit: animus particeps est morborum corporis itaque cum eo est periturus. Ad hoc argumentum solum pertinent verba illa: „nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest", non pertinent ad sententiam generalem. Fortasse in animo fuit poetae postea illam sententiam uberius pertractare, quod derivari possit e versibus 824 sqq. supra exscriptis, in quibus clare discernitur inter morbos corporis, quibus animus afficitur et morbos ipsius animi, qui breviter enumerantur (vss. 825—829).

Nego autem verum esse quod Heinze in Commentario pag. 158 ait: „Die vv. 819—829 beweisen aus den Krankheiten des Geistes seine Sterblichkeit: das war vs. 459 ff. bereits so ausführlich geschehen, dass hier blosse Andeutungen genügen". Quae vss. 825—829 describuntur non sunt eadem de quibus vs. 464 sermo erat. Ibi poeta de dementia, de „obliviis rerum", de lethargo agit, sed ita ut hi morbi animi habeant originem e morbis corporis: „quin etiam morbis in corporis avius errat

Digitized by Google

saepe animus" (463); hoc loco morbi animi opponuntur morbis eis qui in morbis corporis causam habent, quam ob rem adduntur verba: „adde furorem animi *proprium*" (828) in quibus *proprium* idem significare existimo atque 4, 1141 *in amore proprio*, nec genetivum *animi* pendere ex *proprium*, sed genetivum possessivum esse ad *furorem*; furor animi de quo sermo erat vs. 499 seqq. non erat proprius.

Si verum est quod perhibetur, Lucretium per intervalla insaniae scripsisse, minime miramur eum hunc morbum animi paucis verbis tantum attigisse; parum probabile videtur id quod vir doctus Marx existimat Lucretium vocabulo quod est *proprium* suam ipsius insaniam significasse.

ΚΡΗΝΑΙ ΚΑΙ ΛΗΡΟΙ?

E verbis Demosthenis Ol. III § 29, qui cives suos dicit missis rebus gravioribus κονιᾶν τὰς ἐπάλξεις καὶ ἐπισκευάζειν τὰς ὁδοὺς καὶ κρήνας καὶ λήρους, quem locum imitatur pseudodemosthenes XIII § 30 δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάματα καὶ λήρους, Dindorfius efficiebat proverbium nescio quod „κρῆναι καὶ λῆροι" extitisse, id autem respici Ar. Eq. 89 et Ran. 1005, — assentiente nuper Zachero in libro bonae frugis pleno Aristophanesstudien I p. 18. At in Demosthenis illis verbis nihil eiusmodi inest, vertenda enim sunt: *dealbatis propugnacula, curate vias, fontes*, NUGAS DENIQUE. Eadem figura oratoria usus Bdelycleon ille apud Aristophanem Vesp. 677 perhibet socios demagogis afferre φιάλας, χλανίδας, στεφάνους, ὄρμους, ἐκπώματα, πλουθυγίειαν, et Nub. 50 rusticus dicit se ὄζειν τρυγός, τρασιᾶς, ἑρίων, περιουσίας.

J. v. L.

APULEIUS.

Apul. Florid. 17 pag. 26, 10 (Kr.) *ceterum vox cohibita silentio perpeti non magis usui erit quam nares gravedine oppletae, aures spiritu obseratae, oculi albugine obducti.*

Maximam partem perspicuus est hic locus, sed aures *spiritu* obserari non possunt. Quapropter legendum propono *aures* SPURCITIE *obseratae*. — *Spurcities* enim dicitur de omnibus sordibus humidis, quales et auribus inhaerere solent. Cf. Apul. Met. VIII pag. 185, 15 *spurcitie sanguinis effeminati.*

A. V. DESERTINE.

Digitized by Google

ARA — ARX.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

Recte faciunt apud nostrates qui philologos, Graecorum Romanorumque antiquitatis cultores, cohortantur ut toto pectore incumbant ad studium archaeologiae; quod quam salubre ac frugiferum sit docet experientia. Sed tamen modum excedere mihi videntur nonnulli homines nec omnino audiendi esse qui nimia harum rerum admiratione capti generosam iuventutem ab arte critica scriptorumque emendatione iamiam avocandam esse censent, quasi prorsus ingratum atque irritum sit, post infinitas ingeniosissimorum virorum curas per quatuor fere saecula continuatas, etiamnunc multum operae laborisque in eodem campo consumere.

Ne dicam de vetustis libris recens effossis, equidem hoc pro certo affirmaverim vel in tritissimo scriptorum genere critico hoc agenti rectius constituenda sat multa superesse.

In CICERONIS libris *de Natura Deorum* (ut hoc utar) — quos quis non diligenter legit et relegit? — loci haud ita pauci expectant manum emendatricem. Exempli gratia eligam L. III § 24 seq., quem lepidissimum locum nuper discipulis meis Bruxellensibus corrigendum proponebam.

Quid? aestus maritimi ..... eorumque certis temporibus vel accessus vel recessus sine deo fieri non possunt? Vide, quaeso, si omnes motus omniaque, quae certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas quoque febres et quartanas divinas esse dicendum sit ..... Sed omnium talium rerum ratio

Digitized by Google

reddenda est. Quod vos ‹Stoici› *cum facere non potestis, tamquam in* ARAM *confugitis ad deum.*

Fluctuant codices MSS. inter *aramā, aranam, arenam, aram aut.* Scriptura *aram* igitur, licet omnibus, quod sciam, placuerit editoribus, admodum incerta est. Accedit quod ad aras, quas violare nefas erat, apud Graecos potissimum, supplices fere confugere videmus qui aut victi vim metuant instantium adversariorum aut nefarii alicuius sceleris rei teneantur. Num simile quid cadit in philosophos? Num probabile videtur Cottam Stoicos, fortissimos viros, magna vi argumentorum omnia in rerum natura ad deos referentes, per iocum nimirum, cum pugnatoribus ad incitas redactis aut capitalibus hominibus componere voluisse? Perspicuum est, nisi fallor, et absurdam esse receptam lectionem et sententiam flagitare collationem cum loco unde praesidium opemque petere licet et quo, ut in tutum, perfugere. Itaque, ipsis etiam literarum ductibus suadentibus, pro *in* ARAM reponendum est *in* ARCEM [1]).

Utiliter conferri poterit Cic. *de Divinatione* L. I § 10: ARCHM *tu quidem Stoicorum ..... defendis, si quidem ista sic reciprocantur, ut et, si divinatio sit, di sint, et, si di sint, sit divinatio.*

Ceterum quales essent illae Stoicorum arces i. e. *argumenta praecipua* dilucide apparet *de Deorum Natura* L. II. Cf. imprimis § 75 seqq.

---

1) Luculenta exempla confusionis congessit Bentleius (ad *Hor. Carm. Saec.* v. 65) vere statuens „*aras* et *arces* tam similes habere ductus literarum ut librarios, etiam minime lippientes, facile decipere possent".

Digitized by Google

AD HORATII CARMINA III, 21 ET 26.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro, tu sapientium
Curas et arcanum iocoso
Consilium retegis Lyaeo;

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque et addis cornua pauperi,
Post te neque iratos trementi
Regum apices neque militum arma.

Ad versum 13 Nauckius haec adnotavit: „Das Bild des sanften Druckes, welchen der Wein dem sonst gewöhnlich unfruchtbaren Geiste verleiht, ist hier sehr passend vom *torcularium* entlehnt. Dessenungeachtet haben Viele mit Berufung auf A. P. 434 an eine Folterung durch den Wein gedacht, zum Ausschwatzen oder zum Produciren. Dem *durum* ist entgegengesetzt *ingenium facile et copiosum* (Quintil. X. 1. 128)".

Recte Nauckium locum intellexisse versus Diphili (Athen. II, 2) demonstrant, qui quantum facere possent ad suam interpretationem stabiliendam ille non videtur observasse:

ὦ πᾶσι τοῖς Φρονοῦσι προσφιλέστατε
Διόνυσε καὶ σοφώταθ', ὡς ἡδύς τις εἶ·
ὃς τὸν ταπεινὸν μέγα Φρονεῖν ποιεῖς μόνος,
τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
τὸν ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Risum provocare autem certe *lenissimi* est tormenti.

Grotius haud dubie Horatii carmen ante oculos habebat, cum sic elegantissime vertit Diphili versus (Excerpt. Tr. p. 797):

O vere sapiens ac merito sapientibus
Amicum Liber numen, quam multum iuvas!

Digitized by Google

Tu namque solus cornua addis pauperi:
Ingenio duro lene tormentum admoves,
Suppeditas arma inermi, timido audaciam.

Carminis III, 26 sententiam optime Orellius his verbis reddidit: „Per iocum simulans se iamiam amoribus renuntiaturum lyram ac reliqua instrumenta amatoria Veneri dedicat, simul precatus, ut Chloës amorem sibi conciliet, in quo ipso lepida totius odarii vertitur εἰρωνεία," neque aliter censuerunt Nauckius alii. Ecce autem Carolus Franke in ipso carminis exordio

Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloria;
Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,

codicum mss. omnium scriptura *puellis* reiecta *duellis* scribendum censuit, quae Meinekio elegans et vera visa emendatio a L. Muellero in textum recepta est.

Mutatione ista, quamvis levissima, primae strophae sententiam prorsus immutari atque totius carminis tenorem ab Orellii interpretatione fieri alienissimum quivis lector mox perspicit.

Orellii paraphrasis nil habet quod reprehendas. Verba *militavi*, *arma*, *bello* in amoribus describendis frequentissime a poëtis adhibita esse vix opus est ut moneam, atque demonstrant et alii loci et Hor. Carm. IV, 1, 16: Late signa feret militiae tuae, et Ov. Am. I, 9, 1: Militat omnis amans et habet sua castra Cupido. Est vero in exitu carminis ἀπροσδόκητον quoddam, quod illius poetae Germani, qui in hoc genere regnabat, Henricum Heinium dico, nos admonet.

Iam considerandum est qualis fiat sententia si Frankii inventum recipiamus. Ne de verbis *duellis* et *bello* male repetitis dicam, Muellerus quomodo versus intellexerit iam cognoscas: „Horaz sagt, dass er matt vom Kriege sich jetzt ganz der Liebe widmen wolle." *Arma* igitur *militaria* esse voluit atque *defunctum bello barbiton* lyram qua res gestas cecinisset Horatius. Videtur tamen ipsi Muellero scrupulum movisse ista explicatio, qui ita pergat: „Ohne Zweifel fand sich Aehnliches bei Alcaeus, auf den auch die Worte *defunctumque bello barbiton* besser passen, da er sehr viel von seinen kriegerischen Abenteuern sang."

Digitized by Google

Minus etiam placent quae ad vocabulum *nuper* illustrandum pertinent: „Hier, wie nicht selten, von längerer Zeit; denn das Gedicht ist mindestens 12 Jahr nach der Schlacht bei Philippi verfasst." Ergo ad Philippos Horatius non sine gloria militaverit?

Cui talia legenti non veniunt in mentem Carm. II, 7, 9 sq.:

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula?

Quae cum ita sint, et res et verba in prima carminis stropha Frankii scripturae repugnare videntur. Nunc autem de secunda videndum est.

Laevum marinae qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida
Funalia et vectes securesque
Oppositis foribus minaces.

Quomodo ita canere possit qui iam totum se amori sit daturus equidem non capio. Optime tamen de illo dicta sunt qui amoribus est renuntiaturus.

Quoniam de hoc carmine disputare coepi, de vocabulo *arma* in versu 3 lectorem paucis monitum velim. Editores quantum scio omnes *arma* ad *funalia, vectes, securesque* (Bentlei emendatio est pro: *et arcus*) pertinere credunt; unus Peerlkampius aliter sensisse videtur, qui haec: „Et milites emeritis stipendiis arma in pariete suspendunt et poëtae citharam. Horatius, quia dixerat se non sine gloria militasse, figurate addit, se *arma* suspendere, vere *citharam*: hoc est, se desinere et amare et amores canere." In hac quidem opinione libenter cum Peerlkampio facio neque locos deesse vidi quibus *arma* de re una positum est: memini Verg. Aen. III, 286 sqq.:

Aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo, et rem carmine signo:
Aeneas haec de Danais victoribus arma.

et notissima est copulae *que* significatio definitiva apud poëtas Latinos. Quod autem carminis stropham secundam Horatio abiudicandam putat vir egregius, quamquam argumenta quae attulit gravissima et ad persuadendum aptissima sunt atque odarium nostrum multo elegantius fieri quisque concedet, si inducantur versus 5—8, equidem in re tali iudicium ferre non ausim.

Digitized by Google

HIEROSOLYMA CAPTA.

SCRIPSIT

I. M. J. VALETON.

Titulum operis praestantis, cuius volumina secundum tertiumque denuo (et curis quidem tertiis) in lucem edita nuper laetus accepi, quod conscripsit Emil Schürer v. cl. Geschichte des Jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi", in exordio huius scriptionis honoris causa appellatum mihi stare volo, cum agere animum induxerim de quaestione quadam in historia Iudaeorum iampridem orta et a multis tractata; quae etiamsi non ita sit gravis, ut ex eius solutione permultum profici posse dicendum sit ad cognitionem nostram, tamen aliquam, si recte explicata sit, habere videatur utilitatem etiam ad res gestas cognoscendas, maiorem vero ad fontes rerum diiudicandos et ad auctorum quorundam pondera aestimanda. Res continetur hac quaestione, quo tandem referenda sit culpa templi Iudaici violati et deleti, excidium loci sanctissimi utrum tribuendum sit hominibus et voluntati alicui humanae, an fortunae et causis ex cognitione nostra remotis, et, si hominibus, cuinam. Eam quaestionem etiam attigit Schürer, in primo volumine operis laudati pag. 530 adn. 115; qui etiamsi ea brevitate eam absolvit, quam requirebat ratio operis et pusillitas huius controversiae cum ingenti quam pertractandam habebat materia comparatae, tamen ne eam quidem carere voluit operosa diligentia, qua de singulis rebus auctores appellare, diversas aliorum sententias edere, iudicium suum denique, argumentis confirmatum, ferre consuevit. Ego autem, cum quaedam in medium proferre posse mihi viderer, quae ab aliis aut ad hanc quaestionem omnino non

Digitized by Google

adhibita, aut non rectissime aestimata esse arbitrarer, opus mihi esse non censui omnes virorum doctorum auctoritates antiquiores excitare quae extant, et, ad librum laudatum relegatis lectoribus earum cognoscendarum cupidis, rem ipsam aggredior. Quaestionem bifariam divisam ita tractabo, ut primum de rebus agam, deinde de auctoribus.

I.

Amplissimo harum rerum auctori, Flavio Iosepho, excidium urbis et templi describenti, hoc consilium esse constat, ut Titum culpa levet. Iosephus lectoribus suis ostendere studet, Titum partim invitum fecisse ea quae pertinerent ad oppidum templumque delenda, partim eum frustra operam dedisse ut excidium utriusque praeveniret. Quod ut confirmet, argumentis utitur speciosis, cum narratione rerum non sine arte quadam contextis; quae si ex eo contextu soluta spectamus, ad haec sex fere capita referri licet:

I. Excidium urbis et templi referendum esse ad voluntatem Providentiae Divinae; huius vim non minus clare conspici posse in rebus fortuitis quae aliquid ad eum eventum parandum valuerunt, quam impulsionem divinam in actionibus hominum quae eo pertinuerunt.

II. Titum verbis suis innocentiam suam satis declaravisse.

III. Eum benignum se praebuisse innocentibus et fugitivis.

IV. Eum saepe frustra ad condiciones et ad deditionem vocavisse Iudaeos.

V. Eum in Consilio suo egisse et pervicisse, ut decerneretur templo esse parcendum.

VI. Ipsam excisionem templi non esse ab eo susceptam neque peractam. — De his singulis videamus.

I. Iosephus statuit, iam initio belli sibi cognitum fuisse, qualis eius futurus esset eventus, cum Deus saepe per insomnia eum docuisset [1]). Narrationem incendii templi ita incipit: *τοῦ δὲ ἄρα (τοῦ ναοῦ) κατεψήφιστο μὲν τὸ πῦρ ὁ θεὸς πάλαι, παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περίοδος .... κτλ.* [2]). Cum narret militem

1) B. I. III. 8. 3 § 351 et 353. — 2) VI. 4. 5 § 250.

Digitized by Google

aliquem temere titione iacto incendisse templum, hunc militem voluntatis divinae administrum fuisse asseverat, δαιμονίῳ ὁρμῇ τινι χρώμενον [1]). Haec omnia parum quidem valere ipse perspiciebat ad accurate demonstrandum, Romanos non consulto templum delevisse; voluntas humana enim, etiam secundum antiquorum opiniones, si eo referri poterant res gestae, non prorsus excludebat operam voluntatis divinae, neque magis igitur vis divina, si in aliqua re operata esse videbatur, impediebat quominus in eadem re simul agnosceretur opera voluntatis humanae. Sed tamen cum apud antiquos praevaleret opinio, eas res *potissimum* referri posse ad voluntatem divinam, quarum causa naturalis in voluntate aliqua humana consistens nulla inveniri posset, et earum *pro certo* auctorem Deum habendum esse [2]), Iosephus etiam aliquid efficere posse sibi videbatur per argumentum ex re inversa petitum, si cum magno pondere auctoritatis affirmabat, auctorem rei fuisse Deum; eo minus fore confidebat, ut auctorem rei humanum requirerent lectores, quin etiam sperabat fore ut gravitas illius sententiae absterreret, ne ad auctorem humanum rem referre conaretur aliquis, utque vix animo pio et religioso convenire putarent omnes, etiam dubitare de innocentia Titi. Praeterea Iosephus arbitrabatur, etiamsi tenerent lectores, rem nihilominus a Tito esse peractam, tamen, si constaret rem *etiam* Deo volente esse factam, utique futurum esse ut hoc ab eis concedi deberet, Titum non improbe sed pie et iuste egisse cum eam perageret, quippe cuius factum manifesto conveniret cum voluntate divina. Itaque Providentiam Divinam induxit Iosephus, partim ut *culpam* rei, partim ut

---

1) VI. 4. 5 § 252. — 2) Antiquis vis divina, non semper quidem neque unice, sed tamen plerumque, id fuit quod „asylum ignorantiae" dixit Spinosa. Eo pertinent exempli gratia disputationes quibus Polybius demonstrare conatur, alias res ad voluntatem Dei vel Fortunae referri licere et oportere (δεῖν περὶ αὐτῶν ἐπὶ τὸν θεὸν τὴν ἀναφορὰν ποιεῖσθαι καὶ τὴν τύχην), alias minus; quae disputationes hanc ob causam inprimis memorabiles esse videntur, quia eo spectant ut demonstretur, causas rerum *politicarum* et *bellicarum* minime ad Deum vel Fortunam referendas esse, cum eas ab hominibus oriundas esse satis possit a nobis perspici (Pol. 10. 5. 8; 24. 9. 2; 37. 4. 4), sed rerum *naturalium* (veluti imbrium et tempestatum) causas licere et oportere ad Deum vel Fortunam referri, cum hae sint semperque mansurae sint hominibus ignotae (Pol. 37. 4. 2 et 3). Huius rationis hodie nonnumquam consimilem sed contrariam iniri videmus rationem.

Digitized by Google

eius *invidiam*, a Tito removeret. His consiliis motus, Iosephus etiam in ipsa narratione hic illic aliquid scripsit quo lectorem admoneret eique persuaderet, Deum fuisse qui Hierosolymam delevisset [1]).

II. Nonnulla verba Titi apud Iosephum extant, quibus is declarat, res non ita evenisse, quemadmodum ipsi volenti fuisset, neque penes se esse culpam harum rerum; nonnumquam dolorem ostendit quo se afficit clades Iudaeorum et ruina urbis, neque lacrimis abstinet, adeo ut in narratione Iosephi virum non leni solum se praebeat ingenio et Iudaeis benigno, sed etiam molli et fluxo (cfr. Bernays Chronik des S. S. pag. 50). Ex. gr. post urbem muro lapideo a Romanis circumdatam, cum conspiceret ingentem copiam corporum fame enectorum a Iudaeis de muro deiectorum, ingemuit et manibus caelum versus por-

---

1) B. I. V. 1. 3 § 19: τὸν πορθήσαντα θεόν; V. 8. 2 § 343: deus occaecavit mentes Iudaeorum; V. 13. 6 § 566 et VI 8. 4 § 399 et VI. 9. 4 § 433 et VII. 8. 1 § 271: Iudaei impietate sua poenas a Deo meruerunt; VI. 2. 1 § 110: deus ignem adduxit ad urbem; V. 13. 5 § 559 et VI. 2. 1 § 108 et VII. 8. 6 § 327 et § 359: Deus ad interitum condemnavit gentem Iudaeorum; V. 9. 3 § 367: Iudaei adversus Deum belligerantur; VI. 1. 5 § 38 et 39 et VI 7. 3 § 371 et VI. 9. 1 § 411 et VII 8. 5 § 319: Deus socium belli se praebet Romanis. V. 9. 4 § 407: et ideo quidem, quod Romani se iustos praebent. — Singulae res diserte ad operam divinam referuntur, veluti V. 1. 6 § 39: quod Romani superveniunt antequam turres a Iudaeis impositae sunt muro Agrippae; V. 2. 2 § 60: quod Titus incolumis excedit ex proelio quodam ad urbem gesto; VI 8. 5 § 401 et 411: quod Iudaei de turribus decedunt postquam urbs capta est; VI. 9. 4 § 433 quod duces seditionis poenam solverunt; VII. 2. 1 § 32: quod Simon se dedere coactus est; VII. 8. 5 § 318 et 6 § 331: quod, in obsidione Masadae castelli, ventus inversus ignem ad murum agit. — Illo vocabulo „δαιμονίῳ ὁρμῇ" saepius utitur Iosephus, V, 12. 2 § 502: cum milites murum lapideum aedificare incipiunt; VI. 1. 6 § 59: cum pauci milites murum Antoniae arcis aggrediuntur .— Eodem quoque pertinent aliquot praedictiones divinae et prodigia quaedam, quorum Iosephus mentionem fecit, quibus aut de excidio futuro aut de condicionibus quibusdam ex quibus penderet urbis fortuna, Iudaeos a Deo praemonitos fuisse aut praemoneri potuisse statuit; VI. 2. 1 § 109: in veteribus vatum libris scriptum erat, urbem tum captum iri, cum caedes intestina fieret; VI. 5. 3 § 289: sidus in aëre noctu visum gladii formam referens, et stella crinita per annum conspecta, interitum urbi minata erant; ibid. § 290: prodigium a. 66 in festo Paschatis observatum erat, lux nocturna circum aram et templum arserat; ibid. § 300—310: vaticinium sinistrum, iam a. 63 primum editum ab homine quodam de plebe, per septem annos amplius crebro repetitum, cladem futuram praemonstraverat; VI. 5. 4 § 311: in oraculis erat, fore ut urbs et templum caperentur, si area templi in quadratam formam redacta esset, quod factum erat post Antoniam arcem a Romanis captam. — Alia prodigia referuntur V. 9. 4 § 410 sq ; VI. 5. 3 § 292 et 293, 297, 299.

Digitized by Google

rectis Deum testem invocat, id non a se esse factum [1]). Postquam certior factus est de atroci facinore matris quae infantem ex se natum devoravit, Titus precatus se purgat Deo, dicit se pacem obtulisse Iudaeis, hos bellum optavisse, poenas autem nefarie facti se sumpturum esse ex interitu urbis, et a viris quidem qui, ne in eo statu quidem quo eos fames reduxit, ab armis discedunt [2]). In oratione quadam quam ipse ad Iudaeos habuisse fertur, omnes obtestatur, non se ad eam insaniam coegisse hostes [3]). Paucis mensibus post urbem dirutam, cum iterum adiret locum obsidionis, cum secum reputaret qualis ea urbs fuisset, non de victoria sua se iactavit, ut facturi fuerant alii, sed saepe exsecratis eis qui Iudaeis ad seditionem incitatis urbem hac clade affecissent, manifestum omnibus fecit se maluisse urbem integram manere quam fortitudinem suam conspici in eius excidio. [4]). — His verbis Titi conveniunt loci nonnulli, quibus Iosephus hic illic tangit benevolentiam qua adversus Iudaeos animatus fuit Titus [5]), et eius templum et urbem servandi studium [6]); diserte monet, urbem ab imperatoribus cum Tito tum Vespasiano *invitis* esse deletam [7]).

III. Iosephus tradit, quinquies cum Iudaeis de pace actum esse. Ea res copiam nobis praebet totius spatii quinque mensum, quo urbs obsessa est, secundum has occasiones quibus de pace

---

1) V. 12 3 § 519. — 2) VI. 3. 5 § 215–220. — 3) VI. 2. 4 § 128. — 4) VII. 5. 2 § 113. — 5) I. pr. 4 § 10: *Τίτος, ἐν παντὶ τῷ πολέμῳ τὸν μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ τῶν στασιαστῶν φρουρούμενον*; V. 11. 1 § 450: Titus commiseratione movetur transfugarum crucibus affixorum; V. 12. 4 § 522: miseret eum reliquiarum gentis; cfr. VII. 5. 2 § 112. — Eiusdem *τὸ φιλάνθρωπον φύσει* memoratur V. 8. 1 § 335 et VI. 6. 2 § 324 et § 340; eius *πραότης* VI. 8. 2 § 383. — Alibi in universum de Romanis affirmatur, eos commiseratione affectos esse cum certiores fierent de multitudine mortuorum in urbe, V. 13. 7 § 572, et maiore maerore eos afflictos esse ob infortunia Iudaeorum, quam illos, VI. 1. 2 § 12. — 6) I. pr. 11 § 27 sq. et V. 8. 1 § 334 et VI. 2. 4 § 128 et VI 6. 2 § 324: Titus Urbem et Templum servari cupit; V, 9. 2 § 360: suum enim hoc damnum esse arbitratur; VI 2. 3 § 120: transfugae militibus supplicant ut Romanos in templum admittant, quod hi templum incensuri non sint sine ultima necessitate. — 7) I. pr. 11 § 28 et VI. 4. 8 § 267: *ναὸς ἄκοντος Καίσαρος ἐμπίμπραται*; VI. 5. 2 § 284: milites Romani *iniussu* eius porticum incendunt, super quam se receperunt sex millia hominum de plebe; VI. 6. 2 § 344: Titus ad urbem venit horridis iussis *παρὰ τοῦ πατρὸς ἄκοντος* acceptis. Cfr. V. 10. 5 § 444: Romani *inviti* urbem diruerunt; VI. 2 5 § 130: Titus cum ad deditionem perducere non posset Iudaeos, *πάλιν πρὸς πόλεμον ἄκων ἐχώρει*; VI 6. 2 § 345: *τείχεσιν ὑμετέροις μηχανὰς ἄκων προσήγαγον*.

Digitized by Google

actum est quasi in quinque partes dividendi. *Prima* occasio tum fuit, cum nuper ad urbem cum copiis venisset Titus; quasi in transitu hoc memorat Iosephus, se ipsum tum Iudaeos „ἐπὶ συμβάσεις προκαλέσασθαι", neque quidquam se profecisse, „μέτριον οὐδὲν εὑρεῖν" [1]). *Iterum* Iosephus cum mandatis Titi Iudaeos in muro stantes tum adiit, cum iam capta esset Urbs Nova sive pagus qui dicebatur Bezetha, cum milites Romani primum in binis aggeribus contra Antoniam arcem et contra murum Urbis Superioris struendis occupati essent. Duae orationes a Iosepho tum habitae nobis referuntur [2]). *Tertium* cum Iudaeis agitur per Iosephum tum cum Romani Antonia arce capta iam in eo sint ut aggrediantur aream templi [3]). Mox aliquot fugitivi, a Iosepho ad murum adducti, Iudaeis supplicavisse traduntur ut Romanos in urbem templumque reciperent [4]). Eo tempore etiam Titus, Iosepho interprete usus, parvam orationem ad Iudaeos habuit, qua eos invitaret sub condicione ἀδείας de templo decedere [5]). *Quartum* deinde actum est post templum iam dirutum, cum occasionem colloquendi a Tito petivissent ipsi Iudaei; oratio a Tito tum habita apud Iosephum extat [6]). Paucis diebus postea, cum in Superiorem Urbem se recepissent Iudaei, *quintum* Iosephus eos allocutus ad pacem hortatur [7]). Ab eo tempore ad urbem excisam non amplius actum est. — Praeterea vero Iosephus affirmat, etiam aliis modis ad pacem provocatos esse Iudaeos. Ipse continuo fere huic rei operam dabat, οὐκ ἀνίει παρακαλῶν [8]); ita factum est ut aliquando hoc consilio ad murum cum accessisset, vulneraretur ictu lapidis, utque tantum non in manus hostium excursionem subitariam facientium caderet. Etiam alii viri, initio certe, eidem rei operam navabant, inter eos nominatur Nicanor, is quoque paullo post initium obsidionis vulneratus est telo a muro iacto, πειρώμενος εἰρηνικὰ τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους διαλέγεσθαι [9]). Ne Titus quidem verbis pepercit; is, paullo ante conatum Iosephi secundum, Iudaeos allocutus erat, αὐτός τε σώζεσθαι

---

1) V. 3. 3 § 114. — 2) V. 9. 3 et 4 § 362—420. — 3) VI. 2. 1 § 94—111. — 4) VI. 2. 3 § 119—121. — 5) VI. 2. 4 § 124—129. — 6) VI. 6. 2 et 3 § 323—354. — 7) VI. 7. 2 § 365. — 8) V. 13. 3 § 541 et 546; VI. 7. 2 § 365. — 9) V. 6. 2 § 261.

Digitized by Google

παρεκάλει [1]). In universum Titus ipse affirmat, se post unamquamque victoriam reportatam ad pacem provocavisse Iudaeos [2]).

Quaerentibus nobis, quinam sint Iudaei qui recusaverint pacem hoc modo oblatam, Iosephus respondere solet, hos fuisse *milites* non *cives*. Iosephus sedulo distinguere solet inter plebem sive populares (τὸν δῆμον, τὸν λᾶον, τοὺς δημότας sive δημοτικούς), et milites quos alibi στασιαστάς, alibi μαχίμους vocat. Horum multitudinem ad viginti trium millium quadringentorum summam reducit; civium numerum autem in immensum exaggeratum ad 1100.000 auget. Dicit fuisse sub Simone 10.000 militum et 5000 Idumaeorum, sub Ioanne 6000 hoplitarum et 2400 zelotas, hos omnes comprehendit vocabulo q. e. τὸ μάχιμον καὶ στασιάζον πλῆθος [3]). Hos a pace alienos fuisse affirmat [4]), plebem vero pacis vere cupidam fuisse et omnem spem habuisse in ipsius auxilio et actionibus [5]). Sed dubito an nullo iure ea distinctio hoc modo a Iosepho facta sit. Is quidem apud lectorem opinionem excitare studet, nullos Iudaeos praeter milites illos arma tulisse, hos solos fuisse qui nefario aliquo furore commoti Romanis vi et armis repugnarent, reliquos silentio eventum expectasse, (ἄθλον ὁ δῆμος ἦν ἑκατέρων, — Ioannis et Simonis — καὶ τὸ μὴ συναδικοῦν τοῦ λαοῦ μέρος ὑπ' ἀμφοῖν διηρπάζετο). Verum quamquam ipse ob eam causam consulto cavet ne hoc diserte dicat, vix dubium est quin aut omnes

---

1) V. 9.2 § 361. — 2) VI. 6.2 § 345. — 3) V. 6.1 § 248—251. — 4) V. 8.2 § 345: οἱ μὴ ζητοῦντες εἰρήνην. — 5) V. 1.5 § 27—31: plebs opprimitur a seditiosis, mulieres et senes sperant fore ut Romani se liberent a malis intestinis; § 33: plebs (οἱ μὴ στασιάζοντες) iam desperat salutem; V. 6.3 § 265: plebs spem habet in Romanis; V. 8.1 § 335: plebs Tito suburbium occupanti ad obsequium parata est, eam ob causam tantum de deditione silet, quia milites mortem minantur omnibus qui de ea mentionem faciant; V. 9.3 § 370 et V. 12.3 § 512: plebs prima fame premitur; V. 10.1 § 420: plebs verbis a Iosepho in secunda actione dictis ad transfugiendum incitatur; V. 10.4 § 439: milites saeviunt in populares; V. 12.4 § 522: Titus expugnationem Antoniae arcis accelerat, motus commiseratione erga plebem, quam ex manibus seditiosorum extrahere cupit; V. 13.3 § 543: plebs maerore afficitur de eius vulnere certior facta, cum in eo spem habeat transfugiendi; § 547: aspectus Iosephi vivi et ex vulnere refecti plebem confidentia, seditiosos timore, implet; VI. 2.1 § 98: plebs maesta tacet postquam Iosephum *tertium* de pace agentem audivit; VI. 2.3 § 118: Iosephus ad muros adducit transfugas aliquot, ut plebes videat eos esse salvos; VI 4.6 § 259 et VI. 7.1 § 358 et alibi: plebs inermis neque repugnans ad ultimum trucidatur partim a Romanis partim a Iudaeis seditiosis.

Digitized by Google

viri adulti aut longe maior pars eorum, etiam sacerdotes plerique, arma adversus Romanos tulerint, vel alio modo in bello operam suam praestiterint. Aliquot indicia huius rei, bellum Romanis non a militibus solis illatum esse, apud eum inveniri possunt. Etiam inter cives fuisse qui operam in bello praestarent, ipse ostendit cum dicat, Titum aliquando noluisse pro transfugis habere eos qui extra urbem capti essent, sed eum tamquam hostes eos tractavisse [1]). De sacerdotibus ipse aliquando invitus tantum non agnoscit Iosephus, arma ab eis lata esse [2]). Quod dicit, paullo ante tertiam actionem suam sacra quotidiana in templo fieri desiisse propter inopiam virorum, id probat, licet ipse addat „plebem" eam rem aegre tulisse, fere omnes viros militiae idoneos tum bello occupatos fuisse, neque constitisse illam „plebem" nisi ex mulieribus, senibus, iunioribus fere [3]). Etiam semel Iosephus voc. „plebem" ipse ita interpretatur, ut mulieres et senes pro ea nominet [4]). Cum in quarta actione duces Iudaeorum a Tito frustra petunt ut sibi venia detur exeundi ex urbe et cum uxoribus liberisque migrandi in novas sedes, ea petitio manifesto spectat ad omnes cives qui supersunt, non ad „milites" solum [5]).

Verum, quamvis parum recte distinxisse videatur Iosephus inter milites belligerantes et populares a bello omnes alienos, tamen dubium non est quin fuerint homines aut aliquot aut multi in plebe, fortasse etiam in sacerdotum ordine, pacis vere cupidi; ad id affirmandum ne opus quidem nobis est auctoritate Iosephi. Etiam Romanis id manifestum non esse non potuit. Apparet autem, Titum ipsum initio aliquid momenti huic rei tribuisse; scilicet operae pretium ei visum est experiri, numquid per eam partem Iudaeorum effici posset ad seditiosos opprimendos et urbem capiendam. Id ita tentari posse arbitratus est, si ipse aliquando conaretur, cum aliquot militibus subito in urbem irrumpere. Tum speravit fore ut illa multitudo pacis cupida, si ipsum cum militibus intra murum adesse sibique ad auxilium paratum esse videret, ipsa, pro Romanis palam optione facta, una cum his aggrederetur seditiosos, et aut statim eos

1) V. 11. 1 § 447; 449 et 455. — 2) VI. 5. 1 § 278 et 318. — 3) VI. 2. 1 § 94. — 4) V. 1. 5 § 28, cfr. V. 12. 3 § 513. — 5) VI. 6. 3 § 351.

Digitized by Google

superaret, aut saltem eos impetu suo tamdiu occupatos teneret, dum Romani, toto exercitu paullatim in urbem immisso, occupatis portis interioris muri quas sibi a tergo seditiosorum aperuisset plebs, per eas retro pulsis seditiosis, urbis potiundae copiam nanciscerentur. Eiusmodi consilium a Tito suscipi non potuit, nisi credidit, aut certe appariturum esse speravit, eam multitudinem pacis cupidam esse haud spernendam, ex parte armis quae caperet non carentem, validam, odio militum flagrantem; revera inauditum non erat in hac urbe, cives, et sacerdotes, repugnare contra zelotas armatos, et antea aliquid eiusmodi non sine bono eventu tentatum erat; non dubito quin Iosephus aliquam operam dederit, cum is imprimis in ea re magnam spem salutis civium suorum posuisset, cum denique fides ei haberetur a Romanis tamquam viro rerum Iudaicarum maxime perito, ut verbis suis Titum in ea opinione confirmaret et cum bona fide ad rem tentandam instigaret [1]). Revera autem eiusmodi spem a Tito nutritam et tale consilium ab eo susceptum esse probant duae Iosephi narratiunculae, quae locum suum habent in prima parte obsidionis. Altera huiusmodi est. Proximo die post primam Iosephi actionem, ut narrat Iosephus [2]), insidiae struuntur ab obsessis. Pars militum Iudaicorum egreditur ex urbe, fingens se esse a civibus pacis cupidis ex urbe eiectam; pars eorundem, in muro stans, fingens se esse cives pacis cupidos, pacem clamat et Romanos invocat, et pollicetur se portas esse aperturam Romanis. Hoc dolo decepti milites Romani, quorum magnum agmen ad portam appropinquavit in urbem irrupturum, circumveniuntur ab hostibus extra portam constitutis, obruuntur telis de muro iactis, aliquot ex eis occiduntur, plerique vulnerantur. Hoc quod Iosephus narrat, parum verisimile esse nemo negabit; quid subesse possit, difficile dictu. Ego crediderim, portam, apertam ad recipiendos Iudaeos qui excursionem fecissent in Romanos, allexisse milites Romanos, et frustra hos conatos esse una cum Iudaeis fugientibus in urbem irrumpere; de excursione Iudaeorum hoc loco sermo-

---

1) Hoc est quod Titus postea dixit, se initio gavisum esse cum audiret, populares omnes pacis cupidos esse, VI. 6. 2 § 344, cfr. V. 2. 1 § 53.. — 2) V. 3. 3 sq. § 109—128 = Zonar. 6. 19 pag. 209.

Digitized by Google

nem esse, hac re confirmatur, quod audimus Titum paucis diebus postea validam manum portis apposuisse ut ab excursionibus sibi molestis hostem prohiberet [1]). Verum quod solum nunc nostra interest scire, animadvertendum est, Romanos aliquantum se profecturos esse credidisse si impetu subitario et inexpectato in urbem irrupissent; ad eam opinionem hac spe solum allici potuerunt, si credebant fore ut in urbe existerent motus et discordiae civiles sibi favorabiles. Ad eam rem nihil scire attinet, quod etiam a nobis dispici nequit, utrum Iudaei illi pacem clamantes fuerint milites malo dolo eam speciem assumentes (quod certe credibile non est), an fuerint revera cives pacis cupidi (verum quomodo harum tanta multitudo ad muros pervenire potuisset?), an forte in Iosephi imaginatione sola extiterint, quod mihi verum esse videtur. Hoc sufficit, Titum credidisse, talem partem in civitate adesse, eumque experiri voluisse numquid per illius operam profici posset. Quod Iosephus affirmat, Titum dubitavisse, nihil imperasse, milites iniussu eius sponte ad portam impetum fecisse, id nullo alio consilio ab eo fictum esse censeo, quam ut lectorem celaret, Titum nimis temerarie (et fortasse ipsius auctoritate perductum) aliquid suscepisse, quod in eius damnum se verterat; quod apparuerat et ipsum et Titum falsos esse ea spe quam in auxilio popularium posuerant, id non melius excusare posse sibi visus est Iosephus, quam si culpam imputaret fraudi militum Iudaicorum, qui in eam spem eos consulto adduxissent. — Altera narratiuncula est ea, qua Iosephus describit quomodo Titus cum militibus mille irruperit in Bezetham suburbium, postquam murum eius expugnavit [2]). Titus, ut narrat Iosephus, tum ostendit, se pacem velle; vetat cives in urbe deprehensos interfici, vetat domicilia incendi; pollicetur se plebi bona redditurum esse; militibus vero, si ab armis statim discedere nolunt, ἄδειαν praetendit, et his condicionibus se urbem et cives servaturum esse prae se fert. Verum qualis est illa ἄδεια? Est potestas per inducias exeundi ex urbe, militibus concessa, hac ratione, ut, si in urbe se dedere nolunt, extra urbem in

1) V. 3.5 § 130—133; cfr. Tac. hist. 5.11: „... crebra pro portis proelia serebant, donec adsiduis damnis intra moenia pellerentur.". — 2) V. 8.1 § 331—342.

Digitized by Google

loco praestituto pugnae cum Romanis conserendae copia eis fiat; ex tali pugna autem cum nullo modo fieri posset ut victores discederent Iudaei, apparet aliam non fuisse hanc ἄδειαν nisi veniam optandi ut a Romanis extra urbem armati trucidarentur [1]). Quae igitur fuit eius utilitas? Scilicet fieri non poterat, si in urbe armis tollerentur seditiosi, quin in ea pugna damnum afferretur civibus etiam eis qui forte a bello quam maxime alieni essent; multi inermes opprimerentur, domicilia incenderentur, necesse erat. Armis autem tolli debebant Iudaei seditiosi, nisi se dederent. Sed hoc ἀδείας beneficio oblato Titus permisit, ut liceret eis extra urbem armis tolli, quo fieret ut cives suos, urbem, templum servarent, neque tamen se dederent, ut morerentur δίχα τῆς τοῦ δήμου βλάβης. Hoc eximio favore milites Iudaici tamen frui noluerunt. — Etiam populares aliter fecerunt, quam a Romanis expectabatur. Titus non dubitaverat, ut ait Iosephus (§ 333), quin Iudaei, cum viderent nullo malo se affici a victore, statim essent concessuri; valde miratur quod aggrediuntur et ex urbe eum expellunt. Hoc modo Iosephus celare conatur, Titum denuo parum caute egisse cum urbem, copiis nimis exiguis stipatus, nulla re provisa ut receptum tutum haberet, intrasset. Iosephus, rem in Titi laudem vertens, dicit, penes eum fuisse, si acerrime rem gessisset, urbem eo die capere, sed eum, permotum humanitate et cupiditate servandi cives et urbem, inhibuisse impetum suum et ultro distulisse victoriam [2]). Verum hoc inceptum quoque totum ortum esse apparet ex illa spe, a Tito suscepta, fore ut cives pacis cupidi pro Romanis optarent cum primum hi in urbe adessent.

Iamvero postquam illa spes fefellit Romanos, ipsi intellexerint necesse est, praeterea nihil boni a se impetrari posse per eam partem civium quae pacis cupida esset. Cum his civibus publice agi non poterat a Romanis; ipsi potestate decernendi et publica auctoritate carebant; omnis fortuna popularium pendebat ex optione quam facturi erant seditiosi. Nihilominus ab initio cer-

---

1) V. 8. 1 § 334: τοῖς στασιασταῖς, εἰ βούλοιντο μάχεσθαι δίχα τῆς τοῦ δήμου βλάβης, ἄδειαν ἐδίδου. Cfr. VI. 2. 1 § 95; VI. 2. 4 § 124—128; VI. 6. 2 § 346. Quod Dio dicit (66. 5. 3): ὁ οὖν Τίτος κήρυγμα αὖθις, ἄδειαν αὐτοῖς διδούς, ἐποιήσατο, id fortasse ad aliam rem pertinet. vid. infr. pag. 93 adn. 5. — 2) V. 8. 1 § 332; cfr. I. prooem. 4 § 10.

Digitized by Google

tum ratumque fuit Tito, postquam bellum ad finem perductum esset, tum solum parcere civibus (etiam insontibus, et pacis cupidis, si qui fuerunt; etiam mulieribus senibus infantibus), si seditiosi eius condiciones antea accepissent. Iam in secunda actione sua Iosephus Titi verbis praecise denuntiavit Iudaeis: Titum, si urbem vi cepisset, nemini esse temperaturum [1]); his minis convenit, quod paullo postea Iosephus Titum dicentem facit in illa precatione, se, cum iam desperet vinci posse contumaciam seditiosorum, esse urbem deleturum [2]). Ratio huius saevissimi decreti haec fuisse videtur (si quidem putare nolumus, Titum temere quasi praetextum quaesivisse ad extirpandam gentem Iudaeorum), quod aequum et necessarium videbatur a civibus qui pacis cupidos se esse profiterentur postulare, ut qualicumque modo, sive persuasione et precibus usi, sive per proditionem, sive seditione mota et impetu desperato in milites suos facto, operam suam praestarent ut hos ad deditionem cogerent, et quod sibi iam licere et necesse esse sumeret, si nihil eiusmodi a civibus fieret, etiam hostium et belli fautorum loco eos omnes habere. Quamquam ne ipsum quidem latere potuit, homines pacis cupidos, praesertim si pauci forte et inermes essent, non posse voluntatem suam imponere tot millibus (quotquot tandem fuerunt) seditiosorum. Sed huic rei providere, suum non esse arbitratus est; adeo apud eum praevalebat sententia, seditiosos aut ad deditionem cogendos aut armis delendos esse, ut huic necessitati iam cedere deberet salus reliquorum, si qui essent. Hoc saltem constat, vitam et salutem omnium civium non *facto* solum, sed etiam *ex decreto Romanorum*, pependisse ex optione quam facturi erant seditiosi. Neque multum differebat condicio urbis et templi a condicione civium innocentium. Haec certe ut servarentur, fieri non poterat, si urbs vi expugnanda esset et seditiosi armis delendi. Fatum quod urbi et templo impendebat, averti hoc modo unice poterat, si seditiosorum deditio tempore fieret. Vere dicere possumus, in eo quod Titus decreturus erat de condicionibus quas laturus esset seditiosis, simul inesse iudicium quod ab eo ferretur de vita omnium

1) V. 9. 3 § 373. — 2) VI. 3. 5 § 217—219.

Digitized by Google

civium, de statu urbis et templi. Si haec servare volebat Titus, hos ad condiciones vocaret necesse erat eiusmodi, quae ab eis accipi possent. Id Titus non fecit, nihil remisit, nihil concessit; ita simul cum his etiam cives ad perniciem, urbem et templum ad interitum condemnavit. Verissime hoc iam in narrationis suae initio statuit Iosephus: *καὶ τὸ χρεὼν δ' ἐκράτει τούς τ' ἀναιτίους τοῖς αἰτίοις συναπολέσθαι καὶ τῇ στάσει τὴν πόλιν* [1]).

Sed vim huius saevissimi decreti, quo Romani constituerant etiam insontes et inermes tollere, nisi tempore concessissent seditiosi armati, tamen una exceptione mitigari obiecerit quispiam, siquidem eis qui pacem cuperent transfugiendi copia fieret a Romanis. Revera huic argumento permultum tribuit Iosephus in narratione huius belli; constat etiam tum cum res ageretur eum magnam spem salutis civium suorum in hac re posuisse. Et ipsum Titum in oratione ad Iudaeos habita dicentem facit: *δεξιὰς αὐτομόλοις ἔδωκα, καταφυγοῦσι πίστεις ἐτήρησα, ... ἀεὶ φονῶντας τοὺς στρατιώτας ἐφ' ὑμῖν κατέσχον* [2]). Videamus igitur quid de perfugis constituisse, quid eis fecisse Romanos tradat Iosephus.

In obsidionis initio omnes qui extra murum procedere audebant, a militibus Romanis hostium loco haberi et aut captivi fieri aut statim interfici solebant; captivi autem qui arma gesserant cruci affigebantur [3]). A periculo mortis se defendere tamen poterant transfugae appellando Caesarem; si ad eum res perveniebat, et is causa probata in fidem accipiebat supplicem, transfugam occidere non licebat militibus [4]). Eo tempore acciderit necesse est quod tradidit Dio Cassius, ut Iudaei nonnulli, partim captivi, partim fugitivi, qui in praesidiis Romanis asservabantur, per insidias hostibus nocere conati, operam darent

---

1) V. 9. 1 § 355. — 2) VI. 6. 2 § 345. Cfr. I. prooem. 11 § 27: *ἔπειτα διέξειμι .. τὴν Ῥωμαίων φειδὼ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους*; V 12. 4 § 522: *Τίτος οἰκτείρων τὰ λείψανα τοῦ δήμου καὶ σπουδάζων τὸ γοῦν περιὸν ἐξαρπάσαι πάλιν ἤρχετο χωμάτων.* — 3) Id probat locus Iosephi V. 6. 5 § 289 et 290. Ioannes Idumaeorum dux, de quo h. l. sermo est, manifesto tum transfugere in animo habebat, cum interficeretur. — 4) Argumento sunt quae de insidiis a Castore quodam structis narrat Iosephus V. 7. 4 § 317—331; § 318: *προτείνας ὁ Κάστωρ τὰς χεῖρας ὡς ἱκετεύων ἐκάλει τὸν Καίσαρα .. πιστεύσας ὁ Τίτος .. ἐπέχει τοῦ κριοῦ τὴν ἐμβολήν, κωλύει τε τοξεύειν τοὺς ἱκέτας .. Τοῦ δ' εἰπόντος ἐπὶ δεξιᾷ καταβῆναι, ὁ Τίτος .. ἔφη .. διδόναι πίστιν.*

Digitized by Google

ut aquam fontium corrumperent, et Romanos, si quos solos deprehendissent, interficerent; Iosephus hoc omisit. Ea res probat, Romanos ab initio habuisse captivos quibus vitam in praesentia condonavissent; eadem ostendit, his aliquam tum etiam concessam fuisse libertatem movendi se, non minus quam fugitivis qui tamquam captivi recepti essent; sive, quod potius dicam, custodias captivorum a militibus Romanis eo tempore etiam male et valde negligenter actas esse; ipsae hae insidiae Romanos coëgerunt ut huic rei in posterum melius consulerent. Dio Cassius praeterea auctor est, Iudaeos habuisse eo tempore etiam aliquot perfugas Romanos, quos sedulo in muro collocatos hosti monstrare solerent; verisimile est hos fuisse ex auxiliariis, et ideo eos transfugisse, quod delicti alicuius a se admissi poenas daturi fuissent si remansissent [1]). — In secunda parte obsidionis, postquam Iudaeis per Iosephum denuntiatum est, omnes perituros si urbs vi esset expugnata, cum iam eo metu permulti ad fugiendum excitarentur, accipimus haud paucos transfugas, qui bonis in urbe qualicumque modo venditis cum paucis rebus preciosis ad Romanos pervenerant, a Tito rus esse dimissos quo quisque ire vellet [2]). Sed tamen obstabat aliquid; Iosephus narrare pergit, permultos fuisse cives humiliores qui ad Romanos fugere non auderent. Scilicet apparet edictum fuisse a Tito, ne quis solus transfugere conaretur, eis solis enim qui cum uxoribus liberisque venirent, securitatem fore a militibus Romanis; hi homines autem uxores liberosque secum ducere non poterant, quia ita conspicui facti militibus Iudaicis, ab his ut retinerentur et occiderentur futurum erat [3]).

---

1) Dio 66. 5. 3 et 4. Dio utramque rem collocavit post secundum murum urbis expugnatum, is autem expugnatus est fere sexto decimo die mensis Artemisii, cum triginta dies paullo amplius urbs obsideretur. Etiam aliam ob causam insidias illas a captivis structas ad primam partem obsidionis referamus necesse est; pertinent enim ad tempus quo etiam magna aquae inopia erat. Hac inopia, quam Iosephus quoque memoravit apud Iudaeos fuisse ante adventum Romanorum (V. 9. 4 § 410), Romanos initio laboravisse tradit Dio (66. 4. 5); Iosephus ostendit, eam mox locum cessisse mirificae affluentiae, cum omnes fontes subito abunde fluere coepissent, et hanc aquae abundantiam iam extitisse dicit ante secundam suam actionem. — 2) V. 10. 1 § 422. — 3) V. 11. 1 § 448. Iosephus quidem h. l. conatur lectorem in opinionem inducere, quasi hi homines pauperes de se noluissent, uxoribus et liberis in urbe relictis effugere; sed cum postea (VI. 8. 2 § 385) appareat, Romanos fuisse qui hoc prohiberent, manifestum est, id παράγγελμα iam nunc valuisse. —

Digitized by Google

Eam ob causam hi homines, fame pressi, coeperunt una cum agminibus parvis militum Iudaicorum qui ad alimenta conquirenda emittebantur, ex urbe exeuntes escam quaerere; sed a Romanis captivi facti, crucibus affigebantur, et aliquamdiu quotidie fere quingenos homines Tito vel iubente vel probante ita occissos esse dicit Iosephus; habebantur enim pro captivis non pro supplicibus, et Romani captivis tum non parcebant, partim quod tam multos custodire non poterant, partim ut terrorem inicerent obsessis; permulti etiam abscisis manibus in urbem retro pellebantur; nempe tam crudeliter ideo mutilabantur, ut apud Iudaeos constaret eos captivos, non supplices, fuisse [1]); Iudaei enim per urbem pervulgaverant, supplices a Romanis occidi [2]). Iam apparet, Romanos haud pauca fecisse quibus a transfugiendo deterrerent Iudaeos. Primum, edictum illud de secum ducendis uxoribus liberisque fere idem valebat ac si permulti prohiberentur, et, cum per se minime necessarium esset, argumento esse videtur, Romanos praetextum quaesivisse ad perfugas deterrendos et ad eos, qui fugam nihilominus perficere conarentur, telis militum proiciendos vel pro captivis habendos. Deinde, cum necarent cives alimenta quaerentes, saeviebant in homines quibus parcendum fuerat si innocentes vel ad deditionem paratos servare sibi propositum habebant, hi homines enim non tamquam milites, sed fame coacti, ex urbe exierant, neque in Romanos impetum fecerant, sed se defendere conati erant contra vim ab eis illatam. Praeterea, animadvertendum est, Iosephum in orationibus quibus ad deditionem adhortabatur cives, numquam eos diserte ad fugam provocasse, neque umquam profugis salutem a Romanis pollicitum esse; quod alia ratione explicari non potest quam hac, Romanos eum vetuisse hanc spem ostentare civibus. Apparet quoque, eo tempore et aliquamdiu postea etiam, fortunam transfugarum et supplicum arbitrio militum Romanorum fere libero fuisse commissam; hoc quoque probat, principes Romanorum non multum curavisse saltem salutem miserorum. Iosephus narrat quidem, postquam iam murus lapideus circum urbem factus erat, quo ab alimentis conquirendis prohibebantur

1) V. 11. 1 § 447—452; 2 § 455. — 2) l. l. § 453.

Digitized by Google

Iudaei, haud paucos cives pauperes qui ex urbe egressi essent lapidibus missilibus muniti quasi pugnaturi, cum deinde ad praesidia Romana profugissent, bene ab his acceptos esse; eos mortem obiisse quidem, quod cibum nimis avide sumerent, sed tamen eos a Romanis non esse occisos. Quamquam hoc cum superioribus non optime quadrare videtur; ego crediderim, hos homines non pro perfugis, sed pro captivis habitos, in castris Romanis mortuos esse [1]). Verum quanta licentia per longum tempus militibus concessa fuerit in perfugas, clare conspicitur ex eis quae sequuntur. Sequitur enim apud Iosephum narratio illa notissima, multos perfugas idcirco a militibus auxiliariis Romanorum esse interfectos, quod rumor exiisset, Iudaeos locupletiores fugam meditantes solere aurum quod habebant vel ex venditione bonorum suorum paraverant, in frustula tusum devorare, ut id, in corpore aliquamdiu tuto servatum, postea recuperarent; quidquid in ea re verum inest, accipimus ingentem multitudinem perfugarum ob hanc suspicionem a militibus rapinae causa esse caesam [2]). Sero tandem huic licentiae militum finis impositus est. Ineunte mense Iunio fere (Daesio, Clinton Fast. Hell. III pag. 361), aliquot dies post murum lapideum absolutum, cum urbs fere quinquaginta dies paullo amplius obsideretur, Concilium principum habitum est a Tito, in quo huic rei aliquatenus provisum est, quamquam a perfugis spoliandi causa caedendis ne tum quidem statim abstinuerunt milites; sed in eo Concilio Titus ostendit se aegre ferre quod factum esset, et nova edicta (*παραγγέλματα*) tum sunt promulgata [3]). Tum militibus interdictum est, ne supplices laederent, modo hi condicionibus quibusdam satisfacerent. Condiciones hae erant: 1° ut cives fugientes secum ducerent uxores liberosque [4]); 2° ut observarent tempora quaedam a Romanis constituta, quibus, interrupta opera militari, securitatem a Caesare implorare liceret eis qui ex urbe fugere vellent [5]). Qui praeter has

1) V. 13. 4 § 548. — 2) V. 13. 4 § 550—554. Rumor ille mihi videtur partim ludibrii causa, partim tamquam praetextum occidendi et compilandi, esse excitatus. Iosephus dicit, qui hoc facerent, fuisse inprimis milites auxiliares Syros et Arabes. Syri autem ob insitum adversus Iudaeos odium noti erant (I. 4. 3 § 88). — 3) V. 13. 5 § 554—560. — 4) VI. 8. 2 § 385. — 5) *ἄδειαν ἀναχωρήσεως καιροφυλακήσαντες*, VI. 2. 2 § 113. Hanc *ἄδειαν* non a Iudaeis sed a Romanis constitutam esse,

Digitized by Google

condiciones effugere conaturi erant, suo id erant facturi periculo, eis impendebat mors ex telis militum Romanorum, aut captivitas e qua supplicio aut servituti destinarentur [1]). Sed etiam eorum qui condiciones illas impleverant causae cognoscebantur; si a seditione alienos se fuisse probaverant, in custodia tenebantur ut postea libertatem recuperarent; ei quos arma gessisse apparebat, captivorum loco habiti, mox ad servitutem et poenas ut condemnarentur futurum erat [2]). Ita imprimis in tertia parte obsidionis, post tertiam Iosephi actionem, cum iam area templi obsideretur, haud paucos viros illustri loco natos, quos Iosephus magna ex parte nominatim appellat, servatos et Gophnam in locum vicinum deductos esse accipimus; eorum qui primi fugerant, mox inde ad urbem reducti, paullisper prope ab urbe in conspectu Iudaeorum positi sunt, ut hi cognoscerent eos salvos esse; inde factum est, ut alii quoque fugam tentarent [3]). In quarta parte obsidionis, qua templum expugnatum et inferior urbs diruta est, aliquamdiu minus crebra fuisse vi-

---

manifestum est. Huc referenda esse censeo verba Dionis quae attuli supr. pag. 88 adn. 1. — 1) Hinc ut videtur factum est, ut apud Iudaeos in urbe praevaleret obstinata opinio ὡς ἀποσφαγεῖεν ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ αὐτόμολοι, VI. 2. 2 § 116, cfr. V. 11. 2 § 454. — 2) Cives qui praeter condiciones constitutas adirent praesidia Romana, sive quod soli venirent, sive quod cum suis quidem sed temporibus illicitis neque antea fide impetrata, aut promiscue interfectos esse aut servituti addictos, apparet VI. 8. 2 § 382 et 384. — Reliquorum perfugarum etiam esse causas cognitas, et eos qui causam probare non possent quod arma gessissent (quorum longe maior numerus fuerit necesse est), libertate privatos captivorum loco ad servitutem vel poenas reservatos esse, apparet ex eis quae Iosephus narrat de duobus militibus qui supplices facti erant. His quamquam vita digni non esse existimabantur, tamen vitam Titus condonavit, sed οὐκ ἐν ἴσῃ μοίρᾳ αὐτοὺς κατέταττεν, non ut reliquos ad libertatem reservari iussit, sed ad servitutem vel poenas, VI. 4. 2 § 231. — Iosephus nonnumquam de his qui causam probare non potuerunt, utitur vocabulo σώζεσθαι (veluti VI. 5. 1 § 280); huic vocabulo satis tribui, si ad nudam vitam servatam sine libertate id referimus, infra ostendam. — 3) Transfugas aliquot illustri loco natos quibus vitam et libertatem concessit Titus, nominat Iosephus V. 13. 7 § 567, § 569; VI. 2. 2 § 113 sq.; hos perfugas Gophnam esse ductos tradit idem § 115. Filii et fratres Izatae, regis Adiabenae ante quatuor annos mortui, proselyti, qui iam antea temporibus Cestii (a. 66) arma cum Iudaeis tulerant contra Romanos (II. 19. 2 § 520), etiam in fidem accepti transfugerunt, sed cum causa eorum non satis probaretur, in custodia retenti, postea vincti Romam missi, in ius obsidum relati sunt [de hoc iure vid. Mommsen Staatsrecht 3 pag. 605 adn. 3]; cum eis etiam multi illustres Iudaei, πολλοὶ τῶν ἐπισήμων δημοτῶν, ex urbe exierunt; VI. 6. 4 § 356.

Digitized by Google

dentur transfugia; partim id a Iosepho tribuitur ardori cuidam religioso et moriendi cupidini quae excitabantur a vatibus popularibus [1]); partim vero operae seditiosorum, qui cives qui fugere in animo habebant observare et ex insidiis occidere studebant [2]). In quarta et quinta parte obsidionis, post templum dirutum, cum fames vehementer premeret obsessos, ingens multitudo omni periculo spreto ad praesidia Romana se ferre coepit. Numerus haud ita parvus etiam tum fuit eorum qui quod causam suam satis probare possent (Iosephus eos parum iuste τοὺς δημότας, τοὺς δημοτικούς, nominat, quasi hi soli fuissent Iudaei, reliqui peregrini) ad libertatem reservarentur, eorum summa cum liberis et mulieribus 40.000 fuisse perhibetur [3]); reliquos occidi oportebat secundum παραγγέλματα imperatoris (is enim iam pro vinculis supplicium indixerat fugitivis, § 352), et aliquamdiu custodes castellorum omnes promiscue necabant [4]); sed milites Romani sustinere non poterant impetum tantae multitudinis, itaque iam caedem paullatim omiserunt, permoti satietate trucidandi et spe lucri; magna multitudo, a morte exempta, admissa est in praesidia Romana, sed de eis iudicia sunt constituta; noxii statim interficiebantur, reliqui sub corona veniebant cum uxoribus liberisque, minimo pretio propter multitudinem [5]). — Denique cum urbs capta esset, milites Romani irrumpentes primum promiscue omnes necant, usque ad vesperam, et domos incendunt [6]). Tum Titus in urbem venit, iubet ex eis qui etiam supersint armatos et resistentes necari [7]); praeter eius edictum necantur senes et infirmi; iuniores in templum compelluntur. His iudex datus Fronto; is statim interfici iubet eos qui arma tulerant; iuvenes forma insignes et proceros lectos ad triumphum reservat, ei fuerunt septingenti; reliqui plus annos septendecim nati mittuntur in Egyptum ad opera publica, vel in provincias ad ludos et bestias [8]); iuniores septendecim annis veneunt. Multi etiam per hos ipsos dies in captivitate occumbunt fami. Ingens multitudo eorum

---

1) VI. 5. 2 § 286. — 2) VI. 7. 2 § 366; § 367; VI. 2. 2 § 113. — 3) VI. 8. 2 § 384 et 386. — 4) VI. 7. 2 § 368: Ῥωμαίοις ἀπηλπικότες ἤδη τὸν ἔλεον ὅμως προσέφευγον. — 5) VI. 8. 2 § 383—386. — 6) VI. 8. 5 § 404 et 406. — 7) § 414. — 8) VI. 8. 5 § 417; VII. 5. 3 § 118.

Digitized by Google

qui adhuc in custodia asservabantur, captivi aut captivorum loco habiti, post aliquot menses in amphitheatris oppidorum ut Caesareae Beryti ad milites delectandos sublati sunt [1]).

Si examinamus quae tradidit Iosephus, apparet numerum eorum qui in fidem recepti causa deinde probata libertatem recuperaverint [2]), fuisse exiguum comparatum cum ingenti multitudine eorum qui aut ex arbitrio militum ad muros caesi, aut in praesidiis Romanorum interfecti vel captivorum loco ad bestias et ludos reservati, aut in servitutem rapti sunt. Si rationem habemus morum Romanorum, quos quamvis severi fuerint, tamen crudeles vulgo non fuisse multa exempla demonstrant, fieri non potest quin statuamus, cum immani severitate, cum crudelitate, actum esse adversus Iudaeos. Iam nemo negaverit, vix ullam esse exceptionem illam qua saevitiam decreti, quod de urbe diruenda fecerant Romani, mitigatam fuisse perhibeat Iosephus, ut modo dixi (pag. 90 adn. 2). Iudaeos qui in urbe erant fere omnes, sine ulla distinctione culpae aut innocentiae, a Tito ad perniciem destinatos esse, affirmari licet, et hoc decretum fere ad ultimum usque ab eo esse peractum, apparet. Ne Iosephus quidem negare potuit, vix ullos perfugas esse servatos. Sed is, cavens ne Romanos culpet, loquitur de *adversa fortuna* qua usi sint perfugae, de *iustis poenis* quas dederint captivi [3]). Revera a Tito his cladibus affecti sunt perfugae. Equidem minime dubito, quin multo magis gratum Tito fuisset, si humanius agere ei licuisset. Sed ut perveniret ad id quod propositum erat, ut seditiosi tollerentur, necesse ei erat, cum hi ipsi se non submitterent, non solum incolas urbis cum urbe ipsa et templum perniciei dare, sed etiam Iudaeos quantum fieri poterat a fuga deterrere et cum fugientibus aspere agere, ne liberarentur seditiosi ab onere gravissimo quod eos premebat, aspectu miseriae et famis civium suorum. Illud propositum autem, quamquam a patre sibi mandatum habebat Titus neque ultro susceperat, tamen ipse accepit tam-

---

1) VII. 2. 1 § 24; VII. 3. 1 § 38 et 40; VII. 5. 1 § 96, VII. 8. 7 § 373. — 2) Vid. pag. 91 adn. 2, pag. 94 adn. 3 et 95 adn. 3. — 3) I proem. 11 § 27 sq.: *διακρινῶ δὲ τὰ πάθη τοῦ δήμου καὶ τὰς συμφοράς, ... παραλείψω δ' οὐδὲ τὰς τῶν αὐτομόλων ἀτυχίας, οὐδὲ τὰς τῶν αἰχμαλωτῶν κολάσεις.*

Digitized by Google

quam suum, et omnibus viribus id persecutus ad finem perduxit. Etiam sic licebat ei, deplorare fatum civium et urbis. Sed non licebat, ita ostentare misericordiam suam, ut invidiam rei in alios, in ipsos Iudaeos, deferre, et a se ipso removere videretur. Talis ostentatio non potest non videri falsa et simulata. Neque minus peccavit Iosephus, cum venditaret illustris patroni sui egregiam humanitatem.

Ceterum in hac parte narrationis, ad fortunam civium, militum, perfugarum, pertinente, ipsa facta satis accurate et plene a Iosepho tradita esse censeo, modo excipiantur numeri, quos semper fere ridiculum in modum augere solet noster. In rebus levioribus interdum erraverit, nonnullas res induxerit falso colore, cuius rei supra aliquot exempla tetigi, tamen in universum fides ei habenda esse videtur res gestas describenti. Errorem etiam unum ab eo admissum ostendam. Apparet enim, haud ita paucos ex eis, qui in urbe obsessa arma tulerint adversus Romanos, effugisse, cum tamen in ipsa Iosephi narratione eius rei nulla mentio fiat. Nominatim unum virum memorare possumus, cui fuga suscepta bene successerit; is fuit Simon Ariis filius Zelotarum praefectus [1]), qui in ipsa obsidione plus semel eximiae fortitudinis laudem meruerat [2]); hunc post urbem captam pugnae interfuisse memoravit Iosephus in Iarde silva gestae, et ibi esse interfectum [3]). Eo loco Iosephus addit, se antea narravisse hunc Simonem per cuniculum ex urbe obsessa effugisse, sed fallitur, nihil eiusmodi narraverat. Cum eo autem multos alios eadem ratione servatos esse apparet, nam dicit Iosephus in illa pugna adfuisse permultos Iudaeos qui aut Hierosolymis aut ex castello Machaerunte effugissent [4]). Itaque quamvis multi frustra illo cuniculorum effugio uti conati fuerint, quamvis haud pauci in eo conatu capti sint, ut ipse Ioannes Giscalensis [5]), apparet tamen multos etiam eo modo servatos esse, et a vero aberravisse Iosephum cum diceret, spem, quam in cuniculis posuissent, fefellisse omnes: *τὸ δ' ἦν ἄρ' ὄνειδος αὐτοῖς· οὔτε γὰρ τὸν θεὸν οὔτε Ῥωμαίους λήσειν ἔμελλον* [6]). Sed is error non magni faciendus est. Minus etiam hoc

1) V. 6.1 § 250. — 2) VI. 1.8 § 92; VI. 2.6 § 148 — 3) VII. 6.5 § 215. — 4) VII. 6.5 § 210. — 5) VI. 8.5 § 402; VI. 9.4. § 429—434; VII. 2.1 § 26—30. — 6) VI. 7.3 § 370—374.

Digitized by Google

crimini verti oportet Iosepho, quod nonnullas res omisit quas memoriae servavit Dio Cassius. A nullo auctore postulari potest, ut omnia tradat quae memoria digna sint; fieri non potest, ubi duo auctores de eadem re ita scribunt, ut eorum narrationes cum fide dignae, tum inter se nullo vinculo affinitatis coniunctae sint, quin alter aliquid habeat quo alter expleri possit. Habemus autem apud Dionem narrationem nimis brevem et contractam quidem, sed quae magni facienda sit, quia prorsus libera est a narratione Iosephi; itaque haud paucae res sunt, a Iosepho omissae, quas e Dione solo cognoscere possumus; eas infra etiam attingam. In hac parte eo pertinet narratio insidiarum, a captivis et fugitivis quibusdam in initio obsidionis structarum, supr. pag. 90 sq. Ea quin vera sit, nihil est quod dubitemus. — Verum Dio addit, Titum ab eo tempore non recepisse supplices, ὁ δὲ Τίτος οὔκετ' οὐδένα αὐτῶν ἐδέχετο. His verbis Dionis confirmantur ea quae de crudelitate Romanorum tradidit Iosephus, quin etiam Dio eam nimis auget, et ita peccat ut facere solent ei qui uno vocabulo transigunt de re varia et complicata. — Sed praeterea Dio rem ita proponit, ut affirmare velle videatur, Titum hac ira commotum demum coepisse se immitem praebere captivis et eam iram ei iustam causam severitatis fuisse. Si hoc verum esset, Iosepho vix ignoscere possemus, quod eam rem omisit. Verum non licet, severitatem Romanorum ita ab his insidiis repetere, ut per eas eam excitatam et necessariam factam esse dicamus. Etiam ante illas insidias factum est ut captivi quidam necarentur a Romanis, etiam post eas, ut fugitivi quidam servarentur. Equidem facile credo, duces et milites Romanos in colloquiis et conviviis suis saepe ita locutos esse de his captivorum iniuriis, ut ex eis demonstrarent Iudaeos, quippe qui tanto odio erga Romanos animati essent, misericordia dignos non esse, et recte fieri quod eis non parceretur. Sed insidiae a paucis structae, etiamsi in iustam iram adduxerunt Romanos, tamen eis necessitatem non imposuerunt severius agendi cum reliquis, cum praesertim magna pars culpae imputanda esset ipsorum Romanorum neglegentiae; ut propter illorum scelus reliqui omnes punirentur, sane neque necessarium erat neque aequum; ut caveretur ne quid eiusmodi in posterum fieret, non opus erat omnes captivos necare, sed

Digitized by Google

satis fuisset si ad custodiam captivorum plus diligentiae adhiberetur a Romanis, et fugitivi e praesidiis Romanis tempore remoti rus dimitterentur. Itaque nihil est cur Dioni assentiamur, hanc fuisse veram causam severitatis Romanorum, et cur magnopere reprehendamus Iosephum, cum is eam rem nequaquam consulto omisisse videatur.

IV. Sed iam tempus est ut videamus de condicionibus quas Titus posuit seditiosis; confirmatione etiam indiget quod modo dixi, Titum nihil seditiosis obtulisse, quod ab eis accipi posset. Titus semper postulavit, ut Iudaei armis abiectis semet ipsos suaque omnia libero ipsius arbitrio traderent sine ullis condicionibus. In prima actione Iosephi nihil aliud esse postulatum, et omittendum nobis esse vocabulum speciosum quo Iosephus utitur „ἐπὶ συμβάσεις", ipsius Iosephi silentium probat; si quidquam salutare, diversum ab eis quae postea proposita sunt, Iudaeis tum oblatum fuisset, Iosephus id ample tradere non omisisset. Duae narratiunculae Iosephi, quas modo tractavi (pag. 86—88) ostendunt Titum hoc consilio in urbem subito irrumpere voluisse, ut ad παράδοσιν τῆς πόλεως permoveret Iudaeos pacis cupidos, sed hi a militibus eam tradere prohibebantur [1]). In secunda actione eiusdem, Iudaeos se adhortatum esse dicit „ut urbe tradita se ipsos servarent" [2]), et multis verbis eis supplicat: ὦ σιδηροῖ, ῥίψατε τὰς πανοπλίας [3]). Cum de muro lapideo circum urbem struendo ageretur in Concilio principum, rem hoc argumento suadebat Titus, quod ea sola ratio esset qua Iudaei cogi possent ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν παραδοῦναι τὴν πόλιν nisi fame perire vellent [4]). Cum post templum dirutum Titus ipse ad Iudaeos veniam petentes verba faceret, maxime iratum se eis praebuit quod etiam cum armis, necdum supplicum habitu inducti, in eius conspectu et colloquio stare auderent [5]). Tum etiam eis obtulit occasionem dedendi se, ῥίψασι τὰ ὅπλα καὶ παραδοῦσι τὰ σώματα [6]). Totum bellum huic rei tribuitur a Iosepho, ὅτι μὴ παρέδοσαν τὰ ὅπλα Ῥωμαίοις [7]). — Itaque plurimum interest, scire, quid expectandum

---

1) V. 8, 1 § 336. — 2) V. 9. 2 § 361: σώζεσθαι παραδόντας τὴν πόλιν. — 3) V. 9. 4 § 416. — 4) V. 12. 1 § 499. — 5) VI. 6. 2 § 348. — 6) VI. 6. 2 § 350. — 7) Arch. XII. 3. 1 § 122.

Digitized by Google

fuerit dediticiis. De ea re autem sic statuo, Tito ab initio propositum fuisse ut ab his omnibus qui arma tulissent ultimam poenam repeteret; dediticiis *nihil* sperandum fuisse; non fore quidem ut statim trucidarentur gladiis militum Romanorum, sed tamen ut partim condemnarentur ad ludos, ad bestias, ad metalla ceteraque opera provincialia, ad vincula sempiterna, partim sub corona venirent; libertatem privatam utique eis praereptum iri. Hoc argumentis indiget, quia tota narratio Iosephi non sine arte quadam ita instructa est, ut huic sententiae repugnare eamque refutare videatur. Iosephus de pace agens sedulo cavit ne uteretur vocabulo παραδιδόναι ἑαυτούς [1]); ipse contra semper salutem Iudaeis oblatam, pacem, foedus, in ore gessit; inprimis mihi obstare dixerit quispiam vocabulum quo plurimum uti solet quod est ἡ δεξιά, quam Titum dicit δοῦναι Iudaeis, his licere ab eo λαβεῖν [2]). Verum haec pulcra vocabula nihil aliud esse censeo, nisi fucum a Iosepho illitum. Τὴν δεξιὰν λαβεῖν idem valeat necesse est quod latinum „in fidem se dare", „per deditionem in fidem venire", δεξιὰν δοῦναι igitur est „in fidem, in dicionem accipere". Vocabulo et ipsa actione deditionis nihil quidem definitur de statu quo quis ut reducatur futurum sit; sed aeque verum est, nihil hac fide data excludi; dediti subiecti erant potestati et dicioni imperatoris cui se dederant, qua etiam continebatur ius vitae ac necis in singulos, potestas supplicii sumendi de noxiis. Quae sola tollebatur fide accepta, erat vis belli et armorum, τὸ χρῆσθαι πολέμου νόμῳ [3]); hoc solum non licebat, dediticium statim sine iudicio tamquam hostem occidi iubere, praeterea omnia in eum permissa erant sive ad ignoscendum sive ad puniendum. Hoc multis demonstrare opus non est. Graeci et Orientales, cum aliquot saeculis ante primum cum Romanis victoribus negotia habere coepissent, cum damno suo experti erant, quid valeret deditio secundum mores Romanos, de qua ipsi tum longe aliam tenebant opinionem, et hoc tempore

---

1) Ter quaterve tantum hoc vocabulo usus est; VI. 7. 2 § 366, cfr. VI. 6. 2 § 350 et VI 8. 2 § 378, postquam Titus edixit, se in fidem neminem esse recepturum; VI. 9. 4 § 433 de deditione Simonis Giorae filii. — 2) V. 9. 3 § 373, cfr. VI. 6. 3 § 352. — 3) Cfr. VI. 6. 3 § 353; VI. 6. 1 § 320. Huic condicioni si satisfiebat a victore, πίστις vel δεξιὰ eius βέβαιος esse dicebatur, cfr. V. 13. 2 § 536.

Digitized by Google

omnes de ea re satis erant instructi. Notissima est narratio Polybii de Aetolis victis, qui cum fidei Romanorum se commisissent, δόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, οὐκ εἰδότες τίνα δύναμιν ἔχει τοῦτο, τῷ δὲ τῆς πίστεως ὀνόματι πλανηθέντες, statim spe exciderant cum audirent a se postulari ut duces suos traderent Romanis, et recusantes in vincula conicerentur; quorum legati postea, in senatu interrogati num in deditione permanerent, inquirentes quibus tandem condicionibus sibi in deditionem venire liceret, responsum a senatu non impetraverant [1]). Vim huius vocabuli clare exponere solent auctores nostri [2]), neque desunt exempla quae ostendunt, quid iuris fuerit imperatoribus Romanis in dediticios, si certae condiciones factae non erant [3]). Quod nihilominus aliqua distinctio fiebat, etiam auctoribus nostris probata, inter vocabula „in potestate sive dicione esse" et „in fide esse", ea tota continebatur specie pietatis quae inerat in vocabulo „fides", et spe eorum qui in eam se commiserant, non vero dediticiorum iure, si voluntate parcendi carebant victores [4]). — Quod autem Iosephus utitur vocabulo Romanis minus usitato, id nihil ad rem attinet, quia πίστις et δεξιὰ prorsus idem significant [5]); dextra data erat Romanis signum fidei inter impares, amicitiae inter pares, quo etiam per manuum iunctarum simulacra aurea vel argentea uti solebant [6]); ad deditionem et fidem, non ad foedus et pacem, illud vocabulum apud Iosephum pertinere, constat. Ipse hoc ostendit, cum ab altera parte quidem distinguat τὴν δεξιὰν λαβεῖν (in fidem se dare) ab eo quod est παραδιδόναι ἑαυτὸν (in potestatem se dare) [7]), sed tamen ab altera minime nesciat quid

1) Polyb. 20. 9.12—20 et 21. 3. 4 sq.; cfr. Liv. 36. 28: „... magnopere nunc curo (ait imperator) quid Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censeant, dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto suo, ante armis victos". — 2) Polyb. 36. 4. 2; Liv. 1. 38 et 7. 31. 4 et 22. 20. 11; cfr. Marquardt Staatsverw. 1 pag. 73 n. 3. — 3) cfr. Liv. 42. 8 (a. 173); M. Popillio consuli se dediderant Ligures: „nihil quidem illi pacti: speraverant tamen non atrocius quam superiores imperatores consulem in se saeviturum. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipsos bonaque eorum vendidit". Senatus haec postea improbavit quod iniqua viderentur, et quantum fieri poterat infecta reddi iussit; sed ipsa deditione consulem prohibitum non esse ita agere, satis apparet. Liv. 39. 54; 26. 33 sqq. — 4) Liv. 8. 1. 10; 39. 54 7; Val. Max. 6. 5. 1. Cfr. Mommsen Staatsr. 3 pag. 651 adn. 2. — 5) Cfr. Cic. Phil. 11. 2. 5 „dexterae, quae fidei testes esse solebant". — 6) Cfr. Tac. hist. 1. 54: „miserat dona legionibus dextras". — 7) Vid. supr. pag. 100 adn. 1. Utrumque

Digitized by Google

intersit inter δεξιὰν λαβεῖν et ὅρκους λαβεῖν περὶ σωτηρίας παρὰ Καίσαρος [1]). Qui ab imperatore iurato in fidem accipiuntur, pacti aut vitam aut libertatem aut aliud aliquid, his ipsa pactio est norma eius quod sunt facturi passuri accepturi [2]).

Iosephus operam dedit ut seditiosis persuaderet, Romanos dediticiis esse temperaturos. Sed rationes nullas afferre potuit nisi quae petitae essent ex eo quod ipsi verisimile videri diceret. Sic in secunda actione provocat ad mores Romanorum haud immites; affirmat Romanos iniuriae memores futuros sibi non videri; arguit, hoc fieri non posse ut dominari se cupiant in regione incolis carente, in urbe vacua [3]). Hae ambages, quibus opus non erat si pactio concedebatur, ipsae probant, eum nihil certi habuisse quod offerret. Accedit, quod mentionem eum facere non potuisse apparet de iure iurando quo confirmaretur deditio, de obsidibus praesertim, quos postulare moris erat Romanis ubi deditio fiebat ex pactione [4]). Denique, quod quaedam alia magis definite a Tito sunt tractata, ostendit, eum de universa deditione, quam postulabat, nihil definivisse. Sic in tertia actione Iosephus verbis Titi veniam (non: fidem) obtulit alteri ex duobus ducibus seditiosorum, Ioanni Giscalensi, quae fuit certe vitae et libertatis, i. e. verae salutis, promissio, iure iurando confirmanda, qua is tamen tum uti aut noluit aut non potuit [5]), et eadem συγγνώμη paucis aliis data est [6]); Titus ipse

---

idem est, sed τὸ παραδιδόναι ἑαυτόν caret illa coniunctione pietatis et expectatione moderatae dominationis, quae inest in fide et dextra, vid. adn. 4 hui. pag. — Nonnumquam utroque vocabulo promiscue, de una eademque re, usus est Iosephus, vid. VI 8. 2 § 378; et VI. 6. 3 § 351 cllta VI. 7. 2 § 366. — Alio loco (VI. 9. 4 § 433) Iosephus describit deditionem Ioannis Giscalensis hoc vocabulo: δεξιὰν λαβεῖν ἱκέτευσε, deditionem Simonis Giorae filii illo: ἑαυτὸν παραδίδωσι. Ioannes autem ad vincula sempiterna condemnatus est, Simon est ad triumphum reservatus, VI. 9. 4 § 434, VII. 5. 3 § 118, VII. 5. 6 § 154. — Etiam propinqui regis Izatae, qui in fidem recepti erant, libertatem non recuperaverunt, supra pag. 94 adn. 3. — 1) VI. 8. 3 § 387. — 2) Vid. pag. 101 adn. 3. — 3) V. 9. 3 § 372 sq. — Quod in eadem oratione dixit (V. 9. 4 § 405 sq.) Romanos nihil exigere praeter usitatum tributum „quod iam patres nostri solverunt", neque eo accepto urbem eos vastare neque attrectare res sacras, id dictum est non de condicionibus huius belli, sed de imperio Romano universo. — 4) Cfr. ex. gr. Liv. 22. 20. 11. — 5) VI. 2. 1 § 106 sq.: ἐγώ σοι τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων συγγνώμην ἐγγυῶμαι, κτλ. — 6) Veluti duobus sacerdotibus templi thesaurum tradituris, VI. 8. 3 § 387—391; non vero Castori V. 7. 4 § 317—331; § 320 et 325; neque Iudae cum sociis eius V. 13. 2

Digitized by Google

vero, cum ad seditiosos verba faceret, qui tum aliqua spe salutis frustra erant elati, *μετέωροι συγγνώμης ἐλπίδι*, veniam his recusavit; vitam se eis condonare velle praedicavit, i. e. nihil amplius quam vitam, sine promissione libertatis et salutis; quam condicionem postquam recusaverunt, petentes ut sibi liceret cum uxoribus liberisque in novas sedes migrare, Titus, hac petitione denegata, etiam occasionem dedendi se in fidem (*τὴν δεξιάν*) non amplius a se praeberi, et omnes hostium loco a se haberi, edixit [1]).

Iudaeis igitur pactio nulla concessa est; deditio non minus perniciosa eis fieri poterat quam bellum. Quod autem maximi momenti est, apparet ipsos credidisse, futurum non esse ut sibi parceretur si dediticii facti essent; Iosephus partim id ipse indicat, partim id frustra celare conatur. Iam initio recte affirmat, milites se dedituros fuisse, nisi de venia a Romanis impetranda desperassent [2]), et postea saepe dicit, Iudaeos *ἀπογνώσει σωτηρίας* ad pugnandum esse compulsos [3]). Alibi confitetur, ipsius verba ideo sperni a militibus, quod deditionem sibi tutam esse non crederent [4]). Saepe Iosephus seditiosos dicentes facit, se liberos esse velle, neque *servitutem* a Romanis esse accepturos; eam vocem ambiguam, quae si ad libertatem publicam amittendam referebatur, contumaciae esse videri debebat, nunc referendam esse ad servitutem privatam, ne ipse quidem semper celare potuit [5]); Iudaei intellegebant, deditionem sibi viam fore qua nonnulli ad ludos, bestias, metalla, plerique ad minimam poenam, servitutem serviendam, ad perniciem omnes, raperentur.

Ea sententia autem vera fuerit necesse est, quia Titus nihil fecit, ne facere conatus est quidem, ad eam diluendam. Is silentio suo ostendit, se dextram datam postea ita interpretaturum esse, ut pietas et misericordia quam ostentaverat pertineret ad

---

§ 534—541; neque magis Idumaeorum praefectis, VI. 8. 1 § 378—381; hos omnes in fidem accepturus fuerat Titus, sine condicionibus, Iosephus certe aliud non tradidit. — 1) VI. 6. 2 § 326, § 350; 3 § 351 sq. — 2) V. 9. 1 354: *συγγνώμην παρὰ Ῥωμαίων ἀπήλπιζον*. — 3) V. 11. 6 § 488; VI. 1. 1 § 4; VI. 2 7 § 152; cfr. VI. 2. 10 § 171. — 4) V. 10. 1 § 420: *οὔτ' ἀσφαλῆ τὴν μεταβολὴν ἔκριναν*. — 5) V. 7 4 § 321; V. 10. 1 § 422; V. 11. 2 § 458; VI. 3. 4 § 206; cfr. VII. 8. 6 § 323 et 334.

Digitized by Google

gentem Iudaeorum universam, sed ut eos qui arma gesserant ea dignos non esse existimaret. Quodsi revera dediticios milites lenius tractare in animo habuisset quam ipsi metuerent, fieri non potuisset quin id cum eis communicasset, pactione proposita, cum praesertim seditione militum qualicumque modo impetrata ab eo servari potuissent cives innoxii, mulieres et infantes, urbs et templum. Nam si quid definite eis obtulisset, quamvis id fuisset grave (veluti relegationem in novas sedes, traditionem et supplicium nonnullorum qui nominatim indicarentur), ea re multum profecisset, modo maiori parti concederetur vera salus, libertas cum uxoribus liberisque; nam etiamsi ne sic quidem fortasse omnes simul ad condiciones accipiendas permoveri se passi essent, tamen spes erat fore ut discordiae existerent inter ipsos, utque inde paullatim ad deditionem posset perveniri. Sed propositum fuit Tito, Iudaeos seditiosos aut deditione aut armis tollere.

Haec cum ita se habeant, Iosephus vocabulis abusus esse videtur, quae apta essent ad falsam opinionem procreandam [1]). Quamquam ei gravis iudex esse nolim; officium ei mandatum erat difficillimum, commiseratio, quam in animo lectorum excitat eius narratio, ut ab eis qui ipsius condicionem consideraverint, non minima ex parte ipsi auctori tribuatur, fore existimo. Neque directe mentitus est. Vocabula quibus utebatur ad deditionem suadendam, has admittebant excusationes, primum quod dediticii, etiamsi in servitutem raperentur, tamen victuri essent [2]); deinde, quod, si ipsis esset pereundum, tamen dedi-

---

1) Iosephus imprimis utitur vocabulo valde fucato, ubi de *pace* sermonem facit, nam eam dicit pacem, quae impetretur de medio sublatis belligerantibus: V. 6. 2 § 261: *εἰρηνικὰ διαλέγεσθαι*; V. 9. 2 § 356: *οὐδὲν ἀπήντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰρηνικόν*; VI. 6. 2 § 345: (Titus) *εἰς εἰρήνην ὑμᾶς προὐκαλεσάμην*. Prorsus falsum est V. 3. 3 § 114: *προκαλούμενος ἐπὶ συμβάσεις*; ad „foedus", cuius neque audet neque potest nominare condiciones. — 2) Nihil amplius igitur significatur his vocabulis, quibus Iudaei instigari solebant ut se ipsi salvi esse vellent, a Tito V. 9. 2 § 361: *σώζεσθαι παραδόντες τὴν πόλιν*; a Iosepho V. 9. 3 § 372: *πρὸς τὸ σωτήριον βέψαι*; ab aliis V. 9. 2 § 362. Sic V. 9. 4 § 393 Iosephus dicit se esse *τὸν παρακαλοῦντα πρὸς σωτηρίαν*, V. 9. 4 § 415: *καταλείπεσθαι ὁδὸν σωτηρίας*; VI. 6. 2 § 346 Titus se dicit dedisse *ἄδειαν καὶ πίστιν σωτηρίας*; VI 7. 2 § 365 Iosephus dicit se post extremum edictum a Tito promulgatum *πολλὰ συμβουλεῦσαι πρὸς σωτηρίαν*, cfr. VII. 8. 7. § 383. — Eodem pertinent V. 9. 2 § 362: *κατηντιβόλει φείσασθαι ἑαυτῶν*; VI. 2. 5 § 130: *Τίτος οὔτ'*

Digitized by Google

tione sua servaturi essent cives qui armis abstinuerant et mulieres, quod ruinam imminentem aversuri essent ab urbe et templo [1]).

Verum hoc in Iosepho iure reprehensurus esse quispiam mihi videatur, quod is, condicione rerum inversa, omnia mala quae ex obsidione orta sunt, culpam excidii urbis et templi, adscribat contumaciae obsessorum qui maluerint bello et armis cum urbe et templo, quam deditione soli perire. Eum occaecavit odium quod susceperat contra duces seditionis et satellites eorum, quod odium, licet longe absit ut aliqua excusatione et iusta fortasse causa carere censeam, tamen eum perducere non oportuit ad iudicium iniquum ferendum de rebus in ipsa obsidione gestis, ut ipse *παρὰ τὸν τῆς ἱστορίας νόμον* se fecisse confitetur in prooemio operis sui [2]); ad id odium accedebat studium capiendi favoris Romanorum. Inde omnia mala obsidionis cum singula tum universa ad seditiosorum malignitatem refert, quos dicit urbi multo Romanis graviores factos esse [3]), et insolentia qua civibus suis nocerent et sacra sua violarent ipsos Romanos ad

---

οἶκτον ἑαυτῶν τοὺς ἄνδρας ... ποιουμένους ἑώρα. Rectius de nuda vita servanda sermo est V. 11. 2 § 456: *κερδῆσαι τὰς ἑαυτῶν ψυχάς*. — 1) Hoc argumento saepe ita utuntur Iosephus et Titus, ut iam ipsi fere confiteri videantur, salutem quam ostentare soleant esse nullam, et alio opus esse argumento; V. 9. 2 § 362: *φείσασθαι μὲν ἑαυτῶν καὶ τοῦ δήμου, φείσασθαι δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τοῦ ἱεροῦ*: V. 11. 2 § 456: *κερδῆσαι τάς τ' αὐτῶν ψυχὰς καὶ τηλικαύτην πατρίδα καὶ ναόν*; VI. 2. 5 § 130: *οἶκτον ποιεῖσθαι ἑαυτῶν, φειδὼ τοῦ ναοῦ*. — Saepe etiam ad id solum provocatur, iam omissa propriae salutis spe; VI. 2. 3 § 119: perfugae cum precibus iubent milites *σῶσαι τὴν πατρίδα, ῥύσασθαι τὸν ναὸν Ῥωμαίοις*; V. 9. 4 § 416 sq. de templo agitur et § 418 de pueris uxoribus parentibus servandis; VI. 2. 1 § 97: Iudaeis licet *φείσασθαι τῆς πατρίδος, διασκεδάσαι τοῦ ναοῦ τὸ πῦρ*. Eo etiam argumento commendatur illa *ἄδεια*, militibus oblata (supr. pag. 88), quod per eam possint si velint pugnare et occidi *δίχα τοῦ συναπολέσθαι τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναόν*; VI. 2. 1 § 95. *φείσεσθαι τῶν ἰδίων ἁγίων καὶ σῶσαι τὸν ναόν*, VI. 2. 4 § 128. — 2) I. prooem. 4 § 11: *εἰ δέ τις ὕσα πρὸς τοὺς τυράννους ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν ... συκοφαντοίη, διδότω παρὰ τὸν τῆς ἱστορίας νόμον συγγνώμην τῷ πάθει*. — 3) V. 1. 3 § 19: *τί τηλικοῦτον, ὦ τλημονεστάτη πόλις, πέπονθας ὑπὸ Ῥωμαίων*; V. 6. 1 § 256: *οὔτε γοῦν αὐτοί τι χεῖρον ὑπὸ Ῥωμαίων ἔπαθον*, et § 257; V. 10. 5 § 444: *τὴν μέν γε πόλιν ἀνέτρεψαν αὐτοί*; VI. 6. 2 § 328; VI. 7. 2 § 364; VII. 5. 2 § 113. Praesertim Iosephus operam dat ut ad eos referat culpam templi excisi, quippe qui primi ad porticum, iuxta murum aream circumdantem positam, ignem attulerint; V. 10. 5 § 444; VI. 2. 9 § 165; VI. 3. 1 § 180; VI. 3. 5 § 216; VI. 4. 2 § 230; cfr. VI. 7. 3 § 372.

Digitized by Google

iram commovisse [1]), et furore quodam et insania occaecatos in perniciem ultro ruisse [2]); inprimis hac re peccat, quod ita rem proponit ac si libera ea fuerit optio seditiosorum, cum hi Titi blanditiis aurem non praeberent quas non minus funestas eis futuras fuisse demonstravi quam fuerunt arma et iracundia Titi [3]). Nam quod ἄδειαν illam non acceperunt, quam Titus, postquam initio urbem per eam purgare non potuerat, postea, in tertia parte obsidionis, iterum eis proposuit suis verbis, Iosepho interprete usus, addito favore ut Iudaeis liceret in templo a se relicto caerimonias usitatas celebrandas curare per viros lectos, sperans fore ut templum saltem ita servaretur, utque seditiosi perirent δίχα τοῦ συναπολέσθαι τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναόν [4]), — id suo iure eos fecisse demonstratione non eget. Quomodo hoc ab eis expectari potuit, ut relinquerent ipsam arcem qua se defenderent, locum sanctissimum, pro quo omnia subire ac pati parati erant, hoc solo consilio, ne dum ipsi viverent id peregrinis traderetur? Hoc beneficium magis ludibrii causa quam sincere eis ostentatum esse dixeris, cum praesertim satis constet ne Titum quidem credere potuisse, eos id accepturos esse; neque mirum est, eos rem attribuisse ignaviae Romanorum, qui ex urbe se elicere conarentur quod in templo se aggredi non auderent [5]). Quod autem Iosephus affirmat, seditiosos iureiurando se inter se obligavisse, ne in Titi fidem se darent, id verum quin sit dubium non est; sed ideo id factum esse manifestum est ut mutua fide se ipsi confirmarent et metu liberati ne a suis desererentur morerentur, non vero ut se ipsos et socios suos cogerent repudiare salutem quam Titus offerret [6]). — Quod ad Titum attinet, concedo eum, iussis patris sui, ut infra ostendam, alligatum, nihil fortasse remittere potuisse a decreto funesto, seditiosos esse tollendos, et

---

1) VI. 1.2 § 12 et 2.1 § 102 et 3 § 122; VI. 3.5 § 214. — 2) VI. 8.4 § 398: φρενοβλάβειαι; VI. 5.3 § 288: ὡς ἐμβεβροντημένοι; VI. 1.5 § 39 et 5.4 § 310; VI. 6.2 § 328; VII. 1.1 § 4: ἄνοια; VI. 9.1 § 409: φρενοβλάβεια qua inducti Iudaei urbe capta de turribus decedunt. — 3) VI. 2.5 § 130; V. 7,3 § 315; V. 12.3 § 515; 4 § 526; V. 13.7 § 572; VI. 1.1 § 1; VI. 1.2 § 14; VI. 3.5 § 219. — 4) Vid. supr. pag 88 adn. 1 et pag. 105 adn. 1; VI. 2.1 § 95; VI. 2.4 § 124—128; VI. 6.2 § 346. — De sacrificiis celebrandis: VI. 2.1 § 95, et 101. — 5) VI. 2 4 § 129. — 6) VI. 6.3 § 351; VI. 7.2 § 366.

Digitized by Google

durum quin hoc inveni acciderit, quid dubitem? cum praesertim neque ipsum lateret, neque patrem eius certe, eo ipso decreto simul etiam pronuntiatum esse de interitu omnium qui in urbe manerent, de morte vel clade fere omnium qui effugere conaturi essent, de excidio urbis denique et templi. Sane ne hoc quidem Tito crimini verti licet, eum operam dedisse, ut ostenderet, se invitum exsequi iussa patris. Sed id ita agere non debuerat, ut prae se ferret, cum ipse voluisset seditiosis parcere, incolis salutem afferre, templum integrum servare, se a Iudaeis temere resistentibus et in perniciem ruentibus id facere prohibitum esse [1]). Iosephus tradit, eum in precatione aliquando ad deum memoravisse consilia Iudaeis salutaria quae persequi frustra conatus esset [2]). Verum ea consilia hanc ob causam irrita fuerunt, quod cum Deo quidem fortasse ea communicavit Titus, sed non cum ipsis Iudaeis, certe non ea ratione qua sola valere possent, per pactionem eis oblatam, iureiurando confirmandam. Non negabo, eum pactionem offerre non potuisse, voluntate patris, fortasse etiam sua, impeditum. Non minus negabo, Iudaeos videri posse cuipiam meruisse hanc poenam quam dederunt, et Vespasiano certe visos esse. Sed tamen constat, cum hoc officium severitatis in se receperit Titus, eum etiam eius invidiam sustinere debuisse. Quidquid praeterea fecit ac dixit, omnes adhortationes ab eo frustra in Iudaeos effusae ad deditionem eliciendam, omne studium servandi urbem et templum per inania verba demonstratum, omnes querellae et commiserationes quas edidit, eatenus ficta et simulata videantur necesse est, quatenus eis efficere voluit ut appareret, invidiam facti sui a se alienam, ad illos transferendam esse. Quis autem reprehendat viros fortissimos — quidquid antea deliquerunt — quod argumenta Titi repudiaverint? Quid de eis senserint, Iosephus ostendere non omisit. Quod ad ipsos attinebat, mortem servitio anteponendam esse arbitrabantur, et laeti, quin etiam vere triumphantes, ei obviam ierunt [3]); de civibus, de patria,

---

1) VI. 6. 2 § 328, § 345; VII. 5. 2 § 113, cfr. supr. pag. 82 adn. 5 sqq. — 2) VI. 3. 5 § 215: Καῖσαρ δ' ἀπελογεῖτο καὶ περὶ τούτου τῷ θεῷ, φάσκων παρὰ μὲν αὐτοῦ Ἰουδαίοις εἰρήνην καὶ αὐτονομίαν προτείνεσθαι καὶ πάντων ἀμνηστίαν τῶν τετολμημένων κτλ. — 3) VI. 7. 2 § 364: ἦν γὰρ αὐτοῖς μετάνοια μὲν οὐδεμία τῶν

Digitized by Google

quaerebant, quid morituris, ut haec salva essent, cordi esse posset; de templo vocem ab eis editam nobis servavit idem auctor, excelsam piaque fide memorabilem, „templum ruinam dare licere: Deo esse fano terrestri melius decus" [1]). — Iosephus ipse sibi nocuit, contemptim loqui ausus de paucis illis qui ad ultimum se dederunt, hi certe eam ob causam despiciendi non sunt, quod, cum fracti essent labore, miseria, fame [2]), ne tantum quidem ex pristino vigore reliquum habebant, ut mortem ultro oppeterent [3]).

Id, quod in Iosepho reprehendimus, etiam aliqua ex parte cadit in Dionem Cassium. Is enim his verbis incipit narrationem obsidionis (66. 4. 1): *ὁ δὲ Τιτος τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς ἐπεχείρησε μὲν αὐτοὺς, λόγοις τισὶ καὶ ἐπαγγελίαις προσποιήσασθαι, μὴ πεισθεῖσι δὲ ἐπολέμει.* Mirum non est, duces et milites Romanos hoc dixisse, Iudaeis salutem tempore oblatam esse. Viam specie aperuerant Romani, qua inermes saltem et innocentes salutem impetrare possent. Sed cum his ipsis nulla esset potestas decernendi, cum vero seditiosis nulla offerretur salus, vere eam viam apertam non fuisse tenebimus, et auctorem Dionis cum haec scriberet aliquid concessisse statuamus studio excusandi Romanos. Etiam de *ἀδείᾳ* oblata mentionem fecit Dio. Fortasse, ut supra conieci (pag. 93 adn. 5), eius auctor hoc vocabulo significabat illam *ἄδειαν ἀναχωρήσεως* („spatium locumque fugae" Liv. 25. 31. 1) constitutam eis qui ad Romanos effugere vellent; fieri vix potest ut is per unum vocabulum tam ambiguum et fallax significare voluerit alteram *ἄδειαν* quam Titus dicis causa plus semel obtulit seditiosis, qua eis permittebatur ut, si vellent, non intra sed extra urbem morerentur. Utique Dio usus est vocabulo quo facile in errorem adduci posset lector; is enim haec legens cogitaret fere necesse erat de illa quae vulgo *ἄδεια* dicitur sive *ἄδεια ἀναχωρήσεως* (Memnon Heracl. c. 52 Müller fr. 3 p. 554), „incolumitas" (Liv. 25. 31. 1), qua obsessis permitti solebat ut

---

κακῶν, ἀλαζονεία δ' ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς. καιομένην γοῦν ἀφορῶντες τὴν πόλιν, ἵλαροῖς τοῖς προςώποις εὔθυμοι τὴν τελευτὴν προςδέχεσθαι ἔλεγον. Cfr. V. 7. 4 § 321; V. 9. 1 § 355; V. 12. 3 § 515: *οἱ δυσθανατῶντες*; VI. 5. 2 § 285. — 1) V. 11. 2 § 458. — 2) VI. 8 4 § 393 et 402. — 3) VI. 8. 4 § 398; § 399—410.

Digitized by Google

armis traditis libere abirent cum uxoribus liberisque; hanc a Tito oblatam non esse constat, ipse enim Iudaeis eam petentibus recusavit (supr. pag. 103 adn. 1). Itaque, si Dio recte rettulit verba auctoris sui, hunc quoque refutabimus argumentis ex Iosepho petitis, et statuere debebimus eum, perductum studio excusandi Romanos, se ipsum et lectores suos falso vocabulo decepisse.

Verissime Sulpicius Severus in Chronicis [1]) scripsisse mihi videtur: „*nulla neque pacis neque deditionis copia dabatur*", modo talem deditionem intellegas, quae accipi possit, condicionibus confirmatam. Hoc dictum *proprie* non repugnare apparet narrationi Iosephi, sed neque accurate neque plene rem persecutus est Sulpicius. Ex ipsa Iosephi narratione, quam infectam quidem esse censeo colore prorsus falso, sed praeterea in plerisque veram et valde accurate scriptam, quid vere factum sit, melius deduci potest quam ex dicto Sulpicii. Huius auctor speciem humanitatis, qua Iosephus Titum suum ornare studuit, de vultu ei detrahere voluit. Apparet autem, eam faciem Titi quam Sulpicius ostendit, ab eo ex narratione Iosephi cognosci non potuisse; eam ob causam fieri non potest ut Sulpicio ipsi auctor fuerit Iosephus.

V. Transeundum nobis est ad ea quae de templo acta esse narrat Iosephus. Romani, capta et partim diruta Antonia arce, expugnato deinde post multos labores muro firmissimo qui circumdabat aream templi externam, inde aggressi murum interiorem non minus validum qui ductus erat circum aream internam, postquam hunc coeperunt oppugnare per machinas in area externa positas, neque tamen his quidquam profecerunt cum nihil muro nocerent ictus arietis illius etiam cuius maxima vis esset, per sex dies continuos in eum immissi, tandem aditum ad templum nacti sunt, igne ad portas admoto. Aestu cum liquefierent tegumenta argentea forium, cum simul torrerentur, deinde inflammarentur, contignationes, mox ignem conceperunt tabulata quibus tegebantur vestibula interiora (ἐξέδραι) portarum; hoc igne accendebantur deinde porticus muro ab interiore parte adstructae. Iam per foramina portarum intrari poterat; aditus

1) Chron. 2. 30. 8.

Digitized by Google

ad templum patebat. Postero die Titus aliquot milites e cohortibus electos misit in aream internam; hos iussit operam dare ut ignem in porticibus repentem extinguerent, et ampliorem eos iussit aperire viam, destructa parte muri, remotis tumulis ruinarum et lapidum ante murum iacentium, ut per eam legiones intromitti possent [1]). Ipse Concilium advocavit, quocum de templo deliberaret.

In eo Concilio cum Tito ipso adfuerunt sex viri illustres quos nominat Iosephus, Tiberius Iulius Alexander, ἔπαρχος τοῦ στρατοῦ [2]), Sextus Cerealis, Larcius Lepidus, Tittius Frugi, praefecti legionum, Liternius Fronto praefectus castrorum duarum legionum Alexandrinarum, M. Antonius Iulianus procurator Iudaeae. Adfuerunt praeterea multi praefecti et tribuni, e quibus unus praecipue nobis nominandus est C. Plinius Historiarum et Quaestionum Naturalium celeberrimus auctor, ἀντεπίτροπος sive vicarius Tiberii Alexandri [3]); is enim, tam illustri munere fungens, quin fuerit inter eos qui adfuerunt quos nominatim non attulit Iosephus, dubium non est. Cum sententiae dicerentur, fuit qui censeret, Romanos templum occupantes uti oportere iure belli et armorum, templum eis servandum non esse, cum ad id undique convenirent Iudaei neque umquam hi quieturi essent dum integrum maneret. Alius censebat templo tum solum parcendum esse, si Iudaei inde ultro decessissent, sin minus, ignem ei esse afferendum; culpam impie facti enim Iudaeorum fore, qui in arcem convertissent locum sacrum. Contra hos Titus locutus, templum ne ita quidem deleri oportere sibi videri dixit, si occupatum teneretur a Iudaeis; Romanos enim cum viris, non cum lapidibus, bellum gerere, et ipsi imperio Romano hoc damno fore, si tam pulcrum aedificium deleretur. Huic assensi sunt Fronto, Alexander, Cerealis. Videntur autem hi sex viri soli cum Tito sententiam dixisse, quos Iosephus nominatim appellavit; quod si verum est, apparet M. Antonium Iulianum fuisse inter eos, quibus templum delendum esse visum sit.

---

1) VI. 4. 3 § 236. et 243. — 2) Cfr. Mommsen Hermes 1884 pag. 645. Schürer l. pag. 524. — 3) Vid. Mommsen Hermes l.l. pag. 644—648: „eine Inschrift des älteren Plinius."

Digitized by Google

Haec narrat Iosephus, paucis tantum ut par erat delibatis ex eis quae in hoc virorum illustrium concessu acta erant. Verisimile est, etiam de aliis rebus verba facta esse; quod has omisit Iosephus, suo iure fecit, minime ab eo postulandum erat, ut plene referret omnia quae aut eo die aut antea in Concilio decreta essent. Verum nonne aliquid omisit, quo careri non posset? Equidem statuo, aliquid decretum esse, cuius mentionem non fecit Iosephus, quod quam maxime pertineret ad ea quae tradidit. Iosephus postea hoc ipse memoravit; dicit postero die Titum sub noctem recepisse se in turrem Antoniae arcis, διεγνωκότα τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὑπὸ τὴν ἕω μετὰ πάσης ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως καὶ τὸν ναὸν περικατασχεῖν [1]). Hoc est quod dico: Titus decreverat templum occupare omnibus copiis; id autem multo maioris momenti mihi fuisse videtur ad disceptandum, quid de templo futurum esset, quam omnia illa quae de verbis in Concilio factis nobis tradidit Iosephus. Minime mirum quidem est, Romanis hoc placuisse; sed tamen altera optio etiam eis data erat. Nam cum area externa potiti essent Romani, cum iam possent, etiam templo nondum occupato, per eam pervenire ad urbem inferiorem, fieri saltem poterat ut alicui placeret, ut, armis iam conversis in urbem inferiorem deinde in urbem superiorem, in praesentia omitterent templum et id paullisper relinquerent Iudaeis qui in eo inclusi manere vellent, custodibus appositis ad portas qui ab excursionibus Iudaeos prohiberent; tum futurum esse ut postea, urbe expugnata et diruta, commode decerni posset quid faciendum esset de templo et de Iudaeis in eo captivis factis. Ut dixi, minime contendo, hoc consilium utile fuisse Romanis, neque multum fortasse habebat quo se commendaret; sed tamen ita agi poteret, et si qui erant, quibus ex vera animi sententia cordi esset ut templo parceretur, his haec ratio magis placeret necesse erat, quia sola erat qua certo futurum esset ut templum integrum maneret. Contra, si constituebant templum copiis occupare (i. e. expugnare, quandoquidem Iudaei inde cessuri non erant), et arma ei inferre, manifestum erat aliquid fieri quod maximum periculum afferret templo, quin etiam prorsus

1) VI. 4. 5 § 249.

Digitized by Google

iam ita decerni fere de eius excidio. Quid enim? Duces licet sexcenties decernerent ut templo parceretur, milites certe, si eum locum expugnare iubebantur, id fieri non erant passuri; his igne opus erat, partim ut ipsi salvi essent, nam si templum sine incendio adorerentur, permulti suorum occiderentur necesse erat, igne allato contra facillime sine magno suo periculo Iudaeos aut ex templo et aedificiis adiacentibus expulsuri, aut deleturi erant; partim vero, ut quam maximam partem auri et argenti quod in templo esset, suam facerent, nam duces id solum non erant fisco exacturi, quod in ruinis occultum iaceret. Revera ita factum esse novimus; Iosephus nobis tradidit, milites furtim incendisse templum, Dio Cassius certiores nos fecit, templum non potuisse expugnari πρὶν ὑποπρησθῆναί τι τοῦ νεώ [1]); iam per se satis clarum est, si Iudaei non remitterent, non sine magna militum Romanorum strage potuisse capi et defensoribus purgari templum cum aedificiis ei adstructis, locum ex parte subobscurum, angustum, hostium et insidiarum plenum, implicatum et viis tortuosis, et gradibus repentinis, et magno numero cubiculorum in quibus habitare solebant sacerdotes, in cuius intimos recessus hostis retro cedens se recipere et milites inrumpentes variis modis oppugnare posset. Milites, spreto Concilii interdicto, accenderunt templum ut Iudaeos delerent, ignem auxerunt ut praedam suam facerent. Verum eos hoc facturos esse, si templum expugnare iuberentur, duces ipsos iam antea latere non potuit; quid enim facilius factu militibus, quam ita ignem in templum inferre, ut casu et ultro id incensum esse videretur. Quidquid postea decernebatur de servando templo, id totum inutile futurum tantum non certum erat; eiusmodi decretum eis sufficere minime poterat, quibus ex animi sententia templo parcendum esse videretur, sed eis tantum, qui simulare quidem vellent sibi cordi esse ut templum maneret, quibus tamen cum alia omnia, tum templum certe, posthabenda esse viderentur huic consilio ut Iudaei seditiosi tollerentur.

Duo decreta distinguenda sunt; alterum, longe gravissimum, ut templum a Romanis expugnando occuparetur, a Tito ipso

1) Dio 66. 6 3.

Digitized by Google

J. B. Metzlerscher Verlag in Stuttgart.

Erschienen: der

Erste bis fünfte Halbband

— Aal bis Campanus —

von

Pauly's Real-Encyclopädie

der

classischen Altertumswissenschaft

in neuer Bearbeitung unter Redaction von

GEORG WISSOWA.

Ueber 100 Mitarbeiter, Autoritäten auf den Gebieten der Geographie und Topographie, Geschichte und Prosopographie, Litteraturgeschichte, Antiquitäten, Mythologie und Kultus, Archäologie und Kunstgeschichte. Dieses **monumentale Werk** ist auf 10 Bände (zu 90 Bogen) berechnet und bildet ein **höchst wertvolles Bestandstück**

jeder philologischen Bibliothek.

Preis des **Vollbandes** *M* **30.—**, des **Halbbandes** *M.* **15.—**

Anzeigen.

S. CALVARY & Co.,

Berlin N. W. 6, Luisenstr. 31. Abtheilung Antiquariat.

Günstiges Angebot.

Sammlungen kleinerer Schriften, Dissertationen, Programm-Abhandlungen, Separatabzüge, Ausschnitte etc., vielfach mit Tafeln und Abbildungen, meist aus der letzten Hälfte dieses Jahrhunderts.

Für Bibliotheken bietet sich hier eine ungewöhnlich günstige Gelegenheit zum Erwerb wertvoller Monographien zu ausserordentlich billigen Preisen; der Einzelpreis dieser Abhandlungen beträgt M. —.75. bis M. 3.—. Keine Dubletten.

	Mk. Pf.
Aeschylus. — 21 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Dindorf, G. Hermann, Susemihl u. a.	5 M.
Alte Geographie und Topographie. — 95 Abhandlungen und Seperatabdrücke von Bürchner, Bursian, Droysen, Fabricius, Heeren, Kirchner, Lupus, Stephanus, Diels, Wilamowitz-Moellendorf u. a.	43—

Digitized by Google

Mk. Pf.

Alte Kunst. — 320 Abhandlungen und Seperatabdrücke etc. von Arneth, Blümmer, Böttiger, Conze, Forchhammer, Furtwängler, Gerhard, Hermann, Hirt, Jahn, Michaelis, Overbeck, Panofka, Preller, Raoul-Rochette, Welcker, Wieseler u. a. Sehr wertvolle Sammlung mit zahlreichen Tafeln u. Abbildungen. 160 M.

Alte Medicin. — 11 Abhandlungen von Bursian, Petersen, Kühlewein u. a. 3.50

Antike Litteraturgeschichte. — 80 Abhandlungen von Bach, Bähr, Jahn, Passow u. a. Aus den Jahren 1762—1896. 20—

Antike Philosophie. — 9 Abhandlungen von Frontera, Heidenhain, Laas, Müller, Schmelzer, Schuster, Strehlke, Susemihl, Weicker. 8°. u. 4°. 1868—95. 3.50

Aristophanes. — 19 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke etc. etc. von Dindorf, Meineke, Kock u. a. Aus d. Jahren 1809—91. 4.50

Aristoteles. — 138 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Bergk, Bernays, Bonitz, Spengel, Susemihl, Trendelenburg u. a. Aus den Jahren 1810—92. 34—

Byzantiner. — 180 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Bekker, Jacobs, Passow, Eyssenhardt, Schrader, Nöldeke, G. Hermann, Mommsen, Sommerbrodt, Bursian, Schömann u. a. 50—

Cicero. — 43 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke etc. etc. von Thomas, Stange, Sommerbrodt, Kühner u. a. 12—

Comici graeci et latini. — 15 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Fleckeisen, Gray, Rolfe u. a. 3.75

Demosthenes. — 16 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke etc. etc. von Döderlein, Westermann, Becker u. a. 4.—

Epici graeci. — 53 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Sahriftsteller etc. etc. von Gerhard, Köchly. Schömann u. a. 13.50

Epici latini. — 45 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Friedländer, Köchly, Hertz, Fleckeisen, Merkel, Langen u. a. 11.50

Epigraphik. — 265 Abhandlungen von Böckh, Bursian, Curtius, Göttling, Ritschl, Sauppe, O. Kern, Dümmler, Hiller v. Gaertringen, E. Fabricius, Ramsay, Röhl u. a. Mit zahlreichen Tafeln u. Abbildungen Auserlesene Sammlung! 90—

Euripides. — 40 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke etc. etc. von Hoepfner, Pflugk, G. Hermann u. a. 10—

Fabularum poetae. — 20 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Bergk, Meyer, L. Müller u. a. 5—

Griechische Altertümer. — 185 Abhandlungen von Blümner, Fink, Freidhof, Forchhammer, K. F. Hermann, Parker, Petersen, Schoemann, Stallbaum, Wieseler u. a. 57—

Griechische Grammatik und Metrik. — 240 Abhandlungen von Ahrens, Bernhardy Buttman, Curtius. Lobeck, Bekker, Schoemann, Ahlwardt, Wieseler, Zacher Linde, Wilamowitz-Moellendorf u. a. 64—

Griechische Geschichte. — 275 Abhandlungen von Büchsenschütz, Curtius, Drumann, Duncker, Panofka, Sauppe, Hirschfeld, Ramsay, Jahn u. a. 67—

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

HARVARD COLLEGE LIBRARY
MAY 4 1899
CAMBRIDGE, MASS.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM SEPTIMUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1899.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Hierosolyma capta, scripsit I. M. J. Valeton	113—139.
Ad Odysseam (*Contin. ex Mnem. XXVI p.* 408 *sqq.*), scripsit H. van Herwerden	140—150.
De nomine Iulo, scripsit C. M. Francken	151—154.
ΛΕΙΒΕΤΑΙ — ΘΛΕΙΒΕΤΑΙ. Ad Aristophanis Equit. vs. 327, scripsit J. v. L.	154—155.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, scripsit S. A. Naber	156—220.
Ad Alcmanis(?) fragmentum nuper repertum, scripsit J. v. L.	221.
Lysiaca, scripsit I. C. Vollgraff	222—224.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

MAY 4 1899

vel eo assentiente, factum est. Id decretum esse, et a Tito quidem, cum ostendit tum dixit Iosephus (pag. 111 adn. 1), licet taceat quomodo hoc decretum factum sit, ne simul confiteri deberet, Titum ei minime esse adversatum. Quando factum sit, incertum est, neque id ad rem facit; si quis dixerit, iam impetum illum a Romanis per machinas primum, deinde per ignem admotum, in murum areae internae factum, ad eam rem pertinere, quia illo impetu opus non fuisset, si in praesentia templum omitti placuisset, et ob eam causam hoc decretum iam ante novem dies amplius factum sit necesse esse, ego non contra dicam; sed tamen minime incredibile mihi videtur, rem iterum tractatam esse in eo Concilio quod a Iosepho describitur, et tum omnium primum esse constitutum, templum esse expugnandum; ipsae sententiae dictae quas Iosephus nobis servavit. (prima: *χρῆσθαι τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ*, secunda: *εἰ μὴ καταλίποιεν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, φρουρίον σὺκέτι ναὸν εἶναι*) magis ad hanc rem pertinere videntur quam ad id quo eas rettulit Iosephus. Quidquid id est, hoc decretum aliquando factum est; quod eo magis constat, quia impedimentum satis grave obstabat; milites enim, sanctitatem loci reformidantes, templum aggredi non audebant. De hac re nos certiores facit Dio Cassius; is simul explicat, quod apud Iosephum obscurum manet, cur tertio demum die post Concilium habitum, quarto die post ignem primum admotum, ad expugnationem templi se contulerint Romani: *ἀνεῴχθη ἡ ἔσοδος ἡ ἐπὶ τὸν νεὼν τοῖς Ῥωμαίοις· οὐ μὲν καὶ παραχρῆμα, διὰ τὸ δεισιδαιμονῆσαι, ἐςέδραμον, ἀλλ' ὀψέ ποτε, τοῦ Τίτου σφᾶς καταναγκάσαντος, ἔσω προεχώρησαν* [1]). Itaque Titus cogere debuit milites, et coëgit; tam longe aberat ut expugnatione omissa templum integrum relinquere mallet.

Alterum decretum, de quo tam diligenter scripsit Iosephus, quod nihil valere probavit exitus, hoc fuit, ut milites admonerentur ne templo nocerent tum cum arma inferrent. Eiusmodi interdictum, si alia fuisset condicio rerum, per se neque supervacuum fuisset neque irritum. Templum redundabat auro et argento, ornamentis et rebus pretiosis; cum milites immitterentur qui id occuparent, minime supervacuum erat hos ad-

1) Dio 66. 6. 1. sq.

Digitized by Google

moneri, eos non ad fanum spoliandum immissas esse, et praedam integram reservari oportere imperatori vel fisco. Comparari potest quod factum esse accipimus in obsidione Carthaginis, in altero anno, extrema parte, huius obsidionis, cum Scipio, copiis iam in veterem urbem immissis, foro deinde potitus, postero die partem copiarum, quatuor milia militum, iussisset magnum templum Dei Solaris (Apollinis, vulgo Heraclis, Melcarth) praesidii causa occupare. Hi milites statim coeperunt, direpto tecto aureo templi, gladiis discisso simulacro aureo dei, eam praedam inter se dividere, neque aurem praebuerunt praefectis suis frustra prohibentibus [1]). Hi milites autem mox poenas solverunt; nam cum interea Romani per pugnam asperrimam et diuturnam in ipsis viis urbis et in domiciliis commissam appropinquavissent ad eam partem urbis quae sola etiam supererat, arcem scil. quae Byrsa dicebatur, cum deinde cives se et arcem dedidissent victori, Scipio urbem per aliquot dies diripiendam permisit militibus suis, addita condicione ut eis liceret omnia sua facere quae in urbe inventuri essent exceptis omni auro et argento et omnibus templorum ornamentis, quae integra servari et imperatori tradi deberent; praeterea varia praemia eis decreta sunt; sed ab his omnibus excipiebantur milites illi quatuor milium numero, qui in templo occupando improbos se praebuerant; hi neque praedae neque praemiorum participes facti sunt [2]). Post urbem direptam, cum ea ornamenta quoque templorum, quibus abstinuerant milites, in castra Romana transportata essent, urbem incendi iussit Scipio. Huic Scipionis edicto igitur consimile fuit interdictum a Tito nunc promulgatum. Milites debebant occupare templum, neque tamen id demoliri, rapinis abstinere, ornamenta quae in eo erant intacta relinquere. Hoc si observatum fuisset a militibus, postea Tito fuisset de integro decernendum quid reliqua urbe excisa de templo faciendum esse videretur. Quid tum facturi fuerint Romani, pro certo declarare non possumus. Dubium non est, quin ornamenta templi maxime insignia Romam deportaturi fuerint. Aedificium fortasse ut integrum ab eis relinqueretur futurum erat; sed de templo Iudaeis reddendo sermo

1) App Pun. c. 127 fin. — 2) App. Pun. c. 133.

Digitized by Google

esse non poterat; hoc ut fieret, Vespasianus non erat permissurus. Verum in ea re nullam necessitatem inesse constabat cur aedificium a Romanis destrueretur [1]). Ea cura nunc differri poterat. Titus satis habebat, se id fecisse, vel se id saltem fecisse videri, quod maxime necessarium esset ut templum in praesentia servaretur; iussit milites a templo tamquam a re sibi et fisco propria manus abstinere; id fieri solebat in expugnatione urbium, ut ostendit exemplum a Scipione Carthagine constitutum.

Verum ea re differebant condiciones rerum quas comparavi, quod templa illa Carthaginiensia tum aut hostibus iam vacua erant aut mox ab eis relinquebantur, cum a militibus Romanis occuparentur, templum Iudaicum vero etiam deberet antea expugnari. Hinc etiam diversa erat ratio interdicti Scipionis ab eo quod Titus edixerat. Manifestum erat, hoc edictum sub ea condicione solum valiturum esse, si necessitas belli id observari pateretur. Iam hoc magnum erat, militibus non imperari ut aedificium delerent. Quod praeterea solum eo effici poterat, hoc erat, ut, *si forte templum etiam integrum esset postquam in potestatem militum venisset*, sive quod Iudaei minus acriter pugnassent quem antea fecerant, sive quod armis praeter opinionem abiectis se dedidissent, milites id violare vetarentur, et ut in expugnando etiam quantum fieri posset parcerent aedificio eiusque ornamentis. Non hoc certe voluerunt Titus et qui cum eo consenserant in Concilio, ut milites vitam suam et commilitonum in periculum darent pro salute templi, utque huic magis

1) Hac re Illhardt („Titus und der Jüdische tempel", Philol. 1881. 40 pag. 189—196), cuius argumentis praeterea fere assentiri possum, erravisse mihi videtur, quod ita egit, quasi „templum integrum servare" idem esset atque „Iudaeis reddere" „templum Iudaeis non reddere" idem atque „delere templum". „Eine ganz andere frage freilich ist die, ob er die absicht hatte, den tempel für die dauer zu erhalten, wie Iosephus glaubte: sie muss mit nein beantwortet werden. ... es blieb nichts weiter übrig als entweder den ganzen Jüdischen stamm zu vernichten oder den Tempel zu zerstören". — In ea re potius fecerim cum viro cl. Mommsen (Röm. Gesch. 5 pag. 538): „der centrale Cultus wurde ... beseitigt. Dieser Entschluss der Regierung ... hat nichts gemein mit der Frage ob die Zerstörung des Tempels absichtlich oder zufällig erfolgt ist; wenn auf der einen Seite die Unterdrückung des Cultus nur die Schliessung des Tempels erforderte und das prächtige Bauwerk verschont werden konnte, so hätte andererseits, wäre der Tempel zufällig zu Grunde gegangen, der Cultus auch in einem wieder erbauten fortgeführt werden können".

Digitized by Google

parcerent quam sibi; quod etiamsi forte voluissent, probe sciebant se id a militibus non esse impetraturos. Itaque illud „si templo integro potiti essent", quamquam diserte sane in edicto non erat pronuntiatum, tamen in eo inerat, quia contra necessitatem belli omnino nihil poterat interdici.

Itaque quod ad Titum pertinet, apparet eum aliquid fecisse quidem ut templum servaret, sed non magni id esse aestimandum. Decretum quod dicis causa faciendum curavit, non amplius fere valebat quam ut per id homines in opinionem induci possent, eum pro salute templi operam dedisse. — De Iosepho autem statuimus, eum rei, quam aut totam omittere aut totam exponere debuerat, parte tantum exposita, partem consulto reticuisse, ut Titum suum ab invidia defenderet. Primum non dixit, in Concilio illo de duabus quaestionibus actum esse; deinde reticuit, Titum quoque quod ad priorem quaestionem pertineret statuisse, templum esse expugnandum neque ei esse parcendum: de altera vero ita eum loquentem fecit, quasi amplius nihil ab eo fieri potuisset ad servandum templum, quam ut prae se ferret, se numquam iussurum esse ignem ei inferri.

Itaque etiam in hac re oblocutus, auctor, quem Sulpicius Severus in Chronicis secutus est, hanc imaginem pietatis detraxit de vultu Titi, et contra Iosephum statuit „ipsum Titum inprimis censuisse templum esse evertendum" [1]). Mirum non est, si is auctor forte noverat omnia quae de ea re in consessibus Consilii acta erant, si noverat, Titum ne verbum quidem fecisse quo arma et ferociam militum Romanorum a templo remota teneret, sed hoc ei certum ratumque fuisse, templum esse expugnandum, — mirum non est, si haec omnia noverat, ei non placuisse ambages Iosephi, et verius et aequius eum statuere posse sibi visum esse, Titum auctorem fuisse templi diruendi, quod arbitraretur se ita aptius et melius Tito tributurum esse laudes ei debitas, si demonstraret quomodo egisset tamquam vir fortis et sibi constans, quam si diligenter litteris mandaret eius verba dulcia nimis et inducta, a Iosepho memoriae tradita, quibus operam dederat ut benevolentiam suam erga Iudaeos probaret Berenicae ceterisque, utque humanitatem

1) Chron. 2. 30. 7.

Digitized by Google

suam ostenderet omnibus mortalibus, quae tamen facile nocere ei possent cum apta essent ad excitandam falsam opinionem, quasi molliter et infirme se gessisset. Sed tamen is auctor quem Sulpicius sequitur, etiamsi in summa re non prorsus erravit, cum, spreta simulatione Titi, eius veram voluntatem referre conaretur, tamen aberravit ab eo quod vere dictum erat; eius auctoritas cur omnino parvi facienda sit, in tertia particula huius scriptionis ostendam.

Postquam egi de decretis Romanorum ad templum delendum aut servandum pertinentibus, restat mihi ut dicam qualem fuisse censeam condicionem religiosam huius aedificii tum, cum de eo deliberaretur; recentioribus viris doctis enim quibusdam, de hac controversia scribentibus, hoc obstitit, opinor, quod de ea re rationem sibi dare omiserunt (vid. pag. 115 adn. 1). Animadvertendum est, secundum opinionem Romanorum (non Iudaeorum certe), templum non fuisse locum sacrum, sed profanum.

Romanis, urbes hostiles expugnantibus, vulgo templis parcendum visum esse, nemo nescit. Vix monere opus est, hanc opinionem minime fuisse Romanorum singularem, sed apud omnes nationes antiquas eam valuisse, imprimis apud Graecos; quid de ea re Graecis visum sit, Thucydides his verbis notissimis indicavit: *πᾶσι γὰρ εἶναι καθεστηκὸς ἰόντας ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι* [1]); id sanae rationi consentaneum esse arguit Polybius his verbis, quibus vituperat Philippum templum Apollinis in urbe Thermo violantem: *τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον* [2]), et multa alia sunt testimonia. Romanis quoque hoc aequum visum esse, manus abstinere a locis sacris, cum urbes caperentur, ostendunt permulta exempla, quae omitto; sed rationem, quam in ea re tenuerunt Romani, brevi exponam.

Fana deorum peregrinorum, quae in urbibus hostilibus erant, tum cum hae urbes ab incolis aut pactione aut vi armorum coactis dederentur, ipsa quoque ita facta esse Romanorum propria, ut his liceret de eorum iure decernere, probat ratio deditionis, in ipsa formula id inerat: „dedimus nos populumque urbem agros aquam terminos delubra utensilia divina humanaque omnia in

1) Thuc. 4. 97. — 2) Polyb. 11. 7(4). 3.

Digitized by Google

tuam populique Romani dicionem" [1]). Sed ea res non includebat, fana religione sua orbari debere a Romanis. E contrario Romani, quemadmodum ipsam urbem captam reddituri erant dediticiis, sic fana quoque deis eorum erant relicturi, ut hi in posterum etiam possent ibi ab incolis coli; si urbs manebat, locus in quo fanum erat, cum Romanus fieret, tamen non fiebat profanus, Romani agnoscebant vim pristinae consecrationis, qua is antea ab illa civitate illi deo dono datus et sacer factus erat, et quamvis *sacrum* eum locum non dicerent quod ea non fuisset consecratio Romana sed peregrina, tamen parati erant eum tractare ac si sacer esset et *pro sacro* eum habere [2]). Hoc igitur ducibus Romanis, urbes peregrinas capientibus, observandum erat, ut fanis parcerent, si eae urbes ut manerent futurum erat; id valebat, quidquid damni poenae iniuriarum erat quo praeterea urbs capta eiusque incolae afficerentur, tributis exactis, civibus aliquot capite damnatis, civitate agro mulctata; etiam, si urbem diripiendam militibus permittebat imperator, fanis nihilominus erat parcendum, nisi ipsa urbs exscindenda et in perpetuum tollenda visa erat. Ratio huius rei una erat, sed quae duobus modis proponi posset; primum secundum aequitatem et utilitatem ita, ut diceret quispiam, non oportere urbem, quam mox bello finito incolae recuperaturi essent, locis sacris deletis ita mutilare, ut pie et religiose ab illis inhabitari non posset; deinde secundum religionem ita, ut dei peregrini etiam in suis templis habitare dicerentur, quos inde extrudi fas non esset. Sed res ratione valde simplex, facto tamen minus fiebat certa, quia parum constabat quam longe pertineret ea religio quam observare oporteret imperatores. Tempus fuit, cum omnia, quae in fanis inessent in urbibus bello captis, aeque viderentur Romanis pro sacris habenda atque ipsum aedificium et simulacrum dei; tum ornamenta fanorum, donaria, thesauri in eis asservati, etiam defendi religione fani, et manus inde abstinendae esse, putabantur. Sed cum constaret, res sacras

1) Liv. 1. 38; Polyb. 36. 4. 2. — 2) Cai. 2. 7: »sed in provinciali solo placet plerisque solum (scil. cum corpus mortui inferatur) religiosum non fieri. Utique tamen eiusmodi locus, licet non sit religiosus, pro religioso habetur, quia etiam quod in provinciis non ex auctoritate populi Romani consecratum est, etsi proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur".

Digitized by Google

posse, etiam salvis religione et iure fanorum, profanari iussu publico [1]), via patebat qua irrepere posset licentia. Iam temporibus belli Hannibalici, cum alii, tamquam religionis antiquae fautores, etiam vererentur fana quae in urbibus captis erant ornamentis spoliare, alii fuerunt inter duces Romanos, quibus nihil fere in ea re non sibi licere videretur [2]). Mox haec licentia longius processit; vix quidquam huiusmodi erat, quod, inprimis si urbes vi captae essent, non sibi tamquam praedam deberi existimarent duces Romani; eo minus sibi ab his rebus sacris manus abstinendas esse statuere solebant, quo magis incolae propter contumaciam et vim diu oblatam digni esse viderentur qui poenas huius generis solverent; quin etiam fuerunt qui, non religione solum spreta sed etiam aequitate, ne ita quidem si urbem pactione et deditione voluntaria in potestatem recepissent sine extrema vi armorum, in fana et eorum ornamenta saevire vererentur [3]). Accedebat, quod, etiamsi imperatores ad fanis et rebus sacris parcendum inclinabant, difficile saepe eis erat milites cogere ut in ea re dicto audientes se praeberent. Itaque gravissime et saepissime peccatum quidem est a Romanis in regulam illam pietatis et humanitatis; haud raro ipsis Romanis offensioni fuit, quod ab ipsorum imperatoribus et militibus in ea re delictum erat, et nonnumquam ab eis aliquid decretum est quo damnum illatum quantum fieri posset repararetur, sive ita ut sacerdotibus omnibus rebus divinis praepositis, pontificibus, mandarent ut hi de iure illius templi quod

---

1) Cfr. Plut. Tib. Gr. 15: *ἱερὸν δὲ καὶ ἄσυλον οὐδὲν οὕτως ἐστίν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα· χρῆσθαι δὲ τούτοις καὶ κινεῖν καὶ μεταφέρειν, ὡς βούλεται, τὸν δῆμον οὐδεὶς κεκώλυκεν.* — 2) Illius abstinentiae exemplum etiam edidit Fabius, Tarento urbe a. 209 capta; is secundum Livium (27. 16) „maiore animo generis eius praeda abstinuit quam Marcellus; qui interroganti scribae, quid fieri signis vellet ingentis magnitudinis — di sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati — deos iratos Tarentinis relinqui iussit". Aliter egerat Marcellus Syracusis captis a. 212; ab eo „licentiae huic sacra profanaque omnia vulgo spoliandi initium factum est" (Liv. 25. 40), neque „praeter refracta ac spoliata deorum delubra, dis ipsis ornamentisque eorum ablatis, (quidquam) relictum" (Liv. 26. 30). — 3) Eo pertinent furta Ambraciae a M. Fulvio a. 187 commissa, de quibus in senatu conquesti legati Ambracienses dicebant: „templa tota urbe spoliata ornamentis; simulacra deum, deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis ablatos esse; parietes postesque nudatos quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus superesse" (Liv. 38. 43).

Digitized by Google

spoliatum erat, et de ornamentis vel certe deorum simulacris ei reddendis, causa cognita decernerent [1]), sive ita ut imperatoribus suis diem dici et de rebus repetundis cum eis in iudicio agi permitterent [2]), sive aliis modis; multae iniuriae huius generis etiam impunitae relictae sunt. Sed eo magis constat, regulam valuisse, templa deorum disturbari non oportere ne tum quidem cum urbes armis caperentur, si ipsa urbs ut maneret futurum erat, et illius dei simulacrum certe, cuius quodque templum esset, in eo esse reliquendum [3]).

Verum longe aliter res se habebat, ubi decretum erat, urbem esse delendam. Tum, cum muris et domiciliis, etiam fana deorum everti consentaneum erat; ratio illa utilitatis, qua fanis parcendum erat, sublata erat, et hoc ipso decreto, quod de urbe delenda factum erat, etiam templa profana fiebant. Nomina quinque urbium ad minimum quibuscum ita a Romanis actum est unicuique in promptu sunt: Alba Longa, Vei, Corinthus, Carthago, Hierosolyma; ex quibus cur excipienda sit Alba, qua urbe eversa nihilominus intactum servatum est templum Iovis Latiaris, minime eget explicationis; illud templum et eius dei cultus iam antea ad Romanos pertinebant, quippe qui sacrorum Latinorum participes essent. In ceteris urbibus quas

---

1) Sic senatus a. 187, postquam statuit, „Ambraciam non videri vi captam esse", decrevit: „signa aliaque ornamenta quae quererentur ex aedibus sacris sublata esse, de eis ... placere ad collegium pontificum referri, et quod ei censuissent fieri", Liv. 38.44 — Alterum exemplum: Liv. 29.20, a. 204 — 2) cfr. Memnon de Reb. Heracl. c. 52 (Müller fragm Hist. Gr. III pag. 554). M. Aurelius Cotta procos Bithyniae, a. 70 urbe Heraclea per vim armorum potitus, tota urbe crudeliter direpta etiam pecuniis sacris, ornamentis, deorum simulacris ex templis ablatis, ad ultimum militibus iussis ignem urbi inferre aliquot locis incendia excitaverat. Is Romam reversus poenam solvit; primum Cn. Papirius Carbo accusationem ei ostentavit, deinde populi iussu iure praetextae et ornamentis consularibus privatus est, Memnon l.l. c. 59 pag. 557. — De Pleminio Liv. 29 c. 19 et 20. — 3) cfr. quod in senatu dictum est a Carbone Cottam increpante (Memnon l.l. c 59): ὑμεῖς ὦ Κόττα, φησί, πόλιν ἑλεῖν ἀλλ' οὐχὶ καθελεῖν ἐπετρέψαμεν. — Cuj a cladis, qua a. 69 p. C. affecta est urbs Cremona, cum ab exercitu M. Antonii Primi diruerctur, ad libidinem militum et ad imperatoris sive socordiam sive ambitionem pertinebat, non ad iussum publicum; milites autem quibus propositum erat ut urbem non punirent sed delerent, postquam satis praedae fecerunt, „faces in vacuas domos et inania templa per lasciviam iaculabantur"; postea cum incolae qui superstites erant eo rediissent, etiam „fora templaque munificentia municipum, Vespasiano hortante" restituta sunt. Tac. Hist. 3. 33 sq.

Digitized by Google

nominavi nihil eiusmodi factum est; ipsis deletis, ne templa quidem comparuerunt. Sed tamen obstabat religio, quod dei peregrini in eis habitare putabantur; dei ex templis suis non extrudebantur solo illo decreto quo Romani statuerant urbes delendas esse et cultui deorum finem imponendum esse; ut religioni satisfieret, etiam opus erat caerimonia aliqua religiosa, deos evocari oportebat ex templis ad excidium condemnatis antequam illa delerentur. Hanc regulam in sacris Romanis valuisse nemo nescit, non secus quam olim valuit apud omnes gentes antiquas, et hodie etiam valet apud gentes quae barbarae dicuntur quibus deorum multitudinem infinitam esse placet. Apud Romanos loca sancta etiam quae in urbe Roma erant profanari licebat ex iussu publico, si qua ratio suaderet, modo ipsi dei consensissent et per exaugurationis caerimoniam antea loco moti essent. Iamvero quod in deis Romanis patriis exauguratio, id in deis peregrinis valebat evocatio. De ea quid tenuerint Romani, docent auctores complures [1]); cum urbes obsiderentur, quae ut manerent futurum non erat, dei ex eis ita evocabantur formulis, caerimoniis, sacris, ut eis novus locus offerretur in quo habitarent, is locus erat ipsa urbs Roma [2]). Nonnumquam accidit, ut ibi proprius locus his deis consecraretur, et is quidem extra pomerium, tamquam novis et quasi tironibus, utque suum templum ibi acciperent; ita fiebat, si futurum erat ut hi dei, in agmen deorum Romanorum recepti, etiam suis caerimoniis peregrinis Romae colerentur; huius rei exemplum praebet Iuno Regina Veis advecta, cui, cum magna religione Romam deportatae, in Aventino aedem vovit et postea dedicavit Camillus [3]). Contra, si proprium huius dei cultum instituturi non erant Romani, in Capitolio in Aede Iovis eum refugium quaerere ibique habitare patiebantur; haec Aedes tamquam „Curia deorum", „omnium daemonum templum", „summum caput religionum publicarum" patebat ad accipiendam omnem turbam deorum peregrinorum

---

1) Locos ad evocationem pertinentes composuit Marquardt Staatsverw. 3 pag. 21; sunt fere hi: Liv. 5 21. 3; Fest. pag. 237; Plin. 28. 18; Serv. 2. 351 et 244; Macrob. 3. 9. 2—9. — 2) Macrob. 3 9. 7: „... a vobis peto, ut vos populum civitatemque illam deseratis ... proditique Romam ad me meosque veniatis nostraque vobis loca templa sacra urbs acceptior probatiorque sit". — 3) Liv. 5. 22. 7.

Digitized by Google

propriis sedibus carentium, ut eo deferrentur eorum simulacra, si qua adessent, utque ipsi ibi habitarent sub tutela Iovis Optimi Maximi deorum hominumque patris et gubernatoris [1]).

Aedes Iehovae quae Hierosolymis fuit, ab eo tempore quo Palaestina ex dono Tigranis regis Syriae et foedere ab eo cum Pompeio facto in dicionem Romanorum venit, ipsa quoque in potestatem populi Romani redacta et, Iudaeis a Pompeio victis, in deditionem ab eo recepta est; Romani eam integram cum omnibus pecuniis ornamentis rebus sacris reddiderunt Iudaeis. Ab eo tempore accidit quidem nonnumquam ut aliqua pars pecuniae sacrae, quam Pompeius intactam reliquerat, ab imperatoribus Romanis profanata ex templo auferretur, veluti a Crasso a. 54 [2]); sed templum, postquam a. 65 et 63 a. C. Romanum factum est, in universum a Romanis est integrum relictum, et cultus patrii cum caerimoniis in eo exercendi potestas mansit Iudaeis, tum quoque cum post Archelai regis relegationem a. 6 p. Chr. Iudaea per procuratores Romanos administrari coepta est; qua forma imperii, postquam per paucos annos sublata est (41—44 p. Chr.), mox restituta, nihil mutatum, quin etiam cura templi et cultus et thesauri, quae antea penes procuratores fuerat, tum mandata est regi Agrippae, quod certe fuit insigne beneficium Iudaeis concessum.

Sed Vespasianus decreverat, templum esse Iudaeis adimendum, tum, cum urbem delendam esse etiam constituisset idem nisi se tolli paterentur Iudaei seditiosi, quod certe facturi non erant. De altera parte huius decreti, quae ad urbem delendam pertinebat, etiam infra agemus, et id revera a Vespasiano decretum fuisse demonstrabimus in secunda parte huius scriptionis. Quod ad alterum decretum de templo attinet, directa testimonia non habemus quibus probetur, Vespasianum Tito mandavisse ut templo vel clauso vel destructo finem imponeret

1) Exempla deorum peregrinorum in Aedem Capitolinam receptorum praebent Plin. 28. 22, Liv. 22. 37. 12; cfr. Marq. l.l. pag. 41 adn. 7. Capitolium dicitur „Curia deorum" a Tertull. Apol. 6, „omnium daemonum templum" ab eodem de Spectac. 12; „summum caput religionum publicarum" a Lactant. Inst. 1. 11. 49; ibi „omnium deorum simulacra colebantur" secundum Serv. Aen. 2. 319. — 2) Monumentum aequitatis et abstinentiae, quo dignum se praebuit Pompeius, postea ei erexit Cicero his verbis (pro Flacco 28. 67): „at Cn. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit". De Crasso vid. Ios B. I. 1. 8. 8 § 179; Antiq 14. 7. 1 § 105—110.

Digitized by Google

cultui Iudaico. Sed ipsae res gestae dubitationem remanere non patiuntur. Vespasianus, si cultum Iudaicum manere voluisset, post excidium urbis templique eum restituendum curavisset in templo restituto; id a viro clarissimo Mommsen iure moneri, iam supra dixi (pag. 115 adn. 1). Eodem modo quo, ut antea demonstravi, fortuna templi non pendebat ex cultu sublato aut conservato, et templum tamquam aedificium profanum etiam manere potuisset licet cultus esset sublatus, sic cultus haud magis pendebat ex salute huius templi; quod sublatus et in perpetuum abolitus est, cum id deduci nequeat ex templi excisione, non potest non repetendum esse ex voluntate et decreto Vespasiani. Hoc decreto igitur templum iam antea erat profanatum, quam delebatur. Sed religio etiam postulabat, ut Iehova inde Romam evocaretur.

In descriptionibus obsidionum et excisionum urbium, quas habemus, si quis fore existimaret, ut huius caerimoniae diligentem rationem a scriptoribus habitam videret, falleretur. Descriptio Liviana urbis Veientum excisae sola est, in qua mentio eius fiat. Livius solus hanc rem quoque persecutus est eo tam suavi candore animi pii et vere „antiqui facti", quo inprimis res ad religiones priscas pertinentes tractare solet, quo non solum animos lectorum harum rerum curiosorum mirifice allicit, sed etiam auctorem unum omnium gravissimum et uberrimum se praestat eis qui non res a Romanis gestas solum discere, sed etiam mores priscos et antiquas Romanorum religiones cognoscere cupiunt. Reliqui rerum gestarum auctores rem silentio premunt. Ex descriptione Polybiana apud Appianum servata ne suspicari quidem possis, aliquid eiusmodi factum esse a Scipione cum Carthago obsideretur, ne sciremus quidem deos Carthaginiensium tum esse evocatos, nisi huius rei certam memoriam ex libris de religione petitam nobis servasset Macrobius. Etiam in narrationibus Corinthi excisae nihil de ea re traditur. Evocationem Iehovae autem ad Hierosolymas a Tito peractam esse, declaratur nullis auctorum testimoniis directis, sed indiciis tantum levioribus aliquot ab eis sine certo consilio in narrationem inspersis, quae, etiamsi obscura esse non possunt eis qui semel ad eam rem animum attenderunt, tamen non tam clara sunt ut per se spectata adhuc satis intellegi

Digitized by Google

potuerint. Verum quod expectaveris, evocationes a Romanis factas ab aliis auctoribus interdum tangi et memorari, veluti a Cicerone, nihil eiusmodi apud eum legitur; res tota, si exceperis paucos qui de antiquitatibus et religionibus Romanis scripserunt, in litteris antiquis oblivioni tradita esse videtur. Huius rei causa partim apud ipsos scriptores rerum gestarum quaerenda est, quos fere taedebat, de rebus et caerimoniis sacris, eis praesertim quae in castris fiebant, mentionem facere, quia cavendum sibi esse existimabant, ne, his rebus aliquo momento attributo, causas veras et nexum rerum quem historicum dicunt neglexisse neque satis perspexisse viderentur; his non tanti esse videbatur ut cognoscerent et describerent opiniones quae de rebus divinis tenebantur ab hominibus humilioribus, militibus, provincialibus, ut hoc genere rerum narrationem suam onerarent. Quid omnino ex rerum gestarum scriptoribus cognitum haberemus de sacris Romanis, de auspiciis et caerimoniis, nisi Livium haberemus? Quamquam illud taedium harum rerum in Iosephum solum non cadit; is est auctor eiusmodi, cui res divinae non minus quam humanae cordi fuerint. Sed eum deterruit alia res, is enim tamquam Iudaeus, qui deos Romanos non coleret, neque potuit neque videri voluit caerimoniis sacris Romanis tantum tribuere, ut earum mentionem plenam et ad opiniones Romanorum accommodatam faceret; eam ob causam is quoque rem omisit, sed tamen inde factum est, ut apud eum solum aliquot indicia et vestigia huius rei satis certa inveniantur. Maiore ex parte vero causa illius oblivionis quaerenda est apud ipsos Romanos. Duces Romani, viri illustres, a quibus eae urbes captae et evocationes illae factae sunt, ipsi spernebant has caerimonias tamquam ineptias ipsorum cura vix dignas, quas retinebant quidem quod aliquid concedendum esset superstitioni humiliorum, militum praesertim, sed quibus quidquam momenti tribuere ipsi videri nolebant; quas, cum per haruspices suos et mercennarios peragendas curarent, vix ad se pertinere existimabant, quamquam ipsi aderant, ut dicis causa formulas canerent quas illi praeirent. Quod valde memorabile est, viris Romanis paullo magis eruditis, qui saeculo altero et primo a. Chr. fuerunt, placuit non solum contemnere religiones populares, sed magis etiam, eas contemnere

Digitized by Google

videri; eidem vero, ubi rem habebant cum religionibus exterorum, quamquam longe aberat ut ea, quae sacra viderentur peregrinis, ipsi pro profanis semper haberent, consulto operam dabant, ut eam rationem solam agnoscere viderentur, quae utilitate et aequitate niteretur, et prae se ferebant, alterius, quae religione contineretur, se prorsus aut immemores aut etiam ignaros esse. Nusquam clarius hoc cernitur quam in verbis notissimis quibus Cicero Pompeium laudat quod pecuniis sacris Iudaeorum abstinuerit; eum *sapienter* egisse praedicat, sed cavet ne *pie*, et quasi existimaret, Pompeium id aegre laturum esse, si pietatis eum argueret, etiam diserte addidit: „non enim credo religionem et Iudaeorum et hostium impedimento praestantissimo imperatori, sed pudorem, fuisse" [1]). Itaque mirum non est, huius modi caerimoniarum, quales fuerunt evocationes deorum peregrinorum, quamquam, ut Plinius diserte dicit: „id sacrum etiam in pontificum disciplina durabat" tempore Vespasiani [2]), tamen aliquam oblivionem fere voluntariam factam esse in litteris, et, tum quoque cum peragerentur, eas peractas esse ab imperatoribus invitis fere et rei significationem religiosam consulto ignorantibus, non secus quam reliquas caerimonias molestas sacrificiorum et auspiciorum, quas inviti obibant ne milites offenderent. Revera evocatio erat forma, qua supersederi potuisset ab eis, qui religionibus supersedere posse sibi viderentur; res ad religionem solam pertinebat, sine ulla vi ad ius pertinente; nobis quoque id obliviscendum non est, templum Iehovae iam profanatum fuisse decreto Vespasiani antequam Iehova Romam evocaretur, et, si evocationem rite non peregisset Titus, tamen futurum fuisse ut templum, non religione quidem sed iure, esset aedificium profanum quod pro libidine servare aut destruere liceret Romanis.

Sed tamen eam caerimoniam non esse a Tito omissam, iam satis manifestum erit, si reputaverimus quales fuerint milites quos in exercitu haberet, quam imbutae fuerint legiones Syriacae et Alexandrinae — ut etiam taceam de copiis auxiliariis — superstitionibus orientalibus, neque his solum, sed magis etiam reverentia quadam parum definita superstitionum illarum quas

1) pro Flacco 28. 68 — 2) Plin. 28 18.

Digitized by Google

videbant tam ingentem vim exercere in animis incolarum earum regionum, quas eo magis stupebant, quo minus pernotas eas habebant. Nonne ipse Vespasianus in Oriente eo pervenit ut, cum magna sua admiratione, miracula faceret, ut oraculis inter copias sparsis quae Iudaica esse credebantur, animos militum ad sua consilia erectos faceret? Templum nisi profanatum et a deo ignoto relictum esse credidissent milites, ne muros quidem areae externae aggredi ausi essent, opinor [1]). Quod nihilominus introire non audebant cum aditus pateret (supr. pag. 113 adn. 1), id certe non probat, evocationem non esse ritu factam, sed ostendit, metum, quo milites suspicerent deum illum peregrinum numquam aspectum simulacro carentem, tam magnum fuisse, ut paene superaret fidem quam in caerimoniis ritu Romano ab haruspicibus peractis ponerent; id sane neque mirum neque insolitum est, inprimis ubi de religione agitur, ut opiniones, specie sibi quam maxime repugnantes, eodem tempore in animos hominum receptae, ita simul ab eis foveantur, ut per eas videantur tamquam in diversas partes distrahi. Denique videamus, quid de hac re simul tacuerit simul indicaverit Iosephus. Ut dixi, ipse, tamquam Iudaeus, non potuit scribere, Iehovam formulis et caerimoniis Romanis perductum templum suum reliquisse, quod ita nefariae impietatis crimini obnoxium se redditurus erat; sed tamen negare nolebat, Iehovam loco cessisse. Quid igitur fecit? In prodigium ab ipso Deo excitatum rem convertit, quod quam coactum, quam parum Iudaicum, sit, statim apparet; Iehovam templum sponte reliquisse affirmavit, et statuit ab ipso Deo Iudaeis signum datum esse profectionis suae, quo observato futurum fuisset ut a pugna inutili desisterent, nisi animis furore et impietate occaecatis sprevissent admonitionem divinam. Hoc modo effecit, ut sine impietate Romanis assentiri posset, affirmantibus, templum iam esse deo vacuum. Huius prodigii descriptio ex libro Iosephi cum multis aliis pervenit ad Tacitum; is eodem modo id rettulit, ne suspicatus quidem sub ea imagine latere caeri-

1) Iosephus saepe memorat reverentiam, qua milites Romani templum intueri solebant; VI. 2. 3 § 123. Cum, primum ad urbem appropinquantes, templum prospexissent, eos prosternendo se id salutasse tradit, V. 9. 4 § 402.

Digitized by Google

moniam illam Romanis patriam, cui nihil tribuere iam dudum solebant Romani liberalibus artibus eruditi. Prodigium quo rem rettulit Iosephus, idem factum esse affirmat in festo pentecostali, et anni 66 p. Chr. quidem, ut videtur; tum noctu magnum strepitum in templo esse a sacerdotibus observatum, deinde vocem auditam „μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν" [1]). Evocationem autem a Romanis celebratam esse arbitror tum, cum occupato suburbio Bezetha et iam expugnato secundo muro, aggressuri essent Antoniam arcem [2]). Ab eo tempore Iosephus de ea re admonere coepit Iudaeos. Primum in narrationis suae initio, universa fata urbis deplorans, scribit deum urbem relicturum esse: θεοῦ μὲν γὰρ οὔτ' ἤς ἔτι χῶρος οὔτε μένειν ἐδύνασο [3]). In oratione (secunda) quam ad Iudaeos habuit tum cum Romani Antoniam arcem essent aggressi, dixit: ἔγωγε πεφευγέναι μὲν ἐκ τῶν ἁγίων οἶμαι τὸ θεῖον, ἑστάναι δὲ παρ' οἷς πολεμεῖτε νῦν; deum igitur non solum Hierosolymis discessisse, sed etiam *ad Romanos se contulisse* affirmat, hoc virum Iudaeum loqui et scribere non potuisse censeo, nisi ipsae caerimoniae a Romanis peractae ad eam opinionem eius animum advertissent [4]). Postea Titum similia loquentem facit: μαρτύρομαι θεοὺς ἐγὼ πατρίους, καὶ εἴ τις ἐφεώρα ποτὲ τόνδε τὸν χῶρον (νῦν μὲν γὰρ οὐκ οἶμαι) ... ὡς οὐκ ἐγὼ ταῦθ' ὑμᾶς ἀναγκάζω μιαίνειν [5]). Haec omnia ex opinionibus Romanorum a Iosepho scripta esse eo magis apparet, cum ipse Iudaeos seditiosos de praesentia Iehovae ne dubitavisse quidem demonstret, hi ad ultimum confidunt τὸν ναὸν σωθήσεσθαι ἀπὸ

---

1) VI. 5. 4 § 299; Tac. hist. 5. 13: „audita maior humana vox, excedere deos". — Iosephus non diserte dicit, quonam anno hoc prodigium factum esse putet. Fieri possit, ut ad annum 70 et ipsam obsidionem id referre voluerit; tum suspicari possimus, hoc prodigium imagine quadam referre ipsam evocationem eodem die a Romanis celebratam; nam tempore festi pentecostalis, initio Panemi mensis, anni 70, Romani ceperunt Antoniam arcem, et ad aream templi externam expugnandam accedebant. Sed primum reliqua prodigia, eo loco a Iosepho memorata, ad tempus anterius pertinent; deinde Iosephus iam ante Antoniam arcem captam Iudaeos admonuit, templum deo vacuum esse; denique ne Iosepho quidem hoc adscribi potest, eum prodigium narrasse, quod ipso absente factum esset, cuius notitiam veram habere nullam posset. — 2) Cum secundus murus expugnatus esset, otium quatuor dierum militibus Romanis datum esse narrat Iosephus, quibus etiam stipendia eis soluta sunt. Per eos dies caerimoniam peractam esse suspicor. V. 9. 1 § 348—356. — 3) V. 1. 3 § 19. — 4) V. 9. 4 § 412 sq. Cfr. loci quos supra (pag. 81 adn. 1) collegi, ubi Deus Romanis socium belli se praebuisse dicitur. — 5) VI. 2. 4 § 128.

Digitized by Google

τοῦ κατοικοῦντος [1]), θεοῦ ὑπάρχειν τὴν πόλιν [2]). Inde quoque factum est, ut nihil impediret quominus Titus eis polliceretur, si accepto ἀδείας beneficio ex urbe excedere vellent, se permissurum esse ut sacra in templo per lectos viros rite peragerentur [3]), cum praesertim id beneficium dicis causa tantum esset ostentatum.

VI. Superest ut quaeramus, numquo iure Iosephus operam dederit ut ostenderet, templum non esse consulto a Romanis disturbatum.

Multa sunt indicia, quae probent, totum bellum acerrime gestum esse a Tito. Eo pertinent versus quos ex Valerii Argonauticis (1. 13) citavit Bernays, quibus poeta a Domitiano petit ut canat:

„Solymo nigrantem pulvere fratrem,
spargentemque faces et in omni turre furentem".

Sed vix hoc argumento opus est, cum satis ex Iosepho cognitam habeamus ingentem vim qua Romani in expugnanda urbe usi sint, praeeunte semper et adhortante Tito, qui periculum nullum evitat, primus est in proeliis, exemplo suo omnes incitat. Quod Tacitus tradit, Romanis indignum visum esse „famem hostium opperiri" id ab auctore eius ex ipso Iosepho depromptum est [4]); Iosephus ipse praeterea nos docet, de ea re tum actum esse in Concilio principum, cum primi aggeres Romanorum a Iudaeis essent eversi, et Tito ipsi hoc visum esse, τὸ μὲν ἀργεῖν καθόλου μετὰ τοσαύτης δυνάμεως μὴ πρέπειν, et eum effecisse, adversatum sententiae eorum quibus urbs obsessa fami relinquenda esse videretur, ut decerneretur de muro lapideo circum urbem aedificando et de aggressione per aggeres simul non omittenda [5]). Titus apud Iosephum imprimis celeritatem commendat, πρὸς τῆς εὐκλείας εἶναι τὸ τάχος; Tacitus addit, eum ad celeritatem instigatum fuisse Roma urbe et opibus et voluptatibus quas ante oculos haberet. Bernays non rectissime iudicare mihi videtur, cum a versibus Valerii longe discrepare censeat imaginem Titi quam pingat Iosephus [6]); etiam

---

1) V. 11. 3 § 459. — 2) VI. 2 1 § 98. — 3) VI. 2. 1 § 95 et 101. — 4) Tac. hist. 5. 11; de eius auctore vid. infra. — 5) V. 12. 1 § 493—502. — 6) Bernays l.l. pag. 50: „man findet in dem ... Argonautengedicht eine Schilderung von Titus,

Digitized by Google

apud Iosephum in rebus gerendis nihil omisit Titus, quo everteret urbem; quod discrepat, totum *verbis* continetur. Casu tantum factum est ut Iosephus non traderet, quod Dio refert (66. 5. 1), Titum, in pugna quadam ante muros, lapidem ab hoste iactum in humerum accepisse, quo factum esset ut in posterum manum sinistram minus validam haberet; Iosephus nihil consulto celavit quod pertineret ad efferendam industriam et fortitudinem imperatoris [1]). Titus sero demum coepit, cum iam nimiae temeritatis esse videretur, ultro vitam continuo periclitari, interdum a pugna se remotum tenere, et, in turre Antoniae arcis quae sola supererat sedens in tuto loco, prospicere certamen; cum aream templi externam aggredi coepissent Romani, consiliis principum pressus, ab eo tempore demum fere invitus a proelio se omnino abstinere instituit [2]). Sed proelio rursus interfuit, quo templum expugnatum est.

Revera, ut superiore capite ostendi, Titus ipse effecit consiliis et imperiis suis, ut Romani templum aggrederentur; Iosephus id non negavit quidem, sed tamen id celare conatus est. Eodem vitio autem laborat tota narratio Iosephi quae ad expugnationem templi pertinet; nihil mentitus, tamen verum non rettulit; tanta arte celavit quae celanda esse videbantur, ut permultis acciderit opinor ut eius narrationem legerent neque se decipi animadverterent. Quod dico, clarum fiet si eius narrationem paucis persecutus ero.

Iosephus in particula tertia huius capitis quarti egit de consilio a Tito advocato; id cum haberetur, in area externa, praeter reliqua Romanorum praesidia, etiam iam aderant aliquot milites Romani e cohortibus lecti quos miserat Titus ut aditum ad templum purgarent, et ampliorem eum facere conarentur, et extinguerent incendium porticuum. Reliquus exercitus eum

---

die zu dem gewöhnlichen Charakter römischer Generale besser stimmt als das von Iosephus entworfene Bild". — 1) Rem maxime insignem de multis quas Titus gessit, quas enumerare longum est, hanc rettulit Iosephus, V. 6. 5 § 288: Titus, initio obsidionis, primo muro nondum expugnato, cum Iudaei excursionem facerent ad incendendas machinas, et Romani eorum impetum vix sustinerent, sua manu occidit duodecim ex hostibus. Eandem rem, non ex Iosepho petitam, memoriae servavit Suetonius, Tit. 5; cfr. Eutrop. 7. 21. — 2) V. 11. 6 § 486; VI. 1. 8 § 82; VI. 2. 5 § 132—135; VI. 4. 4 § 246.

Digitized by Google

diem quiescere iubetur, ut vires reficiat ad pugnam instantem; etiam Iudaei eo die quiescunt. — In particula 4 Iosephus narrat quae proximo die gesta sunt. Non explicat quomodo factum sit, ut eo die nondum templum aggressus sit Titus; Dio auxilio nobis venit, is, ut modo vidimus, adscribit dilationem formidini et taedio militum; ignotum nobis manet quomodo hoc fastidium superaverint duces, verisimile est eo consilio aliquod tempus concessum esse militibus, ut confirmarentur allocutionibus praefectorum, colloquiis castrensibus, iurgiis et adhortationibus fortissimi cuiusque. In area externa, inprimis in eius partibus Orientali et Septentrionali, stationem habent aliquot copiae Romanorum, praesidii causa ibi collocatae. Iudaei tum magnum illum et supremum faciunt in ea praesidia Romana impetum, e templo erumpentes, quo aream externam pulsis inde Romanis in potestatem suam reducere conantur; bis aggressi, toties repelluntur a Romanis, postquam his auxilio venit Titus cum equitibus electis; post longum certamen, paullo ante meridiem dimicatum est; Iudaei in aream internam ita inclusi sunt ut nulla spes eis maneat recuperandae areae externae; Titus tum in Antoniam se recipit, nihil praeterea agitur per reliquam huius diei partem. — Apparet autem ex eis quae sequuntur, multitudinem Iudaeorum tum in area interna congregatam fuisse ingentem, quamquam hoc loco de ea re nihil dicit Iosephus. Primum ibi aderat Ioannes cum militibus suis (§ 277); hi enim proximo die, cum templum iam incendio flagraret, tempore effugerunt per partem meridionalem areae externae et portas basilicae Herodis, quae occupabat eam partem areae meridionalem. Praeterea aderant sacerdotes fere omnes, aedificia enim a tribus partibus circum templum structa habitabantur a sacerdotibus; aderant denique cives permulti, etiam senes pueri mulieres — ut brevi dicam, aderat tota illa multitudo quam postea, per ingentem caedem (*μυρίον Φόνον* § 271 cfr. § 276) in hac area interna factam, trucidatam esse narravit Iosephus, cuius hoc loco mentionem facere consulto evitavit. Iosephus postea dixit, ex hac turba tum etiam superfuisse summam sex millium, cum iam maior pars eius interfecta esset, quod sane valde exaggeratum est (§ 283); addit hos cives, inter quos etiam multi erant pueri et mulieres, paullo antea

Digitized by Google

sponte se ad templum contulisse, excitatos vocibus vatum popularium et fanaticorum, qui in urbe circumeuntes adhortati essent populum ut deum in templo precibus adirent (§ 285—289); nos id ita interpretabimur, ut statuamus, per illos dies partem civium ultro ex urbe accurrisse, ut extremam suam in templo defendendo operam praestarent, et eo labente morerentur. Verum cur Iosephus haec omnia postea demum, in fine, addidit? Cur etiam de sacerdotibus pugnantibus et morientibus multo post demum primam mentionem iniecit § 278 et 318 sqq.? Manifestum est, eum efficere voluisse ut lector, tum cum legeret quae de adventu Romanorum ipse (§ 251 sqq.) scripturus esset, aut nesciret etiam aut non attenderet, aream internam templi fuisse refertam ingenti multitudine militum et armatorum, quibus accederet magna turba inermis. — Iosephus igitur in particula 5 pergit describere quae proximo die acta sunt, tertio post consilium, quo templum excisum est. Narrationem suam incipit his verbis (§ 251): *ὑποχωρήσαντος τοῦ Τίτου, πρὸς ὀλίγον λωφήσαντες οἱ στασιασταί, πάλιν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτίθενται, καὶ τῶν τοῦ ναοῦ φρουρῶν γίγνεται συμβολὴ πρὸς τοὺς σβεννύντας τὸ πῦρ τοῦ ἔνδοθεν ἱεροῦ.* Hic Titi discessus etiam pertinet ad superiorem diem; quies cui Iudaei se dedisse dicuntur, fuit nocturna. Pugna autem qua proximus dies mane initium cepisse traditur, non magni fuit secundum Iosephum momenti; scilicet Iudaei circa templum custodiam agentes repellere conati sunt milites Romanos qui primi in aream internam intraverunt, quibus iamdudum imperatum erat ut incendium porticuum internarum extinguerent; pauci illi Iudaei facile ad templum repelluntur. Tum unus ex illis militibus Romanis, cum commilitionibus suis accedens ad partem septentrionalem aedificii, temere sine ulla ratione iacit lignum ardens in portulam auream quam patentem vidit; ea portula a parte septentrionali aditum praebebat ad habitationes sacerdotum. Portula erat solo plano in quo templum erat multo sublimior; a solo neque attingi neque intrari poterat; manifestum est, gradus extrinsecus adstructos olim ei fuisse, sed eos gradus nuper a Iudaeis fuisse ablatos et remotos; inde mirum non est, portulam clausam non fuisse. Sed miles ille, commilitonum manibus in altum elatus, quamquam etiam sic portulam intrare non potest, tamen

Digitized by Google

eam attingit iactu titionis, et tam bene hunc dirigit, ut mox fumus et flammae intus ortae deinde erumpentes conspiciantur [1]). Tum Iudaei clamore edito accurrunt ad defensionem, *πρὸς τὴν ἄμυναν συνέθεον* § 253; Titus cito e castris advocatus, ad templum ire festinat (§ 254), post eum sequuntur duces et omnes legiones (§ 255); dum ipse milites proximos incendium restinguere iubet, legiones aegre, sua multitudine pressae, in aream internam irrumpunt; hi milites ne ignis exstinguatur clamant, ipsi augent incendium (§ 256—259), circum aram ante templum positam magna fit caedes (§ 259); Titus tum templum adit, intrat, locum examinat (§ 260—265); postquam evasit, in ipso templo incendium excitatur a milite qui facem ei gessit qua locum obscurum collustraret (§ 265); ita templum ardet. Haec qui legit, si reputat vix quidquam se audivisse de pugna, de armis, miratus rogat: ubi tandem tum erant Iudaei? Quomodo fiebat ut Titus tam facile templum inire posset? Cur templum erat vacuum neque defensum? — Sed ab eo loco (§ 271) Iosephus incipit descriptionem expugnationis templi valde longam, productam usque ad § 323, interruptam etiam recensione prodigiorum antea observatorum (§ 288—310). In ea descriptione nihil celat; memorat multitudinem civium et sacerdotum qui pugnantes caeduntur (§ 271), describit quomodo Iudaei, ante templum a legionibus Romanis cincti, partim trucidentur (§ 273), partim effugere conentur, partim in ipso tecto et muris stantes expectent dum aut igne suffocentur, aut obruantur muris collabentibus. Milites Iudaici excursione facta in partem meridionalem areae, perrumpentes per stationes Romanas, assequuntur portam areae externae meridionalem, perveniunt in urbem inferiorem, inde in urbem superiorem se recipiunt (§ 277 et 316); sacerdotum magna pars primum se confert in muros et tecta habitationum suarum, deinde incendio ex eo loco pulsa, ascendit in parietem templi anteriorem (*τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ*), unde

---

1) Miro errore Bernays (pag. 49) scribit: „... ein brennendes Scheit, welches ein Römischer Soldat beim letzten Sturmangriff ungeheiszen *durch ein Fenster* in das Innere *des Tempels* geworfen". *Θυρὶς χρυσῆ* est portula, non fenestra, quae primum vix possit aurea esse, qua deinde aegre possit *εἰς τοὺς περὶ τὸν ναὸν οἴκους εἰςιτὸν εἶναι.*

Digitized by Google

omni genere telorum et rebus gravibus deiectis Romanis etiam nocere conantur (278 et 318—323); cives vero qui supersunt cum inermibus et mulieribus (hi numero sex millium fuisse perhibentur) petunt tectum basilicae Herodis, et ibi mox, igne a Romanis basilicae admoto, omnes pereunt (§ 281—285); tum milites Romani victores, signis legionum e regione arae et templi ardentis collocatis, imperatorem suum salutant. Post quinque dies demum etiam sacerdotes in muro pugnantes, fame et siti oppressi, se dedunt, et ultimi necantur. — Hanc narrationem summa arte ita instruxit Iosephus, ut lector, secutus ordinem quo res propositae sunt, et eo facile in errorem inductus, intellegat, omnia quae a § 271 inde narrantur, facta esse postquam Titus templum visitavit, utque, de praesentia tantae multitudinis Iudaeorum non tempore admonitus, credat vix ullam pugnam factam esse antequam is templum intravit. Quod Iosephus in hac narratione celat et silentio premit, hoc ipsum est: templum a Romanis summa vi esse expugnatum. Huius rei, quae ad finem perducta fuerit necesse est antequam Titus templum intraret, nulla suo loco (i. e. ante § 260) alia apud eum fit mentio nisi paucis illis verbis, de caede militum et popularium circa aram, § 259 iniectis. Variis artibus operam dedit Iosephus ut lector neque sciret eam factam esse, neque reputaret eam necessariam fuisse. Hoc consilio primum reticet, quid ad templum defendendum paraverint milites Iudaici, quos bis tantum memoravit verbis perobscuris et ineptis, primum § 253 ubi dicit eos ad defendendum accurrisse, cum nemo videat unde venerint, deinde § 259, ubi tradit: *τῶν στασιαστῶν ἀμηχανία μὲν ἦν ἤδη τοῦ βοηθεῖν.* Hoc damnum a Iosepho nobis allatum egregie supplevit Dio Cassius in nobilissima huius pugnae descriptione, quae ita incipit: *καὶ αὐτοὺς οἱ Ἰουδαῖοι πολὺ προθυμότερον, ὥσπερ τι ἔρμαιον τὸ πρός τε τῷ ναῷ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ μαχόμενοι πεσεῖν εὑρηκότες, ἠμύνοντο, ὁ μὲν δῆμος κάτω ἐν τῷ προναῷ, οἱ δὲ βουλευταὶ ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς, οἵ θ' ἱερεῖς ἐν αὐτῷ τῷ μεγάρῳ τεταγμένοι.* Milites non diserte nominavit Dio, hi vocabulo „*ὁ δῆμος*" comprehensi sunt; *ἐν τῷ προναῷ* ita intellegendum est ut *ὁ πρόναος* sit ipsa area interna, inprimis locus apertus qui erat ante aram magnam, pars Orientalis areae internae; ibi igitur milites et post eos cives armati ante tem-

Digitized by Google

plum in acie stant. Gradus, *οἱ ἀναβασμοί*, in quibus stationem habent assessores synedrii, i. e. scribae quidam et sacerdotes natu maiores et ordo eorum qui summo sacerdotio functi sunt, sunt gradus ipsius templi et gradus arae magnae quae ante portam templi a parte orientali condita est (id confirmatur verbis Iosephi § 259); sacerdotes denique qui *ἐν αὐτῷ τῷ μεγάρῳ* stare dicuntur, non in ipso templo sunt — nam constat in loco sancto, subobscuro, qui etiam vacuus necdum a militibus Romanis attrectatus erat cum paullo postea eum visitaret Titus, Iudaeos nullos constitisse neque ibi ullam caedem factam esse — sed in aedificiis circumiacentibus. Hinc autem satis colligere possumus quale fuerit quod eo die circa templum factum est. Milites Iudaici initio operam dederint necesse est, ut Romanos aream internam intrare prohiberent; ad eas portas, quae igne ante paucos dies a Romanis destructae erant (a parte septentrionali omnino quatuor erant portae), pugna acerrima omnium primum eo die gesta sit necesse est, qua victi et pulsi sint Iudaei. Ea pugna fuit expugnationis templi prolusio. Hanc pugnam Iosephus non omisit quidem, sed tamen quid gestum sit, magis texit verbis suis quam aperuit; *συμβολὴν* eam fuisse dicit (§ 251), Iudaeos pugnam incepisse simulat, Romanos paucos tantum adfuisse demonstrat, quibus propositum esset ut incendium extinguerent; contra, verisimile est, hoc maximum et validissimum agmen fuisse, mane a Tito immissum, ut aditum ad aream internam aperiret antequam ipse veniret cum legionibus. His igitur res bene successit, Iudaei tum in partem Orientalem areae internae se receperunt, ibi aciem illam instruxerunt quam describit Dio; ab ea parte solum templum aditum habebat, hanc partem igitur solam defensionis egere putaverunt Iudaei, nudas reliquerunt tres alias partes aedificii, etiam septentrionalem, confisi firmitudine moenium, neque reputaverunt ab ea parte posse ignem inferri. Hoc nihilominus factum est a Romanis, cum primum hi viderunt, se ad moenia accedere posse; portula illa a parte septentrionali patens, cuius immemores fuerant Iudaei, eis occasionem praebuit. Iudaei statim incursione facta in illam partem, Romanos ab his moenibus repellere conati sunt, *πρὸς τὴν ἄμυναν συνέθεον* § 253, sed iam acceptum erat damnum, ignis illatus erat. Hoc loco

Digitized by Google

etiam apud Iosephum apparet, quam magnum et validum fuerit illud agmen Romanorum quod immissum erat ut praepararet expugnationem templi, dicit enim Iudaeos in hoc impetu multos suorum perdidisse. Tum Titus ex castris venit cum legionibus. Iosephus h. l. denuo tegit consilia Romanorum, cum scribat Titum nuntio incendii excitatum e castris accurrisse; ea etiam ars est, qua efficere vult ut lector vel nesciat vel obliviscatur, etiam sine eo nuntio futurum fuisse ut veniret imperator cum legionibus, Romanis certum ratumque fuisse templum eo die utique expugnare omnibus copiis admotis; id ipse quidem antea ostenderat cum diceret, Titum pridie constituisse *μετὰ πάσης ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως* § 249, et cohortibus illis antea immissis imperatum fuisse ut aditum aperirent *εἰς εὐμαρεστέραν τῶν ταγμάτων ἄνοδον* § 236, et copiis diem concessum esse a ducibus Romanis ut quiete se reficerent, *ὅπως ἐρρωμενεστέραις ἐν τῇ παρατάξει χρήσαιντο* § 243; sed ipsa narratio non convenit his dictis. Denique Iosephus, ut assequatur quod propositum habet, quid tum factum sit cum legiones ad templum accessissent, iusto loco non narrat, sed maiore ex parte silentio premit; uno illo vocabulo tantum de caede Iudaeorum iniecto (§ 259), totam expugnationem templi absolvit. Postea demum ad eam redit, sed ita, ut lector non statim perspiciat, res quae § 271—273 narrentur esse easdem quae tangantur § 259. Ea omnia enim facta sint necesse est antequam Titus templum intrare potuit. Itaque iam nunc videmus legiones, quae cum Tito venerunt, cingentes aciem Iudaeorum a parte Orientali templi, ante aram et in ipsa ara, stantem; videmus Iudaeorum ingentem multitudinem a tergo igne, a fronte gladiis, petitam; videmus Romanos aggredientes, arma strepunt, gemitus morientium miscentur clamore pugnantium; nunc fit quod Iosephus postea scripsit § 273: *τῶν τε γὰρ Ῥωμαικῶν ταγμάτων ἀλαλαγμὸς ἦν συμφερομένων, καὶ τῶν στασιαστῶν πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκυκλωμένων κραυγή.* Ea in re quoque nobis utilis est descriptio Dionis Cassii: *καὶ οὐ πρότερον ἐνικήθησαν, καίπερ ὀλίγοι πρὸς πολλῷ πλείους μαχόμενοι, πρὶν ὑποπρησθῆναί τι τοῦ νεώ. τότε γὰρ ἐθελούσιοι οἱ μὲν ξίφεσί σφας τοῖς τῶν Ῥωμαίων περιέπειρον, οἱ δὲ ἀλλήλους ἐφόνευον, ἄλλοι ἑαυτοὺς κατεχρῶντο, οἱ δὲ ἐς τὸ πῦρ ἐσεπήδων. καὶ ἐδόκει πᾶσι μέν, μάλιστα δὲ ἐκείνοις, οὐχ ὅτι*

Digitized by Google

ὄλεθρος ἀλλὰ καὶ νίκη καὶ σωτηρία εὐδαιμονία τε εἶναι, ὅτι τῷ ναῷ συναπώλοντο. Haec pugna memorabilis Iudaeorum templum defendentium, in caedem universam paullatim conversa, per valde longum tempus protracta sit necesse est, et ei toti interfuit Titus; quodsi is revera (ut Iosephus tradit § 256 et 260) iam tum clamavit ut incendium extingueretur, stultus fuit, nam milites Romani satis longe etiam a templo aberant, nulladum ex parte intrare poterant, de igne extinguendo ne sermo quidem esse poterat antequam multa millia Iudaeorum essent victa et caesa. Tandem eo pervenerunt Romani, ut vacuus factus esset locus ante aram et portam templi. Milites Iudaici fugientes in basilicam Herodis impetu facto perruperant; sacerdotes qui supererant ascenderant in summum parietem templi, cives qui superstites facti erant in tectum basilicae Herodis se receperant, horum omnium longe maior pars erat caesa. Hoc modo igitur Titus ad templum pervenit, scilicet ascendens per duodecim gradus sanguine redundantes, praeteriens aram cadaveribus repletam, pedes immergens in stagna sanguinis, titubans per cadaverum acervos, afflatus fumo et flammis prorumpentibus ex aedificiis circumstructis. Neque ante pugnam, neque sine pugna, ad templum pervenit, sed tum demum, cum iam omnia circum pacata essent silentio et tranquillitate mortis. Itaque tum demum mandavit Liberalio centurioni ut milites vi cogeret ad extinguendum, et ipse frustra conatus est milites tota area dispersos et in caede fugientium occupatos ad se vocare ut huic rei operam darent; tum templum intravit, et, postquam evasit, ignis in locum sanctum quoque illatus est.

Fraus Iosephi quam superiore capite reteximus, qua celavit Titum decrevisse ut templum expugnaretur, irrita fuisset si in narratione rerum eam expugnationem ita descripsisset, quemadmodum facta esset; tum facile perspexissent lectores, decretum a Tito factum, ut templo in expugnatione parceretur, esse vanum, simulatum, dicis causa factum. Itaque nova fraude illam fraudem confirmavit, ipsam narrationem ita ordinavit, ut expugnatio templi in ea non compareret; eam loco suo remotam prorsus obscuravit. Sed tamen omnia quae facta sunt, postea verbis tetigit; nihil mentitus, tamen verum non tradidit. Ad veritatem perspiciendam, opus nobis non est novis auctori-

Digitized by Google

bus, ipsa Iosephi narratio sufficit, modo restituamus verum ordinem rerum ab eo narratarum.

Iosepho, ita correcto et emendato, maiorem fidem habebimus quam Orosio, apud quem Titus templum incendi iussit postquam expugnatum et ab ipso visitatum est [1]). Orosius etiam rationem habuit deliberationis illius, de templo factae, de qua apud auctores mentionem fieri videbat. Is quoque, eodem modo atque Sulpicius Severus (cfr. supr. pag. 116), incendium templi ad decretum Titi referendum esse arbitratus est. Sed cum etiam memorare vellet, Titum intravisse templum, neque tamen omnia plene persequi sed brevis esse studeret, aptius ei visum est, de ea deliberatione mentionem inicere non ante sed post expugnationem templi. Orosius hac re inprimis differt a Sulpicio Severo, quod complures auctores consuluit, Iosephum, Tacitum, Suetonium, alios fortasse, quod sane in Sulpicium non cadit. Sed cum cognitam haberet Iosephi descriptionem, tamen eam secutus non est. Revera eius narratio, quamquam forma longe differt ab eis quae Sulpicius Severus tradidit, tamen eisdem fundamentis nititur atque huius. Uterque scriptor, cum sequendum sumeret auctorem a Iosepho discrepantem, accurata rei cognitione parvi facta, in singulis erravit. Nos, utriusque auctoritate reiecta, ex Iosepho melius cognosci posse tenebimus quid gestum sit, cum praesertim narratio Iosephi confirmetur auctoritate Dionis, qui aptissime eam supplet.

Cum constaret, in ipso templo incendium excitatum esse, Titus iam destitit ab eo quod antea imperaverat, ut igni restinguendo opera daretur; milites perseveraverunt in eo quod instituerant, incenderunt etiam reliquas partes aedificii, quo ignis nondum perlatus erat, mox ardebat ea pars quoque in qua erant thesauri sacri, τὰ γαζοφυλάκια, incendebantur porti-

1) Oros. adv. Pag. VII. 9. 4—6: „sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quam reclusa multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore vi et mora opus fuit. Quod tamen, postquam in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberavit utrum tamquam incitamentum hostium incenderet an in testimonium victoriae reservaret. Sed ecclesia Dei iam per totum orbem uberrime germinante, hoc tamquam effetum ac vacuum nullique usui bono commodum arbitrio Dei auferendum fuit. Itaque Titus, imperator ab exercitu pronuntiatus, templum in Hierosolymis incendit ac diruit".

Digitized by Google

cus utriusque areae quae etiam stabant, et portarum vestibula pleraque, et basilica Herodis in cuius tecto congregati erant fugitivi [1]). Sed cum templum esset expugnatum et incensum, longe aberat ut totum esset destructum; muris tam validis vix nocere poterat ignis. Paries in quem se receperant sacerdotes, cuius latitudo erat octo ulnarum, per quinque dies post expugnationem templi etiam igne fuit intactus, homines miseri sedebant in summo fastigio, templo pone eos ardente. Per eos dies milites Romani in ruinis aurum quaerebant; copia quae inventa et divisa est tanta fuit, ut paullo postea pretium auri tota Syria demissum aliquamdiu iaceret; magnae divitiae etiam postea ex ruinis proditae sunt [2]). Apparet, decretum a Tito factum ut templo parceretur, etiam eatenus irritum fuisse, quatenus pertineret ad praedam imperatori et triumpho integram servandam. Milites incendium ultro auxerant, ut praedam suam facerent [3]), pleraque opera artis sacra et pretiosa erant corrupta et destructa. Tamen nonnullae res etiam ad imperatorem pervenerunt, quae ut servarentur casu quodam factum erat. Aliae enim erant res, quas neque ignis attigerat, quia nimis reconditae in aedificii sacri penetralibus iacebant, neque milites invenerant, quod hi in recessus aedificii ardentis penetrare non poterant et ignorabant ubi quaerendum esset. Aliae res pretiosae erant quas sacerdotes ipsi, tempore ex aedificio ardente ablatas, in eum locum portaverant in quo ipsi refugium quaerebant, in summum parietem templi, ubi inpraesentia tutae erant. Utroque hoc rerum pretiosarum genere per illos quinque dies usi sunt sacerdotes quidam tamquam pretio, quo vitam redimerent; quos, quod in re afflicta et perdita socios suos fefellerint, severe condemnare certe non decet, quos tamen eis praeripuisse confitendum est solacium supremum quod haberent, res sacras esse subtractas avaritiae hostium. Suppellectilem aliquam sacram, vestes sacras et ornatum sacerdotalem, odores, alia huiusmodi, quae in thesauris reconditis erant, tradidit Phineas quidam, thesauri sacri custodis munere fungens (γαζοφύλαξ), a Romanis captivus factus, et pollicitus se locum indicaturum esse si in fidem acceptus esset. Res pretiosas illas a

1) VI. 5. 2 § 281—285. — 2) VI. 6. 1 § 317; VII. 5. 2 § 115. — 3) VI. 4. 7 § 264.

Digitized by Google

sacerdotibus in parietem templi evectas Romanis tradidit Iesus, unus e sacerdotibus; is iureiurando Caesaris accepto eas res inscientibus sociis a muro demissas Romanis in manus dedit, inter eas erant duo candelabra, mensae aliquot et craterae et paterae, aurea omnia, et vestes sacerdotales lapidibus insignes. Is quoque hac fraude effecit ut vita eius parceretur [1]). Haec Iosephus diligenter persecutus, idem postea memoravit, has res, τὰ ἐγκαταληφθέντα τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ, in triumpho imperatorum esse circumlatas. Inserit eo loco descriptionem candelabri illius celeberrimi septem bracchiis instructi, cuius imaginem hodie etiam refert arcus Tito divo consecratus [2]). Accipimus etiam, omnem hanc supellectilem auream post triumphum dedicatam esse in templum Pacis, alias res vero, veluti codicem legis Iudaicae et aulaea purpurea sacra, in Palatio esse depositas [3]). Verum id unum frustra quaerit qui haec omnia apud Iosephum legit, quomodo Titus nactus sit illud candelabrum septemplex; id enim non fuisse inter res illas casu quodam ex incendio servatas, quas aut ex aedificii penetralibus exprompserat Phineas, aut de pariete demiserat Iesus, demonstrat silentium Iosephi. Ex eo silentio igitur iure collegeris, candelabrum illud iam tum statim a Tito ipso esse ex loco sancto remotum et ablatum, cum templum visitaret. Quod idem fortasse cadit in mensam auream pani sacro destinatam, et in codicem Iudaicum, et in velum illud purpureum quod tegebat aditum loci sanctissimi, ea omnia enim secum Romam vexit Titus. Quod si verum est, haec omnia in ipsa templi expugnatione a Tito esse ablata, apparet, eum non unice templo servando intentum fuisse tum cum nuntio incendii exorti excitatus ex castris accurreret, sed etiam praedam quae fieri posset multum apud eum valuisse.

(*Continuabitur*).

1) VI. 8. 3 § 387—392. — 2) VII. 5. 5 § 148 sq.; cfr. V. 5. 5 § 217. — 3) VII. 5. 7 § 161 sq.

Digitized by Google

AD ODYSSEAM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur ex Mnem. XXVI p.* 408 *sqq.*).

θ 315

οὐ μὲν ἔτι σΦε τέτολπα μίνυνθά γε κειέμεν' οὕτως
καὶ μάλα περ Φιλέοντε· τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμΦω
εὖδειν· ἀλλά σΦωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει.

Editores Lugdunenses, quorum vide adnotationem, corrigunt

εὐδέμεναι· ἀλλά σΦε κτέ.

Sed verba τάχ' — εὕδειν adeo languide repetunt cogitationem multo melius expressam verbis praecedentibus, ut non possim non suspicari esse interpolata et primitus pro duobus versibus unum fuisse sic fere scriptum:

καὶ μάλα περ Φιλέοντ', ἀλλ' ‹ἔνδοθι› δεσμὸς ἐρύξει.

θ 387. Alcinoi verba sunt:

κέκλυτε, Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες·
ὁ ξεῖνος μάλα μοι δοκέει πεπνυμένος εἶναι·
ἀλλ' ἄγε τοι δῶμεν ξεινήια, ὡς ἐπιτεικές.
δώδεκα γὰρ κατὰ δῆμον ἀριπρεπέες βασιλῆες
ἀρχοὶ κραίνουσι, τρισκαιδέκατος δ' ἐγὼ αὐτός·
τῶν τοι ἕκαστος Φᾶρος ἐυπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα
καὶ χρυσοῖο τάλαντον ἐνείκατε τιμήεντος.
αἶψα δὲ πάντα Φέρωμεν ἀολλέα, ὄΦρ' ἐνὶ χερσὶ
ξεῖνος ἔχων ἐπὶ δόρπον ἴῃ χαίρων ἐνὶ θυμῷ.

Tot munera Ulixes manibus tenere omnino non poterat, neque

Digitized by Google

eum tenuisse apparet e sequentibus (417 sqq.), ubi praecones ad Alcinoi aedes ea portantes tradunt huius filiis, qui matri dant condenda in arca. Consentaneum est ἐνὶ χερσί h. l. improprie dictum significare *in possessione*, quam notionem si quis utpote usui Homerico adversantem admittere nolit, possit suspicari primitus fuisse ὄφρα ⟨τάχιστα⟩ κτλ.

ι 42 δασσάμεθ', ὡς μή τίς μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.

Hic et locis similibus ι 549 et [Λ 705] editoribus cum aliis multis persuasit Bentleiana correctio αἴσης. Neque ipse dubitarem, nisi extaret Hesychii glossa: ἰσσᾶσθαι· κληροῦσθαι Λέσβιοι, quae si fide digna est, potuit extare vocabulum Aeolicum non digammatum ἴσσα = κλῆρος et hinc = μέρος, cuius genetivus in Ionia sumserit formam ἴσης sive ἴσσης. Sin αἴσα verum est, non video quidni etiam M 423 rescribamus: ὦ τ' ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ ἐρίζητον περὶ αἴσης pro ἴσης.

ι 208. Dicitur de vino, quod Ulixes a Marone dono acceperat:

τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιγηδέα οἶνον ἐρυθρόν,
ἓν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
χεῦ', ὀδμὴ δ' ἡδεῖα (γηδεῖα δ'?) ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει.

Sententia huius loci demonstrat χεῦ' h. l. esse imperfectum εἶχεε, non aoristum, pro quo haberi solet. Cf. vLeeuwen, enchirid. dict. epicae p. 387, not. 4. — Utrum diphthongus an vocalis appareat, a solo ictu pendet.

ι 458 τῷ κέ τοι ἐγκέφαλός γε διὰ σπέος ἄλλυδις ἄλλῃ
θεινομένου βαίνοιτο πρὸς οὔδεϊ.

In ἄλλῃ, quod nullum praebet sensum, merito haeserunt editores. A coniciendo, quod in promtu est, ἄλλος fortasse eos retinuit cogitatio *unum* tantum homini cerebrum esse. Nescio tamen, quia de eo tanquam liquore poeta loquitur *disperso* per antrum, an talis coniectura recte defendi queat. Cogitavi etiam, coll. μ 413 aliisque locis, de scribendo:

διὰ σπέ(ε)ος (β') ἄμυδις ⟨πᾶς⟩

sed displicet metri fulcrum.

Digitized by Google

κ 3 πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ.

Aristarchi interpretatio *natanti*, quam solam sermonis ratio admittit, prorsus me iudice excluditur verbis sequentibus πᾶσάν τέ μιν πέρι τεῖχος χάλκεον ἄρρηκτον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη. Vix igitur sana est tradita lectio. Aptum foret κλυστῇ = περικλύστῃ, quo epitheto insulae usus est Aeschylus Pers. 588, 856, sed nullo loco Homerico coniectura fulciri potest.

κ 41 ἄμμες δ' αὖτε ὁμὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες
ϝοίκαδε νισσόμεθα κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες.

Expectatur: κενεὰς ⟨ἄρα⟩ χεῖρας ἔχοντες.

Fortasse σὺν in textum migravit ex grammatici alicuius glossa κεναῖς σὺν χερσίν.

κ 78 τείρετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' ἐρεσίης ἀλεγεινῆς
ἠμετέρῃ ματίῃ, ἐπεὶ οὐκέτι Φαίνετο πομπή.

Aptius, nisi fallor, interpungeremus:

τείρετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' ἐρεσίης ἀλεγεινῆς,
ἠμετέρῃ ματίῃ ἐπεὶ οὐκέτι Φαίνετο πομπή.

κ 94 λευκὴ δ' ἦν ἀμΦὶ γαλήνη.

Subst. γαλήνη, Aeolice γέλανα, natum videtur e stirpe verborum γελεῖν· λάμπειν (Hes.) et γελᾶν, itaque aptum habet epitheton λευκή, quod Naber in λευρή mutari iussit.

κ 294 δὴ τότε σὺ ξίΦος ὀξὺ ϝερυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Κίρκῃ ἐπαΐξαι ὥς τε κτάμεναι μενεαίνων.
ἣ δέ σ' ὑποδϝείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι.

Necessaria videtur notio, quae verbis traditis non inest, *concumbendi*, quam induit verbum simplex εὐνᾶσθαι iunctum cum dativo, ut Β 821 (cf. Π 176) θεὰ βρότῳ εὐνηθεῖσα. Quare corrigo:

ἣ σέ ϝ' (= ϝοι) ὑποδϝείσασα κτέ.

omissa vocula δέ, ut infra 432 et saepius alibi locis similibus, aut, si mavis:

ἣ δέ σέ ϝοι δϝείσασα κτέ.

κ 436 σὺν δ' ὁ θρασὺς εἶπετ' Ὀδυσσεύς.

Hoc quidem loco non sequar editores conicientes δὲ pro δ' ὁ;

Digitized by Google

nam Eurylochus acerbe utitur pronomine demonstrativo, *iste*. Eadem ratio est loci μ 60:

ὅτ' ἐπικρατέουσι ϝάνακτες

οἱ νέοι

isti iuvenes, ubi iterum haesere Lugdunenses.

μ 22 διθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι.

Huius versiculi memor Lucianus in Alexandro cap. 14 p. 223 init. scripsit: ὁ δὲ δρομαῖος αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἵετο Φέρων ἅμα τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιὸν

δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτουτ' ἄνθρωποι,

qua de re ante annos amplius XX monui in *Quaestiunculis epicis et elegiacis* et repetivi in *Lucianeis* propter Cobeti errorem verba ὅτε — ἄνθρωποι expungentis. Nec tamen fuit satis, ut intelligo e Sommerbrodtii editione, pro qua spero fore ut aliquando melior prodeat elegantissimi scriptoris recensio, qui haec tantum adnotat „τίκτουτ' B (pro τίκτονται), quod retinet Fritzsche, versum heroicum veteris poetae hic latere videns".

μ 66. Scribitur de Planctis:

τῇ δ' οὔ πώ τις νηῦς ἔφυγ' ἀνδρῶν, ἥ τις ἵκηται,
ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα Φωτῶν
κύμα θ' ἁλὸς Φορέουσι πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι.

Silent hic de loco obscuriore scholiastae, sed aperte eum tangunt ad vs. 222

καπνὸν καὶ μέγα κῦμ' ἔϝιδον καὶ δοῦπον ἄκουσα,

ubi de eisdem Planctis agitur, sic scribentes: εἰκότως καπνόν. ἐν ἡμέρᾳ γὰρ οὐ Φαίνεται πῦρ. — Καπνόν, ἐκ τῆς συγκρούσεως καὶ παρατρίψεως τῶν Πλαγκτῶν· δοῦπον δὲ ἐκ τῆς ἐκρήξεως.

Ex ultimo vocabulo forsan effeceris, interpretes dubitasse utrum flammam fumumque tribuerent merae saxorum collisioni an causis vulcanicis, sed fieri potest ut etiam montium ignivomorum eruptiones saxorum in terrae visceribus collisioni adscriberent. Quod utut se habet, recte καπνόν et hic et vs. 219

τοῦτο μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔϝεργε | νῆα

fumum interpretati sunt, et in errore versantur recentiores (Faesi, Ameis, Nitzsch) *vaporem* explicantes, coll. X 149:

πηγὴ ὕδατος λιαρῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς

Digitized by Google

γίγνεται ἐξ αὐτῆς ὡς ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο.

Ceterum δοῦπος vs. 202 non est τῆς ἐκρήξεως, sed saxorum collidentium fragor.

ν 358 ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν, ὡς τὸ πάρος περ.

Nuper proposui δῶρ' ἄρα δώσομεν, hodie malim δῶρ' ἔτι δώσομεν.

ξ 29 ἐξαπίνης δ' Ὀδυσῆα ϝίδον κύνες ὑλακόμωροι.
οἳ μὲν κεκληγῶτες ἐπέδραμον· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἕζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέ ϝοι ἔκπεσε χειρός.
ἔνθα κε ϝῷ πὰρ σταθμῷ ἀγειλέλιον πάθεν ἄλγος·
ἀλλὰ συβώτης. . . . . .
τοὺς μὲν ὁμοκλήσας σεῦεν κύνας ἄλλυδις ἄλλον.

Locum, ut hodie legitur, laborare nemo non assentietur editoribus, sed remedia in eorum nota commemorata eiusmodi sunt, ut haud facile latura sint virorum doctorum assensum. Nec vero verba ἕζετο κερδοσύνῃ, quae inprimis ab iis inculpantur, corrupta esse mihi persuadent Plinii N. H. VIII 11, 61 verba: *impetus eorum* (canum sc.) *et saevitia mitigatur ab homine considente humi*, quae verane sit an falsa observatio perinde est, quia plurima huiuscemodi praecepta etiam vanissima a populo vel hodie vera esse creduntur. Ulixi certe tum nihil profuit. Concedendum tamen est, primo, ut nunc locus se habet, non potuisse statim subsequi ἔνθα κε ϝῷ πὰρ σταθμῷ κτέ., sed prius addendum fuisse Ulixem frustra hoc dolo usum esse; secundo, si clavam consulto deiecit, ἔκβαλε non ϝοι ἔκπεσε dicendum fuisse; tertio verba δέ ϝοι ἔκπεσε χειρὸς valde suspecta esse propter eadem verba exiguo intervallo repetita vs. 34 de subulco:

ἔσσυτ' ἀνὰ πρόθυρον, σκῦτος δέ ϝοι ἔκπεσε χειρός.

Iam vero duae ultimae quas dixi difficultates facili medicina removeri possunt corrigendo vs. 31 pro ϝοι ἔκπεσε, quae originem debere videntur vs. 34, τε ἔκβαλε, recepta lectione ἔκβαλε e codd. GX. Restat prima molestia, quae provocat suspicionem in vs. 30 nomen Ὀδυσσεύς non esse genuinum sed primitus scriptum fuisse ὅ γ' ἄλλως. Proposuerim ergo:

ἐξαπίνης δ' Ὀδυσῆα ϝίδον κύνες ὑλακόμωροι.
οἳ μὲν κεκληγῶτες ἐπέδραμον· αὐτὰρ ὅ γ' ἄλλως

Digitized by Google

ἔζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέ τε ἔκβαλε χειρός.
ἔνθα κε τῷ παρὰ σταθμῷ ἀτειχέλιον πάθεν ἄλγος· κτλ.

ο 466 ηὗρε δ' ἐνὶ προδόμῳ ἡμὲν δέπα' ἠδὲ τραπέζας.

Cur hic locus sanus mihi videatur, olim exposui, sed editoribus, nunc non felicius κάνεια pro τραπέζας tentantibus non videor persuasisse. Cf. etiam λ 419, τ 61. Verte *mensas cum poculis.*

π 42 sqq. Telemacho intranti Eumaei tugurium Ulixes cedere vult (ὑπέρεικεν recte Hartman) locum, ubi ipse sedebat. Recusat Telemachus dicens:

ἦσο, ξεῖν', ἡμᾶς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην
σταθμῷ ἐν ἡμετέρῳ· πάρα δ' ἀνὴρ ὃς καταθήσει.

Cui parens subulcus:

χεῦεν ὑπὸ χλωρὰς ῥῶπας καὶ κῶας ὕπερθε·
ἔνθα καθέζετ' ἔπειτα Ὀδυσσῆος Φίλος υἱός.

prorsus ut ξ 49 fecerat Ulixi.

Cave autem ne te decipiant vocabula ἕδρη et καταθήσει. Nulli erant in humili casa κλισμοί, nedum θρόνοι, sed consessuris humi sternebatur virgultorum acervus, qui tegebatur villoso aliquo vellere. Cf. ξ 49

εἷσε δέ τ' εἰσαγαγών, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας,
ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγός,
αὐτοῦ ἐνεύναιον, μέγα καὶ δασύ.

Conspirat cum hac simplicitate reliquus apparatus. Prō cratera ξ 78 adhibetur mulctrum, pro poculo non δέπας nec ἄλεισον, sed qui nusquam alibi apud Homerum commemoratur σκύφος, vile ut videtur et fortasse ligneum vasculum; de nulla vero, unde cibus caperetur mensa fit mentio, apponunturque Ulixi solae carnes, nullo addito pane, qui alibi in Odyssea nusquam desideratur. Verbo ut dicam, pingitur a poeta vita rustica, qualis illa aetate extitisse cogitanda est, ab hodierna minus remota quam victus antiquus divitum ac nobilium a nostris temporibus distat.

Quorsum vero haec omnia? Ut promam gravem dubitationem, quae mihi nata est de versu qui hodie legitur in descriptione coenae appositae Telemacho π 49:

τοῖσιν δὲ κρεάων πίνακας παρέθηκε συβώτης

Digitized by Google

ὀπταλέων, ἃ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλειπον ἔδοντες,
σῖτον δ' ἐσσυμένως παρενήεεν ἐν κανέοισι,
ἓν δ' ἄρα κισσυβίῳ κίρνη μελιηδέα οἶνον.

Ubi iustam mea quidem sententia suspicionem movet propter panis mentionem vs. 51, fictus, ut arbitror, ad exemplum loci α 141:

σῖτον δὲ δμῳαὶ παρενήεεν ἐν κανέοισι.

Obmoverit aliquis Ulixem Eumaeo ignotum esse mendicum, Telemachum vero dilectum filium herilem. Sed enim Ulixes, ut diserte apparet ex omnibus, tanta cura et sollicitudine a subulco excipitur, ut nihil supra possit, nec vero negligendum virum honestissimum non habere religioni quin filio nunc carnes ἑώλους apponat, quarum partem pridie eius diei recens mactatarum pater consumpserat. Neve opponas mihi verba Telemachi vs. 83:

εἵματα δ' ἐνθάδ' ἐγὼ πέμψω καὶ σῖτον ἅπαντα,
ἔδμεναι, ὥς κεν μή σε κατατρύχῃ καὶ ἑταίρους.

Ibi enim, ut alibi passim, σῖτος universe *cibum* significare non *panem*, dicere vix opus est.

π 216. De patre filioque sibi redditis dicitur:

κλαῖον δὲ λιγέως ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί,
φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχοι, οἵσί τε τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεηνὰ γενέσθαι.

Vix alius locus luculentius docet, quam nihil poeta in comparationibus curet similitudinem conditionis eorum quorum actiones inter se comparantur. Gaudio enim plorant pater et filius, quorum alter alterum amissum recuperavit; dolore plorant aves ereptos sibi pullos. Crocitu aut cantu aves, verbis aut lacrimis homines animi statum significant. Sola igitur comparatur utrorumque affectus vehementia.

π 254. Telemachus ad patrem de procorum multitudine:

τῶν εἴ κεν πάντων ἀντήσομεν ἔνδον ἐόντων,
μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι ἐλθών.

Optimo iure Lugdunenses de sanitate adiectivi πολύπικρος dubitantes, iusto violentius coniecerunt τάχα πικρά. Passim enim

Digitized by Google

a librariis confusae sunt voculae *που* et *πολύ*, nec dubito quin genuina lectio fuerit

μή που πικρὰ καὶ αἰνὰ βίας ἀποτείσεαι ἐλθών.

De formula *μή που* cf. K 511, N 243, Ξ 130, β 179, δ 775. Quod si quis *μή ποθι* scribere malit, per me licet. — Quod attinet ad *ἀποτείσεαι* non video cur Homero abiudicemus diphthongum dialectis plerisque omnibus, quod docent inscriptiones, antiquiore tempore communem.

π 384 *βίοτόν κ' αὐτοὶ καὶ κτήματ' ἔχοιμεν*
δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέας, οἰκία δ' αὖτε
κείνου μητέρι δοῖμεν.

Lectio *ἐφ' ἡμέας* mihi suspecta est minus ob neglectum digamma in sequenti *οἰκία* quam propterea quod *δασσάμενοι ἐφ' ἡμέας* vix Graecum videtur. Nam *dividere inter se* ant nude *δάσσασθαι* dicitur aut addito *μετά σφισι*, ut Σ 511, X 120, sed *ἐπί σφας* ipsa rei natura excludi videtur. Quid lateat ignorans hoc video, aptum esse *ἀκηδέα*, *secure*, ut bene correctum est pro *ἀκηδέος* Φ 123 de Lycaone *ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς αἶμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέα*. Cf. h. Apoll. 78 *οἰκία ποιήσονται ἀκηδέα*. Quale adverbium optime iungeretur h. l. cum *ἔχοιμεν* „*ipsi res eius partiti possideremus securi*". Hucusque enim proci his fruebantur quidem tanquam suis, sed quamdiu Telemachus, cuius necem mente agitant, in vivis erat, nequaquam securi.

π 472 narrat Eumaeus Telemacho

νῆα θοὴν ῥίδόμην κατιοῦσαν
εἰς λιμέν' ἡμέτερον· πολλοὶ δ' ἴσαν ἄνδρες ἐν αὐτῇ,
βεβρίθει δὲ σάκεσσι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι.

Speciosa sane coniectura editores reposuerunt *πεφρίκει horrebat*, nec tamen mihi quidem persuaserunt. Nempe portum intrantes (*κατιόντες εἰς λιμένα*) nautae aetate Homerica remis uti solent, quoniam vero heroes sunt *αὐτερέται*, necesse est arma, hastas certe, interea deposuerint. Vix igitur et ne vix quidem Eumaeus videre potuit navem *πεφρικυῖαν σάκεσσι καὶ ἔγχεσιν*, poterat *βεβριθυῖαν*, quod exaggeratione dictum est non maiore quam si plenam armis dixeris navem multos armatos continentem. Alia ratio est locorum Δ 282. H 62. N 339, quo provocatur. Hic verte „*gravis erat* scutis et hastis."

Digitized by Google

ρ 218 ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς εἰς τὸν ὁμοῖον.

Adnotant editores „recentis aetatis esse videtur versus gnomicus, in quo articulus uterque suspicionem movet." Ita est; sed fieri potest, ut versus contextui aptissimus primitus hanc habuerit faciem

ὡς αἰεί τιν' ὁμοῖον ἄγει θεὸς εἰς τιν' ὁμοῖον,

ut pronomen indefinitum nonnumquam ab Homero nudis additur adiectivis plerumque quidem postpositum, interdum tamen praepositum, ut X 281 ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, ζ 206 ὅδε τις δύστηνος, σ 337. 382 al. — Nihil tamen mutare satius est. Lectum enim in vicino vs. 237 γῆν pro epico γαῖαν argumento est, non admodum antiquum esse hoc Odysseae episodium.

ρ 336. Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρ' ἔλαβεν μέλανος θανάτοιο
αὐτίκ' ἰδόντ' Ὀδυσῆα ἐεικοστῷ ἐνιαυτῷ.

Res eo incredibilior, quia ante Ulixis profectionem canis iam plane adultus in venatione velocissimum et robustissimum se praestiterat, itaque cum moreretur vigesimum tertium certe annum attigit. Damnato vero cum Knightio utroque aut cum Fickio posteriore tantum versu, etiam augetur, aucta bestiae aetate, miraculum.

σ 79. Antinous ad Irum, cum Ulixe pugnare reformidantem:

νῦν μὲν μήτ' εἴης, βουγάιε, μήτε γένοιο,
εἰ δὴ τοῦτόν γε τρομέεις καὶ δέδιας αἰνῶς,
ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημένον, ᾧ μιν ἱκάνει.

Prima quidem specie ultimus versus hic minus aptus videri potest, quia proci iam viderant Ulixem δολοφρονέοντα (51) se ipsum vocasse vs. 53 ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημένον. Vid. 67—74. Attamen optime se habet vs. 81, si non serio sed iocosa ironia ab Antinoo pronuntiatum accipimus.

σ 112. Proci post Irum profligatum haec Ulixi:

Ζεύς τοι δοίη, ξεῖνε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὅττι μάλιστ' ἐθέλεις καί τοι Φίλον ἔπλετο θυμῷ
ὃς τοῦτον τὸν ἄναλτον ἀλητεύειν ἀπέπαυσας.

Incredibile videtur sermonem Homericum, quo τὸν valet τοῦτον,

Digitized by Google

admisisse hanc copulationem, quare, si versus genuinus est (nulla enim duo praegressi indigent explicatione), fortasse corrigendum:

ὅς γ' οὕτω τὸν ἄναλτον κτέ.

Simili tamen vitio laborat τ 372

ὡς σέθεν αἱ κύνες αἵδε καθεψιάονται ἅπασαι.

ubi verum esse potest

ὥς ⟨ῥα⟩ σέθεν κύνες αἵδε κτέ.

υ 83. Penelope, postquam cubitum ivit, in precibus ad Dianam:

ἀλλὰ τὸ μὲν καὶ ἀνεκτὸν ἔχει κακόν, ὁππότε κέν τις
ἤματα μὲν κλαίῃ πυκινῶς ἀκαχημένος ἦτορ
νύκτας δ' ὕπνος ἔχῃσιν, — ὃ γὰρ ἐπέλησεν ἁπάντων
ἐσθλῶν ἠδὲ κακῶν, ἐπεὶ ἄρ βλέφαρ' ἀμφικαλύψῃ —
αὐτὰρ ἐμοὶ καὶ ὀνείρατ' ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων·
τῇδε γὰρ αὖ μοι νυκτὶ παρέδραθε εἰκελος αὐτῷ,
τοῖος ἐὼν οἷος ἦι' ἅμα στρατῷ, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
χαῖρ', ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ὄναρ ἔμμεναι, ἀλλ' ὄναρ ἤδη.

Doceri pervelim, quo tandem modo somnium, quo laetius nullum cogitari poterat, *triste* dici potuerit a Penelope. Multum igitur vereor ne tres ultimi versus non sint genuini.

υ 166

ξεῖν', ἦ ἄρ τί σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰσοράουσι —;

Vitiosus hiatus tolli potest scribendo:

ξεῖν', ἦ ἄρ τί ⟨νυ⟩ μᾶλλον Ἀχαιοί ⟨σ'⟩ εἰσοράουσι —;

υ 223 — ἐπεὶ οὐκέτ' ἀνεκτὰ πέλονται.

Suadet metrum: ἐπεὶ πέλετ' οὐκέτ' ἀνεκτά.

ψ 94. Dicitur de Penelope:

ὄψιι (codd. ὄψει) δ' ἄλλοτε μέν μιν ἐνωπαδίως ἐτέτισκε,
ἄλλοτε δ' ἠγνώσασκε κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα.

Suspectum mihi adverbium ἐνωπαδίως minus propter insolitam formam quam propter miram abundantiam post ὄψει et etiam mirabiliorem compositionem cum verbo τετίσκειν = εἰκάζειν. Ac-

Digitized by Google

cedit quod vs. 107 regina dicit, *οὐδ' εἰς ὥπα ϝιδέσθαι* (maritum possum). Nullus igitur dubito quin hic versus misere depravatus sit et ne insanabilis sit multum vereor. Tentari tamen aliquid potest, velut

ὄψιν δ' ἄλλοτε μέν μιν ἐϝῷ πόσι' ἄγχ' ἐϝέϝισκε,

coll. ζ 152:

Ἀρτέμιδί σε ἐγώγε, Διὸς κούρῃ μεγάλοιο
ϝεῖδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ϝεϝίσκω.

De subst. *ὄψις* externam hominis speciem significanti cf. Z 468. Ω 632. Hymn. 19, 39.

ω 254. *τοιούτῳ δὲ ϝέϝοικας, ἐπεὶ λούσαιτο Φάγοι τε*
εὐδέμεναι μαλακῶς· ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.

Pro *εὐδέμεναι* mira reperta est varia lectio ЄΤΔΞΚΡΟΝ . . i. e. *εὖδε χρόνον* in fragmento inscriptionis argumenti epicurici Oenoandae (in Lycia) effossae. Vid. Bull. de Corr. 1897, p. 364 sq.

ω 299 *ποῦ τοι νηῦς ἔστηκε θοή, ἢ σ' ἤγαγε δεῦρο*
ἀντιθέους θ' ἑτάρους;

„Ignotorum hominum nimia haec laus" vere adnotant Lugdunenses. Sed omnino poeta qui hanc ultimi Odysseae libri partem composuit, quamvis ingenio minime destitutus, ab arte minus valet et in verborum optione est infelicior. Melius eosdem, utpote hospites, *αἰδοίους* vocasset.

ω 336

εἶ' ἄγε τοι καὶ δένδρε' ἐὺ κτιμένην κατ' ἀλωὴν
ϝείπω, ἃ μοί ποτ' ἔδωκας· ἐγὼ δ' ἤτεόν σε ϝέκαστα
παιδνὸς ἐών, κατὰ κῆπον ἑφεσπόμενος· διὰ δ' αὐτῶν
ἱκνεόμεσθα, σὺ δ' ὠνόμασας ϝεῖπές τε ϝέκαστα.
340 *ὄγχνας μοι δῶκας τρεῖς καὶ δέκα καὶ δέκα μηλέας*
συκᾶς τεσσαράκοντ'· ὄρχους δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας
δώσειν πεντήκοντα, κτἑ.

Ut vs. 341 *ὀνομαίνειν* aperte significat *nominatim polliceri*, ita vix alio sensu accipi posse videntur verba praegressa *ὠνόμασας ϝεῖπές τε*. Cf. Iliad. I 515, Σ 449. Haec causa est cur valde dubitem num recte editores verbum traditum *ἤτεον* sollicitarint speciosa sua coniectura *ἔρεον*.

Digitized by Google

DE NOMINE IULO.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

Pindarum quisquis studet aemulari,
Iule, ceratis ope Daedalea.

Tribus locis Taciti A. I. 10, III. 18, IV. 44, ubi mentio est Iuli Antonii, Ellisius in nupera editione Velleii ad II 100. 3: „tum Iulius Antonius (sic Amerbachius et P.) singulare exemplum „clementiae Caesaris", vere animadvertit Mediceum formam *Iulius* habere. Eam iam expulit Lipsius argumento usus loco Horatii supra scripto, nulla codicum auctoritate. Sed quod Ellisius libros MSS. Dionis Cassii tribus locis Ἰούλιος probare putat, nunc redarguitur recentissima Cassii editione. Docta annotatione Boissevain ad l. LI. 15 ostendit tribus [1]) Dionis locis LI. 15, LIV. 26 et LVI. 7. 6 Ἴουλλος, quarto solo LV. 10. 15 (praeter indicem l. LIV) esse Ἰούλιος. Apud Graecos igitur Antonius minor, sicut proavus gentis Iuliae priore nomine (Ἴουλλος) aut, Appiano teste Civ. II 68 Mendels. Ἶλος dicitur: ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος ἠγεῖτο εἶναι (Καῖσαρ), quasi Ἴλιος, Troianus. At Romanos similiter *Iullum* vocasse, quem Graeci Ἴουλλον, non constat ex codicibus, quorum paulo meliores (nam optimi non exstant) apud Suetonium de Grammaticis 18 „*Iulium* Antonium triumviri filium", ubi teste Reifferscheid OI tantum, infimi ex 6 codd., saec. XV habent *Iulum*, nec multo secus in Acrone et Porfyrione ad Hor. C. IV. 2. 2 (cf. Hauthal et Holder); et quid

1) Cf. enim Addenda vol. II p. XXXI.

Digitized by Google

facias tam corruptis ut his in Cassiodori codice (vid. Klein in Fastis ad a. 744, quo Iulus Antonius consul fuit): „Iullus Auctionibus et Affricanus" pro I. Antonius et Africanus ‹Fabius›". Certe non magnum momentum talia habent, ut non mirer Kleinium *Iulius* defendere.

Num forte idem in Tacito, ubi constans Medicei lectio *Iulius*, faciendum? At primo loco, A. I. 10 obicitur Augusto „interfectos (ab eo esse) Romae Varrones, Egnatios, *Iulios*", quod si rectum, dicetur e gente Iulia, sua ipsius, Augustus aliquem interfecisse, et numero plurali plures adeo, sanctum nomen Iuliorum sic dehonestatur tanquam maleficorum ferax. Itaque secundo quoque loco III. 18 *Iulii* (genet.) [1]), IV. 44 tertio *Iulio* suspecta.

At si chartae sileant, lapides subinde loquuntur. Hulsenus ante hos decem annos, Berl. Wochenschr. 1888 p. 667 probante Mommseno, Herm. XXIV. 1889, p. 155 sq. („Iullus und Iulus") ex inscriptione a⁰ 1887 reperta monstravit nomen liberti Antonii minoris sic scriptum: *Iulli patris l*, idemque ostendit inscriptio in Bulletino d. Comm. arch. comm. di Roma 1888 p. 228, ubi annus, quo Iullus Antonius consul fuit sic indicatur „Iullo Antonio Africano Fabio cos." Ita lapides ipsi muti alios, ut saepe, obmutescere iubent. Legitimum nomen Antonii est *Iullus Antonius*.

Tamen aliquid addendum de Vergilii et Horatii locis; nam memorabile est utrobique constanter traditam esse formam per simplicem *l* scriptam. Si Antonius de gentis proavo, filio Aeneae, praenomen *Iullus* accepit, antiquus ille Ascanius *Iullus* erit; at tamen Vergilius II. 288:

„Iulius a magno demissum nomen *Iulo*"

et sic antiquissimi codices illi Vergiliani ubique, i. e. decies fere, nusquam *Iullus*. Horatius l.l.

Pindarum quisquis studet aemulari,
Iule, ceratis ope Daedalea

habet formam disyllabam *Iule* (nam nec *Iulī* nec *I-ule* metrum fert), Vergilius trisyllabam *I-ule*, ut quaeratur utrum Vergilius diaeresin induxerit an Horatius synaloephen. Considerans conso-

1) Non solet Tacitus genetivum propriorum in *ius* in *i* terminare, sed in *ii*.

Digitized by Google

nam *j* Graeco sermone alienam esse, et comites Aeneae habuisse Graeca nomina, antiquiorem formam puto: *I-ulus* (*I-ullus*). Ut frequentis usus vocabula in breve coguntur, non extenduntur, sic ab *I-ulus* factum *Iulus* disyllabum, quod facile est credere placuisse Horatio, ut blandiretur amico et affinitatem *Iuliorum* et *Iulii* Caesaris, qui hercules numquam *I-ulius* dictus est, clarius ostenderet. Et fortasse alii quoque sic vocabulum efferebant, nam si constabat *Iulius*, trisyllabum, esse factum ab *Iulus*, pronum erat *I-ulus* rarius vocabulum ut inculti efferrent prima littera consona. Atque haec de prima littera. Cur vero vulgo praeoptaverint eodem tempore duplicem consonam *ll*, nihil fortasse est nisi ludibrium pronuntiationis, quod praevaluit. Quidquid est, videmus discrimina similia in Messalla et (minus recte) Messala, Paulus et Paullus, millia et (rectius) milia, Amulius et Amullius, Aquilius et Aquillius aliisque propriis ex inscriptionibus Neapolitanis etiam apud Corssenum I. 81, ut in libris variant trulleum truleum, culleus culeus (coleus). Est, ut opinor, discrimen orthographiae, in qua omni paene tempore vel eruditi inter se in quibusdam variant, quare Horatio et Tacito placere potuit *Iulus* pro legitimo *Iullus* memoribus *Iuli* Vergiliani, quod divinus poeta paene sanxerat. Tacito igitur concedatur *Iulos* aut *Iullos* cum Mullero, non *Iulios*, ne Augustus dicatur in suam ipse gentem saeviisse.

Ingeniosa sine dubio est in Horatii versu coniectura Peerlkampii *ille*. At praeter argumentum metricum, quod non inexpugnabile esse apparet, reliqua non valde gravia esse videntur. Vix seria refutatione indiget, quod Horatius in carmine eodem non solet bis nomen eius, cui versus suos mittit, nuncupare; quo tandem evadit libertas poetae, si non licet ei amicum suum modo nomine, modo praenomine compellare? Quemque offendit quod Flaccus ad poetam epicum — nam heroica scripsit Iulus Antonius — verba faciens in laudes Pindari lyrici exspatiatur? nae ille obliviscitur proprietatis „litteraturae" artificiosae, qualis est Romanorum. Graeci poetae ante Alexandrinos certe singuli suo in genere elaborant, e. g. non simul in dramatico et epico lyricove genere, ut Socrati illi apud Platonem portenti simile videatur, si tragicus simul comicus sit; hi poetae singuli suum genus poesis excolunt, in quo sunt toti quodque sensibus suis

Digitized by Google

efferendis maxime accommodatum est, utpote a se aut popularibus inventum. At si alienigenum exemplum quis sibi proponit, quod imitetur, ut Romani, potest artificio suo plura genera amplecti; docent Ennius, Naevius alii. Andronicus fabulas scripsit et idem carmen epinicium, quale nunc ab Iulo postulatur. Poeta Romanus non constringitur uno genere carminum. Itaque non eo quod Antonius epicus erat claudicat comparatio cum lyrico. Poterat utrumque genus aeque recte, fortasse aeque male, excolere, nam magna eius fama non fuit. Horatio Pindarus est magnus poeta in universum; illum extollit, ut se ipsum pro re nata, reformidans componere quale postulatur carmen, postponat; ego, inquit, non sum magnus poeta: quin tu ipse, qui a me id petis, tu magne poeta nullique postponende, telam ordiris?

ΛΕΙΒΕΤΑΙ — ΘΛΕΙΒΕΤΑΙ.

AD ARISTOPHANIS EQUIT. VS. 327.

Coniecturam de hoc loco nuper in „Museo" nostrate (Ian. 1899) a me prolatam nunc Mnemosynes lectoribus commendare liceat. Chorus de Cleonis impudentia sic conqueritur:

ἦ σὺ πιστεύων ἀμέλγεις τῶν ξένων τοὺς καρπίμους,
πρῶτος ὤν· ὁ δ' Ἱπποδάμου λείβεται θεώμενος.

E quibus verbis apertum vitium olim sustulit Bothe ἀμέργεις rescribendo, cui viam indicaverat scholiasta; nempe fici aliive fructus non *mulgentur* sed *decerpuntur*. Sed nihilo minus manifestus est error quo alter versus laborat. Non dico nominis *Hippodami* paenultimam productam; nam Ἱπποδήμος nomen non est inauditum, Dorica autem eius forma non est cur male nunc nos habeat, quoniam homo, de quo sermo est, Spartae tam aperte favit ut libenter credamus Doricae primitus originis fuisse eius gentem. Hac igitur in re Erdmanno et Zachero assensus reicio coniecturas Ἱπποδάμνου, Ἱπποδάμαντος et si quae aliae sunt prolatae. Sed quid tandem dicit chorus cum Archeptolemum — nam hic est Hippodami ille filius — „λείβεσθαι"

Digitized by Google

perhibet? Non comicae profecto hoc est dictionis, et si omnino sit Graecum, in apostoli potius epistolis huiusmodi quid expectes, cuius verba *ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι* Kockio aliquando imposuisse meminimus (Fragm. com. adesp. fr. 768, cf. Nauck Mél. VI p. 137). Fac vero *λείβεσθαι* dici potuisse hominem qui lacrimis suffusus adstet — sic enim interpretantur: — insulsissimum tamen erit de strenuo hoc Cleonis adversario dicere eum *δάκρυα θερμὰ χέοντα ἠύτε κούρην adspicere* — quid? Creontem miseros socios vexantem. Quod ubi et quando *θεᾶσθαι* potuerit quaerere mitto, nec rogabo quid igitur sibi velit illud *πρῶτος ὢν* de Cleone dictum; taedet enim nugarum. Una littera intercidit, cuius fortasse etiamnunc superest vestigium in lectione altera *ὁ δ' Ἱππόδαμος λείβεται*. Nam poeta dedit ΘΛ(Ε)ΙΒΕΤΑΙ:

ὁ δ' Ἱππoδάμου θλίβεται θεώμενος.

O tu, — Creontem chorus increpat, — *qui primum nunc cum in rep. tum vero in theatro obtines locum: at Hippodami ille filius inter plebeculam premitur!* Tu ex olida tua officina in honorificentissimum istum locum evolasti, propter bellicam scilicet virtutem proedria nuper donatus et viris generosis spectataeque fidei praelatus; at sedem in theatro vix invenit Archeptolemus ille, qui nuper pacem nobis attulisset, nisi tua pervicacia, tua avaritia, tui clamores prohibuissent. Nempe Archeptolemus post captam Sphacteriam auctor fuit ut pax cum Lacedaemone fieret mediocribus condicionibus, Cleo autem strenue tunc obstitit (vid. vs. 794, Pac. 665—667, Thuc. IV 41); quapropter crimini ei datum est quod captivos illos „*ἀποδόσθαι*" vellet (vs. 394), — gratis scilicet eos reddere obnixe recusans.

Etiam vs. 702 sqq. respicitur honor ille Cleoni tributus, ubi Paphlagoni per *τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου* iuranti *ἰδού, προεδρίαν!* cachinnans ait isiciarius:

οἷον ὄψομαί σ' ἐγὼ
ἐκ τῆς προεδρίας ἐσχατον θεώμενον!

erit cum plebi denuo intermixtum te videam istic, ubi nunc delitescunt viri te multo meliores.

Videatur praeterea versus 575.

J. v. L.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI VITAS PARALLELAS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Thes. 1. 1. Antiquitatis studiosi in tabulis geographicis ea quae accuratam notitiam effugiunt, solent τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν πινάκων πιέζειν. Inseram: (ἐν) τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι.

Thes. 3. 6. Euripides in Hippolyto vs. 11 Theseum non appellavit ἀγνοῦ Πιτθέως παίδευμα, sed παιδεύματα, quod fortasse Plutarcho reddendum. Sic μίσημα, σύγημα, παιπάλημα interdum ad ipsas personas transferuntur, cf. Valck. ad Eur. Hipp. 406. Idem alia praeterea exempla adscripsit ad vs. 786: οἰκούρημα, κήδευμα, δορυφόρημα. Scribit Dio Cassius LXVIII 21: ὁ γὰρ παῖς λαμπρόν οἱ ἱκέτευμα ἦν et simul vides quomodo acceperit Thucydidis verba I 137. Ipse Plutarchus obsides ὁμηρεύματα appellavit Rom. 16. 2. Itidem: τὸν πτωχὸν λοιδόρημα ποιοῦνται, Moral. p. 607 A.

Thes. 5. 4. Ut demonstret bellatores fuisse Abantes ὄπιθεν κομάοντας, Plutarchus praeter Homerum affert Archilochi versus:

Οὗτοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται, οὐδὲ θαμειαί
σφενδόναι, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ
ἐν πεδίῳ· ξιφέων δὲ πολύξονον ἔσσεται ἔργον.
Ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονές εἰσι μάχης
δεσπόται Εὐβοίας δουρικλυτοί .....

Digitized by Google

Quod testimonium ad rem parum pertinet, nisi poeta Abantes ipso proprio nomine designaverit: hinc suppleo: δουρικλυτοὶ ἄνδρες Ἄβαντες. Praeterea displicet adiectivum δαίμονες, nec magis concoquo quod aliis placuit δαήμονες. Suspicor Archilochum Homeri memorem fuisse, qui Troianum quendam Ε 49 αἴμονα θήρης appellavit, ni malis ἴδμονα θήρης scribere, in quam suspicionem diu post me etiam Peppmuellerum incidisse video, ac proinde apud generum quem spreverat Lycambes: ἴδμονές εἰσι μάχης.

Thes. 9. 1: οὐ φαῦλον ἦν θηρίον ἀλλὰ μάχιμον. Nunc mihi cum Cobeto res est, qui in Collectaneis Criticis p. 547 apud Plutarchum in Vita Tib. Gracchi 10. 3: οὐδὲν εἰπεῖν λέγονται περὶ ἀλλήλων φαῦλον, ex nonnullis codicibus suasit ut reciperetur varia lectio φλαῦρον. „Etenim", inquit, „φαῦλον est εὐτελές, sed φλαῦρον κακὸν ἢ μοχθηρόν". De usu Atticorum concedo ipseque qua potui industria horum adiectivorum discrimen constituere conatus sum ad Isocratem in *Mnem.* 1879 p. 58. φλαῦρον et κακὸν prorsus synonyma sunt, veluti ut ex permultis locis olim congestis unum afferam, apud Aristophanem in Nubibus vs. 834: μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς, idem est quod: μὴ κακῶς εἴπῃς. Quidquid autem leve ac contemnendum est, quod mediocre Romani appellant, φαῦλον dicitur. Quod Socrates noto loco dixerat: ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; id Cicero interpretatus est: Haec peregrinatio vobis mediocris videri potest? Secundum Horatium mediocribus esse poetis nec dii neque homines concesserunt: nempe non fert τοὺς φαύλους ποιητάς, nam οἱ φλαῦροι apud omnes semper et ubique vapulant. Sed non opus est nubem exemplorum iterum describere, nam de vera ac primitiva adiectivi potestate non dubitatur. Res mihi tum eo redire visa est: quem φαῦλον dicimus, idem est ἐπιεικής, sed hoc interest: laudamus τὸν ἐπιεικῆ quod vitii immunis est; vituperamus τὸν φαῦλον tanquam virtutis expertem. Eundem hominem amici ἐπιεικῆ appellabunt, inimici autem qui omnia maligne interpretantur, φαῦλον. Cives φαῦλοι neque ἄριστοι sunt, nec κάκιστοι et qui auream diligit mediocritatem, cum Euripide praedicare poterit: φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγις' ἀγαθόν, nam mediocris vitae conditio omnium tutissima et in medio tutissi-

Digitized by Google

mus ibis. Apud Photium meum in voce φαῦλον habemus perdoctam adnotationem excerptam ex Boethi Lexico Platonico, qui unius eiusdemque adiectivi decem significationes percenset, sed omnes nullo negotio referri possunt ad eam notionem, quam modo dixi. Quid autem ibidem Aelius Dionysius? Φαῦλον ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τοῦ κακοῦ καὶ μοχθηροῦ τάσσομεν, παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς σημαίνει τὸ ἁπλοῦν καὶ ῥᾴδιον. Hoc ipsum confirmat Plutarchus, qui Aelium Dionysium aetate haud multum antecessit. Convenit Boethus in Scholiis ad Platonis Alcibiadem: ἐκνενίκηκε μέντοι τὴν παλαιὰν χρῆσιν ἡ εἰς τὸ κακὸν κατάληψις· φαῦλον γὰρ οἱ πλεῖστοι τὸ κακὸν ἐξακούουσι. Apud Plutarchum quantum nunc quidem commemini, legitur compositum verbum ἐκφλαυρίζειν Pomp. 57. 3, Philopoem 19. 1, Cic. 38. 2 et Moral. p. 680 C et p. 1118 C, sed adiectivum φλαῦρος, nisi Aem. Paul. 36. 1 et Moral. p. 369 A non occurrit. Contra frequens usus est adiectivi φαῦλος, quod interdum idem est quod εὐτελές, veluti Thes. 9. 1: οὐ φαῦλον ἦν θηρίον ἀλλὰ μάχιμον et Thes. 27. 1: φαίνεται δὲ μὴ φαῦλον αὐτοῦ μηδὲ γυναικεῖον γενέσθαι τὸ ἔργον; sed ceteroquin fere idem est quod φλαῦρον vel κακόν. Sic in Vita Timoleonsis init. opponuntur τὰ χρηστὰ et τὰ φαῦλα et Mar. 40. 4 Sextilius praetor dicitur οὔτε φαῦλον οὐδὲν οὔτε χρηστὸν ἐκ Μαρίου προειληφέναι. Saepissime inter sese opponuntur τὸ φαῦλον et τὸ ἀγαθόν, ut appareat τὸ φαῦλον idem prorsus esse quod τὸ κακόν, v. c. Aristid. 25. 11, Aem. P. 36. 1, Pelop. 1. 2, Cat. Mai. 9. 11, Demetr. 1. 2, Dion. 58. 1, alibi, nec miror in quaestione minime ancipiti Lobeckium ad Aiac. p. 473 utriusque vocabuli discrimen non potuisse constituere, cum inter veteres et recentiores scriptores non satis accurate distingueret. Verum haec iam abunde satis sunt, ut intelligas nihil esse causae cur Tib. Gr. 10. 3, a quo loco disputationem nostram exorsi sumus, cum Cobeto φλαῦρον reponamus. Habet ea lectio aliquid a Codicibus praesidii, sed φαῦλον de constanti Plutarchi more usurpatum est.

Gravius peccat Plutarchus, dum fere negligit discrimen quod intercedit inter particulas οὐ et μή. Ecce unum et alterum exemplum: Thes. 12. 1: τὸν Θησέα εἰσίασαν, μηδενὸς πρότερον αὐτῷ φιλανθρώπου καθ' ὁδὸν ἐντυχόντος. Thes. 14. 2 Hecale ἔοικε μὴ πάσης ἀμοιρεῖν ἀληθείας. Thes. 17. 10: μηδέπω τότε τῶν

Digitized by Google

Ἀθηναίων προσεχόντων τῇ θαλάσσῃ. Thes. 33. 2: *ἠξίωσαν μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες.* Rom. 18. 12: *μηδενὸς ἀνασρέφειν τολμῶντος.* Rom. 27. 10: *οἴονται μήτε ἐν τῷ ἱερῷ μήτε μόνων τῶν βουλευτῶν παρόντων γενέσθαι τὸν ἀφανισμόν.* Pericl. 23. 1: *ὁ δῆμος ἀπεδέξατο μὴ πολυπραγμονήσας μηδ' ἐλέγξας τὸ ἀπόρρητον.* Flamin. 5. 2: *ὥσε τὸν ἐπιμήνιον σῖτον μὴ μεμετρημένους οὐδ' εὐποροῦντας ἀγορᾶς ἀπέχεσθαι τῆς χώρας.* Crass. 12. 5: Pompeium *ὑμεῖς μήπω γενειῶντα Μέγαν ἀνηγορεύσατε.* Pomp. 14. 5: *μηδέπω βουλεύων ἐθριάμβευε.* Pomp. 16. 3: *ἀνὴρ ὁμοίως τῷ πατρὶ μήτε πολεμήσας μήτε ἀποθανών.* Pomp. 23. 1: *ὃν ὑμεῖς μήπω γενειῶντα Μέγαν ἠξιώσατε καλεῖν.* Pomp. 72. 1: *μηδ' ὅτι Μάγνος ἐςὶ Πομπήιος ἐννοοῦντι, μηδένα προσειπὼν ἀπῄει.* Eiusdemmodi exempla ubique pullulant. Uti vides, persaepe Plutarchus pro *οὐ* ponit *μή*· contrarium non memini me videre. Est haec sequiorum incuria, de qua multi dixerunt et postremus omnium Fritzius ad Synesium p. 131. Etiam Bernardaces conferendus erit, Moral. vol. I p. LXVII.

Thes. 15. 3. Ridiculum est videre quam anxie Plutarchus vitet omne hiatuum genus. Peccat in grammaticam et vocabula mirum in modum traiicit, id unice agens ne vocales collidantur. Quoniam haec non doctorum tantum virorum oculis destinata sunt, sed etiam tironum, quibus nisi scribendo prodesse non amplius possum, age quaedam insignia exempla colligam in unum. Thes. 15. 3: *δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν*· apertum est cur non scripserit *ἀποθνήσκειν*· sed nec novit usum Atticorum nec scire curat; hinc v. c. Pericl. 7. 2 legitur plusquamperfectum *ἀποτεθνήκει* et Moral. p. 518 F *ἀποτεθνήκασιν.* Rom. 12. 1: *ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται*· haud parum rectius foret *ἐγένετο*, sed obstabat hiatus. Coriol. 5. 4: *πεῖραν ὕβρεως ὄχλου καὶ θρασύτητος ἐπανισαμένου τοῖς νόμοις*· eadem de causa *ὕβριν καὶ θρασύτητα* coniungere noluit, quemadmodum fecit Coriol. 16. 3, sed vocabulorum naturalem ordinem perturbavit, scribens *ὄχλου καὶ θρασύτητος* pro *καὶ θρασύτητος ὄχλου.* Similiter quam est ridicule dictum Camill. 18. 4: *ἐγκωμιάζεσθαι γυναῖκα δημοσίᾳ τελευτήσασαν* et in simplicissimo argumento Public. 17. 4: *Τυρρηνίδα φορῶν ἐσθῆτα.* Non minus insulse scripsit Cat. Mai. 12. 1: *Τι-*

Digitized by Google

βερίῳ τὰ περὶ Θρᾴκην ὑπατεύοντι πρεσβεύων συγκατειργάσατο itemque Sertor. 16. 1: τῶν ἐντὸς Ἴβηρος αὐτῷ ποταμοῦ πάντων ὁμοῦ τι προστιθεμένων, nec facile quis crediderit vocabula Ἴβηρος et ποταμοῦ potuisse divelli, sed potior est horror hiatus. Ages. 26. 2: τὸν Κλεόμβροτον οὐχ ἑώρα πρόθυμον ὄντα, nescio quomodo non scripsit: ἑώρα μὴ πρόθυμον ὄντα, sed maluit οὐχ ἑώρα dicere, quod equidem facilius feram quam negligentiam, quam supra notavimus. Pomp. 16. 4: ἀπέδρασεν εἰς Σικελίαν, ubi certe minime corrigendum ἀπέδρα. Cf. Bernardaces Moral. vol. I p. LXII. Praeterea conferri iubeo Pomp. 39. 2: τὰ πλεῖστα τῶν περὶ αὐτὸν ἁμαρτήματα Φίλων. Caes. 17. 3: ἐκοιμᾶτο τοὺς πλείστους ὕπνους ἐν ὀχήμασιν ἢ Φορείοις, nam unde derepente pluralis numerus? Nempe sequitur εἰς πρᾶξιν. Deinde incommodus est verborum ordo Caes. 34. 1: συμπαρηνέχθησαν οὐδὲν δεόμεναι τῷ ῥεύματι τῆς Φορᾶς ἐκείνης. Cleom. 26. 2: κατὰ τὴν Κυλλάραβιν γενόμενοι τὸ γυμνάσιον ἐπεχείρουν προσΦέρειν πῦρ, cave deleas id quod est τὸ γυμνάσιον. Tib. Gracch. 19. 3: Φεύγων ἐν τοῖς χιτῶσιν ἐσΦάλη· ecce iterum pluralis numerus ut hiatus vitetur, quamquam, fateor, itidem legitur Brut. 43. 3: τὰς χλαμύδας ἐπὶ τὴν κεΦαλὴν ἀναγαγών et Brut. 45. 1: ἀπὸ τοῦ νεκροῦ τὰς χλαμύδας λαβών, nec tamen ultimo loco occurrendum erat vocalium elisioni. Sed turpius est Dion. 43. 1: εἰ σῶσαι μὴ δυναίμην, ἄπειμι τῷ πυρὶ καὶ τῷ πτώματι τῆς πατρίδος ἐνταΦησόμενος, ubi scribendum fuerat δύναμαι, sed palam est quid Plutarchum prohibuerit. Denique, nam tandem mihi finis quaerendus est, invenio Oth. 10. 1: τοῦτο προεξαμαρτὼν οὐχ ὅτι μόνον, — ἀλλὰ καί, ubi dici debuerat ὅτι οὐ μόνον, sed mala consuetudo verterat in naturam. Habet haec observatio aliquam usum ad textum constituendum. Veluti quod legimus Thes. 34. 4: ἐνίων λεγόντων Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Θεσσαλίᾳ τὸν Πάριν ὑπ' Ἀχιλλέως κρατηθῆναι, libenter expungerem inutile Paridis nomen, sed cavendum ne hiatus oriatur.

Restat aliquid quod me male habet: nimirum alibi Plutarchus putidam illam diligentiam vult contemsisse videri. In opusculo de Gloria Atheniensium p. 350 E αὐτολεξεὶ ita scribit de Isocrate: πῶς οὖν οὐκ ἔμελλεν ἄνθρωπος ψόΦον ὅπλων Φοβεῖσθαι καὶ σύρριγμα Φάλαγγος ὁ Φοβούμενος Φωνῆεν Φωνήεντι συγκροῦσαι καὶ συλλαβῇ τὸ ἰσόκωλον ἐνδεὲς ἐξενεγκεῖν; Itidem de Vitioso

Digitized by Google

Pudore p. 534 F: *ἐνίους γοῦν ὁρῶμεν οὐδὲ φωνήεντι συγκροῦσαι φωνῆεν ἐν τῷ λέγειν ὑπομένοντας*. Alibi autem, de Stoicorum Repugnantiis p. 1047 B, suam in scribendo diligentiam contra Chrysippum defendere videtur: *οὕτω δέ τις φιλότιμος ἐνταῦθα περὶ τὸν λόγον γενόμενος πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως ὑπειπών· οὐ μόνον, φησὶ, ταῦτα παρετέον τοῦ βελτίονος ἐχομένους, ἀλλὰ καὶ ποιὰς ἀσαφείας καὶ ἐλλείψεις καὶ νὴ Δία σολοικισμούς, ἐφ' οἷς ἄλλος ἂν αἰσχυνθείησαν οὐκ ὀλίγοι*. Non mihi ab omni parte expeditum est definire quid tandem Plutarchus ipse senserit. Coronae aliquid eum dedisse dixeris.

Thes. 17. 10. In honorem gubernatorum navis qua Theseus in Cretam profectus est, monumenta dedicavit, quae rectissime *ἡρῶα* dicta sunt, nam revera illis divini honores habiti sunt. Differunt *ἡρία* nec sollicitandum est quod invenio Them. 9. 6: *θεῶν τε ἱερὰ καὶ πατέρων ἡρία προιεμένων* vel Phoc. 37. 2: *σὺ δὲ αὐτὰ τοῖς πατρῴοις ἀπόδος ἡρίοις* vel Tib. Graech. 9. 3: *οὐδενὶ γάρ ἐστιν οὐ βωμὸς πατρῷος, οὐκ ἡρίον προγονικὸν τῶν τοσούτων Ῥωμαίων*· dubito autem de Pyrr. 10. 6, ubi certe mordacius dictum erit: *περὶ τῶν ἐν Μολοττοῖς ἡ ρ ί ω ν καὶ τάφων διαγωνίσασθαι*, quam *ἱ ε ρ ῶ ν καὶ τάφων*· minime vero dubito quin Camill. 31. 3: *ἐπιδεικνυμένη μὲν ἡ ρ ῷ α καὶ τάφους πατέρων*, longe praestet *ἡ ρ ί α καὶ τάφους*.

Thes. 19. 1: *διδαχθείς, ὡ ς ἔ ς ι τοῦ λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν*. Multum praefero: *π ῶ ς ἔ ς ι*. Similiter Rom. 16. 9: *ὡ ς ἂν μάλιστα τὴν εὐχὴν τῷ Διὶ κεχαρισμένην παράσχοι σκεψάμενος*, lege: *π ῶ ς ἄ ν*.

Thes. 19. 7: *δόγμα κοινὸν ἦν Ἑλλήνων μηδεμίαν ἐκπλεῖν τριήρη μηδαμόθεν ἀνδρῶν π έ ν τ ε π λ ε ί ο ν α ς δεχομένην*· hoc quidem absurdum est: emenda *π ε ν τ ή κ ο ν τ α*. In *Mnem.* 1895 p. 298 hoc egi ut ostenderem quomodo navis remorum quinquagenum olim *τριήρης* dici potuerit, triplicato remigum numero qui olim fuerant viceni. Hae naves vel sic satis magnae erant, quamquam Homerus in catalogo iam maiores noverit, quorum remiges essent 120. *Ἐν τριακοντόρῳ, ἐν πεντηκοντόρῳ, ἐν τριήρει* (nam *ἐξηκόντορος* non dicitur et hic vetus vocabuli usus fuit, quem Graeci postea ignorarunt), sedebant remiges una longa serie,

Digitized by Google

unus post alterum. Postea sub tempora Persicorum bellorum introductus est triplex remorum ordo, remiges sunt facti 180 fere, sed mansit τριήρους nomen, quod quum Thucydides perperam interpretaretur, incidit in perplexas difficultates, unde sese extricare non potuit. Ceterum navis qua Theseus vectus est, τριακόντορος erat, cf. c. 23. 1. Verum non mihi est propositum totam quaestionem iterum pertractare. Hoc solum addo me in *Mnem.* 1855 p. 55 itidem apud Herodotum I 7 indicavisse locum ubi pro πέντε necessario rescribendum est πεντήκοντα.

Thes. 19. 12: ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης· immo: ἐπὶ δὲ τοῖς πράγμασι.

Thes. 24. 6 describitur oraculum Theseo datum, cuius duo sunt postremi versiculi:

Ἀλλὰ σὺ μή τι λίην πεπονημένος ἔνδοθι θυμόν
βουλεύειν· ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδματι ποντοπορεύσει,

quod interpres ita vertit: Uter ut insanis pelagi iactaberis undis. Recte hoc quidem, sed ut in Graecis idem insit, opus est corrige: ποντοπορεύσεις· Breviter dixit de hoc usu Cobetus in Variis Lectionibus p. 69 et quod legitur in Vita Cleomenis 33. 3: οὗτος ὁ λέων ἐν τούτοις τοῖς προβάτοις ἀναῤῥέφεται, bis expuncto articulo emendavit: οὗτος λέων ἐν τούτοις προβάτοις ἀναῤῥέφεται. In eiusmodi comparationibus articulo non est locus, quod ut demonstraret, Cobetus tunc satis habuit unum afferre Solonis versiculum: ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐῤῥάφην λύκος. Alia dedit *Mnem.* 1859 p. 35, ubi affert proverbia: Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται et ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι et ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύσηνος κύων, h. e. canis instar. Tertium eodem rediit *Mnem.* 1875 p. 247, ubi Libanium sollerter emendavit totamque rem novis quibusdam exemplis stabilivit, veluti Arist. Plut. 314: ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι et Lysistr. 927: τό πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται. Plurimos locos suo more, h. e. breviter, indicavit Dobraeus in Adversariis II p. 139. Ipse paucula addidi *Mnem.* 1878 p. 257, v. c. ἀετὸς κάνθαρον μαιεύσομαι et Φράζε τοίνυν ὡς ἐγώ σοι πᾶς ἀνέρριμμαι κύβος et μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄψωμαι μάχης, in quibus prima persona rem extra dubitationem ponit. Erratur apud Lucianum in Apol. p. Merced. Conduct. 3: κατὰ

Digitized by Google

σαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον, ubi sentis quam moleste articulus additus sit. Apud Plutarchum eodem referendum est Solon. 14. 12 fragmentum:

ἤθελον γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβών,
καὶ τυραννεύσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν
ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι κἀπιτετρῖφθαι γένος.

Saepissime hunc loquendi morem interpretes non agnoverunt: veluti quod scripserat Plato Comicus ap. Plut. Pericl. 4. 4: Χείρων ἐξέθρεψας Περικλέα, ne Meinekius quidem intellexerat, cf. Cobet. ad Plat. Com. p. 188.

Thes. 26. 6 leve vitium remanet corrigendum. Quum adulescens Antiopam voluisset corrumpere, legimus generosam mulierem πρὸς τὸν Θησέα (τὸ πρᾶγμα) μὴ κατηγορῆσαι. Lege: καταγορεῦσαι, nam novicia forma pro κατειπεῖν apud Plutarchum non debet offensioni esse.

Thes. 27. 3: Εἰ μὲν οὖν τῷ Κιμμερικῷ Βοσπόρῳ παγέντι διαβᾶσαι περιῆλθον, ἔργον ἐστὶ πιστεῦσαι. De Amazonibus hoc dictum est, sed requiro: Ὅτι μὲν οὖν. Praeterea videtur latere lacuna et collato Caes. 58. 2 suppleverim: (τὸν Πόντον ἐκ)περιῆλθον.

Rom. 1. 3 non intercedo quominus Troiani profugi recte dicantur περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν ὁρμίσασθαι, etiamsi c. 7. 11 gemini fratres inventi sint ἐν σκάφῃ τινὶ κείμενοι παρὰ τὸν μέγαν ποταμόν. Discrimen apertum est: περὶ τὸν ποταμόν indicat in fluvii vicinia locum, παρὰ τὸν ποταμὸν expositi infantes erant in ipsa ripa. Sic Publicola c. 16. 4 dicitur μάχην συνάψαι παρὰ τὸν ποταμόν. Id quod dixi aliunde facile corroborari poterit, sed apud Plutarchum interdum erratur. Exempli gratia Cam. 22. 2 legimus Heraclidem Ponticum memoravisse Romam urbem alicubi κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. Recte Plato in Phaed. 109 B fingit mortales οἰκεῖν ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας περὶ τὴν θάλατταν οἰκοῦντας, sed apud Plutarchum malo παρὰ τὴν μεγάλην θάλασσαν, nam credebat Heraclides Romam sitam esse ad ipsum mare. Fab. Max. 1. 1 Nympha quaedam cum Hercule rem habuisse dicitur περὶ τὸν Θύμβριν ποταμόν, Fab. Max. 15. 1 Terentius Varro adversus Hannibalem castra posuit

Digitized by Google

περὶ τὸν Αὐφίδιον ποταμόν et Fab. Max. 3. 1. Flaminius περὶ τὴν Θρασυνίαν λίμνην παρετάξατο· his tribus locis itidem παρά malo. Etiam certius iudicio Cleom. 4. 1 non fuisse Minervae fanum περὶ τὴν Βέλβιναν, sed παρά. Sed res fortasse tanti non est.

Rom. 1. 5. Est quidem Plutarchus admodum negligens in veris nominum verborumve formis secernendis, sed tamen demiror ἱδρυνθέντας et Rom. 2. 5 ἀποκλινθέντος et Sert. 13, 3 ἱδρυνθέντα et Galb. 27. 1 ἀποκλινθέντος. Rectius Cam. 15. 1 legitur ἱδρυθέντες.

Rom. 2. 7: Ταρχετίῳ γὰρ Ἀλβανῶν βασιλεῖ παρανομωτάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ φάσμα δαιμόνιον οἴκοι γενέσθαι Inseram ὠμοτάτῳ (γεγονότι), quod vides cur exciderit. Itidem apud Plut. de Liberis Educ. 8 E: φαίνῃ τὴς μὲν τῶν πενήτων καὶ δημοτικῶν παραμελεῖν ἀγωγῆς, μόνοις δὲ τοῖς πλουσίοις ὁμονοεῖς τὰς ὑποθήκας διδόναι· sine sensu: lux oborietur si pro ὁμονοεῖς rescripseris: γεγονόσιν. Malo hoc certe quam Bernardacianum ἐμμελεῖς.

Rom. 8. 3. Faustulus proficiscitur ad Numitorem: ὑποψίαν οὖν τοῖς περὶ τὰς πύλας Φρουροῖς τοῦ βασιλέως παρέχων καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν — οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ χλαμυδίῳ περικαλύπτων. Sintenisius corrigit: ἐφορώμενος· Herwerdenus auctor est ut deleamus; καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν· praestat, credo: φωρώμενος. Cf. Solon. 29. 4: τὸ ἦθος ἐφώρασεν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιβουλὴν πρῶτος ἐγκατεῖδεν. Comp. Sol. et Publ.: τὴν προδοσίαν ἐφώρασε. Them. 32. 4: φωράσαντες τὰ λείψανα. Cam. 25. 2: μὴ φωράσωσιν οἱ πολέμιοι τοῦ Καμίλλου τὴν διάνοιαν. Et ubi non?

Rom. 9. 6. Notabilis est formula: ταῦτα μὲν οὖν ὕςερον. Eadem recurrit Lycurg. 7. 3; Alcib. 7. 7; Philopoem. 13. 8; Flamin. 12. 8; Marcell. 5. 4; Syll. 6. 18; Lucull. 36. 7; Crass. 3. 7; Pomp. 2. 8; Caes. 4. 4; C. Gracch. 10. 4; Anton. 5. 1; Anton. 50. 2 et Arat. 43. 3. Nusquam autem stultius dictum est: ταῦτα μὲν ὕστερον quam Pyrr. 3. 7, ubi miraculum ex-

Digitized by Google

ponitur quod accidisse traditur, dum Pyrrhi corpus crematur.

Rom. 12. 8. Edixit Tarutius *τὴν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος*. Arbitror praestare: *ἐν τῇ μήτρᾳ*.

Rom. 13. 8. Supplebo: *ἅμα δὲ πρὸς ἀλλήλους θαυμασὴν ἔννοιαν αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων (αἰτίαν) ὑπάρξουσαν ἐνεποίησεν*.

Rom. 14. 8. In fabula de raptu Sabinarum hoc quoque legitur: *Οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀφανοῦς ὄντος ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ θεῷ βωμὸν γενέσθαι κεκρυμμένον*. Malo: *οἱ δὲ καὶ ἄλλως φασί*. Itidem continuo post c. 15. 10: *παρέμεινεν οὖν τοὺς διδόντας ἢ παραπέμποντας ἢ ὅλως παρόντας ἀναφωνεῖν τὸν Ταλάσιον·* commendo: *ἢ ἄλλως παρόντας*. Similiter recte Lucull. 1. 3: *ἐδόκει δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἀγεννὲς τὸ τῆς κατηγορίας ἔργον*.

Rom. 19. 3. Haud satis scio an viri docti nondum attenderint ad inauditam locutionem: *παιδία κομίζουσαι νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις*. Dicendum hoc fuerat *ἐν ταῖς ἀγκάλαις*, sed obstabat hiatus odium. Hic commode mihi Platonis in mentem venit. Cobeti verba sunt *Mnem.* 1857 p. 300: „Dicebant Graeci festive et venuste *ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέρειν τινά* et *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν τινά* pro *ὑπεραγαπᾶν*." Deinde duos locos affert, alterum Xenophontis, in quo legitur *ἐν ταῖς ἀγκάλαις*, alterum Platonis, in quo est *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς*. Equidem subdubito, nam *περιφέρειν ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς*, translato utique sensu, prorsus aberrat a veritate naturae. Legitur de Rep. X p. 600 D: *οὕτω σφόδρα φιλοῦνται ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι*. Hic dixeris necessario legendum esse *ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις*, nec nimis violentam eam correctionem esse. Ipsum Cobetum credo in eam suspicionem incidisse, sed proferre noluisse. Cur? inquis. Nempe causa ante pedes est posita. Platonem imitatur Themistius Orat. XXI p. 254: *ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μονονοὺκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν*. Nihili hoc hodie habemus, nam

Digitized by Google

optime novimus multa esse in Platone ceterisque scriptoribus vitia admodum vetusta nec miramur si forte Themistius mendosis in Platonis codice lectionibus deceptus fuerit. Aliquot annis post Cobetus hoc argumentum saepe attigit et idoneis argumentis instituit comprobare id quod dixi; sed anno 1857 nondum ad eam quaestionem animum attenderat. Confer modo quae anno 1876 scripsit in Miscellaneis Criticis p. 159 sqq. aliaque quae in unum contuli in Vita Cobeti p. 265 sqq.

Rom. 19. 12. Erant Romanae matronae *πάσης λατρείας πλὴν ταλασίας ἀφειμέναι*. Supra c. 15. 7 legeramus vocabulum e Graeco fonte esse repetendum, *οὔπω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων*. Sic editur sine sensu et miraculo est editores noluisse in textum recipere Schaeferi correctionem: *οὕτω τότε*, cum praesertim legatur Num. 7. 7: *τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων*. Aperta res est et vulgata scriptura totius loci sententiam pessumdat.

Rom. 22. 3 aliquid supplendum est. Lituus est *καμπύλη ῥάβδος, ᾗ τὰ πλινθία καθεζομένους ἐπ' οἰωνῶν (φασὶ) διαγράφειν*.

Rom. 22. 4 vexatus locus est. Licet civi Romano repudiare uxorem *ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν*. Quas hic appellat claves subditicias? Parum proficimus Madvigii correctione: *ἐπὶ φαρμακείᾳ καὶ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ*. Cobetus coniecit: *ἐπὶ φαρμακείᾳ καὶ τέκνων ὑποβολῇ*, neque vitii originem aperuit. Bernardaces in Symbolis primum nescio quid tentavit, deinde p. 145 laudavit Arist. Thesm. 420: *οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλῃδία αὐτοὶ φέρουσι κρυπτὰ κακοηθέσατα*, ut ostenderet nihil esse cur traditam lectionem sollicitaremus. Mihi quidem non persuasit: scripserim: *ἢ παίδων ὑποβολῇ*. Poterit haec correctio nimis violenta videri, neque ausus fuissem tam improbabilem coniecturam proferre, nisi meminissem apud Xenoph. Anab. IV. 8. 25 *παῖδα* in multis codicibus abiisse in *ἡλίδα*· eodem modo ΗΠΑΙΔΩΝ potuit corrumpi ut fieret ΚΛΕΙΔΩΝ. Restat: *ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων*· nescio fortasse quid lateat, sed id cavendum ne hiatum in textum inferamus. Nihil reperio

Digitized by Google

quod aliquam probabilitatis speciem habeat praeter: ἐπὶ Φαρμακείᾳ συγγενῶν. Sed alii videant.

Rom. 22. 7. Annis prope sexcentis nemo Romae parricida fuit: πρῶτος μετὰ τὸν Ἀννιβαϊκὸν πόλεμον ἱερεῖται Λεύκιος Ὅσιος πατροκτόνος γενέσθαι. Nemo ita loquitur: scribe: κατὰ τὸν Ἀννιβαϊκὸν πόλεμον. Livius rem ad Mariana tempora detrudit Epist. LXVIII: Publicius Malleolus matre occisa primus insutus culeo in mare praecipitatus est. Est sane verum inter Romulum et Hannibalem non esse intervallum annorum sexcentum, sed Plutarchus chronologiam parum curat; scribit v. c. Num. 22. 4 post quadringentos annos in Ianiculo inventas esse arcas, in quibus libri inessent Numae cum ipsius ossibus. Sed spatium fuit annorum quingentum, cf. Liv. XL 29. Suam ipsius de chronologia sententiam aperit Solon. 27. 1. Sunt qui negent Solonem Sardes venire potuisse ad regem Croesum: ego vero, inquit, tam illustrem fabulam οὔ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισι λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταςῆσαι τὰς ἀντιλογίας.

Rom. 23. 8. Multi Sabini Romulo ὡς θεῷ χρώμενοι διετέλουν. Hoc quidem nimium est, coll. c. 27. 14: post excessum demum principis eum coli iusserunt utpote θεὸν εὐμενῆ γεννησόμενον ἐκ χρηςοῦ βασιλέως. Itaque θείῳ legendum. Quirinus se δαίμονα appellat c. 28. 5 et vide ipsius Plutarchi iudicium de discrimine c. 28. 18.

Rom. 24. 6. Romulus cives non ἐκ Ῥώμης κατῴκισεν εἰς τὴν Καμερίαν, sed μετῴκισεν. Facilius feram Pericl. 23. 4: Ἐςιαιεῖς πάντας ἀναςήσας Ἀθηναίους μόνους κατῴκισε.

Rom. 28. 3: τί δὴ παθών· male adhaeret ἢ διανοηθείς.

Rom. 29. 15. Incredibile est quod narratur factum fuisse Nonis Caprotinis: αἱ θεραπαινίδες ἀγείρουσι περιιοῦσαι καὶ παίζουσιν, εἶτα πληγαῖς καὶ βολαῖς λίθων χρῶνται πρὸς ἀλλήλας. De hoc festo vide Cam. 33, Macrob. Saturn. I. 11. 36, alios,

Digitized by Google

sed singulare est quod hic legimus de lapidum iactu. Quum omnia essent ad laetitiam composita, malo credere ancillas fuisse usas πληγαῖς καὶ βολαῖς ἀνθῶν. Si rem ipsam quaeris inter ἀνθοβολεῖν et λιθοβολεῖν multum interest, sed literarum ductus satis conveniunt. Sic Ναξία λίθος apud Photium in Ναξίανθος abiit. Cf. Pomp. 58. 4, ubi Curio εἰς τὸν δῆμον ἐξήλατο, κρότῳ καὶ βολαῖς στεφάνων καὶ ἀνθῶν δεξαμένων αὐτόν. Sed quid plura in re aperta?

Lycurg. 4. 6. Primus Lycurgus in Asia Homerica carmina descripsit et in Europam attulit: ἐκέκτηντο δ' οὐ πολλοὶ μέρη τινά, cum carptim ac temere circumferrentur. Malo πολλά.

Lycurg. 5. 1: ἐν ἐκείνῳ δύναμιν ἀνθρώπων ἀρωγὸν οὖσαν. Itidem leve est quod requiro, nimirum ἐνοῦσαν.

Lycurg. 5. 8. Archelai vox est: πῶς δ' ἂν οὐκ εἴη Χαρίλαος ἀνὴρ ἀγαθός, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς χαλεπός ἐστι; Delenda negatio: vide modo Moral. 55 E.

Lycurg. 5. 12: Εἴη δ' ἄν τι καὶ τὸ τοῦ ἀριθμοῦ δι' ἑβδομάδος τετράδι πολλαπλασιασθείσης ἀποτελούμενον, καὶ ὅτι τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἴσος ὢν μετὰ τὴν ἑξάδα τέλειός ἐστιν. Hoc quoniam esse video qui minus intelligant, haud abs re fuerit adnotare VI et XXVIII perfectos esse numeros, suis scilicet partibus aequales. Nempe $6 = 1 + 2 + 3$ et $28 = 1 + 2 + 4 + 7 + 14$. Perfecti numeri sunt admodum rari: primus post 28 est 496: cf. Gelder. ad Theon. Smyrnaeum p. 186. Id iure dubites eane de re Lycurgus cogitaverit cum tot faceret Senatores. Alia de causa itidem ternarius numerus perfectus dicitur Fab. Max. 4. 7. Cf. quoque Moral. p. 738 F.

Lycurg. 8. 1: πολλῶν ἀπόρων ἐπιφερομένων τῇ πόλει· videndum an non praestet ἐπιφυομένων, i. e. quum succrescerent. Contra Lucull. 1. 3: τοὺς νέους ἐβούλοντο τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιφυομένους ὁρᾶν ὥσπερ θηρίοις εὐγενεῖς σκύλακας, malim equidem: ἐπιφερομένους.

Lycurg. 9. 2. De ferreis qui perhibentur Spartanorum nummis

Digitized by Google

nuper egi in *Mnem.* 1897 p. 444. Verum displicet quod continuo sequitur: τούτου δ' ἐπιχυθέντος ἐξέπεσεν ἀδικημάτων γένη πολλά. Quam nihil cogitavit Parisinus editor quum ita scriberet: Porphyrius qui locum laudavit, habet κυρωθέντος, unde ἐπικυρωθέντος verum esse suspicor, quod ante Doehnerum iam rescripserat Sintenisius.

Lycurg. 9. 5: ferrum ἀγώγιμον οὐκ ἦν πρὸς ἄλλους Ἕλληνας οὐδ' εἶχε τιμὴν καταγελώμενον. Imo: καταγόμενον, h. e. ad alias gentes importari non poterat, ὥςε οὐδὲ πρίασθαί τι τῶν ξενικῶν ὑπῆρχεν.

Lycurg. 10. 3: τοῦτο δὴ τὸ θρυλούμενον ἐν μόνῃ τῇ Σπάρτῃ σώζεσθαι. Porphyrius: βλέπεσθαι, quod recipiendum.

Lycurg. 11. 3: ἔδειξε τὸ πρόσωπον ἠμαγμένον καὶ διεφθαρμένην τὴν ὄψιν. Lege: διεφθαρμένον.

Lycurg. 12. 10 ridiculum est quod legimus senes Spartanos, edentulos credo, spreta carne τοῦ ζωμοῦ καταχεομένους ἐςιᾶσθαι. Emendemus: κατευωχουμένους. De temulentia Plato ad Spartanum hospitem Legg. I 637 E: ὑμεῖς μὲν γὰρ τὸ παράπαν ἀπέχεσθε, Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοί, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Huius moris apud Seuthen Xenophon oculatus testis fuit, Anab. VII. 3. 33. Sed Thracum est natis in usum laetitiae scyphis pugnare: Spartani Lycurgea disciplina imbuti aliter, qui convivarum sinus non vino respergebant, ac multo etiam minus iusculo, quo quid foedius? Spartanorum autem decorae εὐωχίαι memorantur c. 24. 6.

Lycurg. 18. 2. Postquam multas retulit de Spartanis τερατολογίας, venit Plutarchus ad rem cuius ipse testis fuit: τοῦτο μὲν οὐδὲ ἀπὸ τῶν νῦν ἐφήβων ἄπιςόν ἐςιν, ubi malo ἐπὶ τῶν νῦν. Multos enim vidit ad aram Dianae ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς· sed dicitur hoc, nisi fallor, ἐναποθνήσκοντας. Athen. XIII p. 596 F Harmodii amica ἐναπέθανε ταῖς βασάνοις.

Digitized by Google

Ceterum credo adulescentes quos vidit Plutarchus, non revera mortuos fuisse sublatos, sed λιποψυχῆσαι. Fuerit unus alterve qui gravi vulnere accepto animam efflaverit; compluribus hoc accidisse nego ac pernego. Proprio sensu est c. 20. 8: ἀποθνήσκειν ἐν τῷ μάχεσθαι.

Lycurg. 19. 3. Qui immodica venere utuntur, horum semen plerumque ἄκαρπόν ἐστιν similiterque ἡ πρὸς τὸ λαλεῖν ἀκρασία κενὸν τὸν λόγον ποιεῖ καὶ ἀνόητον. Lege: ἀνόνητον, in quod etiam Bernardaces incidit. Solemnis corruptela est.

Lycurg. 28. 6. Helotae quidam ab Thebanis capti, iussi recitare Alcmanis carmina, negarunt se nosse, φάσκοντες οὐκ ἐθέλειν τοὺς δεσποσύνους. Supple: οὐκ ἐθέλειν (μαθεῖν).

Lycurg. 30. 5. Stratonicus iocatus est et iussit Ἀθηναίους ἄγειν μυσήρια καὶ πομπάς, Ἠλείους δὲ ἀγωνοθετεῖν, sed stulta adscripta est adnotatio: ὡς κάλλιστα τοῦτο ποιοῦντας.

Lycurg. 31. 5. Hic quid sit quod narratur sepulcrum tum Lycurgi tum Euripidis fulmine tactum fuisse, planum faciet Rohdius in eximio libro de Anima I p. 320, qui tamen huius loci memor non fuit. Nempe post mortem apparuit quam cari essent immortalibus diis. Sic Aesculapius apud Minucium Felicem 22. 7 ut in deum surgat fulminatur.

Num. 4. 3. Fabulosa est de Egeria historia similisque iis quae alii περὶ ἄλλων θεοφιλῶν γενέσθαι δοκούντων παραλαβόντες ἠγάπησαν. Deinde exponit scriptor cur minime credat mortales cum immortalibus consuescere posse: unde ἠπατήθησαν malim.

Num. 7. 3: τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον. Si bene intellexi quid inter τρέψαι et ϛρέψαι intersit, legendum est ϛρέψας. Vide praeterea quae dicturi sumus ad Camill. 22. 5 et Demetr. 20. 1.

Num. 18. 4. Ianuarius undecimus mensis erat ἐπὶ Ῥωμύλου,

Digitized by Google

non quemadmodum perpetuo editur ὑπὸ Ῥωμύλου. Itidem Comp. Lyc. et Num. 3. 8 ubi sermo fit περὶ τῆς τιμῆς, quam matronae habebant ἀπὸ Ῥωμύλου, eodem remedio utendum.

Num. 19. 6. Instituerat Imp. Domilianus ut menses September et October de suis nominibus appellarentur: reliqui duo menses τὴν ἀπὸ τῆς τάξεως κλῆσιν ὥσπερ ἔσχον ἐξ ἀρχῆς διεφύλαξαν. Hoc ita demum apte dictum erit, si suppleveris (ἀεὶ) διεΦύλαξαν.

Comp. Lyc. et Num. 1. 7. Lycurgus κινδυνεύων καὶ βαλλόμενος μόγις ἐπεκράτησεν. Poterit quis hanc lectionem tueri coll. Lyc. 11. 2, sed praestat παραβαλλόμενος.

Comp. Lyc. et Num. 2. 3. Lycurgus artes illiberales ab civibus εἰς οἰκετῶν καὶ μετοίκων χεῖρας transtulit. Poterit hoc utcumque intelligi, sed eleganter rescribetur χρείας.

Comp. Lyc. et Num. 3. 5. Hic aliquanto evidentius odoror vitium. Lycurgi ἡ περὶ τὰς παρθένους Φυλακὴ τοῖς ποιηταῖς λόγον παρέσχηκε. Imo: ψόγον, qui frequentissimus error est.

Coma. Lyc. et Num. 4. 5: ἀνέδευσε τοῖς ἤθεσι τῶν παίδων τοὺς νόμους. Quam est mirum editores non obtemperavisse Reiskio corrigenti ἐνέδευσε. Contra brevi post: αἵματος καὶ νεκρῶν τὴν Ἰταλίαν ἐνέπλησαν, malo ἀνέπλησαν.

Solon. 1. 5: νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν. Lege: ἀπαγορεύοντα. Aeschinis locus est κατὰ Τιμάρχου, quem Cobetus tractavit *Mnem.* 1878 p. 131: ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν.

Solon. 2. 1. Haud satis scio an lectores iam satis attenderint ad id quod Plutarchus tradit, Solonem iuvenem ad mercaturam animum applicuisse: ὥρμησε, inquit, νέος ὢν ἔτι πρὸς ἐμπορίαν. Item c. 25. 5 legibus iam latis πρόσχημα τῆς πλάνης τὴν ναυκληρίαν ποιησάμενος ἐξέπλευσε. Itidem Platoni narrant, Solon. 2. 4, τῆς ἀποδημίας ἐΦόδιον ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ διάθεσιν

Digitized by Google

γενέσθαι. Hic fuerat quidem χορηγός, sed sumtus fecerat Dio Syracusanus, Aristid. 1. 4.

Solon. 10. 1. Invaserant Athenienses Megarensium fines: οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν Μεγαρέων ἐπιμενόντων, πολλὰ κακὰ καὶ δρῶντες ἐν τῷ πολέμῳ καὶ πάσχοντες ἐποιήσαντο Λακεδαιμονίους διαλλακτάς. Commendabo: ἀπαμυνόντων.

Solon. 12. 6. Venit Epimenides Athenas et multa προσυπειργάσατο καὶ προωδοποίησεν αὐτῷ τῆς νομοθεσίας. Nonne verius προϋπειργάσατο?

Solon. 19. 1. Expertus est Solon populum θρασυνόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει. Hanc Plutarchus c. 15 et alibi perpetuo ἄνεσιν nominavit. Interest aliquid inter utrumque vocabulum. Recte legitur Public. 12. 4: ὀρφανοῖς παισὶ καὶ χήραις ἀνεθείσης τῆς εἰσφορᾶς, non ἀφεθείσης.

Solon. 19. 4. Lex est: ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν ἢ ἐκ πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ βασιλέων ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε ὁ θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. Primum supplebo: (ὅσοι) ἐκ πρυτανείου· deinde multum praestat ἐπὶ τῶν βασιλέων. Pluralis usurpatur, quomodo c. 22. 4 legimus τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις nihil necesse esse τοὺς πατέρας τρέφειν. Sed res est in vulgus nota.

Solon. 20. 7. Optima lex erat secundum Plutarchum, qua maritus iubebatur quotmensibus cum uxore ter concumbere, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα. Haud parum praestabit ἐγγενομένων, sed me quodammodo retinet quod legitur Moral. p. 769 B.

Solon. 20. 9. Vehementer improbat Plutarchus nuptias vetulae cum adulescente vel senis cum virgine: τὴν ἀταξίαν, inquit, ταύτην οὐ δοτέον. Malim: οὐκ ἑατέον.

Solon. 24. 3: ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ

Digitized by Google

καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τριπήχει δεδεμένον πρὸς ἀσφάλειαν. Hoc quidem recte, sed inter δεδεμένον et πρὸς ἀσφάλειαν interpolata verba sunt: τὸ μὲν ἐνθύμημα χαρίεν, quae vel ipsa sede arguuntur. Nemone hoc vidit?

Solon. 27. 2. Quod supra iam obiter notabamus, ipse videt Plutarchus quam sint in vetere chronologia omnia incerta. Quam libenter si ullo modo potuisset, fecisset Numam et Pythagoram aequales! Difficile est credere venisse Solonem ad Croesum regem, sed noluit omittere omnibus celebratam, Solone denique ipso dignissimam fabulam. Est hoc Plutarchi iudicium ubique tenendum, sed imprimis in vitis eorum legendis, qui vixerunt antequam olim litterae effloruerunt et historia accuratius conscribi coepta est. Scribitur secundum Plutarchum historia ut utilem ad cognoscendum materiem praebeat: hoc ei longe pluris est quam ea tantummodo tradere, quae certa monumentorum fide nituntur. Interdum videt probatque saniora, veluti Camill. 22. 1: Brennus εἰσελάσας διὰ τῆς Κολλίνης πύλης εἷλε τὴν Ῥώμων ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐτῶν πλείονα βραχὺ χρόνον ἀπὸ τῆς κτίσεως ἔχουσαν, εἴ τῳ πιστὸν ἀποσώζεσθαί τινα τῶν χρόνων ἀκρίβειαν, οἷς καὶ περὶ νεωτέρων ἄλλων ἀμφισβήτησιν ἡ σύγχυσις ἐκείνη παρέσχε. Sed mox antiquum obtinet et incuria caput exserit. Vide praeterea ad Brut. 40. 3.

Solon. 28. 4: τὴν εὐδαιμονίαν ἐκείνην ἀποβαλεῖν ἄρα μεῖζον ἦν κακὸν ἢ λαβεῖν ἀγαθόν. Verba sunt, uti vides, Croesi ad Cyrum, nam Herodotus hic unicus fons est, quem Plutarchus sequitur; sed suppleverim: ἀποβαλεῖν ἄρα (μοι) μεῖζον ἦν κακόν.

Solon. 29. 6. Oderat Solon nascentem Thespidis gloriam: ταχὺ μέντοι παιδιὰν, ἔφη, ταύτην ἐπαινοῦντες καὶ τιμῶντες εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις. Displicet ultimum vocabulum: debet unicuique in mentem venire: ἐν τοῖς σπουδαίοις, nec fortasse nimis magna mutatio est.

Public. 4. 2. Aquilliis coniuratis interfuit Vindicius λάρνακα κειμένην πρὸ αὐτοῦ ποιησάμενος. Quid hoc est κειμένην? Va-

Digitized by Google

cuam, credo, arcam loco moverat ut pone eam lateret: hinc scribe λάρνακα κενήν.

Public. 7. 1. Valerius Vindicium οὐχ οἷός τ' ἦν ἀφεῖναι τῷ περὶ αὐτὸν ὄχλῳ καταμεμιγμένον. Coll. Alcib. 2. 3: οἷος ἦν διαφαγεῖν τὰς χεῖρας, Alcib. 4. 1: οἷος ἦν ἀμύνειν καὶ μὴ περιορᾶν, Alcib. 17. 5: οἷος ἦν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ὑφάπτειν, Pyrrh. 17. 2: τὸ πλῆθος οἷον οἴκοι καθῆσθαι περὶ λουτρά et Cat. Min. 2. 1: οὐχ οἷος εἶ τοῖς ξένοις συλλαμβάνεσθαι, ipse vides quid suspicer. Ceterum locus nondum perpurgatus est.

Public. 8. 1. Campi Martii τὸ ἥδιστον ἐκέκτητο Ταρκύνιος. Hanc interpres appellat amoenissimam partem, sed non video quomodo in ea planitie alia aliis amoeniora fuerint: fertiles agri erant nec quidquam ad animorum oblectationem. Vide quam leniter emendari possit: τὸ πλεῖστον. Eadem correctio est qua Cobetus *Mnem.* 1860 p. 308 subvenit Epist. ad Hebr. 11. 4.

Public. 13. 2. De quadrigis fictilibus nota historia est: Etrusci portendebant imperium fore παρ' οἷς ἔσοιτο τὸ τέθριππον. Requiro: γένοιτο.

Public. 16. 9. Horatio Cocliti datum fuit τῆς χώρας ἣν αὐτὸς περιαρόσειεν ἐν ἡμέρᾳ. Lege: ὅσην, quemadmodum supra iidem dederunt ὅσην ἕκαστος ἐν ἡμέρᾳ τροφὴν ἀνήλισκε.

Public. 19. 5. Quum obsides ad Porsenam remitterentur, οἱ περὶ τὸν Ταρκύνιον ἐν τῷ περᾶν ἐπέθεντο. Vitiosus accentus est; corrige: ἐν τῷ πέραν. Virgines adorti sunt in dextra fluminis ripa.

Public. 19. 10. Porsena τὰ ὅπλα τοὺς Τυρσηνοὺς ἀναλαβεῖν κελεύσας, ἄλλο δ' οὐδέν, ἀλλ' ἐκλιπεῖν τὸν χάρακα σίτου τε πολλοῦ καὶ χρημάτων γέμοντα παντοδαπῶν παρέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις. Nitida compositio ducit ad: ἐκλιπών.

Public. 19. 7. Dono dat rex Cloeliae equum κεκοσμημένον εὐπρεπῶς Non est hoc regale donum: equus fuit ἐκπρεπῶς

Digitized by Google

κεκοσμημένος. Discrimen in oculos incurrit. Erat Marcello 2. 5 filius formosus τὴν ὄψιν ἐκπρεπής· puer εὐπρεπής honestam habet faciam minimeque pulcram. Itidem considera Pericl. 24. 2; 29. 2 et Lucull. 2. 8. Vide praeterea ad Aratum 32. 1.

Public. 20. 3. Classicus locus est de foribus: legimus enim quid praecipuum habuerit Publicolae domus: τῶν δ' ἄλλων τότε θυρῶν εἴσω τῆς οἰκίας τὸ κλεισίον ἀνοιγομένων, ἐκείνης μόνης τῆς οἰκίας ἐποίησαν ἐκτὸς ἀπάγεσθαι τὴν αὔλειον. Absurdum est ἀπάγεσθαι nihilque latet nisi ἀνοίγεσθαι, quod primum in ἀνάγεσθαι abierat, deinde ἀπάγεσθαι factum est. Τὰς δ' Ἑλληνικὰς πρότερον οὕτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν, (τεκμήριον) ἀπὸ τῶν κωμῳδιῶν λαμβάνοντες, ubi in omibus libris id excidit quod vides. Nempe κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὐτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις ἔξω γένοιτο τοῖς παρερχομένοις ἢ προσῇσι. Dixit Cobetus de perverso usu verbi ψοφεῖν, sed manet corrigendum: προσεῖσι. Cf. Aesch. Sept. 126: προσίσανται πάλῳ λαχόντες. Itidem vide de officio ianitoris Moral. p. 516 E.

Public. 21. 9. Postquam Attus Clausus cum clientibus Romam venit, Publicola τοὺς οἴκους εὐθὺς ἀνέμιξε τῷ πολιτεύματι καὶ χώραν ἐκάστῳ ἀπένειμε δυοῖν πλέθρων παρὰ τὸν Ἀνίωνα ποταμόν, τῷ δὲ Κλαυδίῳ πέντε καὶ εἴκοσι γῆς ἔδωκεν. Quemadmodum Graeci πλέθρα, sic Romani iugera habent. Unum autem πλέθρον hectaras habet 0.087, iugerum autem hectaras 0.252 vel πλέθρα $2^3/_4$: tantum discrimen negligit Plutarchus, qui πλέθρα nominavit, ubi in libris Latinis iugerum facta erat mentio. Sic scribit Cam. 39. 5 de lege Licinia: ἐκέλευε δ' οὗτος μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι idemque docet Ti. Gracch. 8. 1; vetuerat autem, uti novimus, Licinius ne quis plusquam quingenta *iugera* possideret. Itaque Attus Clausus accepit 25 iugera, clientes autem bina iugera sive *heredium*, quod vix ac ne vix quidem satis erat ad familiam alendam, cf. Niebuhr. Histor. Rom. II p. 54 n. 92. Sed tam angustis finibus postea homines non erant contenti. Scribit Columella I. 3. 10: „Post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quae plebis tribunus viritim diviserat, maiores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis

Digitized by Google

praebent amplissima vetereta." Haec mensura Liciniana septenum iugerum diu in usu permansit: etenim pergit scribere Columella: „Curius Dentatus prospero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomine quinquaginta soli iugera, supra consularem triumphalem fortunam putavit esse; repudiatoque publico munere populari hac plebeia mensura contentus fuit." Postea gliscente luxuria, ne haec quidem mensura sufficere videbatur. De Mario scribit Plutarchus in Vita Crassi 2: *ἐπεὶ κατ' ἄνδρα νείμας ἑκάςῳ δέκα καὶ τέσσαρα πλέθρα γῆς ἔγνω πλέον ἐπιζητοῦντας, μηδείς, ἔφη, γένοιτο Ῥωμαίων ὀλίγην ἡγούμενος τὴν τρέφειν ἀρκοῦσαν.* Omnem fidem superat quod de Metello legimus in Vita Sertorii 22, 1, si quis Sertorium occidisset, eum pollicitum fuisse *ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα καὶ πλέθρα δισμύρια γῆς*! Sed facile est de alieno liberalem esse et modo vidimus Horatio Cocliti tantum scilicet agri datum fuisse quantum *περιαρόσειεν ἐν ἡμέρᾳ*, qua de re confer prudens Niebuhrii iudicium Hist. Rom. I p. 569 n. 1206.

Venio ad Aristidis caput 27, in quo plurima absurde traduntur. Est ibi sermo de Aristidis posteris et incipiam ab altera capiitis parte. *Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριςόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριςοτέλης ἱςοροῦσι Μυρτὼ θυγατριδῆν Ἀριςείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην.* Aristoteli fortasse venia dari poterit, nam dicitur spurius fuisse liber, in quo tam improbabilia tradidit. Sed etiamsi Aristoteles culpa vacet, quid de Demetrio dicemus, quid de Hieronymo, qui crediderunt Socratem fuisse *δίγαμον*· hodie fabula cum contemtu explosa est. Fieri potest ut Socrates olim, quantumvis pauper esset ipse, vetulam munusculo beaverit; sed miramur hodie usque ad Luzacium fuisse, qui hominibus impudenter mendacibus fidem haberent. Hos multis saeculis ante iam redarguerat Panaetius, sed audi quid Demetrius Phalereus praeterea commentus fuerit: *Ὁ δὲ Φαληρεὺς ἐν τῷ Σωκράτει φησὶ μνημονεύειν Ἀριςείδου θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα Λυσίμαχον, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε.* Lysimachum Aristidis filium bene novimus, nam Plato hominem nequam una cum Melesia Thucydidis filio ad vivum delineavit in Lachete. Nescio quam causam irarum

Digitized by Google

Plato fortasse habuerit nec sine aliquo odio facit delirum senem dicentem p. 189 E: ἐπιλανθάνομαι ἤδη τὰ πολλά, ὧν ἂν διανοηθῶ ἐρέσθαι καὶ αὖ ἃ ἂν ἀκούσω. Tum Thucydides, tum Aristides filios suos olim, ut est p. 179 C, εἴων τρυφᾶν atque ex perdita luxuria pervenerant ad despicabilem senectutem. Sed diversus est Lysimachus Aristidis ex filia nepos, quem Demetrius se cognovisse perhibet. Nihil est cur negem eum in angiportu somnia interpretatum fuisse tunicato popello: sic olim mendici qui nondum norant musica ὄργανα περιφόρητα. Morem mihi quis cognoscat ex Aristophanis Vespis vs. 53:

εἶτ' οὐκ ἐγὼ δοὺς δύ' ὀβολὼ μισθώσομαι
οὕτω σ' ὑποκρινόμενον σοφῶς ὀνείρατα.

Sed Demetrius Phalereus qui natus est a. 337 nullo modo Aristidis nepotem videre potuit: pergit autem mentiri: τῇ δὲ μητρὶ καὶ τῇ ταύτης ἀδελφῇ ψήφισμα γράψας δωρεὰν ἔπεισε τὸν δῆμον διδόναι τριώβολον ἑκάσης ἡμέρας. Αὐτὸς μέντοι ὁ Δημήτριος νομοθετῶν (per decennium inde ab anno 307) ἐψηφίσατο δραχμὴν ἑκατέρᾳ τάξαι τῶν γυναικῶν. Tam est absonum credere Demetrium superstites videre potuisse ipsas Aristidis filias, ut fere putem Plutarchum Demetrii verba negligenter descripsisse, qui cognovisset Lysimachum non Aristidis nepotem, sed pronepotem vel fortasse etiam abnepotem.

Verum utcumque ea res sese habet, nunc videndum de capitis parte priore, de qua luculenter Cobetus egit *Mnemos.* 1873 p. 106: Λυσιμάχῳ δὲ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας ἐς ἡμέραν ἑκάστην, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. Aristides obiit circa annum 469 an 468, Alcibiades autem natus est circiter viginti annis post itaque quod scribit Nepos legem fuisse latam, ut filiae Aristidis publice alerentur et de communi aerario dotibus datis elocarentur, hanc certe legem non tulit Alcibiades, nam quadraginta minimum annis post patris mortem sero erat vetulas elocare, neque usquam legimus Alcibiadem fuisse qui Aristidis filiabus prospexerit. Auctor est ipse Plutarchus: τὰς μὲν θυγατέρας ἰσορροῦσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης. Fabulae hae sunt, quod Cobetus planissime assentior; sed psephisma Alcibiadis quo sub-

Digitized by Google

ventum fuit non Aristidis filiabus sed filio Lysimacho certa fide nititur. Aliud est quod de Aristidis filia traditur Moral. p. 834 E.

Hucusque mihi fere cum Cobeto convenit; sed illud minime concesserim Plutarchum habere Alcibiadis de Lysimacho psephisma ex Crateri collectione. Hunc describit c. 26, deinde pergit et sub uno conspectu ponit quae aliunde corraserat, sed prorsus nihil est cur Cratero fidem denegemus, quemadmodum temere fecit Plutarchus; de Lysimacho autem filio non Craterum sequitur sed Demosthenem. Vide quam accurate apud utrumque verba concinant. Est locus in Leptinea p. 421. 26: *Λυσιμάχῳ δωρεὰν ἐνὶ τῶν τότε χρησίμων ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, ἔτι δ' ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς. καὶ τούτων ψήφισμά ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ ταῦτα γέγραπται.* Hunc locum postquam invenit apud Demosthenem, Plutarchus, dum nimis festinanter scribebat, non operae pretium habuit iterum inspicere Craterum. Quid enim? *μετὰ τὴν Θεμιστοκλέους φυγὴν ὥσπερ ἐξυβρίσας ὁ δῆμος ἀνέφυσε πλῆθος συκοφαντῶν, οἳ τοὺς ἀρίστους καὶ δυνατωτάτους ἄνδρας διώκοντες ὑπέβαλλον τῷ φθόνῳ τῶν πολλῶν ἐπαιρομένων ὑπ' εὐτυχίας καὶ δυνάμεως.* Et hoc quidem secundum Craterum, qui praeterea docuerat Aristidem accusatum fuisse ab Diophanto peculatus quumque non esset solvendo mulctam quinquaginta minarum, exsulem in Ionia diem obiisse supremum. Sed Craterus rem breviter perscripserat: *τούτων οὐδὲν ἔγγραφον ὁ Κράτερος τεκμήριον παρέσχεν, οὔτε δίκην οὔτε ψήφισμα, καίπερ εἰωθὼς ἐπιεικῶς γράφειν τὰ τοιαῦτα καὶ παρατίθεσθαι τοὺς ἰσοροῦντας.* Nempe tam leve argumentum Plutarcho satis fuit ut negaret Aristidi eam litem intentatam fuisse.

Itaque misso Cratero recurrit Plutarchus ad Demosthenem ut ostendat quanti Athenienses Aristidis memoriam fecerint, nec recordatus est Lysimachum per spatium plus quam quadraginta annorum in paupertate consenuisse. Nec praeterea diuturnum donum esse potuit in insula Euboea, quae statim post Siculam expeditionem Atheniensibus periit. Sed mirantur viri docti Athenienses in Lysimacho honorando modum excessisse: secundum Boeckhium erat „eine unvernünftige und zwecklose Verschwendung an einen ganz unbedeutenden und werthlosen Menschen",

Digitized by Google

Oec. Civ. Ath. I p. 349. Centum πλέθρα agri arbusti totidemque πλέθρα agri arvi efficiunt iugera septuaginta sive hectaras non minus quam septendecim cum dimidio. Si respondes Athenienses tam liberales esse potuisse de agro nuper hostibus ademto, vide quomodo ei qui tot hectaras possideat, probabiliter in diem assignari potuerint drachmae quaternae. Sed Suidas in v. πλέθρον lucem dabit itemque absque Suidae ope haud difficile est verum invenire. Scribit hic: ὅτι ἐξέδωκεν ἡ πόλις Ἀθηναίων τὰς θυγατέρας Ἀριστείδου· καὶ Λυσιμάχῳ τῷ παιδὶ δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας ἐδίδου καὶ γῆς πεφυτευμένης ὀκτὼ πλέθρα καὶ ἀροσίμης ἑκατόν. Nunc demum lux oboritur. Accepit Lysimachus agri arbusti ὀκτὼ πλέθρα totidemque agri arvi. Quod Demosthenes scripserat: Η μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης, Η δὲ ψιλῆς, id ambigue scriptum erat poterantque eodem iure ἑκατόν intellegi et ὀκτώ. Demosthenis aetate utrumque modum notas numerales scribendi in usu fuisse, dicet Larfeldus apud Iwanem Mullerum p. 546. Cum reliquis omnibus Demosthenis lectoribus siglum Η Plutarchus perperam intellexit, nec potuit error argui, quamdiu creditum est eum psephisma ex Cratero excerpsisse; nunc demum apparet nos non duorum sed *unius* testimonio uti et fraus perpluit. Craterus nactus est alios lectores acutiores indeque per plures manus propagata scriptura ὀκτὼ πλέθρα pervenit ad Suidam. Id merito dubites acceperitne Lysimachus in diem drachmas quaternas, quod scribit Demosthenes, an binas, quod Suidas tradidit. Minor summa a verisimilitudine minus abhorret. Οἱ ἀδύνατοι certe non plus duobus obolis accipiebant, ut binae drachmae iam satis superque fuisse videantur, quum praesertim Lysimachus homo nequam esset.

Illud quoque fortasse haud iniucundum cognitu est. Ante annos triginta veni aliquando ad Cobetum et quum solito more de literis nostris confabulabamur, quod omnis sermonis perpetuum argumentum erat, forte Demosthenis mentionem feci et dixi cur centum πλέθρα illa mihi displicerent vellemque ingentem mensuram recidere ut fierent octo. Nec Cobetus neque ego tunc Plutarchi memores eramus. Itaque postquam me, ut assolebat, patienter audivit, Recte, inquit; tam absurda scriptura est ac si cui assignaretur Wyttenbachii suburbanum cum sesquifloreno in diem. Aliquot annis post, quum Plutarchum tracta-

Digitized by Google

bat in Mnemosyne, aut non recordatus est, aut assensum cohibuit, quum sibi persuasisset Plutarchum psephisma ex Cratero excerpsisse, nam *duobus* testibus obloqui non est ausus. Ego autem nunc auctor sum ut Demostheni ter reddatur ὀκτὼ pro ἑκατόν. Plutarcho autem suus error relinquendus est. Ceterum Lucianum eodem modo sanavit Hemsterhusius Anecd. p. 62. — Haec iam scripta erant quum venit in meas manus Wilamowitzii disputatio in *Herme* 1898 p. 522. Hic enim Theophr. Charact. 23 plane eodem modo eademque de causa correxit χιλίας pro ἑξακοσίας (X).

Comp. Sol. et Publ. 2. 3. Instituit Publicola quaestores aerarii, ne forte malus consul haberet ἀφορμὰς τοῦ ἀδικεῖν μᾶλλον καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν χρημάτων κύριος γενόμενος. Displicet μᾶλλον· corrigam ἅμα.

Them. 2. 8. Fabulae sunt quas nonnulli retulerunt de Themistoclis adulescentia, διηγήματα πλάττοντες. Cum contemtu Plutarchus διηγηματία appellavit.

Them. 3. 3. Laudatur Aristides πολιτευόμενος οὐ πρὸς χάριν οὐδὲ πρὸς δόξαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βελτίστου μετ' ἀσφαλείας καὶ δικαιοσύνης. Fabii Maximi βεβαιότης καὶ ἀσφάλεια laudatur c. 19. 5 et verum est quod dicitur: ἀσφαλὴς γὰρ ἐς' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης, sed nihil hoc pertinet ad Aristidis laudem, nec satis recte copulantur ἀσφάλεια et δικαιοσύνη. Aristides si fuisset ἀσφαλής, diversa usus fuisset fortuna. Sed rescribendum quod Plutarcho in deliciis est: μετ' ἀφελείας καὶ δικαιοσύνης. Vere Eustathius p. 1279. 44: ὅτι ἀφέλειαν οὐ μόνον ἐπὶ ἁπλότητος οἱ παλαιοὶ ἐτίθουν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μεγαλείου τινὸς καὶ ἐνδοξότητος, ἐν ῥητορικοῖς δηλοῦται λεξικοῖς.

Them. 8. 3. In Euboeae littore Artemisium habet parvum fanum Dianae, circa quod columnae sunt ex lapide, cuius naturam ita describit Plutarchus: ὁ δὲ λίθος τῇ χειρὶ τριβόμενος καὶ χρόαν καὶ ὀσμὴν κροκίζουσαν ἀναδίδωσιν. Comparari potest in insula Rhodo πέτρα Λαρτία, quae qualis esset ignorabam *Mnem.* 1852 p. 91. Postea me docuit Schumacherus *Mus. Rhen.* 1886

Digitized by Google

p. 628 esse in insula promuntorium, cui ad hunc usque diem nomen Λάρδος vel Λάρτος, montesque esse in vicinia ex lapide qui, secundum Newtonem, est „the blue limestone known as foetid, from the smell which it emits when fractured". Cf. quoque Hiller von Gärtringen *Mitth. Archaeol. Instit. Athen.* XVII p. 309.

Them. 10. 4 vitium evidenti medicina sanari poterit. Scribit Plutarchus factum fuisse psephisma de Themistoclis sententia τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν ἐς τὰς τριήρεις, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν. Quod Cobetus iam indicavit, Aristides Tom. II p. 256 ed. Dind. idem psephisma ante oculos habuit, sed paulo accurius descripsit: Themistocles γράφει τὸ ψήφισμα τοῦτο τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι Ἀθηνᾷ Ἀθηνῶν μεδεούσῃ, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα, τοὺς δ' ἄλλους ἐμβάντας εἰς τὰς τριήρεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι. Itaque Troezena transportatae sunt matronae cum liberis; Salamina autem senes. De senibus Plutarchus tacet, sed ipse novit mulieres cum prole missas fuisse Troezena; addit praeterea: καὶ γὰρ (οἱ Τροιζήνιοι) τρέφειν ἐψηφίσαντο δημοσίᾳ δύ' ὀβολοὺς ἑκάστῳ διδόντες καὶ τῆς ὀπώρας λαμβάνειν τοὺς παῖδας ἐξεῖναι παντα-χόθεν, ἔτι δ' ὑπὲρ αὐτῶν διδασκάλοις τελεῖν μισθούς. Quod additur: τὸ δὲ ψήφισμα Νικαγόρας ἔγραψεν, satis indicat de ea Troezeniorum circa pueros cura Plutarchum rescivisse omnia ex Cratero. Interponuntur autem illa: Κυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος οἱ πλεῖστοι τῶν Ἀθηναίων ὑπεξέθεντο γονέας καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα. Hic certe puerorum immemor esse non potest, sed neglexit mentionem facere senum, qui Salamine remanserant. Sequitur emendandum esse: ὑπεξέθεντο γενεὰς καὶ γυναῖκας. Satis apparet Plutarchum ex optimo fonte hausisse: admirabilis erat civium fortitudo, γενεὰς μὲν ἄλλῃ προπεμπόντων (nempe Troezena), αὐτῶν δ' ἀκάμπτων πρὸς οἰμωγὰς καὶ δάκρυα γονέων καὶ περιβολὰς διαπερώντων εἰς τὴν νῆσον (nempe Salamina). Eandem correctionem breviter suasit Madvigius Advers. I p. 572. Cobetus autem ostendet *Mnem.* 1878 p. 150 et 161 librarios frequentissime confudisse γονέας et γενεάς.

Digitized by Google

Them. 13. 1. Xerxes adhibuit multos scribas, ὧν ἔργον ἦν ἀπογράφεσθαι κατὰ μάχην τὰ πραττόμενα. Melius intelligam: κατὰ ναῦν.

Them. 18. 2: τῶν νεκρῶν τοὺς ἐκπεσόντας ἐπισκοπῶν παρὰ τὴν θάλασσαν, ὡς εἶδε περικείμενα ψέλια κτέ., malim sane περικειμένους. Cf. Pelop. 11. 1: στεφάνους περικείμενοι, Pomp. 19. 2: ἵππον φάλαρα χρυσᾶ περικείμενον, Arat. 17. 3, alibi.

Them. 18. 3. Themistoclis vox est ad formosum adulescentem qui, praeclaris illis rebus gestis, suspiciebat eum quem olim contempserat: ὦ μειράκιον, inquit, ὀψὲ μέν, ἀμφότεροι δ' ἅμα νοῦν ἐσχήκαμεν. Facile vincam verum esse ἄρα. Nimirum Themistocle aliquanto prius resipuerat.

Them. 29. 7. Persae verba sunt ad regem Demaratum, qui sibi κίταριν petierat: Αὕτη μὲν ἡ κίταρις οὐκ ἔχει ἐγκέφαλον ὃν ἐπικαλύψει, sed supplendum videtur: ἐγκέφαλον (ἄλλον).

Them. 29. 8: λέγεται δὲ καὶ τοὺς ὕστερον βασιλεῖς, ὁσάκις δεηθείην ἀνδρὸς Ἕλληνος, ἐπαγγέλλεσθαι δὲ καὶ γράφειν ἕκαστον, ὡς μείζων ἔσοιτο παρ' αὐτῷ Θεμιστοκλέους. Commendo: ἑκάστοτε.

Camill. 12. 3. Postquam Camillus reus factus est, οἱ φίλοι ἀπεκρίναντο πρὸς μὲν τὴν κρίσιν μηδ' οἴεσθαι βοηθήσειν, τὴν δὲ ζημίαν ὀφείλοντι συνεκτίσειν. Iam Cobetus ex constanti Plutarchi more correxit ὀφλόντι, sed praeterea rescribe: μὴ δύνασθαι βοηθῆσαι. Vulgata scriptura sensu caret. Vide etiam ad Phoc. 26. 2 et ad Sullam 8. 4.

Camill. 18. 4. Incidi in suspicionem, quam ne ipse quidem certam dixerim. Galli ad urbem appropinquant, vociferantes ἐπὶ τὴν Ῥώμην πορεύεσθαι καὶ μόνοις πολεμεῖν Ῥωμαίοις, τοὺς δ' ἄλλους φίλους ἐπίσασθαι. Siccine Graece dicitur? Nonne praestat: τοὺς δ' ἄλλους φίλους ἐπισπᾶσθαι?

Camill. 20. 8. Sermo fit de duobus doliis: πίθους appellat, οἷς παναγέσι μόναις παρθένοις ὀρατούς. Scripserim equidem:

Digitized by Google

θεατούς. Recte supra c. 20. 5: ἄλλα τὰ ἐντὸς dicuntur ἀθέατα πᾶσι πλὴν ταύταις ταῖς παρθένοις.

Camill. 22. 5. Senes in foro οὔθ' ὑπεξανέςησαν οὔτ' ὄψιν ἢ χρόαν ἔτρεψαν. Dictum hoc ἔςρεψαν oportuit. Cf. Pericl. 30. 1.

Camill. 24. 2. Rogatus Camillus respondit se civibus κελεύουσι μὲν ὑπακούειν προθύμως, ἀκόντων δὲ μηδὲν πολυπραγμονήσειν. Licebit credo reponere ὑπακούσειν. Plutarchus alibi habet ἀπολαύσειν et σιωπήσειν et ἀντιβλέψειν· frequens is error est apud sequiores. Vide quoque infra ad Pomp. 69. 2.

Camill. 27. 1. In adscendendo Capitolio describuntur Galli συμφυόμενοι τοῖς χωρίοις ἀποτόμοις οὖσι. Tam mihi hoc videtur ridicule dictum quam si quis apud Homerum inveniret: σὺν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. Ipse Plutarchus c. 35. 3: τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶν ἐμφυομένων αὐτοῖς τῶν Σουτρίνων δακρύοντας, Them. 9. 6: ἐμφῦναι ταῖς ναυσίν, Fam. Max. 13. 8: ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ κατεφίλουν, alibi.

Camill. 29. 4: ὁ Βρέννος ἥψατο μὲν ἀψιμαχίας· parum est hoc eleganter dictum: verius est ἤρξατο.

Camill. 30. 4. Camillus τὰ μὲν ὄντα τῶν ἱερῶν κατέςησεν. Aedes sacras *restituit*, h. e. uti arbitror, ἀποκατέςησεν.

Camill. 36. 3: κωλύει Manlius debitores ἄγεσθαι πρὸς τὸν νόμον. Hic quoque vides perpetuam confusionem praepositionum πρός et κατά.

Camill. 37. 3. Aetate exacta Camillus sextum tribunus militum creatus est et forte aegrotabat. Itaque profectus adversus Volscos ἠξίου τρίβειν τὸν πόλεμον χρόνῳ κἂν εἰ μάχης δεήσειε ῥώσας τὸ σῶμα διαγωνίσασθαι. Sed hoc tantum agebat ut ex morbo convalesceret, nam febricitabat uti coniicio; pristinas corporis viris recuperare nullo modo licebat; ita displicet ῥώσας τὸ σῶμα et emendabo ῥαῖσας. Vide hoc perticipium eodem modo usurpatum Demetr. 48. 3. Alia quae huc pertinent adnotabo ad Pomp. 37. 1.

Digitized by Google

Camill. 38. 3. Appropinquantibus Romanis Tusculani τὰς πύλας εἶχον ἀνεῳγμένας καὶ τοὺς παῖδας ἐν τοῖς διδασκαλείοις μανθάνοντας. Invenit Camillus ludos literarum strepentes discentium vocibus, ut est apud Livium VI. 25. Romae propter Virginiam norunt omnes in foro itidem literarum ludos. Sp. Carvilius primus Romae ludum aperuit et ἤρξατο μισθοῦ διδάσκειν, Moral. 278 E. Cato Maior, c. 20, habet χαρίεντα δοῦλον ὄνομα Χίλωνα πολλοὺς διδάσκοντα παῖδας. Quid apud Faliscos ludimagister designaverit, non opus est dicere. Sed miror post haec exempla Italica, quod addit Plutarchus c. 10: κοινῷ γὰρ ἐχρῶντο τῷ διδασκάλῳ ὥσπερ Ἕλληνες οἱ Φαλέριοι, nam, uti vides, Falisci nihil peculiariter admodum instituerant facere. Obiter addo propemodum miraculo esse Themistoclem filiis suis, c. 12, ex Persia paedagogum arcessivisse. Hoc si verum est, facilius intelligam quomodo apud regem tam commode Persice locutus sit, nam per multos annos domi suae quotidie audiverat.

Camill. 39. 2. Tironum in gratiam lubet adnotare et hic et Camill. 1. 3 *invito populo* dici ἄκοντι τῷ δήμῳ. Eodem modo Public. 1. 5 invenio: ἄκοντι τῷ Βρούτῳ. Itidem Caes. 6. 3: ἑκόντι τῷ δήμῳ.

Pericl. 10. 4. Convenit inter Periclem et Cimonem ea conditione, ὥςε Κίμωνα μὲν ἐκπλεῦσαι λαβόντα ναῦς διακοσίας καὶ τῶν ἔξω στρατηγεῖν καταστρεφόμενον τὴν βασιλέως χώραν. Nonne necessario rescribendum est καταστρεψόμενον?

Pericl. 10. 6. Maledixerat Idomeneus Pericli: ταῦτ' οὐκ οἶδ' ὅθεν συναγαγὼν ὥσπερ χολὴν προσβέβληκε. Non dicitur, credo, χολὴν προσβάλλειν. Bilem Idomeneus in Periclem evomuerat: h. e. προσεμέμεκε.

Pericl. 12. 4. Quod admodum memorabile mihi videtur, legimus fuisse μαλακτῆρας ἐλέφαντος, ut appareat veteres novisse artem ebur molliendi. Interpretes afferunt Plut. Mor. 499 D et Senec. Epist. 90. 33. Ceterum Plutarchus habet quaedam personarum nomina in ηρ· hic μαλακτήρ est et θεραπευτήρ Lyc. 11,

Digitized by Google

κομιςήρ Pericl. 12 et Moral. 246 D, σωΦρονιςήρ Cat. Mai. 27 et Φραςήρ Moral. 243 E.

Pericl. 13. 4. Operibus magnificentissimis, quibus urbem ornavit, Pericles Phidiam praefecerat: πάντα δὲ διεῖπε καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας, καίτοι μεγάλους ἀρχιτέκτονας ἐχόντων καὶ τεχνίτας τῶν ἔργων. Deinde scriptor diligenter persequitur horum architectorum et artificum nomina: τὸν μὲν γὰρ ἑκατόμπεδον Παρθενῶνα Καλλικράτης εἰργάζετο καὶ Ἰκτῖνος κτέ. Nec satis commode hic usurpata est coniunctio καίτοι et diversum est quod in fine legitur c. 13. 11: πάντα δ' ἦν σχεδὸν ἐπ' αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὡς εἰρήκαμεν ἐπεςάτει τοῖς τεχνίταις. Verum ut hoc revera dixerit, reponendum erit καίτοι μεγάλους ἀρχιτέκτονας ἔχων.

Pericl. 13. 12. Haec ipsa gratia qua Phidias apud Periclem florebat, criminationibus locum dedit ὡς ἐλευθέρας τῷ Περικλεῖ γυναῖκας εἰς τὰ ἔργα Φοιτώσας ὑποδεχομένου τοῦ Φειδίου. Nec verbum Φοιτᾶν hoc sensu satis capio et si quae forte peregrinae mulieres, quae venerant ad opera spectanda ad Phidiam deverterunt, où est le mal? ut Galli loquuntur. Intelligam: γυναῖκας εἰς τοὔργον Φοιτώσας. Confirmatur mea suspicio c. 32. 1. ubi Hermippus, in comoedia credo dixerat, ὡς Περικλεῖ γυναῖκας εἰς τὸ αὐτὸ Φοιτώσας ὑποδέχοιτο, ubi itidem malo: εἰς τοὔργον.

Pericl. 17. 1: γράΦει ψήΦισμα πάντας Ἕλληνας παρακαλεῖν καὶ μικρὰν πόλιν καὶ μεγάλην εἰς σύλλογον πέμπειν Ἀθήναζε τοὺς βουλευσομένους. Nonne praestat παρακαλῶν?

Pericl. 24. 10. Insolito modo de Aspasia dictum est: ἠσπάζετο καθ' ἡμέραν αὐτὴν μετὰ τοῦ καταΦιλεῖν. Aliquando suspicatus sum praestare: μεταξὺ καταΦιλῶν, sed ne hoc quidem satis placet.

Pericl. 29. 3. Filii Cimonis erant Lacedaemonius, Thessalus, Eleus, quos Pericles ἀεὶ διετέλει κωλύων ὡς μηδὲ τοῖς ὀνόμασι γνησίους. Nec κωλύων verum esse potest, neque id quod correctum fuit κολούων. Nihil latet nisi σκώπτων.

Digitized by Google

Pericl. 29. 7: οὐκ ἂν δοκεῖ συμπεσεῖν ὑπό γε τῶν ἄλλων αἰτιῶν ὁ πόλεμος. Lege: ἀπό γε τῶν ἄλλων αἰτιῶν.

Pericl. 33. 8: ὡς τἀνάπαιστα ταῦτα δηλοποιεῖ τὰ Ἑρμίππου. Corrigam: τοῦτο δῆλον ποιεῖ.

Pericl. 37. 4: πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου τέως διαλανθάνουσαι καὶ παρορώμεναι. Hucusque spurii τὴν διωβελίαν acceperant, venerant in contionem, tulerant fortasse etiam suffragium; nunc autem Aegypti rex miserat populo aliquot millia medimnum frumenti; tunc primum census acrius habitus, nam multi peregrini sese in civitatem insinuabant et intelligebant omnes fore portiones pro civium numero vel maiores vel minores. Itaque non δίκαι ἐλάνθανον, nam aut paucae aut nullae hucusque fuerant, sed νόθοι ipsi latitarant, cum nemo attenderet nec curaret. Sequitur esse legendum: διαλανθάνουσι καὶ παρορωμένοις. Erit operae pretium conferre Demosthenis orationem adversus Eubulidem, ut appareat quam negligenter Athenienses rem administrarint.

Fab. Max. 3. 5: ἐψεύσατο τὴν νίκην ἀμφίδοξον γενέσθαι. Prorsus necessarium est: ἐψεύσαντο.

Fab. Max. 3. 7: ὥσπερ πνεῦμα τὸν λόγον ἐμβαλὼν εἰς πέλαγος τοσούτου δήμου. Satis notum est quomodo hoc sit dicendum: εἰς πελάγος τοσοῦτον δῆμον. Veteres ita loquuntur et Plutarchus nimis etiam saepe eam elegantiam sectatur. Dixit de ea re Bakius ad Cleomed. p. 340. In vita Ciceronis est εἰς πέλαγος τὴν πόλιν ἐμπεσὼν itemque alibi persaepe. Item Aem. Paul. 25. 5.

Fab. Max. 4. 5: ἐκινήθησαν δὲ τότε πολλαὶ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ χρησίμων αὐτοῖς βίβλων, ἃς Σιβυλλείους καλοῦσι. Duo sunt aperta vitia. Quid sub χρησίμων lateat, nec Reiskio reperire contigit neque ego habeo quod probabiliter reponam. Commendarem: χρησμολόγων, si satis apud me constaret adiectivum a persona ad rem recte posse transferri. Verum quid

Digitized by Google

est ἐκινήθησαν? Licebit fortasse satis leniter corrigere: εἰσηνέχθησαν.

Fab. Max. 7. 5. Tribuni pl. accusabant Fabium apud populum, ἐπάγοντος μάλιστα Μετιλίου καὶ παροξύνοντος. Dicendum hoc utique est ἐνάγοντος.

Fab. Max. 11. 5: ἠμύνετο τοὺς ἐπὶ τοῦ λόφου βάλλοντας. Imo: ἀπὸ τοῦ λόφου.

Fab. Max. 14. 3. Terentius Varro κατέγραφε δύναμιν τηλικαύτην ἡλίκῃ πρὸς οὐδένα πώποτε τῶν πολεμίων ἐχρήσαντο Ῥωμαῖοι. Malo: πολέμων.

Fab. Max. 15. 4. Hic quam me mirifice delectat iocus Hannibalis! Dixeris te numquam vidisse vel audivisse iocum insulsiorem: tamen qui cum duce erant, non poterant ἀναλαβεῖν ἑαυτούς omnesque milites audentiores facti sunt, quum intelligerent se tam lepidum imperatorem habere. Nolim mihi fieri „antiquum animum", hic ut rideam.

Fab. Max. 17. 3. Non concoquo quod secundum Plutarchum Capua μέγιστον ἔχει μετὰ Ῥώμην ἀξίωμα τῶν πόλεων. Fuerit aliquando, ut Cicero appellat, altera Roma; sed haec olim fuerant. Perduravit Seplasia; ceterum, urbe capta anno 211, placuit corpus nullum civitatis nec senatum nec plebis concilium nec magistratus esse, sicuti scribit Livius XXVI. 16. Mallem scribere εἶχε, sed est interdum praesentis temporis quidam abusus. Veluti de ostracismo legimus Alcib. 13. 5: ᾧ κολούοντες ἀεὶ τὸν προὔχοντα δόξῃ καὶ δυνάμει τῶν πολιτῶν ἐλαύνουσι παραμυθούμενοι τὸν φθόνον μᾶλλον ἢ τὸν φόβον. Cf. quoque ad Caesar. 34. 3.

Fab. Max. 20. 3. Notabile est Plutarchum secundum veterum morem in iterando vocabulo ordinem interdum intervertere: οἱ γεωργοῦντες ἐρινεοῖς (A) καὶ ἀχράσι (B) καὶ κοτίνοις (Γ) προσφέρονται, τὰ μὲν εἰς ἐλαίας (Γ), τὰ δ' εἰς ἀπίους (B), τὰ δ' εἰς σῦκα (A) ἐξημεροῦντες. Ecce aliud exemplum Moral. p. 405 A: ἢ γὰρ οὐχ ὁρᾷς τὴν Ἀθηνᾶν, ὅτε πεῖσαι βούλεται τοὺς Ἀχαιούς,

Digitized by Google

τὸν Ὀδυσσέα παρακαλοῦσαν (A), ὅτε συγχέαι τὰ ὅρκια, τὸν Πάνδαρον ζητοῦσαν (B), ὅτε τρέψασθαι τοὺς Τρῶας, ἐπὶ τὸν Διομήδη βαδίζουσαν (Γ); ὁ μὲν γὰρ εὔρωστος καὶ μάχιμος (Γ), ὁ δὲ τοξικὸς καὶ ἀνόητος (B), ὁ δὲ δεινὸς εἰπεῖν καὶ φρόνιμος (A).

Fab. Max. 24. 4. Nota est in re militari locutio θᾶττον ἢ βάδην, quae etiam recurrit Coriol. 34. 3; in vita autem Fabii Max. non ipse est Plutarchus qui adscripsit κατὰ τάχος.

Fab. Max. 25. 2. Timet Fabius Maximus ne, si Scipio in Africam exercitum ducat, αὐτὸς ἀργὸς φανῇ καὶ μαλακὸς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ διαπεπολεμηκώς. Sensit Cobetus negationem deesse rescripsitque addita negatione: (οὐ) διαπεπολεμηκώς. At hiatus obstat et secundum Plutarchi morem inserendum videtur: (μηδέπω) διαπεπολεμηκώς.

Comp. Pericl. et Fab. 1. 1. Remp. suscepit Fabius ἐν αἰσχίοις καὶ δυσποτμοτάτοις καιροῖς. Nimium hoc quidem est; aberat turpitudo, sed in extremo discrimine resp. versabatur; hinc lege: ἐν ἐσχάτοις.

Comp. Pericl. et Fab. 2. 5. Sententiola est: μία γὰρ ἀπειρία καὶ θράσος γεννᾷ καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται, qui locus utilis est ut appareat, quid inter θράσος et θάρσος intersit. Cogitavi autem aliquando num forte praestaret: λίαν γὰρ ἀπειρία καὶ θράσος γεννᾷ καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται.

Comp. Pericl. c. Fab. 3. 3. Omnes sese componebant ad Fabii exemplum: κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην. Verius est μετεκοσμοῦντο.

Alcib. 2. 3. In lucta aliquando Alcibiades ἀναγαγὼν πρὸς τὸ στόμα τὰ ἄμματα τοῦ πιεζοῦντος οἷος ἦν διαφαγεῖν τὰς χεῖρας. Vertit interpres: mordicus impetiit: recte hoc quidem, sed scribendum fuerat διαδακεῖν. Et revera questus adversarius est: δάκνεις ὦ Ἀλκιβιάδη καθάπερ αἱ γυναῖκες. Eadem correctione utar Moral. p. 505 D.

Digitized by Google

Alcib. 5. 5. In licitatione audita est Alcibiadis vox: Ἐμὲ γράψατε· ἐμὸς φίλος ἐστίν. Satis hoc est et delebo interpretationem: ἐγγυῶμαι.

Alcib. 8. 4. Stulte legimus de Hippareta Alcibiadis uxore: λυπουμένη δ' ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὸν γάμον ἑταίραις ξέναις καὶ ἀσταῖς συνόντος. Rescribe: παρὰ τὸν γάμον, h. e. per illud tempus quo illam sociam tori habebat.

Alcib. 12. 4: λόγος Ἰσοκράτει γέγραπται περὶ τοῦ ζεύγους ὑπὲρ τοῦ Ἀλκιβιάδου παιδός, ἐν ᾧ Τισίας ἐστὶν οὐ Διομήδης ὁ δικασάμενος. Inter Isocratis opera est fragmentum orationis, quod inscribitur de Bigis. Plutarchus non plura cognovit quam nos et reliqua pars orationis iamdudum interierat. Sed cum alia in illo fragmento obscura sunt, tum miro modo Tisias dicitur quem liquido novimus fuisse Diomedem. Unica lineola demta, hanc difficultatem mihi eliminavisse videor *Mnem.* 1879 p. 81, ad quem locum lectores ablegare satis est.

Alcib. 16. 1. In sententia paulo longiore, quae haud unam labem concepit, nam ipsum quoque verbum deest, unde pendent accusativi, legimus optimates perosos fuisse Alcibiadis luxuriam: ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν, ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα. Sed omnium minime ὀλίγωρος videbatur adulescens, nec quisquam timet τοὺς ὀλιγώρους. Verum ἐφοβοῦντο τὴν ἀγερωχίαν αὐτοῦ. Cf. Marcell. 1. 1.

Alcib. 16. 6. Pinxerat Aristophon Νεμέαν ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτῆς καθήμενον Ἀλκιβιάδην ἔχουσαν. Non novimus illam Nemeam; Plutarchus addere debuerat quaenam illa foret ut sciremus quid pictor voluisset. Reponendum censeo Νέμεσιν· hanc meretrices apud Alciphronem haud semel invocant. Nemesis et Venus multa habent communia. Photius scribit τὴν Ῥαμνουσίαν Νέμεσιν repraesentatam fuisse ἐν Ἀφροδίτης σχήματι. Utraque Οὐρανία dicebatur et Athenis in theatro effossa sella est ἱερέως Οὐρανίας Νεμέσεως, cf. Usener in *Mus. Rhen.* XXIII p. 361. Cumulare locos facile est. Fecerat igitur Aristophon Alcibiadem tanquam in Veneris gremio sedentem. Coniunguntur quoque

Digitized by Google

Nemesis et Victoria; cf. Herwerden. ad Bacchylidem VII. 1 in *Mnem.* 1899 p. 16.

Alcib. 16. 8. Forte obviam factus Timon ad Alcibiadem, *εὖ γε ποιεῖς*, inquit, *ὦ παῖ*. Sed *παιδὸς* vocabulum nec Timonem decet neque Alcibiadem, qui remp. iam capessiverat. Lege: *ὦ τᾶν*.

Alcib. 23. 6: *Ἐν γοῦν τῇ Λακεδαίμονι πρὸς τὰ ἔξωθεν ἦν εἰπεῖν· Οὐ παῖς Ἀχιλλέως ἀλλ' ἐκεῖνος εἴη ἂν αὐτός, οἷον Λυκοῦργος ἐπαίδευσεν*. Nauckius fragmentum retulit inter adesp. 363. Prior senarius fuit:

Οὐ παῖς Ἀχιλλέως ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ,

quem Plutarchus etiam alibi descripsit. Sed etiam alterum versiculum restituere facile est:

οἷον Λυκοῦργος (ἐξ)επαίδευσεν (νέον)

Blaydesius affirmat petitum locum esse ex Sophoclis Philocteta *ἐν Τροίᾳ*.

Alcib. 24. 8. Amoenissimum paradisum Tissaphernes de Alcibiadis nomine appellavit non *Ἀλκιβιάδου*, non *Ἀλκιβιάδειον*, sed *Ἀλκιβιάδην*. Mirus est loquendi usus, sed ita Graeci solent. Lucullus 41. 5 festis diebus coenabat *ἐν τῷ Ἀπόλλωνι*. Syll. 17. 5 locus, ubi Archelaus castra habuerat, etiam ipsius Plutarchi tempore dicebatur *Ἀρχέλαος*.

Alcib. 25. 2. Metuebat Alcibiades ne *παντάπασι τῆς πόλεως ἀναιρεθείσης ὑπὸ Λακεδαιμονίοις γένοιτο*. Lege cum Herwerdeno: *ἐπὶ Λακεδαιμονίοις*. Crebra est confusio praepositionum veluti Timol. 10. 2: *ἐπιθυμοῦντες ἐν Κορινθίοις τὰ πράγματα τῶν Σικελιωτῶν γενέσθαι*, Sintenisius iam correxerat *ἐπὶ τοῖς Κορινθίοις*. Sic recte legitur Pyrrh. 24. 7: *ὅπως ἐπὶ τῷ Κλεωνύμῳ μὴ γένοιτο* vel Lucull. 5. 5: *πάντα γὰρ ἐπ' ἐκείνῳ γενήσεσθαι τὰ τῆς πόλεως*. Corrigendum autem Galb. 11. 2: *καὶ ὅλως αἴσθησιν αὐτοῦ κατὰ μικρὸν ὑπὸ τῷ Οὐινίῳ γενησομένου παρεῖχεν ὁ πρεσβύτης*. Cum genetivo casu constructae eaedem praepositiones confunduntur, veluti Anton. 14. 1: *τῶν ὑπὸ Καίσαρος γεγονότων ἐψηφίσαντο μηδὲν ἀλλάττειν*, praeferam *ἐπί*.

Digitized by Google

Alcib. 28. 3. Magna coorta tempestate, Alcibiades Spartanorum classem adortus est, quum neque hi rem praesensissent, nec vero ipsi Athenienses, priusquam sol ex nebulis lucem dedisset. Οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολεμίους ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀπεγνωκότας ἤδη ἐμβῆναι κελεύσας ἀνήχθη. Arena sine calce; sed etiam hanc caliginem dispergere facile est: supplendum enim: τοὺς Ἀθηναίους, (οὓς) ἀπεγνωκότας ἤδη. Cf. Xen. Hell. I. 1. 16.

Alcib. 30. 9. Multi erant Thraces χάριτι τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ δι' εὔνοιαν στρατευόμενοι προθύμως. Lege: συστρατευόμενοι. Eadem medicina Cobetus sanavit Alcib. 28. 5. Itidem corrige Coriol. 13. 4 et Timol. 9. 4, de quo loco vide Madvigium Adv. p. 578.

Alcib. 37. 3. Gravior hic latet corruptela. Venit Alcibiades ad classem, cui Tydeus et Menander praeerant, ad Aegos flumen. Ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν ἀλαζονεύεσθαι, τοῖς δ' εἰκότα λέγειν, εἰ Θρᾷκας ἐκ γῆς ἐπαγαγὼν πολλοὺς ἀκοντιστὰς καὶ ἱππεῖς προσμάχοιτο καὶ διαταράττοι τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. Quid est quod Alcibiades pollicebatur se Thraces adducturum ἐκ γῆς? Scilicet aliquid excidit et ipsa ratio suadet ut suppleatur: ἐκ τῆς (ἀντιπέρας).

Alcib. 39. 6. Χιτώνιον et χιτωνίσκος ita solent distingui, ut mulieris sit χιτώνιον, viri autem χιτωνίσκος: complura quae eo pertinent Beckerus collegit in Charicle III p. 166. Plutarchus discrimen non observat: χιτώνιον recte mulieris est Moral. p. 596 D et Lysandr. 2. 8; χιτωνίσκος autem viri Num. 13. 5; Marcell. 20. 8; Mar. 12. 4; Alex. 4. 2 et Anton. 14. 3. Contra χιτώνιον viri est Pomp. 80. 2, χιτωνίσκος autem mulieris Alex. 39. 6 et Pyrrh. 27. 5, ubi confer Blassium. Scilicet concedendum est χιτωνίσκον interdum mulieri tribui; sed aut raro aut numquam vir χιτώνιον habet, quocirca non suspicione caret locus ex Vita Pompeii, quem modo laudavi. Cf. Lucian. Lexiph. 25.

Coriol. 3. 1.: ἐστρατεύσατο μειράκιον. Supplendum: μειράκιον (ὤν). Itidem 9. 5 legendum: πολεμικωτάτων (ὄντων), sed me fere taedet talia sedulo adnotare. Eiusmodi minuta vitia ubique pullulant.

Digitized by Google

Coriol. 10. 1. Captis Coriolis imperator Coriolanum iussit ἐξελέσθαι δέκα πάντα πρὸ τοῦ νέμειν τοῖς ἄλλοις Quum viderem esse qui hoc minus intelligerent, iam bis de ea locutione dixi, quae tamen minime rara est, *Mnem.* 1880 p. 250 et 1885 p. 66. Non dissimile est quod traditur de insula Ceram *in het Tijdschrift van het Aardrijkskundig Genootschap* 1893 p. 1171 de tributo, quod *harta* incolae appellabant: „Zulk een harta kon bestaan uit 5 gongs, 5 schotels batoe, 5 kains potala, 55 pirings mangkok en 555 borden, of uit 9 gongs, 9 schotels batoe, 9 kains potala, 99 pirings mangkok en 999 pirings". Unde praeterea discere possis, si id forte nescias, patinam Malaice *piring* dici.

Coril. 14. 5. Circa finem Peloponnesiaci belli τὸ χρυσοῦν ἔτι γένος καὶ ἀκήρατον ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀγορὰν κατεῖχεν. Auream subolem eo sensu nemo facile dixerit: χρηστὸν erat γένος. Vide de ea confusione Bastium in Comment. palaeogr. p. 849 et Gardthausenium p. 258. Χρηστοὶ et φαῦλοι apud Plutarchum perpetuo inter se opponuntur.

Coriol. 15. 2. Comitiorum die hoc agebant patricii ut Coriolanus consul renunciaretur, πρὸς μηδὲν οὕτω μηδέποτε σπουδάσαντες. Immo: πρὸς μηδέν' οὕτω.

Coriol. 16. 3. Queritur Coriolanus de plebis effrenata licentia: non ferendum esse τὸν ὄχλον, τῷ πάντα βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχειν καὶ μηδὲν ἄκοντας βιάζεσθαι μηδὲ πείθεσθαι τοῖς ὑπάτοις. Plane non intellego: verumne est εἴκοντας?

Coriol. 16. 4. Dicuntur Graeci qui mera libertate utuntur οἱ κράτιστα δημοκρατούμενοι. Coriolano iudice certe non sunt qui εὖ, κρεῖττον et κράτιστα δημοκρατοῦνται, nam omne populi regimen pessime oderat. Lege: οἱ ἀκρατέστατα δημοκρατούμενοι.

Coriol. 18. 5. Non nominarunt Coriolanum ἐν τοῖς ἀρίστοις, quae pro eius virtute mediocris laus est, sed ἐν τοῖς ἄριστον.

Digitized by Google

Coriol. 24. 7. Agunt per forum hominem vapulantem et κινήσεις ἄλλας ἀτερπεῖς τῷ περιπαθεῖν κινούμενον. Idem ille servulus c. 25. 1 ἀτερπὴς καὶ κακὸς ὀρχηστής dicitur, sed ipsos motus corporis scriptor non appellavit ἀτερπεῖς, sed ἀπρεπεῖς. Et revera mox opponuntur κινήσεις πρέπουσαι.

Coriol. 27. 5. Coriolanus parcebat patriciorum agris, unde hi plebi videbantur habere φύλακα τοῦ πλούτου καὶ τῶν χρημάτων ἔξω τὸν πόλεμον αὐτῶν. Facile vincam verum esse: τὸν πολεμιώτατον.

Coriol. 302: οὐδεὶς γὰρ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν περὶ τοῦ τὸν Μάρκιον κατάγειν. Graeca syntaxis postulat ut addatur negatio: περὶ τοῦ τὸν Μάρκιον (μὴ) κατάγειν.

Coriol. 31. 2. Negligebatur Tullus ὑπὸ τῶν Οὐολούσκων πάντα μόνον ἡγουμένων αὐτοῖς τὸν Μάρκιον, τοὺς δ' ἄλλους ἀξιούντων κτἑ. Placet: πάντα μὲν ἡγ.

Coriol. 31. 6. Mittunt Romani legatos ad Coriolanum: φόβῳ μὲν οὐδὲν ἐνδώσειν Ῥωμαίους, ἐὰν δέ τινος τῶν Φιλανθρώπων οἴηται δεῖν τυχεῖν τοὺς Οὐολούσκους, ἅπαν αὐτοῖς γενέσθαι τὰ ὅπλα καταθεμένοις. Vitium in aprico est, quod Coraes sanavit rescribendo: γενήσεσθαι· equidem malim: ἅπαν ἂν γενέσθαι.

Coriol. 34. 2: ἡ δ' ὄψις αὐτῶν τότε οἰκτρὰ καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν αἰδῶ καὶ σιωπήν. Praestabit: ἦν δ' ἡ ὄψις αὐτῶν οἰκτρά. Sed quid est τότε?

Comp. Alcib. et Coriol. 4. 2. Coriolanus a Volscis interfectus αἰτίαν τοῦ εὐλόγου παρέσχεν αὐτός. Hoc quidem sine sensu; satis leniter corrigere poteris: αἰτίαν τοῦ Φόνου. Perpetuo confunduntur λόγος, Φόνος, ψόγος, νόμος sim.

Timol. In praefatione scribit Plutarchus esse se aggressum scribere Vitas δι' ἑτέρους, ἐπιμένειν δὲ καὶ Φιλοχωρεῖν ἤδη καὶ δι' ἑαυτόν. Necessarium est ἐμΦιλοχωρεῖν. Exempla ubique prostant. Huiusmodi alia quaedam nimis minuta sunt, quae

Digitized by Google

silentio praeteribo. Veluti in praef. fin. malim certe παρεχόντων quam futurum παρεξόντων.

Timol 1. 1. Hic quaerere libet longae viae deverticulum, nec prorsus in hoc libero scribendi genere alienum videtur unum et alterum locum indicare, ut appareat post multiplicia bella quam insigniter ubique terrarum imminutus fuerit mortalium numerus. Latifundia, quod notum est, perdidere Italiam ipseque Livius queritur de locis, quae vix seminario exiguo militum relicto servitia Romana ab solitudine vindicant. Quo tempore Timoleon in Siciliam venit, τῆς ἄλλης Σικελίας ἡ μὲν ἀνάστατος καὶ ἄπολις παντάπασιν ἤδη διὰ τοὺς πολέμους ὑπῆρχεν, αἱ δὲ πλεῖσται πόλεις ὑπὸ βαρβάρων μιγάδων καὶ στρατιωτῶν ἀμίσθων κατείχοντο. Etiam miserior erat conditio ipsarum Syracusarum, c. 22. 3: ἡ μὲν ἐν Συρακούσαις ἀγορὰ δι' ἐρημίαν οὕτω πολλὴν καὶ βαθεῖαν ἐξέφυσεν ὕλην ὥστε τοὺς ἵππους ἐν αὐτῇ κατανέμεσθαι τῶν ἱπποκόμων ἐν τῇ χλόῃ κατακειμένων, αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πλὴν παντελῶς ὀλίγων ἐλάφων ἐγένοντο μεσαὶ καὶ συῶν ἀγρίων, ἐν δὲ τοῖς προαστείοις καὶ περὶ τὰ τείχη πολλάκις οἱ σχόλην ἄγοντες ἐκυνηγέτουν. De Graecia Polybius dixit XXXVII. 4. 4: ἐπέσχεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἀπαιδία καὶ συλλήβδην ὀλιγανθρωπία, δι' ἣν αἵ τε πόλεις ἐξηρημώθησαν καὶ ἀφορίαν εἶναι συνέβαινε. Praedonibus subactis audi quid in Asia egerit Pompeius in vita 28. 4: Ἐνίους μὲν οὖν αἱ μικραὶ καὶ ὑπέρημοι τῶν Κιλίκων πόλεις ἐδέξαντο καὶ κατέμιξαν ἑαυταῖς χώραν προσλαβοῦσαι, τὴν δὲ Σολίων ἠρημωμένην ἔναγχος ὑπὸ Τιγράνου τοῦ Ἀρμενίων βασιλέως ἀναλαβὼν ἵδρυσε πολλοὺς ἐν αὐτῇ, τοῖς δὲ πολλοῖς οἰκητήριον ἔδωκε Δύμην τὴν Ἀχαΐδα χηρεύουσαν ἀνδρῶν τότε, γῆν δὲ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἔχουσαν. De suis temporibus queritur Plutarchus de defectu oraculorum p. 413 F et explicat ὅτι τῆς κοινῆς ὀλιγανδρίας, ἣν αἱ πρότεραι στάσεις καὶ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τι τὴν οἰκουμένην ἀπειργάσαντο, πλεῖστον μέρος ἡ Ἑλλὰς μετέσχηκε καὶ μόλις ἂν νῦν ὅλη παράσχοι τρισχιλίους ὁπλίτας, ὅσους ἡ Μεγαρέων μία πόλις ἐξέπεμψεν εἰς Πλαταιάς. Exscripsi locos quos statim mihi suppeditabat memoria; alii alia cum cura conquirent. Sed e deverticulo in viam.

Digitized by Google

Timol. 7. 5: τῶν Καρχηδονίων παραφυλαττομένων ναυσὶ πολλαῖς τὸν σῖτον Perfacile est reponere: τὸν πόρον, sed miror mediam verbi formam παραφυλάττεσθαι. Activum est c. 19. 2. Necdum norant adventare Corinthiorum classem.

Timol. 2. 3. Describitur ταινία τις στεφάνους ἔχουσα καὶ Νίκας ἐμπεποικιλμένας. Potuerat Plutarchus scribere secundum Atticorum dicendi consuetudinem: Νίκας ἐμπεποικιλμένη, sed nihil necesse est locum refingere. Legitur quidem apud eundem Pyrrh. 3. 6: δεῖον τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένον τῶν ὀδόντων, Mar. 17. 4: φοινικίδα διπλῆν ἐμπεπορπημένη, Pelop. 11. 1: στεφάνους περικείμενοι, Lysandr. 23. 5: ἀγγέλου ἐπικείμενος πρόσωπον, Alex. 73. 3: στολὴν περικείμενος. Sed in addito participio ἔχων revera nulla offensio etiam apud optimos scriptores. Legitur apud Theophrastum Charact. 6: αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους· requirit Cobetus in Variis Lectionibus p. 189: αὐλαίαν Πέρσας ἐνυφασμένην, sed utroque modo bene dicitur. Cf. Inscriptio apud Boeckhium 155: (ὁ χιτωνίσκος) οὗτος ἔχει γράμματα ἐνυφασμένα.

Timol. 9. 4. Non venerant Corinthiorum copiae Hicetae στρατηγήσοντες, sed συστρατηγήσοντες.

Timol. 14. 2. Postquam Dionysius Corinthum venit, multi confluxerunt ut eum spectarent πρὸς τὴν μεταβολὴν τρεπόμενοι καὶ συμπαθοῦντες. Intelligam: ἐντρεπόμενοι.

Timol. 14. 3: περὶ θεατρικῶν ἁσμάτων ἐρίζειν. In multis bonisque codicibus quos Sintenisius enumerat, non θεατρικῶν legitur, sed κρικῶν. In adnotatione post Orationem Inauguralem p. 70 scribit Cobetus se idem invenisse in codice quodam antiquissimo Florentino; apparebat illic vetus scriptura: τὰς δὲ μουσουργοὺς ἐν — αἷς διδάσκοντα — κρικῶν ἁσμάτων — σπουδάζοντα πρὸς ἐκείνας περὶ μέλους ἁρμονίας. Haec, inquit, nemo restituet, sed satius est multo aliquid nos nescire quam a Graeculo decipi et linguae Graecae sinceritatem contaminari. Itaque, donec melius quid inventum fuerit, contenti simus oportet iis quae tertio decimo fere saeculo Graeculus excogitavit ad lacu-

Digitized by Google

nulas explendas. Unum excipio in quo interpolator evidentissime a vero aberravit idque Cobetum latuisse impense miror. Non enim solebat Corinthi Dionysius cum cantatricibus certare *περὶ θεατρικῶν ᾀσμάτων*· alio ducit illud *κρικῶν*, nempe ad *Λοκρικῶν*. Athenaeo XV p. 697 B sunt *Λοκρικαὶ καλούμεναι ᾠδαὶ μοιχικαί τινες τὴν φύσιν*, quarum etiam apponit exemplum, de quo Bentleius ad Phalarin egit p. 199. Talibus cantilenis Dionysius delectabatur *διαπληκτιζόμενος ἐν μέσῳ τοῖς ἀφ' ὥρας ἐργαζομένοις γυναίοις*.

Timol. 20. 2: *ἐν τοῖς περὶ τὴν πόλιν τενάγεσι*. Syracusanae illae paludes erant, credo, *παρὰ τὴν πόλιν*, non *περί*.

Timol. 23. 1. Describit Plutarchus quam eximie Corinthii opem tulerint laborantibus Syracusanis: *πρῶτον μὲν ἐπιόντες τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας Ἑλλάδι καὶ τὰς μεγίστας τῶν πανηγύρεων ἀνηγόρευον ὑπὸ κηρύκων ὅτι Κορίνθιοι — καλοῦσι Συρακοσίους οἰκεῖν τὴν πόλιν ἐλευθέρους*. Sensu vacuum est Ἑλλάδι· emenda: *τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἅμα δὲ καὶ τὰς μεγίστας τῶν πανηγύρεων*. Locutio *ἅμα δὲ καὶ* frequens est apud Plutarchum.

Timol. 30. 5. Mercenarii milites qui templum Apollinis spoliarant, *ὑπὸ Τιμολέοντος ἐλήφθησαν ἑτέρων στρατιωτῶν οὐκ εὐπορούντος*. Lege: *προσελήφθησαν*.

Timol. 37. 3. Captus est oculis Timoleon. *Ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλύνθη τὴν ὄψιν, εἶτα τελέως ἐπηρώθη μετ' ὀλίγον*. Non brevi post, credo, sed paulatim: unde verum esse coniicio: *κατ' ὀλίγον*.

Aem. Paul. 5. 2: *ἔοικεν ἀληθής τις εἶναι λόγος περὶ γάμου λύσεως γενόμενος*. Praestare dixerim: *λεγόμενος*.

Aem. Paul. 5. 7. Dixerat Plutarchus de Aelio Tuberone, qui filiam duxerat Aemilii Pauli et paupertatem sapientissime tulerat; deinde *ταῦτα μὲν οὖν*, inquit, *ἡ ἱστορία λογίζεσθαι καὶ παρεπισκοπεῖν δίδωσι τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις*. *Σώζεσθαι* verbum hic alienum est et commendo: *ὠφελεῖσθαι*. Etiam alibi haec verba confusa fuisse memini.

Digitized by Google

Aem. Paul. 6. 5. Devictis Liguribus imperator classem ademit: *τὰς ναῦς ἁπάσας ἀφείλετο καὶ πλοῖον οὐδὲν αὐτοῖς τρισκάλμου μεῖζον ἀπέλιπε.* Ita est: Ligurum classis deleta fuit. Scribit Livius XL 28: „gubernatores nautaeque conquisiti, qui praedatores fuissent navibus, atque omnes in custodiam coniecti. Et a C. Matieno duumviro naves eius generis in Ligustina ora duae ac triginta captae sunt." Hic locus non optime habitus est, sed verborum sententiam satis intelligimus. Verum quae sunt *πλοῖα τρίσκαλμα*? *Σκαλμοί* sunt secundum Boeckhium de Rebus Nauticis p. 103 *die Pflöcke oder Dullen, an welchen die Ruder angebunden werden.* Itaque *νῆες τρίσκαλμοι* triremes sunt, nam habent triplicem *σκαλμῶν* ordinem et citra omnem controversiam Aeschylus in Persis triremes bis *τρισκάλμους* appellavit. Eodem pertinet Ephippi fragmentum, qui apud Athenaeum VIII p. 346 F, dum deridet iactantiam et ostentationem Alexandri Macedonis, apud Geryonem inveniri affirmat *πέντε κέλητας πεντεσκάλμους.* Revera Alexander vix ulla navigia habebat quinqueremibus maiora; sed comminiscitur comicus vidisse se apud Brobdinacenses patinas tam insanae magnitudinis ut in ora natarent quinque parvulae naviculae eaeque et ipsae quintuplici remorum ordine instructae, nam Geryones in classe non habebat scilicet minores. Vide praeterea Torrium in libro de veterum Navibus p. 109. Sed dicemus Aemilium Paulum relictis triremibus nihil Liguribus ademisse praeter quadriremes et quinqueremes? At primum praedones sunt fere parvis navigiis contenti et myoparones habent. Deinde ut a mari intercluderentur, necesse fuit, credo, Aemilio omni modo vitare, ne quis longam navem haberet. Accedit quod triremis minus bene nunc *πλοῖον* dicitur, quum *ναῦς* sit. Scilicet postea *πλοῖον τρίσκαλμον* nominabatur de scalmorum numero et ab senis remigibus propellebatur. Est fluviatile navigium, quo piscatores fortasse utentur, placido mari ut littus legant, sed quod nemo deducet in altum. Alia vide apud Torrium l.l. Veluti laudat Velleium II 43: quatuor scalmorum navem una cum duobus amicis decemque servis ingressus, qui locus compositus cum Plut. Caes. 38. 1: *εἰς πλοῖον ἐμβὰς τὸ μέγεθος δωδεκάσκαλμον,* satis ostendit navigium esse intelligendum, quod seni utrimque remiges promoverent. „At this time", ait Torrius, „the compounds formed

Digitized by Google

from σκαλμός were used in reckoning the tholes horizontally, and thus marked the number of oars in a ship of a single bank."

Aem. Paul. 9. 2: πεντακοσίους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀπέκτεινε. Supple ἄνδρας (γενομένους). Cf. Flamin. 7. 4.

Aem. Paul. 13. 3. Erat Aemilius ἱδρυμένος πρὸ τῆς θαλάσσης, quod dictum oportuit πρὸς τῆς θαλάσσης.

Aem. Paul. 14. 6: ὁρῶν δὲ καὶ πέτρας πληγῇ ῥαγείσης, ἐξεπήδησε ῥεῦμα λαβρὸν ὕδατος, εἶτα ἀπέλιπε. Hic difficile est non meminisse loci in Pentateucho Exod. 17. 6; sed quemadmodum supra est c. 14. 1: ἐπίδυε καὶ συνελείβετο vel c. 14. 4: ἀναπιδύει καὶ διανάει, sic hic quoque reponendum erit: ἐξεπίδυσε. Haud dissimilis locus est Iohannis Chrysostomi, ubi ἐξεπίδισεν est pro ἐξεπήδησεν in tabula photographta Wattenbachiana. Itidem apud Iosephum Archeol. III. 10 vulgata lectio est: δι' ἐλπίδα· correxit Dindorfius διεπήδα, sed Holwerda rectius διεπίδυε commendavit. Cf. praeterea ipsum Plutarchum Anton. 60. 2: ἀνδριάντων ἐνὸς ἱδρὼς ἀνεπίδυεν.

Aem. Paul. 19. 3: σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν. Lege: θύσειν.

Aem. Paul. 28. 6. Contendit Aemilius τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς παρατάξεώς τε προσῆναι καλῶς καὶ συμποσίου. Si quis meminit eorum quae Cobetus observavit *Mnem.* 1855 p. 258, non magno ei constabit corruptae lectionis emendatio. Compluribus exemplis vir praeclarus ostendit in Codicibus confusa esse τύχη, ψυχή et τέχνη. Veluti in Nicostrati Comici fragmento apud Eustathium p. 667. 4: νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ὦ ξένη, — βλοσυράν γε τὴν ψυχὴν ἔχεις, non errabis, inquis, si τὴν τέχνην corriges; lena erat, ut suspicor. Similiter Aemilius dixit eiusdem artis esse, τῆς αὐτῆς εἶναι τέχνης aciem instruere et convivium. Addam unum et alterum exemplum eiusdem confusionis. Apud Lucianum Quom. histor. conscrib. 17: ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην· certum est, uti vides, τέχνην. Apud Achillem Tatium p. 93. 20 non fuerunt

Digitized by Google

ἀδελφαὶ καὶ τὴν ἄλλην τύχην αἱ γραφαί, sed τὴν ἄλλην τέχνην. Apud Aeschylum in Agamemnone vs. 1230 iam olim me corrigere memini:

οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κύνος
λέξασα κἀκτείνασα Φαιδρόνους, δίκην
ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

Blaydesio certe persuasi scribendum esse κακῇ τέχνῃ. Denique, iam enim affatim exemplorum est, apud Procopium Ep. 73 p. 570 Hr.: πολλῷ κομᾶν τῷ χρυσῷ καὶ ἡσινοσοῦν τύχης εἰς ἄκρον ἀφῖχθαι, itidem τέχνης verum est. Sed haec satis sunt aut nihil satis erit.

Aem. Paul. 29. Vide exemplum extremae saevitiae et ferinae crudelitatis Romanorum quod Plutarchus habet e Livio XLV 34. Hic tamen non erubuit scribere c. 32: „Leges Macedoniae dedit cum tanta cura, ut non hostibus victis sed sociis bene meritis dare videretur; et quas ne usus quidem longo tempore (qui unus et legum corrector) experiendo argueret." Posthac nemo sine indignatione legere potest signo dato intra unius horae spatium septuaginta urbes fuisse direptas abductaque in servitutem quinquaginta milia capitum humanorum. Ceterum Plutarchus, uti dixi, haec omnia e Livio habet, cuius illa quoque sunt: Vulgo dictum ipsius ferebant et convivium instruere et ludos parare, eiusdem esse qui vincere bello sciret. Livius autem ab Polybio mutuatus est, XXX. 15. 4: ὅτι τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἐστιν ἀγῶνας διατίθεσθαι καλῶς καὶ παρασκευὴν καὶ πότον μεγαλοπρεπῆ χαρίσαι δεόντως καὶ παρατάξασθαι τοῖς πολεμίοις στρατηγικῶς. Hic admirabile est animadvertere tum apud Polybium tum apud Plutarchum confusionem vocabulorum ψυχῆς et τέχνης, ut imprimis appareat vetustissimam corruptelam esse, cuiusmodi plurimas hodie solemus adnotare. Res conficitur Moral. p. 198 B, ubi idem Aemilius contendit τῆς αὐτῆς ἐμπειρίας utrumque esse. Vide quoque Moral. p. 615 F. Sed unum praeterea me male habet. Scribit Livius: tantaque praeda fuit ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur: quid autem Plutarchus? γενέσθαι δ' ἀπὸ τοσαύτης φθορᾶς καὶ πανωλεθρίας στρατιώτῃ τὴν δόσιν οὐ μεῖζον ἕνδεκα δραχμῶν, φρῖξαι δὲ πάντας ἀνθρώπους τὸ τοῦ πολέμου τέλος, εἰς

Digitized by Google

μικρὸν οὕτω τὸ καθ' ἕκαστον λῆμμα καὶ κέρδος ἔθνους ὅλου κατακερματισθέντος. Plutarchi temporibus iamdudum drachme et denarius eodem pretio habebantur, scilicet gramm. 3. 41, ut credibile sit eum deceptum esse vitiosa in Livii codice lectione. Neutra certe scriptura sollicitanda.

Illud quoque ut intelligas mortales longe gravius commoveri iis quae oculis subiiciuntur quam iis quae auribus tantummodo percipiuntur: ille idem populus, qui tam saeva mandata aut iusserat aut certe comprobarat, a lacrimis temperare non potuit, quum in Persei triumpho regii pueri ante ora spectantium ducebantur. C. 33. 6: ὑπ' οἴκτου τοῖς νηπίοις προσεῖχον τὰς ὄψεις οἱ Ῥωμαῖοι καὶ δάκρυα πολλοῖς ἐκβάλλειν συνέβη, πᾶσι δὲ μεμιγμένην ἀλγηδόνι καὶ χάριτι τὴν θέαν εἶναι μέχρι οὗ τὰ παιδία παρῆλθεν.

Aem. Paul. 33. 4. Phiala erat quam Αἰμίλιος ἐκ χρυσοῦ δέκα ταλάντων διὰ λίθων κατεσκεύασεν, sed facile est restituere διάλιθον idque comprobabit Diodorus Siculus XXXI 8. 11, qui de eadem phiala hoc adiectivum usurpat.

Aem. Paul. 34. 6: ἄριστα δοκοῦσι πράττειν οἷς αἱ τύχαι τροπὴν ἐπ' ἀμφότερα τῶν πραγμάτων ἔχουσιν. Lege ῥοπήν. Veluti Pelop. 2. 6: εἰς τὰ ὅλα μεγάλην φέρει ῥοπήν.

Pelop. 2. 5. Exclamat Timotheus, praetor Atheniensium: ἐγὼ δὲ ὡς λίαν ᾐσχύνθην ὅτι μου πολιορκοῦντος Σάμον ἐγγὺς ἔπεσε βέλος, sed rescribendum est: καὶ λίαν. Recte v. c. legitur apud Aristophanem: ταῦθ' ὡς ἐγανώθην, recte quoque λίαν ἐγανώθην· sed ὡς et λίαν componi non possunt. Iam apud Homerum est: καὶ λίην κεινός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ.

Pelop. 4. 3. Supplendum: τούτους ἂν ὀρθῶς προσαγορεύσειε συνάρχοντας καὶ συστρατήγους (μᾶλλον) ἢ ἐκείνους. Contra interpolatum est c. 4. 6: ἐνέδωκε τὸ κατ' αὐτοὺς κέρας [τῶν Λακεδαιμονίων].

Pelop. 6. 4. Postquam Thebanorum exsules adventarunt, Athenienses decernunt: ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τοὺς τυράννους

Digitized by Google

διὰ τῆς Βοιωτίας κομίζῃ, μηδένα Βοιωτὸν ἀκούειν μηδ' ὁρᾶν Stulta lex est, quam restitues permutatis propriis nominibus: ἐάν τίς Βοιωτῶν ἐπὶ τοὺς τυράννους ὅπλα διὰ τῆς Ἀττικῆς κομίζῃ, μηδένα Ἀθηναῖον ἀκούειν μηδ' ὁρᾶν. Etiam alibi, si bene memini, Atheniensium et Boeotorum nomina locum mutarunt; sed multum quaerens locum reperire non potui: erat, nisi fallor, in Leptinea. Correctionem nostram confirmabit Lysandr. 27. 3. Idem recurrit in libris vitium Moral. p. 864 D.

Pelop. 7. 4: ἐκέλευε γὰρ ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν Λακεδαιμονίων καὶ παλαίειν. Colluctari est διαπαλαίειν idque reponendum. Est quidem verum quod scribit Cobetus *Mnem.* 1858 p. 165, verba cum διὰ composita quae certamen et contentionem significant, ferme medii formam induere; sed hic usus minime solemnis est. Continebo me intra Plutarchi Vitas: Διακυβεύειν est Rom. 5. 1 et Artax. 17. 2, τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθεῖν Solon. 1. 6 et διαφιλονικεῖν Alex. 29. 1. Conferri praeterea poterunt quae Cobetus disputavit *Mnem.* 1878 p. 139 de Solon. 30. 4, ubi verbum est διασμικρολογεῖσθαι. Adde Wyttenb. ad Plut. Moral. p. 58 F.

Pelop. 8. 5: τῆς δυνάμεως ὑποβάλλονται κατάλυσιν, haud satis scio an non praestet: ἐπιβάλλονται. Item Pelop. 10. 2: ὑπονοήσας ἀπ' οὐδενὸς τῶν ἐπισαμένων γεγονέναι τὴν μήνυσιν, malim ὑπ' οὐδενός, uti et c. 17: γενομένης τῆς ἐξόδου — ἀπ' ἀμφοτέρων, praestat: ὑπ' ἀμφοτέρων. Sed hae minutiae sunt.

Pelop. 8. 3: ὡς ἀλύοντες ἄλλως πλανᾶσθαι καὶ κυνηγετεῖν δοκοῖεν. Herwerdeno verbum πλανᾶσθαι interpolatum esse videtur: non assentior. Saepe Plutarchus synonyma verba coniungere solet, nec raro ἀλύειν et πλανᾶσθαι apud eum copulantur. Ecce tria exempla. Tib. Gracch. 21. 2: ἔξω δὲ ἀλύων καὶ πλανώμενος. Anton. 29. 1: συνεπλανᾶτο καὶ συνήλυε. Anton. 69. 1: σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος.

Pelop. 11. 4. De coniuratis legimus: ἐπιπεσόντες ἀθρόοι καὶ τὸν οἰκέτην ἀνατρέψαντες ἐπὶ τὸν θάλαμον ὥρμησαν. Dictum hoc oportuit: ἐπεισπεσόντες, sicuti paulo post recte legitur παρεισέπεσον.

Digitized by Google

Pelop. 14. 1. Quum nostris temporibus etiam extra Angliam ludi equestres celebrari coeperint, lubet adscribere causam cur in certaminibus Graeci fere curribus equos iunxerint, nempe *οἱ ἵπποι θᾶσσον ὑπὸ τοῖς ἅρμασιν ἢ καθ' αὑτοὺς ἐλαυνόμενοι θέουσιν·* quam vere nescio nec magno opere scire curo. Conferri poterit Wendlandus in *Herme* 1898 p. 178.

Pelop. 22. 2: *λόγον εἰς τὸ στρατόπεδον διδόντες.* Rumorem sparserunt et coniicio: *διαδιδόντες.*

Pelop. 25. 10: *ἦν δ' ἀβέλτερος ἡ Φιλοτιμία παρὰ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ἑνὸς ἔργου καὶ μιᾶς νίκης ἀγαπωμένης.* Hoc quidem sensu caret; fortasse praestat *ἀπαρτωμένων.*

Pelop. 26. 2: *τὸν Ἀλέξανδρον ἐλθόντα καὶ δεόμενον διαλλάττειν ἐπειρᾶτο.* Secundum interpretes Alexander supplex venit ad Pelopidam, sed nihil minus verum est. Coniicio: *ἐλθόντα καὶ δεξιωσάμενον,* sicuti legitur c. 27. 3.

Pelop. 27. 3: *ὡμολόγησε διαφυλάξειν.* Lege *ὤμοσε,* sicuti est c. 35. 2. Est hoc vitium longe frequentissimum. Itidem corrigam Cleomen. 11. 1: *κατάξειν ἅπαντας ὡμολόγησε.* Perperam coniunguntur *ὁμολογῆσαι καὶ ὀμόσαι* Artax. 18. 2. Etiam Galb. 5. 1 *ὡμολόγησε* displicet.

Pelop. 29. 3. Scelestus tyrannus est qui *θηρευτικοὺς ἐπάγων κύνας* miseros mortales *διέσπα.* Plane ridiculum est quod adscribitur: *παιδιᾷ ταύτῃ χρώμενος.*

Pelop. 29. 4. Tyrannum pudebat, *εἰ μηδένα πώποτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ φονευομένων ἠλεηκὼς ἐπὶ τοῖς Ἑκάβης καὶ Ἀνδρομάχης κακοῖς ὀφθήσεται δακρύων.* Mirum ni Ἐγχέσπαλος tragicorum princeps horum verborum memor fuit, quum tragoediam de Hamleto scribebat. Cf. Plutarch. Moral. p. 334 A.

Pelop. 30. 6. Omnium Graecorum rex Persarum magnificentissimis donis ornavit Antalcidam, *ὅτι τὸν στέφανον ὃν πίνων περιέκειτο βάψας εἰς μύρον ἀπέστειλε.* Nempe hunc *δοκεῖ μάλιστα τιμῆσαι,* ut credas praeter corollam etiam alia quam plurima

Digitized by Google

eum accepisse. Itaque scribam: ᾧ τὸν στέφανον. Ceterum sua Plutarchus indidem habet unde mutuatus est Athen. II p. 48 E. Sed in excerpendo sive Plutarchus erravit, sive Athenaeus, nam apud hunc στρώματα πολλὰ καὶ ὁ ὑποστρώσων mittuntur ab rege Timagorae Cretensi, apud illum autem tum hic tum Artax. 22. 5 Atheniensis est, cui contingit κλίνη πολυτελὴς et στρῶται θεράποντες. Disertis tamen verbis Athenaeus: Τιμαγόρᾳ τῷ Ἀθηναίῳ τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε, ut dixeris duos legatos fuisse cognomines.

Pelop. 30. 10. De Epicrate itidem Athenaeus conferendus p. 251 A. Hic legatus missus ad regem οὐκ ἠσχύνετο κολακεύων οὕτως φανερῶς καὶ τολμηρῶς τὸν βασιλέα, ὡς καὶ εἰπεῖν δεῖν κατ' ἐνιαυτὸν οὐκ ἐννέα ἄρχοντας ἀλλ' ἐννέα πρέσβεις αἱρεῖσθαι πρὸς βασιλέα. Hunc tamen populus ridens missum fecit. Plutarchi autem verba sunt: Ἐπικράτους — ψήφισμα γράφειν φάσκοντος ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων. Vides scurram lepide esse iocatum, ut appareat verum esse ψήφισμα γράψειν φάσκοντος non γράφειν. Nihil autem horum serio cogitabat facere. Dixerim fabulas illas de Epicrate partim certe fluxisse ex Platone comico, qui in comoedia quam Πρέσβεις inscripsit, Epicratem exagitavit. Longe aliter iudicat Demosthenes de Falsa Legat. p. 430, cui est ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως δημοτικός. Accusatus fuit male gestae legationis, sed non constat sitne condemnatus an absolutus. Plutarchus nihil satis diserte pronunciat; secundum Athenaeum absolutus est: θαυμάζω, inquit, τῶν Ἀθηναίων πῶς τοῦτον ἄκριτον εἶασαν· Demosthenes tamen: τῶν πρέσβεων ἐκείνων ὑμεῖς θάνατον κατεγνώκατε, ὧν εἷς ἦν Ἐπικράτης. Barbam alebat insane magnam, testibus Aristophane Eccl. 71 et Platone Comico.

Pelop. 35. 4. Docuerat Pelopidas Theben Alexandri tyranni uxorem μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἔξω λαμπρότητα καὶ παρασκευὴν τῆς τυραννίδος. At illa suspicere poterat nimiam mariti potentiam; cur sibi ab ea timeret, nihil erat. Est proprium verbum quo tum veteres in ea re utuntur tum ipse Plutarchus: δυσω-

Digitized by Google

πεῖσθαι, nam veteres mediam formam usurpant, quae etiam apud Plutarchum crebrius legitur, cum tamen interdum activam quoque formam usurpet. Conscripsit ipse libellum περὶ τῆς δυσωπίας eumque animi affectum vitiosum pudorem esse interpretantur. Criminantur amici quod Solon c. 14. 9 διὰ τοὔνομα δυσωπεῖται τὴν μοναρχίαν. Coriolani virtutem vulgo homines ἐδυσωποῦντο, c. 15. 1. Itidem c. 26. 2 Volsci ἐδυσωποῦντο τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν ὅτι σπονδαὶ διέτεις ἦσαν αὐτοῖς. Cat. Mai. 20. 9 generi cum soceris non una lavantur, δυσωπούμενοι τὴν ἀποκάλυψιν. Similiter credo Pelopidas Thebae auctor fuerat μὴ δυσωπεῖσθαι Alexandri τὴν ἔξω λαμπρότητα. Glossa, uti coniicio, genuinum vocabulum e textu expulit, nam scribit Harpocration δυσωπεῖσθαι idem esse quod φοβεῖσθαι similiterque etiam alii grammatici. Verius est quod scribit Phrynichus p. 278 Rutherf. Plutarchum peculiari modo adhibuisse. Πλουτάρχῳ μέν ἐστι, inquit, περὶ δυσωπίας βιβλίον, τοῦθ' ὅπερ οἴεται δηλοῦν τὸ ἐντρέπεσθαι καὶ μὴ ἀντεχεῖν δι' αἰδῶ, ἀλλὰ σημαίνει ἡ δυσωπία παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν ὑφόρασιν καὶ τὸ ὑποπτεύειν. Itaque secundum ipsum in Moral. p. 528 E δυσωπία est αἰσχυντηλία μέχρι τοῦ μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσα. Latine idem dicere haud facile est; possis fortasse *verecundiam* interpretari itemque verbum *verecundandi* apud Plautum est. Nostrates, credo, *verlegenheid* appellant et fortasse interdum *menschenvrees*, neque haec tamen prorsus ἰσοδύναμα sunt. Veteres olim aliter, veluti Demosth. p. 127. 25: οὐκ ὀρρωδῶ ἀλλὰ δυσωποῦμαι, recte vertit Reiskius: Atque eos qui vos eo redigunt, non horreo sed *detestor*. Ex media forma procuderunt recentiores activum δυσωπεῖν, quale est Lycurg. 9. 8: τὰ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, quibus denotantur taetra, squalida, sordida, a quibus oculos avertimus. Vide quoque Moral. 71 B, 531 A et 532 D: αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀντιλέγειν τοῖς ἀγνωμόνως δυσωποῦσιν ὕστερον δυσωποῦνται τοὺς δικαίως ἐγκαλοῦντας. Compositum ὑποδυσωπεῖσθαι legitur p. 646 B. Haec dum reputo noto loco p. 28 F, ubi de Aristarcho est: ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη Φοβηθείς et de Philippo post pugnam apud Chaeroneam p. 849 A: νεκρῶν ἔδωκεν ἀναίρεσιν Φοβηθείς, haud satis scio an non praestet δυσωπηθείς. Cf. quae dicturi sumus ad Dion. 14. 2.

Digitized by Google

Marcell. 3. 1. Plutarchus Gallos nominat ἐφεδρείαν εἰληφότας, sed quoniam nemo sponte ἔφεδρος fit, sed sorte designatur, necessarium est εἰληχότας. Unusquisque si modo posset, avide τὴν ἐφεδρείαν ἂν λαβοι, ut adversarium haberet iampridem defatigatum.

Marcell. 3. 4. Duo Graeci totidemque Galli in foro boario vivi defossi sunt. Abominatur Plutarchus ἀπορρήτους καὶ ἀθεάτους ἱερουργίας, sed malim appellare ἀθεμίτους, sicuti ἀθέμιτοι εὐχαὶ sunt Aem. Paul. 19. 3. Ceteroquin Plutarchus rem exaggerare videtur: οἷς, inquit, (sed ὡς legendum) ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Νοεμβρίῳ μηνὶ δρῶσιν Ἕλλησι καὶ Γαλάταις ἀπορρήτους καὶ ἀθεμίτους ἱερουργίας, nam quod apparet praesertim Pelop. 21 et Aristid. 9, institutum vehementer improbat. Credidit autem quotannis fieri, quod raro admodum fiebat. Auctor est Plinius H. N. XXVIII. 2 (3). 12: Boario vero in foro Graecum Graecamque defossos aut aliarum gentium, cum quibus tum res esset, etiam nostra aetas vidit. Ipse quoque Livius XXII. 37 rem excusare conatur ab Sibyllinis libris repetendam, sed alienam a clementia Romana. Est, inquit, in foro boario locus saxo conseptus, iam ante hostiis humanis, minime Romano sacro, imbutus. De ipsis Graecis nuper luculenter egit Stengelius in libro de Caerimoniis p. 114 sqq. Itidem confer Wyttenb. ad Moral. p. 283 F.

Marcell. 6. 9. Converso equo Marcellus τὸν ἥλιον αὐτὸς προσεκύνησεν. Lege: οὕτω.

Marcell. 11. 1. Supplendum: ἦσαν δὲ πολλοι (οἱ) καὶ διενοοῦντο διαρπάσαι τὰς ἀποσκευάς.

Marcell. 11. 5: λέγονται γὰρ ὑπὲρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ Ῥωμαίων οὐ πλείονας ἢ πεντακοσίους. Lege: ἀποβαλεῖν. Ratio in aprico est.

Marcell. 12. 1. In *Mnem.* 1896 p. 114 insignem mihi habuit honorem clarissimus collega Valeton, data epistula peramanter scripta, in qua primum iucundissime scripsit de labore per se-

Digitized by Google

decim annos in nostris communibus studiis insumpto, tum quaerere suscepit quid tandem esset *petere magistratum* et *profiteri*, quum nemo praeter Rullum iusserit *praesentem profiteri*, rectissime autem dicatur *praesentem petere*. Quantum intellexi, collega meus totam quaestionem in tam clara luce posuit, ut magis non possit. Unum addo locum, cuius immemor fuisse videtur. Legitur in Marcelli Vita l.l.: ἐκάλει Μάρκελλον ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν διαδοχὴν καὶ βίᾳ τῶν ἀρχόντων ὑπερέθετο τὴν κατάστασιν ἕως ἐκεῖνος ἦλθεν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. Marcellus autem exercitum ad Nolam habebat itaque brevi intervallo Romae adesse potuit, ut praesens peteret, quemadmodum Livius pluribus rem persequitur XXIII. 31. Sed praeterea locus est in Marii Vita 12. 1, quo loco omnes utuntur: (Μάριος) ὕπατος ἀπεδείχθη, τοῦ μὲν νόμου κωλύοντος ἀπόντα καὶ μὴ διαλιπόντα χρόνον ὡρισμένον αὖθις αἱρεῖσθαι, τοῦ δὲ δήμου τοὺς ἀντιλέγοντας ἐκβάλλοντος. Hic quantum video sermo fit de plebiscito quo secundum Livium VII. 42 cautum est ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet. Est quidem verum Marium quum in Africa abesset, praesentem petere non potuisse, sed non hoc est, quod Plutarchus nunc agit. Loquitur de una tantummodo lege: τοῦ νόμου κωλύοντος, non τῶν νόμων κωλυόντων. Quocirca coniecerim secundum Chaeronensem vetitum fuisse ὑπατευκότα μὴ διαλιπόντα χρόνον ὡρισμένον αὖθις αἱρεῖσθαι. Ceterum biennium tantum interfuit inter primum et alterum Marii consulatum et absens creatus est c. 11. 1. Cf. praeterea *Mnem.* 1888 p. 108.

Marcell. 12, 4. Leve fortasse est rescribere δόρατα τῶν ναυμάχων, expuncto eo quod est μεγάλα· sed magis me advertit quod statim sequitur: διδάξας πόρρωθεν συντηροῦσι παίειν τοὺς Καρχηδονίους. Fieri potest ut Plutarchus interdum syntaxin violarit, quum imprimis perspicue scribere vellet. Veluti Coriol. 32. 4: ἔδοξεν ἀτρεμοῦντας τὰ τείχη φυλάττειν καὶ προσβάλλοντας ἀποκρούεσθαι τοὺς πολεμίους, ἐν — τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης παραλόγοις τιθεμένοις τὰς ἐλπίδας. Hic etiamsi concedam veram lectionem esse τιθεμένοις, quae longe magis est perspicua quam scriptura quam syntaxis flagitat: τιθεμένους, tamen verbum διδάσκειν cum tertio casu constructum vix tolerabile. Quantillum

Digitized by Google

est reponere δείξας! Ceterum c. 11. 5 et 12. 5 bis eadem pugna describitur; mira certe utrobique in caesorum numero convenientia. Et eadem fortasse medicina utendum Cimon. 10. 9.

Marcell. 13. 7. Milites qui ex Cannensi clade effugerant, missi fuerunt in Siciliam. Pro his consul gratiam deprecatus est factumque est triste Sctum, nihil indigere remp. illorum hominum ignavia; εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως μηδενὸς τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων ςεΦάνων καὶ γερῶν τυχεῖν. Pro ἴσως repone τέως· nimirum quamdiu Hannibal in Italia erit. Non mihi persuaserunt Madv. Advers. I p. 583 et Bernardaces p. 18.

Marcell. 15. 6: οἱ σκορπίοι βραχύτονοι μὲν, ἐντεῦθεν δὲ πλῆξαι παρεςήκεσαν. Lege: ἐγγύθεν.

Marcell. 22. 5. Venus ἀπέχθεται βίᾳ καὶ πολέμοις. Haud parum melius placet ἄχθεται.

Marcell. 24. 1. Marcello displicebant Fabii cunctationes quum putaret πρότερον ἐκτριβεῖσαν ὑπ' ἐκείνου λήσεσθαι τὴν Ἰταλίαν. Praestat Φθήσεσθαι.

Marcell. 25. 1. Valerius ἕτερον ἐβούλετο λαβεῖν δικτάτωρα. Sicuti Romani *dicere*, Plutarchus hoc appellare solet λέγειν.

Marcell. 26. 1. Hannibalis sunt de Marcello verba: ἀεὶ μαχησόμεθα πρὸς τοῦτον ὡς ἔοικεν τῷ τοῦ τολμᾶν ἀεὶ καὶ τὸ θαρρεῖν εὐτυχοῦντι καὶ σΦαλλομένῳ τὸ αἰδεῖσθαι πρόΦασίς ἐςιν. Facilia haec fient intellectu, si correxeris: ᾧ τὸ τολμᾶν ἀεὶ καὶ θαρρεῖν.

Marcell. 27. 2. Leve est pro προσγεγυμνασμένος rescribere προγεγυμνασμένος.

Marcell. 28. 2: μύες τὸν ἐν Διὸς χρυσὸν διαΦαγόντες. Commendo: διατραγόντες, sicuti legitur Nic. 13. 4: κόρακες τὸν καρπὸν ὄντα χρυσοῦν τοῦ Φοίνικος ἀπέτρωγον. Cf. Cobet. *Mnem.* 1856 p. 195 et 1874 p. 51. Idem vitium recurrit Sull. 7. 4.

Digitized by Google

Marcell. 29. 6: καλὸν μὲν τῷ στρατοπεδεῦσαι τὸ χωρίον ἐφαίνετο. Cum Reiskio postulo: καλὸν μὲν ἐνστρατοπεδεῦσαι. Talia composita ubique ab omnibus pro re nata finguntur et mirum dictu est quoties praepositio ἐν exciderit. Arist. 11. 9 τόπον εὐφυέστατον ὄντα ἐμπαρατάξαι φάλαγγα Plutarchus, credo, nominavit, non παρατάξαι, veluti mox c. 11. 11: χώραν ἐπιδοῦναι ἐναγωνίσασθαι legitur et c. 10. 1 πεδίον καλὸν ἐναγωνίσασθαι. Contra c. 16. 3 Athenienses κέρδος ἡγοῦνται τὸ μὴ πρὸς ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς ἀλλὰ βαρβάρους καὶ φύσει πολεμίους — ἐναγωνίσασθαι, sed cum Reiskio multum praefero verbum simplex.

Marcell. 29. 7. Romani milites tumultuantes διεστατήγουν, h. e. disserebant de imperatoris officio et Marcello molesti erant, quum arbitrarentur se optime animadvertere quae loca occupanda forent. Est hoc verbum apud Plutarchum minime rarum. Sic Aemilius Paulus 13. 4 invenit exercitum πολλὰ διαστρατηγοῦντα τῶν ἀπράκτων. Pyrrh. 16. 2 in balneis milites ἀλύοντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγῳ διεστατήγουν. Sulla 23. 3 de Mithridate cum contemtu, νῦν δέ, inquit, ἐν Περγάμῳ καθήμενος ὃν οὐχ ἑώρακε διαστρατηγείτω πόλεμον. Itidem Galb. 1. 1 legimus Aemilium Paulum accepisse τὴν ἐν Μακεδονίᾳ δύναμιν διαστρατηγοῦσαν. Diversum est παραστρατηγεῖν· facit hoc qui aliquid iuris in imperatorem habet aut certe sibi arrogare potest. Hinc idem ille Aemilius Paulus c. 11. 1 Romae contionem habet et populum enixe rogat ne velit παραστρατηγεῖν, sed decernere omnia quibus sibi ad bellum opus esset. Alexander 39. 5 noluit matrem παραστρατηγεῖν. Lepide quoque de Ctesippo Chabriae filio in Phocionis exercitu 7. 2: παρενοχλοῦντος ἐν στρατείᾳ τινὶ τοῦ νεανίσκου καὶ κόπτοντος αὐτὸν ἐρωτήμασιν ἀκαίροις καὶ συμβουλίαις οἷον ἐπανορθουμένου καὶ παραστρατηγοῦντος. Scilicet adulescens sibi iam propemodum Phocionis collega videbatur. Sunt etiam alii loci ad manum. Veluti apud Dionysium Halic. X 45 consulis vox est ad tribunum, qui non statim ac sine mora dicto audiens fuerat: χώρει διὰ ταχέων καὶ μὴ παραστρατήγει. Sed cumulare exempla non necesse est.

Aristid. 10. 11. Ephori Aristidem λῃρεῖν ἔφασκον καὶ καθεύ-

Digitized by Google

δειν. Scio quidem interdum etiam verbum καθεύδειν translato sensu usurpari, sed longe frequentius hoc sensu est νυςάζειν et nunc certe malim: λῃρεῖν ἔφχσκον καὶ ὑθλεῖν. Unciales literae ostendent horum verborum in ductibus convenientiam.

Aristid. 18. 2. Admirabile est videre quam multae bonae correctiones lateant apud Sintenisium in margine. Veluti in hisce: τοῖς βαρβάροις παρέςη λογισμός, ὡς πρὸς ἄνδρας ὁ ἀγὼν ἔσοιτο μαχομένους ἄχρι θανάτου. Uniuscuiusque est rescribere: μαχουμένους. Scribit Sintenisius primum hoc vidisse Coraem, sed in textu praesens reliquit itemque Doehnerus vulgatam lectionem servavit. Hercherus verum agnovit.

Aristid. 23. 3. Pausanias classiarios pro poena σιδηρᾶν ἄγκυραν ἐπιθεὶς ἠνάγκαζεν ἐςάναι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. Malo: περιτιθείς. Cf. *Mnem.* 1896 p. 355.

Aristid. 24. 1: ταχθῆναι βουλόμενοι κατὰ πόλιν ἑκάςοις τὸ μέτριον. Non hoc agebant socii, sed ut certum ac definitum tributum singulis urbibus imperaretur: itaque verum est: μέτρον. Hinc statuit Aristides τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάςῳ καὶ δύναμιν.

Aristid. 24. 6. Risit aliquando Themistocles quod Aristides tanto opere celebrabatur ἐπὶ τῇ διατάξει τῶν φόρων· non enim viri laudem esse ἀλλὰ θυλάκου χρυσοφύλακος. Hoc quidem stultum est, sed non invenio leniorem correctionem quam: ἀλλὰ δουλικοῦ χρυσοφύλακος (ΑΛΛΑΔΟΥΛΙΚΟΥ — ΑΛΛΑΘΥΛΑΚΟΥ).

Aristid. 25. 3. Quum Athenienses aerarium commune sociorum Delo Athenas deportare vellent, Σαμίων εἰσηγουμένων, legimus contendisse Aristidem rem iniustam quidem esse, verumtamen utilem. At neque verisimile iudico Samios fuisse auctores et nusquam praeterea tale quid traditur. Certe non sequar Blassium qui nescio quid argutatur: „Samos war nach Athen das mächtigste Bundesglied; der Antrag demnach so am wenigsten verdächtig." Itaque ne operae quidem pretium habuit adscribere acutam Madvigii correctionem: τῶν ταμιῶν εἰσηγου-

Digitized by Google

μένων. Sed quantumvis acute hoc inventum sit, malim tamen equidem: Σαμίων ἐνιϛαμένων.

Cat. Mai. 1. 7. Cato eloquentiam excoluerat τῶν καλῶν οὐ μόνον ἀναγκαῖον ὄργανον. Quoniam ἀλλὰ καί nec sequitur nec subintelligitur, reponere licebit: μονονοὺκ ἀναγκαῖον. Sic saepe solet Plutarchus. Themist. 32. 4: Φύλαρχος ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ μονονοὺ μηχανὴν ἄρας. Crass. 15. 5: μονονοὺ βίᾳ προῆγεν. Sertor. 18. 7: μονονοὺ θερμαινόμενος τῷ πυρί. Phoc. 29. 1: μονονοὺκ ἔρωτα παρίϛη. Cat. Min. 57. 2: τὸν Ἰόβαν ἔπαυσε μονονουχὶ σατράπας πεποιημένον. Agid. 14. 2: πρᾴως καὶ μονονοὺκ ἀψοφητὶ διαπορευόμενοι. Brut. 29. 3: μονονουχὶ ῥητῶς ὑπὲρ τυραννίδος ἐπολέμησαν. Artax. 8. 1: μονονουχὶ δεικνύοντος ὄψει. Artax. 20. 1: ἐξ αὐτῶν μονονουχὶ τῶν βασιλείων ἐσώθησαν. Denique Galb. 24. 2: μονονουχὶ τὸν Ὄθωνα τοῦ θεοῦ χειρὶ λῃστὸν παραδιδόντος. Praeivit Demosthenes noto loco p. 9. 12: ὁ παρὼν καιρὸς μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. Hinc parata medicina est Eumen. 14. 1: τὰ πράγματα φωνὴν ἀφιέντα. Hoc quidem nimium est et Herwerdenus iam supplevit: (μονονουχὶ) φωνὴν ἀφιέντα.

Fredericus Kenyon ad Bacchylidem p. 37 studuit probare Pherenicum Hieronis equum vicisse Delphis annis 482 et 478, Olympiae vero anno 476. „A modern racehorse does not continue on the turf for six years, still less win important races over such a period; but the circumstances of Greek racing were different." Deinde pergit ostendere quantum intersit inter „a racehorse" et „a steeplechaser, who does not begin racing so early and is consequently able to continue much longer". Apparet Kenyonem immemorem fuisse Herodoti VI 103, qui narrat Cimonis equos ter deinceps vicisse Olympia, nempe uti Rutgersius perhibet annis 532, 528 et 524. Respicitur eodem Cat. Mai. 5. 6. Hic igitur habemus exemplum equorum victorum non spatium sex, sed novem adeo annorum. Maius etiam est quod colligitur e Spartana inscriptione, n. 4416 apud Collitsium. Δαμώνων fuit cui contigit quod nemini πήποκα τῶν νῦν. Operae pretium est quaedam describere: Τάδε ἐνικαὲ Δαμώνων τῷ αὐτῷ τεθρίππῳ αὐτὸς ἀνιοχίων· ἐν Γαιαῑόχῳ τετράκιν καὶ Ἀθάναια τετράκιν κἠλευῦνια τετράκιν. καὶ Ποοῖδαια Δαμώνων

Digitized by Google

ἐνίκη Ἔλει, καὶ ὁ κέλης ἅμα αὐτὸς ἀνιοχίων ἐνήβωσις ἵπποις ἑπτάκιν ἐκ τᾶν αὐτῶ ἵππων κήκ τῶ αὐτῶ ἵππω. καὶ Ποσίδαια Δαμώνων ἐνίκη Θευρίᾳ ὀκτάκιν αὐτὸς ἀνιοχίων et cetera quae nunc mitto, cum praesertim non appareat quae illorum ludorum intervalla fuerint nec magis disertis verbis significetur quoties Damonon iisdem equabus vicerit. Alia dabit Friedlanderus *Sittengeschichte* II p. 305.

Cat. Mai. 10. 4. Plutarchus ex Polybio refert uno die in Baetica urbes ab Catone dirutas fuisse: τῶν ἐντὸς Βαίτιος ποταμοῦ πόλεων ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ τείχη κελεύσαντος αὐτοῦ περιαιρεθῆναι, deinde addit eas fuisse quadringentas numero. Sed deerit aliquid ad loci integritatem, nisi suppleas: πόλεων (πασῶν). Vides quam facile illud potuerit excidere.

Cat. Mai. 11. 1. Non de provincia Cato decesserat et Scipio volebat τὰς Ἰβηρικὰς πράξεις ὑπολαβεῖν. Sunt qui vim praepositionis in his compositis non penitus intelligant qualis sit eaque de causa iam satis multa exempla ad Theophrastum adscripseram *Mnem.* 1892 p. 336 et alia addidi *Mnem.* 1893 p. 340. Nova deinde exempla, uti fit, sese mihi obtulerunt. Veluti notaram ὑποθεῖν legi in Arist. Eqq. 1161; sed idem vocabulum praeterea Xenophon habet de Venat. 3. 8 de canibus, dum alter alterum currentem praepedit atque sic conatur antevertere. Apud Dionem Cassium XLVIII. 6. 5 legitur: ὑπολαμβάνοντες αὐτοὺς ὡς ἐκάστους καὶ συνήροντο καὶ συνίσων, ubi scriptor verbum ὑπολαμβάνειν cum plurimis aliis a Thucydide mutuatus est I 121 et 143. Praeter laudatum Plutarchi locum inveni Cat. Mai. 19. 1: τὸ παραρρέον δημόσιον ὕδωρ ὑπολαβόντες ὑπῆγον εἰς οἰκίας ἰδίας. Redit verbum Philopoem. 8. 1 et Dion. 14. 1. Sed maxime attendendum ad Arist. Eqq. 742:

ὅτι; στρατηγῶν, ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου
πλεύσας ἐκεῖσε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον.

Sic enim Leeuwenius locum felicissime expedivit *Mnem.* 1887 p. 460. Nos similiter: *onderkruipen*, *onderhuren*, *onderscheppen*; sed de ea re ad Theophrastum dixi.

Can. Mai. 15. 2. P. Scipioni Africano dies dicta fuit ex lege Petillia de pecunia regis Antiochi. De ea causa quae olim

Digitized by Google

maximis clamoribus celebrata fuerat, vix quidquam certi traditum est. Scribit Livius XXXVIII. 56: Non de accusatore convenit: alii M. Naevium, alii Petillios diem dixisse scribunt; non de tempore quo dicta dies sit; non de anno quo mortuus sit; non ubi mortuus aut elatus sit, cet. Secundum Plutarchum accusatores extitere Petillii, subscriptor Cato. Sequitur apud eum quod nimis absurdum est: τοῦτον μὲν οὖν (Africanum) ἀπ' οἴκου τε μεγάλου (sed Ungerus acute correxit ἀπ' ὄγκου τε μεγάλου) καὶ Φρονήματος ἀληθινοῦ ποιησάμενον ὑπὸ πόδας τὰς διαβολὰς μὴ ἀποκτεῖναι δυνηθεὶς ἀφῆκε. Itane vero? Hoccine egit Cato ut is qui Hannibalem superasset et bellum Punicum confecisset carnificis manu in carcere periret? Cras credam. Sed Livium conferamus qui c. 51 rem hoc ferme modo enarrat. Tribuni plebis Scipionem accusarunt et orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. Ubi ea venit, tribuni in Rostris prima luce consederunt. Citatus reus ad rostra subiit, deinde tribunis plebis et contione relicta, contulit sese in Capitolium simulque se universa contio avertit et secuta Scipionem est, cui hic speciosus ultimus dies illuxit. Nec tamen tribuni destiterunt: longior dies prodicta fuit concessitque Scipio in Liternium. Ubi dies venit citarique absens est coeptus, L. Scipio morbum causam esse cur abesset excusavit et altercando tandem per Ti. Sempronium Gracchum eo perventum est, ut causa oblivione sepeliretur. Quid Cato? Uti coniicio, prohibitus fuit quominus longa et elaborata oratione bilem in Scipionem evomeret. Μὴ ἀποκτεῖναι δυνηθεὶς absurdum est, sed reum missum fecit: μὴ ἀποτεῖναι (scil. τὸν λόγον) δυνηθείς. Infelix est suspicio Madvigii p. 583: μὴ ἀποκλῖναι δυνηθείς, hoc erit: inclinare et de statu movere. Credo, in Liternino Scipio iam satis de statu motus erat.

Cat. Mai. 17. 9. Condemnatus Quinctius post in theatrum venit καὶ πορρωτάτω που καθεσθεὶς οἴκτον ἔσχε παρὰ τῷ δήμῳ. Positivus satis est et malo πόρρω. Haud dissimilis est corruptela Pyrrh. 2. 3.

Cato Mai. 20. 4. Cato Maior in Socrate nihil aliud, οὐδὲν ἄλλο, admirabatur quam quod patienter tulerat morosam uxo-

Digitized by Google

rem et liberos stupidos. Hoc quidem nimium est: scribam: οὐδὲν μᾶλλον. Est tamen verissimum Catonem non magni fecisse Socratem eiusque philosophiam, vide modo c. 23. 1.

Comp. Arist. et Cat. 3. 2. Non fuit Cato de re rustica πολλὰ καὶ χρήσιμα συλλεξάμενος, sed συγγραψάμενος.

Comp. Arist. et Cat. 4. 11: γελοῖον γὰρ οἴεσθαι ῥᾳθυμίας εἶναι τὴν Ἀριστείδου πενίαν (σημεῖον). Vides quid exciderit. Cf. Bast. ad Greg. Cor. p. 216.

Philopoem. 10. 6. Machanidas tyrannus vult transire fossam idque Philopoemen conatur prohibere: παρεξήλαυνον ἀλλήλοις ἑκατέρωθεν, ὁ μὲν διαβῆναι καὶ φυγεῖν, ὁ δὲ τοῦτο κωλῦσαι βουλόμενος. Non sic simpliciter fugere volebat Machanidas, hostibus in altera fossae ripa instantibus. Quod agebat, id Plutarchus consuevit appellare φυγομαχεῖν et cf. de eadem re Polyb. XI. 17, Legitur verbum quod dixi Philopoem. 13 1: ἀπῆν φυγομαχῶν, Lycurg. 16. 8: πρὸς τὸ τολμᾶν καὶ μὴ φυγομαχεῖν ἐν ταῖς ἀμίλλαις, Marcell. 24. 1: τῶν ἄλλων ὑπάτων τῷ φυγομαχεῖν χρωμένων, Marcell. 25. 3: τῷ φυγομαχοῦντι παντα-χόθεν ἐπεφαίνετο, Lucull. 14. 5: ὄρη βατιλεῖς φυγομαχοῦντας ἀρκοῦντα κατακρύψαι, Crass. 11. 7: οὐκέτι γὰρ ἠξίουν φυγομαχεῖν itemque Pomp. 67. 4, Alex. 32. 1, Caes. 41. 1; est plane, uti vides, *pugnam detractare*, sed qui pugnam detractat, non continuo fugam capessit. Habet Plutarchus composita φιλομαχεῖν, τοπομαχεῖν et θυμομαχεῖν.

Philopoem. 12. 5. Supplendum καὶ (δὴ) διέφυγε. Res aperta est.

Philopoem. 13. 9. Philopoemen in insulam Cretam delatus ipsos Cretenses versutos ταχὺ παῖδας ἀπέδειξεν ἀνόητα καὶ κενὰ πρὸς ἐμπειρίαν ἀληθινὴν πανουργοῦντας. Rectius iungentur ἀνόητα καὶ κενά. Astu illi nihil proficiebant erantque inania consilia.

Philopoem. 14. 1. Redit Philopoemen in patriam λαμπρὸς περὶ τῶν ἐκεῖ πράξεων. Restituit Bryanus praepositonem παρά,

Digitized by Google

Sintenisius cogitavit de praep. ἀπό. Nisi fallor, requiritur ἐπί, coll. Flamin. 2. 5: ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ δηλοῦται et Mar. 2. 4: ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πράξεων αὐτῶν εὐθὺς θεωρείσθω.

Philopoem. 18. 13. In pugna equestri Philopoemen de equo decidit et ἔκειτο πολὺν χρόνον ἄναυδος, ut mortuum esse crederent. Mox τὴν κεφαλὴν ἐπάρας διέβλεψεν. Melius intelligam: ἀνέβλεψεν. Recte autem c. 20. 3: διαβλέψας.

Phllopoem. 19. 3. Captivum Messenii interfici iusserunt αὐτῷ Δεινοκράτει Φοβερώτερον εἰ διαφύγοι. Immo: Φοβερώτατον.

Philopoem. 21. 10. Supplendum: λόγων δὲ (πολλῶν) λεχθέντων.

Flamin. 3. 3. Angustiae ad Aoum flumen non minus munitae sunt quam ipsa Tempe, κάλλη δὲ δένδρων καὶ χλωρότητα ὕλης καὶ διατριβὰς καὶ λειμῶνας ἡδεῖς οὐκ ἔχουσιν. Molestus hiatus est et commendabo: χλωρότητας.

Flamin. 8. 4. Notabile ἀνακόλουθον est: περιῆν ὁ Φίλιππος — ὅλην ἐπερείσας τὴν Φάλαγγα τοῖς Ῥωμαίοις τὸ βάρος τοῦ συνασπισμοῦ — οὐχ ὑπομεινάντων. In longiore sententia talia minime rara sunt et lubet aliquot exempla adscribere. Comp. Alcib. et Coriol. 3. 3: τὰς δὲ Μαρκίου πράξεις — τοῦτο μὴ προσὸν ἐπαχθεῖς ἐποίησεν αὐτοῖς τοῖς εὖ παθοῦσιν, τὸν ὄγκον αὐτοῦ — μὴ ὑπομείναντας. Pelop. 11. 2: ταῖς θύραις — ἐπισάντων κρότον ἐποίησαν. Sull. 25. 4: ἐτέτακτο γὰρ — τῷ καταλύτῃ τὸν ξένον διδόναι τέσσαρα τετράδραχμα — ταξίαρχον δὲ πεντήκοντα δραχμὰς λαμβάνειν τῆς ἡμέρας, ἐσθῆτα δ' ἄλλην μὲν οἰκουρῶν, ἄλλην δ' εἰς ἀγορὰν προερχόμενος. Sunt talia diligenter considerandа. Madvigium in Adversariis I p. 55 non sequi ausim.

Flamin. 12. 3: κατάγων τὰς Φυγάς. Dixeris citra controversiam verum esse τοὺς Φυγάδας, sed similiter legitur Philopoem. 16. 4 τὰς Φυγὰς κατάγειν ubi cf. Blassius; recte autem bis Φυγάδας legitur c. 17. 4.

Digitized by Google

Flamin. 14. 1: ὡς ἀναγράφουσιν. Palam est rescribi oportere καὶ ἀναγράφουσιν.

Flamin. 17. 7. Coenat Flamininus παρὰ τῷ ξένῳ, de quo quum nondum quidquam dictum sit, malo: παρ' ἰδίῳ ξένῳ. Cf. Moral. p. 197 C et Liv. XXXV. 49.

Flamin. 19. 4. Nominat Plutarchus Catonem censorem ἄρχοντα νόμιμον καὶ πολίτην ἄριστον. Languet adjectivum νόμιμον et verius videtur δόκιμον.

Comp. Philopoem. et Flamin. 3. 4: ῥᾷον γὰρ χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις ἢ λυπεῖν ἀντιτείνοντα τοὺς δυνατωτέρους. Merae tenebrae: scribe ἢ (μὴ) λυπεῖν et lux erit.

Pyrrh. 2. 1: οἱ Μολοσσοὶ ἐπηγάγοντο τοὺς Νεοπτολέμου παῖδας. Quoniam in superioribus nihil dictum fuit de illo Neoptolemo, credibile est aliquid intercidisse. Cf. c. 5.

Pyrrh. 3. 7: τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν ἀλεκτρυόνα θύων λευκὸν ὑπτίων τε κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον. Non videtur fidem miraculo habuisse Plutarchus; alii pertinaciores fuerunt et reges Angliae usque ad Gulielmum III haud dissimili modo scrofulas sanabant. Itidem in Gallia qui struma laborabant, regem adibant.

Pyrrh. 8. 5. Perscribitur Hannibalis iudicium de optimo imperatore, sed diversum est quod traditur Flamin. 21, ubi eadem quae Livius XXXV. 41.

Pyrrh. 12. 4. Depingitur Pyrrhus Demetrii κωλύων τὴν δύναμιν ὥσπερ ἐξ ἀρρωστίας μεγάλης ἀναλαμβάνουσαν, sed satis apparet veram lectionem esse κολούων, quod Blassius quoque vidit. Sic legitur Nic. 6. 1: κολούοντα τὸ φρόνημα καὶ τὴν δόξαν.

Pyrr. 13. 8: πρέσβεις ἔπεμψαν λέγοντας. Hic ne quis requirat λέξοντας. Sic saepe Plutarchus praesens habet, ubi rectius futurum posuisset, verbi causa Lysandr. 23. 2: πρέσβεις ἔπεμπον

Digitized by Google

δεομένους et Galb. 8. 2: πεμπτέον ἐστὶν αἰτουμένους. Longe tamen crebrius futurum invenitur.

Pyrrh. 14. 1. Legimus Cineam Demosthenis auditorem fuisse, qui tamen quadraginta annis ante obierat. Falso hoc traditum fuisse dixeris, nam quem Pyrrhus quoquoversus oratorem mittere solebat, non erat is extrema senectute.

Pyrrh. 14. 5. In Sicilia secundum Pyrrhum φάσις πάντα νῦν ἐκεῖνα Malo ἐκεῖ.

Pyrrh. 15. 2. Haud satis scio an Plutarchus non nimis peritus fuerit rerum nauticarum. Regia navis in qua Pyrrhus vehebatur πλαγίου (sed Xylander πελαγίου) μὲν ἔτι ὄντος τοῦ κύματος ἠμύνετο καὶ διέφυγε μεγέθει καὶ ῥώμῃ τὰς ἐπιβολὰς τῆς θαλάσσης· ἐπεὶ δὲ περιελθὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀπήντα τὸ πνεῦμα καὶ κίνδυνον εἶχεν ἡ ναῦς ἀντίπρῳρος ἱσαμένη πρὸς κλύδωνα πολὺν διαρραγῆναι — ἄρας ὁ Πύρρος αὐτὸν ἀφῆκεν εἰς θάλασσαν. Haec minime conveniunt cum iis quae de Sertorio narrantur 7. 5: τοῦ πελάγους ἀνισαμένου καὶ τὰ πολλὰ τῶν τοῦ Σερτωρίου πλοίων ὑπὸ κουφότητος πλάγια ταῖς ῥαχίαις περιβάλλοντος, αὐτὸς ὀλίγαις ναυσὶ — ἡμέρας δέκα σαλεύων πρὸς ἐναντίον κῦμα καὶ κλύδωνα τραχὺν ἐπιπόνως διεκαρτέρησεν. Itidem non concoquo Anton. 68. 1: μέγιστον βλαβεὶς ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ὑψηλοῦ κατὰ πρῷραν ἱσαμένου μόλις ὥρας δεκάτης ἀπεῖπε. Ceterum Xylander fortasse memor fuit Cic. 32. 2: εἰς Δυρράχιον ἀνέμῳ Φορῷ περαιούμενος, ἀντιπνεύσαντος πελαγίου μεθ' ἡμέραν ἐπαλινδρόμησεν. Cf. Wytt. ad Mor. 28 D.

Pyrrh. 21. 6: βιαζόμενος πρὸς χωρία δύσιππα καὶ ποταμὸν ὑλώδη. Hic miror Sintenisium, qui sibi non persuaserit recte correctum fuisse ποταμὸν ἑλώδη. Sermo est de pugna ad Asculum facta et quum supra stagna effusus amnis esset, nil mirandum, quod scribit Plutarchus, ἔφοδον οὐ λαβεῖν τὰ θηρία. Alii loci idem commonstrant. Sull. 20. 7 describitur fluvius Melas in Boeotia, qui haud procul πρόεισιν, ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖστον εὐθὺς εἰς λίμνας τυφλὰς καὶ ὑλώδεις ἀφανίζεται, recte Bryanus emendavit ἑλώδεις et illorum certe locorum natura satis nota est. Hinc etiam in sequentibus capitibus τὰ Ὀρχομενίων

Digitized by Google

ἕλη plus semel memorantur, in quibus nascebatur ὁ αὐλητικὸς κάλαμος. Contra sine vitio Lucull. 15. 3 describit τὴν ὀρεινὴν ὑλώδη καὶ δύσβατον οὖσαν et c. 22. 1 χωρία sunt ἑλώδη καὶ νοσερά. Recte quoque Caes. 16. 3 Britanni incidunt εἰς τόπον ἑλώδη καὶ μεσὸν ὑδάτων, sed c. 23. 1 Suevi εἰς βαθεῖς καὶ ὑλώδεις αὐλῶνας. Itidem c. 25. 2 recte πῇ μὲν ἀτέκμαρτοι βάθει χιόνος ἀτραποί, πῇ δὲ δι' ἑλῶν καὶ ῥευμάτων παρατρεπομένων ἀσάφεια πολλὴ τῆς πορείας. Prope Thapsum autem c. 53. 2 invenit Caesar ὑλώδεις τόπους καὶ προσβολὰς ἀφράκτους ἔχοντας. Remanet locus de quo subdubito Brut. 51. 1: διαβάς τι ῥεῖθρον ὑλῶδες καὶ παράκρημνον· alii videant. Cf. praeterea Oth. 7. 2, Brut. 4. 3; 6. 1, Flamin. 4. 5.

Pyrrh. 23. 5: ἀποσάσεις ὁρῶν ἅπαντα. Legam: ἀπαντα χοῦ. Minime persuasit Madvigius p. 586.

Pyrrh. 28. 5. Acrotatus filius regis Spartanorum deperibat Chilonida uxorem Cleonymi exulis quem Pyrrhus tentarat in patriam reducere. Repulsis hostibus magnam gloriam consecutus redit Acroterus in urbem cum senibus quibusdam clamitantibus: Οἶχε, Ἀκρότατε, καὶ οἶφε τὰν Χιλωνίδα· μόνον παῖδας ἀγαθοὺς τᾷ Σπάρτᾳ ποίει. Horum verborum emendatio non magno constat; quippe scribendum: Οἶφε, Ἀκρότατε, ναὶ οἶφε τὰν Χιλωνίδα, sed formam verbi non praesto; invenio enim et οἴφειν et οἰφεῖν et οἰφᾶν. Ceterum Plutarchus non accuratissimus fuit in Doricis formis servandis; si fuit, aliquanto plura corrigenda erunt, veluti c. 26. 19 πάθωμες et ἀδικεῦμες et ἐσσῆται· sed minime hoc necesse est.

Mar. 1. 3. Pro exemplo ponit Plutarchus cognomen Macrini, quod ante Traiani tempora non me legere memini, nec certe erat in pervulgatis nominibus. Non nominavit, credo, τὸν Μακρῖνον καὶ τὸν Τορκουᾶτον καὶ τὸν Σύλλαν, sed τὸν Μαγκῖνον.

Mar. 2. 2. Notabile est quod legimus, Marium Graeco sermone usum fuisse πρὸς μηδὲν τῶν σπουδῆς ἐχομένων. Consequitur eum satis scivisse Graece ut servulis aliquid imperaret. Sed hoc si verum est, fabula est quod narratur c. 45. 5.

Digitized by Google

Mar. 2. 4. Non fuit Platonis vox; ὦ μακάριε Ξενόκρατες θῦε ταῖς Χάρισιν, sed de more omiserat proprium Xenocratis nomen. Athenienses habent ὦ μακάριε, ὦ βέλτιστε, ὦ λῷστε et sim., sed nomen non addunt. Cobetus hoc plus semel ostendit. Metellus c. 8. 4 Marium compellat ὦ γενναῖε· quam foret absonum ὦ γενναῖε Μάριε. Interdum proprium nomen additur, sed non nisi certa de causa. Verbi causa in Platonis Gorgia p. 467 B Socrates verba sunt: μὴ κακηγόρει ὦ λῷστε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ. Hic certe non expungam Poli nomen, sed quaero quid tamen peculiare sit in illo ὦ λῷστε Πῶλε, ut Socrates addiderit: ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ. Gorgiae instar delectatur ille sophista ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις. Hinc suspicatus sum ὦ λῷστε interpolatoris esse, Socratem autem adversarium ita compellavisse: ὦ ἠλὲ Πῶλε. Credo ὦ et ἠλέ pronunciando ita in unum coaluisse ut evaderet ὤλε Πῶλε. Vide quoque ad Artax. 9. 1.

Mar. 4. 1. Marius trib. pl. creatus est Μετέλλου σπουδάσαντος. Vide an non praestet συσπουδάσαντος.

Mar. 11. 11: πρὶν ἀνατρέψωσι τὴν Ῥώμην. Est sane facillimum hic inserere particulam ἄν, quam sincera Graecitas postulat. Sed fieri potest ut circa talia minuta Plutarchus incuriosus fuerit. De multis exemplis unum et alterum delibabo. Invenio Lysandr. 6. 7: μέχρι πίῃ, Cat. Min. 41. 3: ἕως ἐμπνέωσι, Cat. Min. 59. 3: ἄχρι οὗ ἐξελέγξωσιν. Concedendum tamen est ἂν locis longe pluribus recte additum esse. Perperam particula adhaeret Mar. 12. 3: ἢ μὴν ἐμμενεῖν οἷς ἂν ὁ δῆμος ψηφίσαιτο.

Mar. 12. 3. Marius Iugurtham duxit in triumphum, οὔ ζῶντος οὐδ' ἂν εἷς ἤλπισε πολεμίων κρατῆσαι. Scripsissem equidem: πολέμῳ.

Mar. 13. 2. De mulis Marianis Plutarchus parum probabilia narrat ac certe diversa ab iis quae apud alios inveniuntur, v. c. Flav. Ios. Bell. Iud. III. 95. Scilicet in castris apud Numantiam Marius traduxit mulum εὐεξίᾳ καὶ πραότητι καὶ ῥώμῃ διαφέροντα. Non crediderim mulum tam bene curatum

Digitized by Google

ante reliquos omnes fuisse πρᾶον· *nitidus* fuit, uti arbitror, qualis canis ille apud fabularum scriptorem aussi puissant que beau, gras et *poli*. Tales bestiae λιπαραί dicuntur Xenophonti in Cyrop. I. 4. 11, ubi regius puer exultat et exclamat: τὰ δ' ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ λειμῶσι θηρία ὡς μὲν καλά, ὡς δὲ μεγάλα, ὡς δὲ λιπαρὰ ἐφαίνετο. Scripsi καὶ πραότητι uncialibus literis et emicuit: καὶ λιπαρότητι. Similiter in cute curanda plus aequo operata iuventus λιπαρά dici potuit, quam nitidam Romani interpretantur.

Mar. 15. 6. Erant Cimbri φθόγγον τε καὶ θόρυβον οὐχ ἑτέροις ὅμοιοι. Diversa erat dialectus qua utebantur, sed omnes tumultuabantur similiter: hinc reponam: φθόγγον τε καὶ θροῦν. De horum nominum confusione quaedam adnotavi ad Alciphronem *Mnem.* 1878 p. 252. Nempe φωνή erat ὅλως ἀλλόκοτος καὶ θηριώδης, ut est c. 16. 2. Vide quoque Madvigium Advers. I p. 139 de c. 19. 5, ubi Ligurum fit mentio. Addo Alex. 31. 4.

Mai. 17. 8. Magna Mater ex penetralibus ἐφθέγξατο νίκην Ῥωμαίοις ὑπάρχειν. Lege: ὑπάρξειν.

Mar. 19. 4. Barbari in Romanos impetum faciunt κρούοντες ῥυθμῷ τὰ ὅπλα καὶ συναλλόμενοι πάντες Dici hoc solet ἐναλλόμενοι, sicuti Lucull. 11. 2.

Mar. 19. 7. Romani Liguribus auxilio veniunt et Ambones, qui apud Aquas Sextias flumen traiecerant, in fugam convertunt καὶ πλεῖσοι μὲν αὐτοῦ περὶ τὸ ῥεῖθρον ὠθούμενοι κατ' ἀλλήλων ἐπαίοντο καὶ κατεπίμπλασαν φόνου καὶ νεκρῶν τὸν ποταμόν. Displicet ἐπαίοντο et significantius erit: ἐπατοῦντο. Deinde Romani flumen transgressi sunt et barbaros trucidarunt fugientes ἄχρι τοῦ στρατοπέδου.

Mar. 20. 1: ἥδιον ἀνδράσιν εὐτυχῶς μεμαχημένοις ὕπνος ἦπιος. Verius est: εὐψύχως, cf. Cobet. Var. Lect. p. 6.

Mar. 25. 6. Excidit particula et lege: ἐλπίσαντα μάλις' (ἂν) συμπεσεῖν.

Digitized by Google

Mar. 27. 6. Hastis consulis nomen insculpserant, non παρὰ τὸ ξύλον, sed περὶ τὸ ξύλον. Vide de hoc loco Madv. Adv. I p. 587.

Mar. 29. 5: τοῦ Μετέλλου φήσαντος μὴ ὀμόσαι. Plane requiritur futurum et olim scribebatur ὀμόσειν. Sciendum tamen est mox sequi veram futuri formam ὀμεῖσθαι. Crediderim Plutarchum negligenter vitiosa futuri forma fuisse usum; sed quis rem praestabit?

Mar. 31. 3. Sperabat Marius καὶ νέων μὲν τὴν πόλιν θριάμβων, σκύλων δὲ Ποντικῶν τὸν οἶκον ἐμπλήσειν, sed proclive est restituere καινῶν pro νέων. Vide tamen c. 45. 4.

Mar. 33. 3: καλούμενος οὐκ ᾐσχύνθη. Est hoc utique dicendum προκαλούμενος.

Mar. 38. 3: Ἐξαναστὰς οὖν ὁ Μάριος καὶ ἀποδυσάμενος καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν λίμνην. Apud Plutarchum nulla est offensio in aoristo ἀποδύσασθαι, quem saepe usurpat; sed non video cur scriptor hoc ipsum addiderit Marium vestem exuisse. Magis ad rem erat eum suam sortem deflevisse, qui ad hanc omnium rerum desperationem redactus esset, unde incidi in ἀποδυράμενος, cf. c. 45. 11.

Mar. 38. 6. Non Fannia πάθος γυναικὸς ἠδικημένης ἔλαβε. Itane recte? Nonne verius est ἔπαθε?

Mar. 40. 1: scribitur parum eleganter: τῷ πνεύματι φέροντι χρώμενος ἐφέρετο πρὸς Αἰναρίαν. Quidni φορῷ ὄντι, sicuti c. 36. 1?

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

Inter fragmenta poetarum scriptorumque vetustorum, quae nuper ex ingenti congerie protracta viri docti Grenfell et Hunt ediderunt in primo volumine novi operis (The Oxyrhynchus Papyri I, 1898), unum est quod praeter trium versuum misera vestigia nemini opinor unquam profutura quatuor exhibet hexametros tantum non integros, quibus praemissa est paragraphus novi carminis initium indicans. Alcmani an sint tribuendi cum Blassio dubitant editores. Haec igitur in lacinia illa papyracea extant:

ΗΝΘΟΜΕΝΕCΜΕΓΑΡΑCΔΑΜ . ΤΕΡΟCΕΝΝΕ'ΕΑCCΑ
ΠΑΙCΑΙΠΑΡΘΕΝΙΚΑΙΠΑΙCΑΙΚΑΛΑΕΜΜΑΤ'ΕΧΟΙCΑ
ΚΑΛΑΜΕΝΕΜΜΑΤ'ΕΧΟΙCΑΙΑΡ . ΠΡΕΠΕΑCΔΕΚΑΙΟΡΜ
ΠΡΙCΤΩ . . . ΑΕΦΑΝΤΟCΙΔΗΝΠΟΤΕΟΙΚΟΤΑCΑ

In fine autem versus quarti litterarum IT vestigia cernere sibi visi sunt editores. Et de *iota* quidem littera assentior, sed ultimae litterae quoniam transversus tantum ductus in ora laciniae papyraceae superest, non obloquentur mihi, opinor, perhibenti poetam *gamma* litteram dedisse. Sic igitur legamus, usi additamentis quibus ceteras lacunas recte illi expleverunt:

ἤνθομεν ἐς μεγάλας Δαμάτερος ἐννέ' ἐάσσαι,
παίσαι παρθενικαί, παίσαι καλὰ ἔμματ' ἔχοισαι,
καλὰ μὲν ἔμματ' ἔχοισαι, ἀριπρεπέας δὲ καὶ ὄρμους
πριστῶ ἐξ ἐλέφαντος, ἰδὴν ποτεοικότας αἴγλᾳ.

Monilia sua eburnea solis splendorem aequiparare dicunt puellae.

In secundo versu non cum editoribus agnosco vestigia digammi [1]), non enim in idem tempus quadrant adiectivum καλός pyrrhichium efficiens et ῥέμματα littera ῥ ornatum. Sed aut κἄλά in thesi dixit hic poeta, quisquis fuit, dein post quartum pedem hiatum admittens more vetusto, aut κἀλ' pronunciari voluit; ῥέμματα vero eum dixisse in versu secundo et ἔμματα in tertio, id credibile esse confidenter nego.

Claro vero cernitur nunc digamma in fragmento lyrico, quod certa fere coniectura Sapphoni tribuerunt Blass et editores Britanni; cuius sextus versus est

]ι ϝοῖσι χάραν γένεσθαι.

J. v. L.

1) The digamma in once retained — though not written — but thrice dropped.

Digitized by Google

LYSIACA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

Or. VII (*περὶ τοῦ σηκοῦ*) initio legimus:

Πρότερον μέν, ὦ βουλή, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν μήτε πράγματα· νυνὶ δ' οὕτως ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκοφάνταις περιπέπτωκα, ὥςτ' εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς MH *γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.*

Iure quaesiveris *οἱ μὴ γεγονότες*, qui nusquam et nulli sint, quid hic sibi velint.

Respondent interpretes Lysiam nimirum locum pervagatissimum de sycophantarum fraudibus ac fallaciis nova et ridicula quadam superlatione distinguere voluisse. Veluti RAUCHENSTEIN annotans: *die alte Klage über die Sykophanten macht er neu und pikant (!) mit dem Mutterwitze dieser Hyperbel* et in eandem sententiam FROHBERGER, qui addidit: *eine vielleicht an ein Sprichwort erinnernde Hyperbel: „schon das Kind im Mutterleibe" u. s. w.* Quamquam omnibus fere displicet mirificum istud *μὴ* idque mutandum esse arbitrantur Hertlein in *μήπω*, Weidner probante Rauchensteinio in *μηδέπω „zur Vermeidung des übertrieben Hyperbolischen"* scilicet.

Tu vero, mi lector! noli paradoxon tam frigidum tamque ineptum imputare oratori Attico venustatis pleno, cum procul dubio acceptum referendum sit incredibili librarii codicis Palatini socordiae.

Eiusdem imperiti hominis quadratas literas in exemplaris sui scriptura (evanida, ut videtur) perperam lectas identidem per-

Digitized by Google

miscentis erat Or. VI, 4 ΘΤCΙΑCΟΤCΙ exarare pro ΘΤCΙΑC ΘΤЄΙ (corr. Cobet) et IX, 1 ЄΤΝΟΙΑΝ pro ЄΤΗΘΙΑΝ (*εὐήθειαν* Iacobs) et XII, 86 ΑΠΟΔΟΤΝΑΙ pro ΑΠΟΛΛΤΝΑΙ (Markland) et XXV, 11 ΔЄΔΩΚΟΤЄC pro ЄΛΛΩΚΟΤЄC (Emper) et nostro loco pro fugientibus literarum ductibus ΛΛΤΙ infelicissimo *παραδιορθώματι* dare ΜΗ, cum sententiae unice conveniret ΑΡΤΙ.

Aut egregie fallor aut qui locum diligenter relegerit facile mecum agnoscet oratorem dixisse:

ὥστ', εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς ἄρτι γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.

De modo natis, si tanti est, inspice I. POLLUCEM *περὶ βρεφῶν* (II, 8) ..... *ἀρτιγενές, ἀρτίγονον, ἄρτι ἀπὸ γονῆς κτέ.*

Ceterum quem nostratium non in mentem venit proverbialis locutionis: *„zoo onschuldig als een pas geboren kind"?*

Iterum offendo in eiusdem Orationis VII § 5.

Ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλή, ἐμὸν ἔργον ἀποδεῖξαι ὡς, ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐκτησάμην, οὔτ' ἐλάα οὔτε σηκὸς ἐνῆν ἐν αὐτῷ. Νομίζω γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρόνου, οὐδ' εἰ ΠΑΛΑΙ ἐνῆσαν μυρίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι· εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσιν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προσήκει περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν.

Aegre hoc loco caremus nomine substantivo *feminini* generis pluralis numeri unde pendeant adiectivum *μυρίαι* et participium *ἠφανισμέναι*. Quod sensisse videtur corrector antiquus, qui sane quam infeliciter *μυρίαι* in *μορίαι* mutavit (cf. apparatum criticum et editiones veteres). Contra valde molestum est adverbium *πάλαι* post *προτέρου χρόνου* misere abundans. Etsi nollem Reiskius temere tentasset *πολλαί*, Dobraeus *πάνυ*. Eadem enim opera utrique malo mederi licet. Nempe e vitiosa scriptura ΠΑΛΑΙ quivis unus admonitus nullo negotio mecum revocabit Lysiae manum ЄΛΑΑΙ.

Iam vide quam recte nunc omnia procedant:

νομίζω γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρόνου <ἕνεκα> [1]*), οὐδ' εἰ ἐλᾶαι*

---

1) *ἕνεκα* addit Frohberger. Potuit etiam *<ὑπὲρ> τοῦ πρ. χρ.*, quemadmodum § 6 legimus: *πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ τῶν <τότε> .... συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην;*

Digitized by Google

ἐνῆσαν μυρίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι· εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσιν ἠφανισμέναι, κτἑ.

Pervetus esse mendum liquido patet e forma Attica fideliter in corruptela servata ἐλᾶαι. Scribae recentioris aevi summa constantia Atheniensium ἐλάας refingere solent in ἐλαίας.

Or. XIII (κατ' Ἀγοράτου) § 18.

Πείθουσι γὰρ (scil. Θηραμένης καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐπιβουλεύοντες τῷ δήμῳ) Ἀγόρατον τουτονὶ μηνυτὴν .... γενέσθαι, οὐ συνειδότα ἐκείνοις οὐδέν (οὐ γὰρ δήπου οὕτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ἦσαν καὶ ΑΦΙΛΟΙ, ὥστε περὶ τηλικούτων ἂν πραγμάτων πράττοντες Ἀγόρατον ὡς πιστὸν καὶ εὔνουν, δοῦλον καὶ ἐκ δούλων ὄντα, παρεκάλεσαν) ἀλλ' ἐδόκει αὐτοῖς οὗτος ἐπιτήδειος εἶναι μηνυτής.

Fraudem subesse in voce ἄφιλοι, utpote cum verborum contextu parum congruente, acute perspexit Nauckius. Quamquam excellens illius iudicii acumen desidero in coniectura ἄθλιος, quae sine ulla evidentia ipsa revera est.... ἀθλιωτάτη.

Quidni potius ad adiectivum ἀνόητοι quaesivit alterum nomen adiectivum synonymon? πᾶς γὰρ ὁ ζητῶν εὑρίσκει. Fac v. c. membranas exhibuisse: οὐ γὰρ οὕτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ἦσαν καὶ εὐήθεις, nihil profecto haberemus quod miraremur. Non certe hoc est quod dedit Lysias, sed consimile quid manifesta correctione e literarum formis erui potest.

Suspicor librarium codicis Palatini in archetypi scriptura vepallida discernere potuisse ΑΠΛΟΙ idque fidenter pro sua facultate correxisse in ΑΦΙΛΟΙ. At sine controversia restitui oportuit ΑΙ⁻ΙΛΟΙ.

Emenda igitur: οὐ γὰρ δήπου οὕτως ἀνόητοι ἦσαν καὶ ἁπλοῖ (οἱ τριάκοντα), ὥστε περὶ τηλικούτων πραγμάτων ἂν .... Ἀγόρατον ὡς πιστὸν καὶ εὔνουν .... παρεκάλεσαν.

Cf. Isocr. *Panegyr.* § 17: ὅστις οὖν οἴεται τοὺς ἄλλους κοινῇ τι πράξειν ἀγαθὸν πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν ἁπλῶς ἔχει καὶ πόρρω τῶν πραγμάτων ἐστίν.

Scripsi Bruxellis mense Ianuario huius anni.

Digitized by Google

S. CALVARY & C°.,

Berlin N. W. 6, Luisenstr. 31. Abtheilung Antiquariat.

Günstiges Angebot.

Sammlungen kleinerer Schriften, Dissertationen, Programm-Abhandlungen, Separatabzüge, Ausschnitte etc., vielfach mit Tafeln und Abbildungen, meist aus der letzten Hälfte dieses Jahrhunderts.

Für Bibliotheken bietet sich hier eine ungewöhnlich günstige Gelegenheit zum Erwerb wertvoller Monographien zu ausserordentlich billigen Preisen; der Einzelpreis dieser Abhandlungen beträgt M. —.75. bis M. 3.—. Keine Dubletten.

Mk. Pf.

Herodot. — 11 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Bekker, Creuzer, Sitzler u. a. 3— M.

Alte Philosophie. — 46 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Kern, Dümmler, Prantl, Wilamowitz-Moellendorf, Weissenborn u. a. 11.50

Historici graeci. — 115 Abhandlungen u. Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Jahn, Krebs, Kiessling, Ritschl, Hultsch u. a. 29—

Historici latini. — 215 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Kiessling, Sauppe, Zumpt, Nipperdey, Ritschl, Halm, Weissenborn, Koechly u. a. 45—

Hochschulwesen und Gelehrtengeschichte. — 55 Abhandlungen von Kirchhoff, Zeller, Gumpertz, Reiszig u. a. 20.50

Homer. — 260 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Bekker, Bergk, Curtius, Döderlein, Friedländer, G. Hermann, Köchly, Ludwich, Teuffel, Thiersch u. a. 71—

Horatius. — 10 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke etc. etc. von Nauck, Mewes, L. Müller u. a. 2.50

Lateinische Grammatik und Metrik. — 195 Abhandlungen von Bursian, Curtius, Becker, Deecke, Lobeck, Madvig u. a.

Lyrici graeci. — 35 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Ribbeck, Büchsenschütz, Bekker, Moerike, G. Hermann, Moebius u. a. 9—

Lyrici latini. — 55 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. etc. von Jeep, Schwabe, Ritschl u. a. 14—

Mathematici graeci et latini. — 27 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Hultsch, Weissenborn, G. Hermann, Böckh u. a. 6.75

Digitized by Google

Mk. Pf.

Mythologie. — 83 Abhandlungen von Cassel, Castellani, Forchhammer, Mommsen, Belger, Ribbeck, Wulff u. a. 25 M.

Oratores et grammatici graeci. — 40 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Bekker, Dindorf, Susemihl u. a. 15—

Oratores et grammatici latini. — 53 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller etc. von Bücheler, Sachmann, Ritschl, Fleckeisen, Zumpt u. a. 13—

Philosophi graeci. — 130 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Bergk, Mullach, Buttmann, Zeller, Blümner, Kirchhoff, Jahn, Bernays, Gruppe u. a. 32.50

Philosophi latini. — 74 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Madvig, Sauppe, Ribbeck, Hercher u. a. 19—

Plato. — 70 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Buttmann, Heindorf, Sauppe, Stallbaum u. a. 18.50

Plautus. — 24 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Brix, Langen, Ritschl u. a. .6—

Plinius. — 27 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Bergk, Panofka, Friedländer, J. v. Müller u. a. 12—

Plutarch. — 48 Abhandlungen und Ausgaben eizelner Stücke von Sauppe, Schömann, Volkmann, Westermann u. a. 12—

Rechts- und Staatsaltertümer. — 250 Abhandlungen von Dirksen, Mommsen, Savigny, Francotte, Hermann, Hirschfeld, Halbertsma, Forchhammer, Foucart, Friedländer, Curtius u. a. 63—

Römische Altertümer. — 145 Abhandlungen von Heeren, Madvig, Friedlaender, Mommsen, Rudorff, Wissowa u. a. 36—

Römische Geschichte. — 95 Abhandlungen von Wieseler, Friedlaender, Heeren, Niebuhr u. a. 23.50

Satirici latini. — 20 Abhandlungen u. Ausgaben einzelner Schriftsteller von Sommerbrodt, C. J. Hermann, Koenig u. a. 5—

Sophokles. — 145 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Bergk, Bonitz, Buttmann, Kock, Wieseler, Doederlein, Wecklein, G. Hermann u. a. 36.50

Tacitus. — 19 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Hofmeister, Modestow, Hahn u. a. 4.75

Testamentum novum. — 14 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Buttmannn, Lagarde, Gersdorf u. a. 4—

Thucydides. — 70 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Bekker, Döderlein, Reifferscheid, Struve u. a. 17.50

Tragici graeci et latini. — 80 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Schriftsteller von Kock, Meineke, Ribbeck, Studemund, G. Hermann, Sommerbrodt u. a. 22—

Vergilius. — 17 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Kleinecke, Noack u. a. 4.50

Xenophon. — 60 Abhandlungen und Ausgaben einzelner Stücke von Dindorf, Hertlein, Sauppe, Schenkl u. a. 15—

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J Brill.

Digitized by Google

HARVARD COLLEGE
JUL 20 1899
LIBRARY

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM SEPTIMUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1899.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Euripidea, scripsit H. VAN HERWERDEN	225—245.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXVI pag.* 372), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	246—284.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, (*contin. ex pag.* 220), scripsit S. A. NABER	285—324.
Ad Aristophanis Aves vs. 354 sqq., scripsit J. VÜRTHEIM . .	325—336.
ΚΩΛΥΕΙ—ΠΟΥ ΛΥΕΙ. — Ad Thuc. I 144, scripsit J. v. L. .	336.
Quisquiliae I, scripsit J. W. BECK	337—340.

Digitized by Google

JUL 22 1899
CAMBRIDGE, MASS.
225

EURIPIDEA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Euripidis fabulae. ediderunt R. Prinz et N. Wecklein. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri MDCCCXCVIII. sq.

Novam editionem Euripidis inchoatam a Prinzio, a Weckleinio post illius mortem continuatam insigni gaudio salutamus, cum propter codicum lectiones accuratius quam hucusque factum erat infra paginas enotatas, tum propter plenissimam coniecturarum et infra textum et in Appendicibus collectionem, novasque ipsius editoris, viri sagacissimi et doctissimi, curas criticas. Singulas fabulas percurrentes videamus an et nobis locis quibusdam nondum satis expeditis vel corruptis coniciendo et interpretando lucis aliquid adspergere liceat, aut defendere quae iniuria tentari nobis sit persuasum.

ELECT. 1.

῾Ω γῆς παλαιὸν ῞Αργος, Ἰνάχου ῥοαί.

Coniecturis addatur haec mea:

῾Ω γῆς παλαιὸς (-ᾶς?) ἀρδμός, Ἰνάχου ῥόαι.

Cf. Aesch. Pers. 487 Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ, 806 ἔνθα πεδίον ῞Ασωπος ῥοαῖς ἄρδει, Prom. 852 ὅσην πλατύρρους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα. Trag. adesp. 196 Nck[2] αὐλῶνα θ' ἣν ἄρδουσι. Pind. O. V 12 ὀχετοὺς ῾Ιππαρις οἵσιν ἄρδει στρατόν. Passim substantiva verbalia a poetis transitivo sensu adhibentur, velut πνοαὶ — βροτῶν ἄλαι Aesch. Agam. 195.

Digitized by Google

El. 21 μνηστῆρες ἦτον Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.
Hanc quidem lectionem tolerari non posse haud satis apud me constat, sed si quid, ut multis videtur, mutandum, praetulerim lenem correctionem meam πρόμοι gravi quantumvis eleganti Nauckii coniecturae λωτίσματα. Vocabulum πρόμος apud nostrum extat Phoen. 1250 (πρόμον χθονός), Iph. A. 609. Tro. 31. Heracl. 670. Idem (πρόμων) pro inepto πολλῶν olim restituendum conieci Hec. 361 τὴν Ἕκτορος τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν.

El. 28 μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός.
Melius ita codices quam ἐξέσῳζεν, quod proponit Wecklein; non enim agitur de tentamine, sed revera Clytaemnestra Electrae vitam matrimonio isto sospitavit. — Contra placet quod vs. 45 idem conicit ἀναίνομαι pro αἰσχύνομαι ineleganter positum infra ἤσχυνεν versus praecedentis, unde facile nasci potuit error, et vs. 65 adeo certa videtur Dobraei emendatio πόνους ⟨δ'⟩ ἔχοντα, ut in textum recipiendam esse arbitrer.

El. 84 μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζεν φίλων,
πράσσων ἃ πράσσω δεῖν' ὑπ' Αἰγίσθου παθών.
Verbum θαυμάζειν h. l., ut fit haud ita raro, poeta posuit pro τιμᾶν. Plerique amici in adversa fortuna Orestem reliquerant et vilipenderant, solus Pylades fidum se praestiterat et honorabat eum, ut ante. Inutilis igitur videtur Weckleini coniectura ἐθάρσυνεν. — Duos ultimos huius orationis versus plane otiosos spurios esse, ut olim hodieque habeo persuasum.

El. 113 et 128
ὦ ἔμβα ἔμβα κατακλαίουσα
Suspectus mihi hiatus. Fortasse legendum:
ὦ ἔμβα⟨θ'⟩ ἔμβα κατακλαίουσα.

El. 143 sqq. et 161 egregie tentavit Wecklein. Λείβομαι pro διέπομαι pervetus mea quoque est emendatio, sive post sive ante editorem (quaerere non vacat et parvi res momenti est) mihi proposita.

Digitized by Google

El. 207 αὐτὰ δ' ἐν χερνῆσι δόμοις
ναίω ψυχὰν τακομένα
δωμάτων πατρίων φυγὰς
οὐρείας ἀν' ἐρίπνας.
ματὴρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις
ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.

Neminem hic offendisse miror: permire enim Clytaemnestra in lecto non, quod crederes, *dormire*, sed *habitare* dicitur, itaque iure expectamus aut εὕδει pro οἰκεῖ, aut, quod propter opposita verba ἐν χερνῆσι δόμοις longe praetulerim:

μήτηρ δ' ἐν μελάθροις φονίοις
ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.

Nemo probabiliter vulgata sic defendat, ut dicat οἰκεῖ absolute esse positum et ἐν λέκτροις cum solo σύγγαμος coniungendum.

El. 218 φυγῇ σὺ μὲν κατ' οἶμον, ἐς δόμους δ' ἐγὼ
Φῶτας κακούργους ἐξαλύξωμεν ποδί.

Grandiore sermone ita tragicus *latrones* vocat, qui vulgo aut nude κακοῦργοι aut κλῶπες audire solent. Infelicissime igitur Wecklein proponit Φῶρας κακούργους, in quibus etiam si Φῶρ *latronem* significaret alterum utrum vocabulum male abundaret (Φ. πανούργους *per se* recte diceretur. cf. Alc. 769), sed enim Φῶρ *furem*, τὸν κλέπτην Graece denotat, κλώψ contra sive κακοῦργος, quod dixi, constanter *latronem*, τὸν ὁδοιδόκον. Accedit quod Φῶρ in tragoedia nusquam occurrit, saepius vero κλώψ. Cf. Eur. Alc. 769. Hel. 560. Cycl. 223. Rhes. 645. 678. 709. 777. In repetenda hac editione viro doctissimo et acutissimo suaserim, ut multas ex suis coniecturis adnotationi criticae exemtas transferat ad *appendices* „coniecturas minus probabiles continentes", multas contra aliorum nunc in appendicibus latentes ad notas infra paginas.

El. 236.

Or. ἔχει μέν, ἀσθενὴς δὲ δὴ φεύγων ἀνήρ.
El. λόγον δὲ δὴ τίν' ἦλθες ἐκ κείνου φέρων;

Non iniuria multis criticis earundem particularum repetitio in duobus versibus contiguis displicuit; omnes vero, quod sciam, tentarunt versum posteriorem. Ego potius priorem laborare

Digitized by Google

crediderim et corrigendum esse, quod praegresso μέν saepe insequitur γε μήν, rarius praecedente γε, ut supra vs. 37:

λαμπρὸς γὰρ ἐς γένος γε, χρημάτων γε μὴν
πένητες.

El. 311

ἀναίνομαι δὲ γυμνὰς οὔτα παρθένους (codd. -νος)
ἀνέορτος ἱερῶν καὶ χορῶν τητωμένη.

Si recte se habet γυμνάς, intellegenda puella aetatis gymnasticae et respiciuntur mores Spartani.

El. 327 μέθη δὲ βρεχθεὶς τῆς ἐμῆς μητρὸς πόσις
ὁ κλεινός, ὡς λέγουσιν, ἐνθρώσκει τάΦῳ,
πέτραις τε λεύει μνῆμα λάινον πατρός.

In frequentissimą quidem utriusque vocabuli confusione difficilius dictu est, utrum Euripides κλεινὸς dederit an καινός (cf. 776), quod malebat Kirchhoff, ego tamen vulgatam lectionem, quae cum acerbissima ironia dicta accipienda videtur, coniecturae praetulerim. Eadem dubitatio est apud Bacchylidem, ubi XVIII, 9 καινον dedit m. pr., cui lectioni sec. Bl. m. rec. superscr. ε, κλεινον ut corrigeret iudice Kenyone, quam scripturam ipse et Bl., quia καινός non extet nisi apud Atticos, secuti sunt. Potuit vero Bacchylides, qui saepe Athenis fuisse videtur, ex horum sermone vocabulum sumere, quod coll. Hor. carm. III 26, 13 IV 2, 10 nequaquam mihi displicet, consentientibus Headlamo et Tyrrellio. Minus etiam mihi persuasit Wecklein pro τάΦῳ satis violenter coniciens πυρᾷ. Commode enim intelligi potest *tumulus*, in cuius fastigio fuerit lapideum Agamemnonis monumentum. Nec capio cur idem vs. 335 gravius Vitellii remedium praeferat lenioribus, quale ego olim collato vs. 305 et post me alii similia excogitarunt, quae videas in *Appendice*.

El. 360 αἴρεσθ' ὀπαδοί, τῶνδ' ἔσω τεύχη δόμων.

Potuit sane poeta scribere σκεύη, quod proponit Wecklein, dubito vero num sit necessaria correctio. Passim enim τεῦχος significat omne vasorum genus, cf. Aesch. Agam. 815. 1128. Cho. 99. Eum. 742 fr. 108, 180, 5. Soph. El. 1114. 1120 fr. 140, 3. Eur. Hec. 609. I. T. 168. Hel. 265 et al. Recte autem Pape

Digitized by Google

in lexico s. v. „eigentlich, wie ὅπλον und ἔντεα überhaupt *Zeug*, Geräth, Geschirr". Conferantur etiam formulae Latinae *vasa colligere*, *vasa conclamare*, et *vasarium*.

El. 489 ὡς πρόσβασιν τῶνδ' ὀρθίαν οἴκων ἔχει
ῥυσῷ γέροντι τῷδε προσβῆναι ποδί.

Posteaquam ego proposui:

ὡς ὀρθίαν τὴν πρόσβασιν ἔχει στέγη,

Wecklein tentat:

ὡς πρόσβασιν τόδ' ὄρθιαν θρίγκωμ' ἔχει.

Credam fortasse, si ostenderit pauperis rustici casae θρίγκους sive θρίγκωμα a poeta tribui potuisse, ut recte tribuuntur Agamemnonis palatio infra vs. 1150. Cf. Or. 1559. Iph. T. 47. 129. Hel. 437.

El. 497 παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε
ὀσμῇ κατῆρες, μικρόν, ἀλλ' ἐπεσβαλεῖν
ἡδὺ σκύφον τοῦδ' ἀσθενεστέρῳ ποτῷ.

Sub depravata librorum scriptura latere, quod significet ἀνθοσμίας manifestum est. E coniecturis propositis cum nulla satis videatur probabilis, suggerere liceat:

ὀσμῇ τ' ἀραρός κτλ.

coll. vs. 948 κάλλει τ' ἀραρώς.

El. 545 ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
ἐκείρατ' ἢ τῆσδε σκοποὺς λαβὼν χθονός.

Utrumque versum praeeunte Dindorfio merito uncinis saepsit editor. At ne interpolator quidem verba sensu cassa scribere potuit, sed fortasse eius manum restitueris scribendo σκότους λαθὼν (hoc cum Victorio). Quod Seidler coniecit σκότος λαβὼν non magis Graecum videtur quam Latinum est *capere* vel *sumere tenebras*. Si in falsarii sermone necessarium ducerem, scriberem potius σκότῳ (tragicis enim vox masculina est) λαθών, sed σκότους genetivus temporis esse poterat, ut apud Plutarchum in Vit. Alexandri legitur ἐδείπνει ὀψὲ καὶ σκότους ἤδη. Utrum praeterea scripserit ἢ ⟨'κ⟩ τῆσδε, quod Pierson coniecit, necne affirmare non ausim.

Digitized by Google

El. 610 ἐν χειρὶ τῇ σῇ πάντ' ἔχεις καὶ τῇ τύχῃ
πατρῷον οἶκον καὶ πόλιν λαβεῖν σέθεν.
πόλιν, e qua in exilium pulsus erat, λαβεῖν = ἀναλαβεῖν ut vs. 810 δεσπότης δ' ἐμὸς — ἦλθε — λαβεῖν πατρῷα δώματα. Cur igitur quaeso verba sanissima editor sollicitat?

El. 628 ἦ μόνος δμώων μέτα;
Cf. Bacchyl. XVII 35 ed. Bl. ἦ μοῦνον σὺν ὁπάοσιν, ut pulchre correxit Weil pro ὅπλοισιν, non tamen hoc allato loco, sed Hec. 1148 μόνος σὺν τέκνοισι.

El. 661.
Paed. καὶ μὴν ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίτω δόμων πύλας.
El. οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς Ἅιδου τόδε.
Posterioris versus sententia obscurior sic explicatur „ergo parva res est ut hoc se convertat in descensum ad Orcum". Equidem crediderim τόδε significare τὸ δόμων πύλας et Electram dicere „ergo parva res est ut hoc *aedium ianuam* se convertat in *Orci ianuam* itaque genetivum Ἅιδου (sc. πύλας) omnino servandum nec cum Weckleinio in Ἅιδην mutandum esse, et falsissimas esse coniecturas ταυῦν vel τότε pro τόδε. Si quid mutandum, potius tentaverim
οὐκοῦν τρέπειν νῷν σμικρὸν κτέ.
„Ergo facile nobis est convertere cett."

El. 704. Πᾶνα — ἀγρῶν ταμίαν vocari non miror nec accipio Weckleinii coniecturam ἀρνῶν, nam oves suum ταμίαν habuisse nusquam legi. Apta contra est eiusdem emendatio εὐλογίᾳ pro ἐπίλογοι vs. 719, cui nunc posthabeo meum ἐπικλόπου, quod commemorare in Appendice neglexit, et vs. 765 gratus accipio σημανεῖς pro σημαίνεις, sed coniecturam vs. 749 πύρσ' ἐπαίρεται non intellego et ob perplexum verborum ordinem repudio suspicionem vs. 759
τρανῶς, ἐπίσχες, ὡς μάθῃς τύχας σέθεν
pro ἔπισχε, τρανῶς κτέ.

El. 771 ὦ θεοί, Δίκη τε πάνθ' ὁρῶσ', ἦλθές ποτε
ποίῳ δὲ καὶ τίνι ῥυθμῷ Φόνου.

Digitized by Google

Nota versus parum venustos, praesertim posteriorem, in quibus singuli fere pedes singulis vocabulis continentur.

El. 826. ἱερὰ δ' ἐς χεῖρας λαβὼν
Αἴγισθος ἤθρει.

Cur quaeso Wecklein coniecit ἐν χερσίν? Nam ἐς χεῖρας λαβεῖν optime dici posse cum ultro liquet, tum ita loquitur Sophocles El. 1120, Eurip. fr. 297, 847 Nck.

El. 830 χὠ μὲν σκυθράζει, δεσπότης δ' ἀνιστορεῖ·
τί χρῆμ' ἀθυμεῖς; ὦ ξέν', ὀρρωδῶ τινα
δόλον θυραῖον.

Annotat Wecklein „inter ἀθυμεῖς et ὦ ξεν' lacuna esse videtur". Si fuit lacuna, necessario duo saltem hausit hemistichia, at sententiae cum nihil desit, tot verba manifeste elabi non potuerunt. Histrioni autem qui nuntii partes agebat facile erat mora post ἀθυμεῖν et nova vocis inflexione significare non amplius Orestem, sed Aegisthum iam loqui.

Quod si forte non admittis, probabilius saltem statuas ὦ ξέν' esse veteris lacunulae supplementum et fuisse primitus

τί χρῆμ' ἀθυμεῖς; ⟨ἢ δ' ὅς⟩· ὀρρωδῶ τινὰ κπέ.

aut simile quid. Sed potius nihil novandum.

El. 859. Chor. θὲς ἐς χορόν, ὦ Φίλα, ἴχνος
ὡς νεβρὸς οὐράνιον
πήδημα κουφίζουσα σὺν ἀγλαΐᾳ.

Non recte αἰθέριον coniecit Wecklein. Imo οὐράνιον Aristophanes ridere videtur Vesp. 1493 σκέλος οὐρανιόν γ' ἐκλακτίζων et 1530 ῥῖπτε σκέλος οὐράνιον.

Notabilem tam hic locus quam Bacch. 866 sqq. similitudinem offert loci Bacchylidei in Carm. XII 83 sqq., ubi ut hic choreis celebratur victoria:

τό γε σὸ[ν κλέος αἴ]νεῖ
καί τις ὑψαυχὴς κόρα
– – ◡ ◡ – ◡ ◡ –
πόδεσσι ταρφέως
ἠύτε νεβρὸς ἀπενθὴς
ἀνθεμόεντας ἐπ' [ὄχθους

Digitized by Google

κοῦφα σὺν ἀγχιδό[μοις
θρῴσκουσ' ἀγακλειτα[ῖς ἑταίρα]ις· κτὲ.

El. 893. Legitur in libris

ἥκω γὰρ οὐ λόγοισιν ἀλλ' ἔργοις κτανὼν
Αἴγισθον· ὡς δὲ τῷ σάφ' εἰδέναι τάδε
προσθῶμεν, αὐτὸν τὸν θανόντα σοι Φέρω.

Editur vero e Barnesii correctione ὡς δέ τῳ et προθῶμεν. Aperte autem οὐ λόγοισιν ἀλλ' ἔργοις non inutile tantum sed ridiculum est verborum pondus, quare nescio an interpolator, qui etiam in proxime sequentibus 899 et 901—4 grassatus est (cf. adn. crit.), hic quoque sua addiderit, et Euripides duos tantum scripserit versus huiusmodi:

ἥκω κτανὼν Αἴγισθον· ὡς δέ τοι σαφῆ
προσθῶμεν, αὐτὸν τὸν θανόντα σοι Φέρω.

adsum occiso Aegistho, ut vero certa addamus, ipsum cadaver tibi affero.

El. 967.

Or. τί δῆτα δρῶμεν; μητέρ' ἢ φονεύσομεν;

Adnotat Wecklein: μητέρ' G, in ras. scr. l. [i. e. man. sec. cod. optimi L(aurentiani)], fort. δρῶμεν, ἢ φόνον φονεύσομεν; Equidem malim:

τί δῆτα δρῶμεν; ⟨ἐῶμεν⟩ ἢ φονεύσομεν;

quibus clarius significatur Orestis tergiversatio, quae facit ut soror dicat:

μῶν σ' οἶκτον εἶλε, μητρὸς ὡς εἶδες δέμας;

Utut est, μητέρ' non esse genuinum certum arbitror.

El. 1058.

El. ἆρα κλύουσα, μῆτερ, εἶτ' ἔρξεις κακῶς,
Cl. οὐκ ἔστι, τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω Φρενί.

Quid hic significare possit propositum ab editore προσφύσω frustra quaero, nec adiuvant me noti loci Aesch. Suppl. 276 et Ar. Nubb. 371. Etiam ἡδὺ pro ἡδέως dici potuisse haud facile credam. Nondum abicio quod olim proposui

οὐκ ἔσθ' (οὐ δῆθ'?), ὃ τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσεις Φρενί.

non sane, sed addes quod tibi placet.

Digitized by Google

Pro ἔρξεις autem cum Reiskio requiro ἐρεῖς. Vs. 1080 cur παρεῖχε editori vitiosum videatur me fugit, sed laude dignissimae sunt eius coniecturae μεταδρόμου λόχου, i. e. Furiarum, pro διαδρόμου λέχους vs. 1156 et ἀλμυρὸν ποτὸν pro τλάμων πόσις vs. 1160 sq., quod ingeniosissime excogitatum est coll. Aesch. Ag. 1407 sq.

El. 1262 ἵν' εὐσεβεστάτη
ψῆφος βεβαία τ' ἐστιν ἔκ γε τοῦ θεοῖς.

De corruptela satis constat et recte Wecklein iudicii de caede disertam mentionem requirere videtur. Sed iusto violentius corrigit:

ψῆφος κέκραναται τοῖς μιαιφόνοις βροτῶν,

ubi primo tantum vocabulo parcitur.

Aliquanto certe lenius conieceris:

ἵν' εὐσεβεστάτη
ψῆφος βεβαία τ' ἐστὶν ἐναγέων κρίσις.

El. 1323 διὰ γὰρ ζευγνῦσ' ἡμᾶς πατρίων
μελάθρων μητρὸς Φόνιοι κατάραι.

Suspecta est forma pluralis = ζευγνύασι. Fortasse ζεύγνυσ' — Φόνιος κατάρα.

El. 1344 δεινὸν γὰρ ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοί
χειροδράκοντες χρῶτα κελαιναί.

Laborare χειροδράκοντες nemo non facile assentiatur editori. Apte coniecit χαιτοδράκοντες, sed non minus apte et unicae tantum literulae mutatione 'θειροδράκοντες, coll. δρακοντοέθειρα ex Orphei Lith. 536. Βάλλουσ', pro quo βαίνουσ' proponit idem, fortasse defendi potest vs. Homerico Ψ 462 ἵππους — περὶ τέρμα βαλούσας, sc. πόδας.

El. 1351 οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον
φίλον ἐν βιότῳ.

Non male Reisig ὅστις δ' ὅσιος κτέ. Vide tamen an non sufficiat

οἷσιν δ' ὁσία κτέ.

Euripides hoc substantivo usus est Hel. 1355 et fr. 773, 70. Cf. adesp. 501 Nck².

Digitized by Google

IPHIGENIAE TAURICAE vs. 17

ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας
Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσῃς χθονός.

Si sanum est στρατηγίας, Euripides semel huic vocabulo tribuit notionem *exercitus*, eadem usus libertate, qua Herodotus substantivum στρατηλασίη, *expeditio*, semel VIII 140 initio scribens Εἴδετε τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, adhibuit pro στρατός. — Wecklein coniecit ναυκληρίας.

Iph. 633 ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν καταστβέσω.

Iusto violentius Wecklein: σὸν κατασπείσω δέμας. In *Appendice* plurimas aliorum affert coniecturas, quarum aptissima mihi quidem videtur Köchlyana καταψεκῶ, nisi quod ita scribens restituit formam Hellenisticam pro Attica καταψακῶ, quam poetae reddiderim. Plerumque autem librarii genuinis formis Atticis ψακάς et ψακάζω infesti sunt. Cf. Dindorf in Thesauri vol. VIII p. 1828 sq.

Iph. 755 ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἤν τι ναῦς πάθῃ,
χὴ δέλτος ἐν κλύδωνι χρημάτων μέτα
ἀφανὴς γένηται, κτἑ.

Equidem non probaverim cum editore Marklandi coniecturam γραμμάτων μέτα, verba hic inepte supervacanea (solet autem eo sensu Graece dici αὐτοῖς γράμμασιν). Meliora, ni fallor, alii proposuerunt, quae vide in *Appendice*.

Iph. 818.

Or. καὶ λούτρ' ἐς Αὐλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα;
Iph. οἶδ'· οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὢν μ' ἀφείλετο.

Versus suspectos vocat editor. Sed etiamsi spurii sint, omni sensu carere nequeunt. In priore autem aptissime Madvig coniecit κάλλυντρ', in posteriore FGSchmidt:

οἴκου γὰρ ὁ γάμος ἐξολῶν μ'

peccans tantum in eo quod pro ἀφείλετο scribebat ἀφείλκετο, nam verbo medio locus non est et ἀφείλετο recte se habet. Verbis vero ita correctis, non video cur hos versus Euripidi abiudicemus, cum praesertim pulchre concinant cum duobus sequentibus

Digitized by Google

Or. τί γάρ; κόμας σὰς μητρὶ δοῦσα σῇ φέρειν;
Iph. μνημεῖά γ' ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ τρόφῳ,

sic enim vere pro τάφῳ Musgrave emendasse videtur. Mater filiae profecturae donat ornamenta, haec vero matri comas in sui memoriam.

Contra vix dubito quin in proximis legatur versus spurius, qui omnes quod sciam criticos hucusque fefellit, scil. in sequenti Orestis oratione, vs. 822 sqq.:

ἃ δ' εἶδον αὐτός, τάδε φράσω τεκμήρια·
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρός,
ἣν χερσὶ πάλλων παρθένον Πισάτιδα
ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανών.
[ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην].

Poteratne locus minus idoneus hastae asservandae excogitari?

Iph. 910 ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ,
σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.

Inepte dictum; nam quidquid homines faciunt cogitantve, semper σθένει τὸ θεῖον. Apte Rauchenstein σπεύδειν coniecit, coll. Aesch. fr. 291 φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός, sed lenius etiam nec minus apte conicias ΘΘΕΛΕΙΝ pro CΘΕΝΕΙΝ. — Similibus poetarum sententiis nunc addatur Bacchylidea XIII 8 (Bl.) εὖ ἔρδοντα δὲ καὶ θεὸς ὀρθοῖ.

Iph. 995 τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω
δέδοικα καὶ τύραννον.

Si haec sana sint, similem habeamus structuram Latinae *metuo, ut* = *ne non*, cuius tamen in sermone Graeco nullum aliud novi exemplum. Wecklein conicit οὐκ οἶδα pro δέδοικα, sed eodem iure possis δὲ μὴ οὐ pro δ' ὅπως. Saepius autem librarios synizesios ignorantia in formula μὴ οὐ titubasse constat.

Iph. 1010 ἄξω δέ σ', ἥνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Editor proponit ἥνπερ καὐτὸς ἐκσωθῶ χθονός. Quanto simplicius olim Markland mutatione propemodum nulla:

ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,

in quibus nihil est quod iure vituperes.

Digitized by Google

Iph. 1035.

Iph. ὡς οὐ θέμις σε λέξομεν θύειν θεᾷ.
Or. τίν' αἰτίαν ἔχονθ'; ὑποπτεύω τι γάρ.
Iph. οὐ καθαρὸν ὄντα, τὸ δ' ὅσιον δώσω Φόβῳ.

Coniecturis accedat haec mea:

τὸ δ' ὅσιον σώσω 'ν Φόνῳ.

sed fas servabo in caede i. e. *nihil impuri mactabo*, ut subst. Φόνος de sacrificiis usus est Aeschylus Sept. 44. Non neglegendum in cod. Laurentiano litteram δ sic scribi ut a $\bar{\sigma}$ vix possit distingui.

Iph. 1068 ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς
σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σε δὲ Φίλης παρηίδος
γονάτων τε καὶ τῶν ἐν δόμοισι Φιλτάτων κτέ.

Rectissime ita scribitur, Weckleini coniecturam γονέων ne a codice quidem oblatam acciperem. Parentum mentio propter verba sequentia abundaret.

Iph. 1120 οὐ κάμνει σύντροφος ὢν
μεταβάλλει δυσδαιμονίᾳ.

Nescio an ametrum μεταβάλλει originem debeat scholio alicui antiquo ⟨ἥτις οὐ⟩ μεταβάλλει adscripto vel superscripto genuino, quod periit, vocabulo. Suspicor fere:

⟨ἀτρύτῳ⟩ δυσδαιμονίᾳ.

quod hodie placet prae veteri mea coniectura θυμαλγεῖ.

Iph. 1163.

Iph. οὐ καθαρά μοι τὰ θύματ' ἠγρεύσασθ', ἄναξ.
Tho. τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ'; ἦ δόξαν λέγεις;
Iph. βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.
Tho. αὐτόματον, ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;
Iph. αὐτόματον· ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.
Tho. ἡ δ' αἰτία τίς; ἦ τὸ τοῖν ξένοιν μύσος;
Iph. ἦδ'· οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.

Qui quaeso Thoas rogare potuit an terrae motu deae signum retro conversum esset? Nonne enim ipse templo proxime habitans eum motum sensisset? Aut igitur prorsus incogitanter haec scripsit Euripides, aut, quod probabilius arbitror, duo versus 1165 sq. pro spuriis habendi sunt.

Digitized by Google

Iph. 1390 *οἳ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι*
ἔπαισαν ἅλμα.

Mihi ut olim *στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχᾶσθαι* absurde dictum videtur teneoque quod proposui *κεκραγμὸν*, coll. Iph. Aul. 1395, Ar. Av. 637.

Ionis vs. 395 *μή τιν' αἰσχύνην λάβω*
διακονοῦσα κρυπτά, καὶ προβῇ λόγος
οὐχ ἥπερ ἡμεῖς αὐτὸν ἐξειλίσσομεν.

Ex coniecturis (vid. Appendicem) lenitate ceteras vincit Nauckiana *κἀποβῇ* et nescio an in hac sit acquiescendum. Displicet Weckleiniana *καὶ πλεκῇ* et ob sententiam et ob formam, nam *ἐπλέκην* pro *ἐπλάκην* non magis Atticum videtur quam perft. *πέπλεχα*, quod *τῆς κοινῆς* esse ait grammaticus cod. Coisl. 387 Crameri pro *πέπλοχα*.

Ion. 1275 *ἀλλ' οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος*
σώσει σ'· ὁ δ' οἶκτος ὁ σὸς ἐμοὶ κρείσσων πάρα
καὶ μητρὶ τἠμῇ.

Laborant verba *οἶκτος ὁ σός*, sed veteri meae coniecturae *εἰκότως* obstat caesura non Euripidea. Hodie sensu eodem propono:

ὁ δ' (sc. Apollo) *εἰκὸς ὡς ἐμοὶ κρείσσων πάρα*
καὶ μητρὶ τἠμῇ.

Supplicum vs. 76
διὰ παρῇδος ὄνυχα λευκὸν
αἱματοῦτε χρῶτά τε φόνων·
τὰ γὰρ Φθιτῶν τοῖς ὁρῶσι κόσμος.

Huic librorum scripturae optime convenit versio Latina apud Didotium: „(praestita) namque iusta mortuis viventibus (sunt) decus." Prorsus vero me latet quid significare possit lectio sic mutata a Weckleinio: *τὰ γὰρ Φθιτοὺς τ. ὀ. κ.* Unde enim pendeat accusativus frustra quaero.

Suppl. 306 *νυνὶ δὲ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει*
κἀμοὶ παραινεῖν οὐ φόβον φέρει, τέκνον,
ἄνδρας βιαίους καὶ κατείργοντας νεκρούς
τάφου τε μοῖραν καὶ κτερισμάτων λαχεῖν
εἰς τήνδ' ἀνάγκην σῇ καταστῆσαι χερί, κτἐ.

Digitized by Google

Forma tragicis incognita *νυνὶ* et ineptus articulus *τὴν* primum versum mendosum esse demonstrant. Sententiam quidem sospitat editoris coniectura

νῦν δ' ἔστι σοί τε τοῦτ' ὄνειδος εὐκλεές,

quod eleganter dictum esse (cf. Phoen. 828. Med. 514. Iph. A. 305) non infiteor, sed nullam habent tam violentae mutationes, quibus nimis indulget Wecklein, me iudice *πειθανάγκην*. Admissa igitur facili priorum litterarum correctione, lenius circumspiciendum erit remedium. Compluria se offerunt, velut:

νῦν δ' ἔστι σοί τε τοῦτο τίμιον χρέος

aut

νῦν δ' ἔστι σοί τε σῇ τε γῇ τιμὴν φέρον

aut

νῦν δ' ἔστι σῇ τε τοῦτο γῇ τιμὴν φέρον,

coll. vs. 315:

πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν.

Attamen his omnibus probabilior videtur lenissima correctio haece:

νῦν δ' ἔστι σοί τε τοῦθ' ὅσην τιμὴν φέρον.

Nunc vero quantum hoc in te confert honorem, quod ego suadere tibi non reformido!

Locutione *τιμὴν φέρειν* cum aliis multis Euripides usus est etiam Hippol. 329. Mutatio autem TOTTOOCHN in TOTTOTHN quantilla sit vides, postquam vero ex *νῦν δ' ἔστι* factum est *νυνὶ δέ*, necessario ΦΕΡΟΝ in *φέρει*, ut sensus aliquis nasceretur, refingi debuit.

Suppl. 379

σύ τοι σέβεις δίκαν, τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ
νέμουσ' ἧσσον δυστυχῇ πάντα ῥύῃ.

Sic edidit Wecklein adnotans „*νέμουσ' ἧσσον*] scripsi (*νέμουσ'* iam Canter), *νέμεις ἀεὶ* (*αἰεὶ v.*) *τὸν* LP (i. e. *νέμουσα ἧττον*)." At quam facilis est interpretatio vulgatae scripturae

τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ
νέμουσ' αἰεὶ δυστυχῇ πάντα ῥύῃ,

i. e. *minus iniustitiae tribuens semper miserum quemlibet sospitas*, tam difficilis et obscura mihi videtur nova lectio.

Digitized by Google

Suppl. 607

ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν αὔ τις ἀρεῖ
μοῖρα πάλιν· τόδε μοι τὸ θράσος ἀμφιβαίνει.

Sic W. pro ἄν τις αἰρῇ. Markland ἄν τις αἴροι, Matthiae ἄν τις αἰροῖ, i. e. καθαιροίη. Verbum αἴρειν mihi aptius h. l. videtur quam ambiguum αἴρειν. Possis etiam αὖθις αἰρεῖ· (i. e. αἴρειν φιλεῖ) Μοῖρα πάλιν.

Suppl. 590 — κἀμοὶ μὴ ἀναμίγνυσθαι τύχας.

Aptissime Cobet ἐξομόργνυσθαι, coll. Bacch. 344. Ar. Ach. 848. Sed fortasse sufficit ἀναμόργνυσθαι, quo composito eodem sensu usus est Plutarchus Cic. 32.

Suppl. 837

μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ
γόους ἀφήσω, τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν
εἴασα μύθους.

Ab editoris coniectura ἐξήχεις (compositum apud seriores demum obvium) nescio an codicum scriptura defendi possit analogico usu verborum similium χεῖν et ἐκχεῖν de verbis et vocibus *fundendis* crebro usu adhibitorum. Quod autem ἀφήσω ex dittographia μύθους ἀφήσω ortum suspicatur, in eo fieri quidem potest ut verum viderit, sed displicet quod coniecit στενακτούς, quia nulli non γόοι sunt στενακτοί, quod non valet de subst. ἰαχά cum illo adiectivo iuncto Phoen. 1311. Quaerenti vero vocabulum h. l. aptum et tradito ἀφήσω simile ultro se offert ἀφειδῶς, *abunde*, sive ἀφειδεῖς.

Suppl. 1033 merito *suspectum* dicit Wecklein. Quin spurius sit versus non dubito.

Suppl. 1125 βάρος μὲν οὐκ ἀβριθὲς ἀλγέων ὕπο.

Ita editor Marklandium cum Fixio secutus pro absurdo ὕπερ. Admodum tamen invenuste addita videtur praepositio, quare nescio an altius sit vulnus et poeta dederit

βάρος μὲν οὐκ ἀβριθὲς ἀλγέων ⟨πικρῶν⟩.

Cf. λύπην πικράν Or. 1105, σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι fr. Eur. 908, 2 Nck., πένθους — πικροῦ Alc. 1072, πικραῖς δύαισιν Aesch. Prom. 178, Soph. El. 654 λύπη πικρά, fr. 846 Nck. πικρὰν ὠδῖνα.

Digitized by Google

Suppl. 1154 *φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα σόν.*
Mirus propositionis usus, ubi aut *κατὰ* aut *περὶ* expectaveris. Similis mihi dubitatio de eadem praepositione nata est in Bacch. vs. 937.

Cyclopis vs. 517

στεφάνων δ' οὐ μία χροιὰ
περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει.

Verbum procul dubio corruptum est. Verum esse suspicor *ἐξαναλδήσει*, fut. v. *ἐξαναλδήσκειν*, *succrescere*. Legitur verbum simplex Hom. Ψ 599 *ληΐου ἀλδήσκοντος*, Theocr. XVII 78. Oppian. Cyn. I 318, compositum *ἀναλδήσκειν* Apoll. Rh. III 1363, Opp. Cyn. II 397.

Baccharum vs. 211

ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι.

Wecklein „fort. *ὑποφήτης*." Cur quaeso? Et ubinam $\bar{\omega}$ cum $\bar{\upsilon}$ coalescit?

Bacch. 939.

Bacch. *ἦ πού με τῶν σῶν πρῶτον ἡγήσῃ φίλων,*
ὅταν παρὰ λόγον σώφρονας βάκχας ἴδῃς.

Mire duo hi vss. quibus a Pentheo nihil respondetur interrumpunt dialogum, qui inde a vs. 925 usque ad 945 totus agit de Penthei cultu muliebri eiusque studio ut bacchas specie quam proxime referat. Nec tamen librariorum incuriae hoc compositionis vitium, si vitium est, tribui posse videtur. Transponi enim alio nequeunt, nec sumenda lacuna quidquam proficitur.

Bacch. 1341 *εἰ δὲ σωφρονεῖν*
ἔγνωθ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
εὐδαιμονοῖτ' ἂν σύμμαχον κεκτημένοι.

Sententiae ratio postulat *felices essetis*, non *sitis*, itaque imperfectum *ηὐδαιμονεῖτ' ἄν*, ut recte edidit Dindorf ex Musgravii correctione.

Digitized by Google

HERCULIS vs. 107 ὑψόροφα μέλαθρα
καὶ γεραιὰ δέμνι' κτἑ.

Vulgaris vocabuli δέμνια sensus huic loco vix satis aptus videtur. Num forte h. l. Euripides novo usu δέμνια, ut natum e verbo δέμω, pro δώματα (evitato propter μέλαθρα) adhibuisse censendus est?

Herc. 164 ἀλλ' ὃς μένων βλέπει τε κἀντιδέρκεται
δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα τάξιν ἐμβεβώς.

δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα dictum pro δορὸς ταχέος ἄλοκα nihil habet in dictione poetica insoliti, quare repudio editoris coniecturam:

τραχεῖαν ἄλοκα τάξιν ἐμβεβὼς δορός.

Herc. 185. Δίρφυν τ' ἐρωτῶν ἥ σ' ἔθρεψ' Ἀβαντίδα
οὐκ ἄν σ' ἐπαινέσειεν· κτἑ.

Si ferri nequit, quod mihi non plane persuasum est, anacoluthon sive potius nom. absolutus ἐρωτῶν = εἰ ἐρωτῴης, non ante vs. 185 cum editore, sed inter hunc versum et sequentem lacunam statuerim. Omnino vero necessaria videtur propter oppositionem cum praegressis correctio:

Δίρφυν δ' ἐρωτῶν κτἑ.

Herc. 242 ἐπειδὰν δ' ἐσκομισθῶσιν πόλει,
βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα
ἐμπίπρατ' αὐτῶν καὶ πυροῦτε σώματα
πάντων, ἵν' εἰδῶσ' κτἑ.

κἀκπυροῦτε malit Wecklein, sed vide lexica. Fortasse praestat:

ἐμπί⟨μ⟩πρατ' αὐτὰ κτἑ.

accendite ligna et comburite corpora omnium.

Herc. 275 φίλων γὰρ εἵνεκα.

Vix recte Wecklein cum plerisque editoribus recentioribus οὕνεκα (= ἕνεκα) paene constanter in libris traditum in εἵνεκα mutavit. Vid. Meisterhans², pag. 177.

Herc. 588 πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ
δοκοῦντας εἶναι συμμάχους ἄναξ ἔχει,
οἳ στάσιν ἔθηκαν καὶ διώλεσαν πόλιν
ἐφ' ἁρπαγαῖσι τῶν πέλας.

Digitized by Google

Qui *specie* divites sunt, Graece simpliciter dici solent ὄλβιοι τῷ λόγῳ, sed miro pleonasmo hic additur δοκοῦντας εἶναι, quod vero maioris momenti est, non perspicitur cur hi pauperes pro divitibus haberi dicantur. Quocirca vereor ne hic lateat error et poeta scripserit:

πολλοὺς πένητας, ὀλβίους ἂν ὧδέ πως
δοκοῦντας εἶναι, συμμάχους ἄναξ ἔχει,

i. e. *divites se ita fore existimantes;* spe divitiarum incitatos.

Herc. 658 ἀλλὰ κατ' αἰθέρ' αἰ-
εἰ πτεροῖσι φορείσθω.

Ineptum esse αἰεὶ non latuit FGSchmidtium apte conicientem ἄρ|δην. Eodem tamen iure possis αἰ-πὺν sive αἰ-πὴν.

Herc. 780 ἔθραυσεν ὄλβου κελαινὸν ἅρμα.

Male sanum esse epitheton merito visum est multis criticis, nec quidquam felicius coniectum est quam τὸ κλεινὸν a Nauckio, quod etiam probabilius factum est a Schenklio refingenti ὄλβοιο κλεινόν. Vel melius appareret ratio corruptelae, si scribere liceret Aeolice κλεεννὸν, ut hinc primum natum esset κλεαινόν, in quod abiit apud Hesychium s. v., tum vero refictum in κελαινόν. Quaeritur licueritne Euripidi in lyrico carmine formam Aeolicam admittere poetis lyricis (bis occurrit apud Pindarum, quater apud Bacchylidem) familiarem pro forma κλεινός semper alibi a tragicis usurpata. Passim hi adhibent Aeolicum φαεννός, quod interdum librarii corruperunt in epicum φαεινός (vid. Valckenaer ad Phoen. 86), semelque Euripides I. A. 574 usurpavit adi. Aeolicum ἀργεννός, quo etiam usus est Chaeremon trag. fr. 3 p. 784 ap. Nck. — Equidem hac de re iudicium aliis permittere malo; mihi non liquet.

Herc. 1016 ὁ φόνος ἦν ὃν Ἀργολὶς ἔχει πέτρα
τότε μὲν περισαμότατος καὶ ἄπιστος
Ἑλλάδι τῶν Δαναοῦ παίδων.

Quin ἔχει mendosum sit dubium non esse arbitror, sed metro redarguuntur proposita αὐχεῖ et ἠχεῖ. Iambicae mensurae unice convenit ἴδεν, quod poetae reddendum suspicor.

Digitized by Google

Herc. 1020 τάλανι διογενεῖ κόρῳ μονοτέκνου Πρόκνης
φόνον ἔχω λέξαι θυόμενον Μούσαις.

Pro inepto *θυόμενον* apte sane editor coniecit *μελόμενον*, sed quidni leniore mutatione scribamus:

θρεόμενον Μούσαις

sensu passivo *caedem cantatam a Musis* s. *carminibus celebratam?*

Herc. 1047. Amphitryo:

ἑκαστέρω πρόβατε, μὴ
κτυπεῖτε, μὴ βοᾶτε, μὴ
τὸν εὕδι' ἰαύοντα (-θ' Reiske)
ὑπνώδεά τ' εὐνᾶς ἐγείρετε.

Depravatum esse *ὑπνώδεα* nemo non facile concedat Weckleinio, sed vix minus languet quod proposuit *ἰαύοντά θ' ὕπνῳ τ' ἐνδόντ' ἐγείρητ' εὐνᾶς*, ut neglegam *τὸ ὕπνῳ ἐνδοῦναι* magis esse *pigrorum* quam *fatigatorum* et *exhaustorum*, qualis erat Herculis conditio.

Videndum igitur annon *ὑπνώδεα* sit levissimo scripturae vitio difformatum ex *ὑπνοδεᾶ*, i. e. *somno indigentem*. Quid enim quaeso Herculi furibundo somno tranquillo et imperturbato salubrius cogitari poterat? *Nolite*, inquit, *filium meum tranquille dormientem e somno, quo tantopere indiget, strepitu vestro expergefacere!*

De metro huius versus non satis quidem constat, sed quia reliqua fere quae Amphitryo in hoc carmine dicit rhythmo dochmiaco terminantur, probabile est etiam h. l. idem factum esse, et ultima verba *ἐγείρητ' εὐνᾶς* fuisse crediderim cum editore. Ita possis v. c.

ὑπνοδεᾶ τε ⟨πάλιν⟩ ἐγείρητ' εὐνᾶς.

Vox formata ut *ὀλιγοδεής*, *σιτοδεής*, quod olim extitisse fidem facit formatum inde subst. *σιτοδεία*, alia.

Ad idem carmen pertinet locus graviter laborans 1074 sqq.

ἀλλ' εἴ με κανεῖ πατέρ' ὄντα
πρὸς δὲ κακοῖς κακὰ μήσεται,
πρὸς Ἐρινύσι θ' αἷμα σύγγονον ἕξει,

cuius loci apodosis omni sensu caret. Certa quidem emendatio mihi non succurrit, sed intelligerem:

Digitized by Google

⟨τί⟩ πρὸς Ἐρινύων ⟨σύγγονον⟩ αἷμά ⟨ποτε⟩ σύγγνωμον ἕξει;

coll. Thuc. IV 98 § 6 πᾶν (πάνυ?) δ' εἰκὸς εἶναι τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ τινὶ καθειργομένῳ ξύγγνωμόν τι γίγνεσθαι καὶ πρὸς θεοῦ.

aut duplici dochmio:

⟨πῶς⟩ πρὸς Ἐρινύων συγγνώμην ἕξει;

Herc. 1109.

Amph. γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας;

Chor. κἀγώ γε σὺν σοί, μὴ προδοὺς τὰς συμφοράς.

Quia sententia haec est „*ita* (γε), *et ego tecum* (sc. *ibo*)", sequitur soloece μὴ dictum esse pro οὐ, perdura enim et quaesita foret interpretatio, *si non deseram*. Quod intelligens iam Lenting (vid. *Append.*) coniecit μὴ προδῶ σὰς συμφεράς. Etiam praetulerim μὴ προδῶ σ' ἐν συμφοραῖς.

Herc. 1151 ἦ σάρκα τὴν ἐμὴν ἐμπρήσας πυρί.

Huiusmodi loci eo incertior est restitutio quod certo sciri nequit, utrum τὴν ἐμὴν sit genuinae lectionis corruptela an librariorum veteris lacunae supplementum. Hoc iudicasse videtur Wecklein coniciens τήνδε μυσαρὸν, illud Stadtmüller proponens τήνδε τλήμον', quod traditis litteris est paullo similius. Pro posteriore sententia militare videtur metrum in vulgatis plane neglectum. Μυσαρὸν pro μυσαρὰν sine exemplo scribit editor, inde quod Euripides multa adiectiva triplicis terminationis communes fecit concludens, ut suspicor, idem in omnibus sibi permisisse poetam. Quae si vera est conclusio, propius a litteris traditis scribi potest:

ἦ σάρκα τήν⟨δ'⟩ ἐλεινὸν⟨ὸν⟩ ἐμπρήσας πυρί.

Herc. 1340

οἴμοι· πάρεργα ⟨μὲν⟩ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν.

Uxoris liberorumque caedes nequaquam ab Hercule dici potuerunt malorum πάρεργα, nam et ultro hoc patet, et ipsum contrarium Hercules affirmat vs. 1411:

ἅπαντ' ἐλάσσω κεῖνα τῶνδ' ἔτλην κακά.

Itaque, si πάρεργα recte traditum est, hic quoque expectamus:

Digitized by Google

οἶμοι· πάρεργα ⟨μῶν⟩ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν;

„num, o Theseu, haec mea mala tam levia ducis, ut existimes me rationibus istis tuis aurem praebere?"

Quae postquam dixit, has rationes confutare heros aggreditur, ea quae de deorum sceleribus flagitiisque narrari solita ἀοιδῶν οὐ ψευδεῖς λόγους esse Theseus dixerat, contra ἀοιδῶν δυστήνους λόγους esse perhibens vs. 1346, ubi infeliciter Naber ἀοιδῶν δυστήνων coniecit. Cf. etiam Demosth. XIX § 255, qui unicus in antiquiorum scriptis locus videtur, ubi in pedestri Attico sermone poeticum hoc adiectivum reperitur.

Haec mea coniectura si probatur, sperni poterunt violentiora remedia, quibus quondam et ego et Heimsoeth hunc locum sanare conati sumus. Vid. Weckleini *Appendix*.

Herc. 1412.

Thes. εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντ', οὐκ αἰνέσει.
Herc. ζῶ σοι ταπεινός; ἀλλὰ πρόσθεν οὐ δοκῶ.
Thes. ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ κεῖνος, ὤν;

Duo postremi versus breviloquentia obscuriores multis eruditorum coniecturis famosi sunt. Fortasse tamen sic possunt expediri, ut mente hunc in modum suppleantur:

H. *Vivone tibi* (te iudice) *humilis? At olim non videor* (humilis tibi vixisse). Th. *Nimis vero tu, clarus Hercules* (humilis mihi vivis), *qui ubi* (nunc) *ille* (qualis olim eras) *es?*

Ita vero perspicuitatis causa versum tertium sic distinxerim

ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς· ποῦ κεῖνος ὤν;

Reliquae fabulae Euripideae simulac editae a Weckleinio prelum reliquerint, haec studia deo volente continuabo.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXVI pag.* 372).

LXXXIII.

DE PRAEIUDICII EXCEPTIONE.

Certi iuris est exceptiones ad unam omnes comparatas esse *eorum gratia cum quibus ag(a)tur* [1]), replicationes autem, sicut fictiones, *actoris gratia* (Gai. IV § 126), praescriptiones, quarum pridem erat causa mixta, postea omnes fuisse pro actore (Gai. IV § 133). Actiones omnes pro actoribus introductas esse, plus quam manifestum est. Qua ratione hereditatis petitionem actoris gratia introductam esse, ne is singulis iudiciis vexaretur [2]), respondendum est [3]), quamquam perperam intellexerunt quidam [4]) non de actoris sed de eius cum quo agatur utilitate [5]). Huius vero gratia introducta est praeiudicii exceptio, cui praesentem

1) Gai. IV § 116. — Itaque l. 7 § 9 D. 4. 3 quae commemoratur *excepti(o)* pro actore, replicatio est, quia *non exceptionibus actores .... sed replicationibus suam intentionem muniunt* (c. 10 C. 8. 35 s. 36).

2) L. 13 § 4 D. 5. 3. — Alia causa Atheniensibus fuit cur permitterent hereditatis petitionem, scilicet quia apud hos hereditates adiudicabantur, requirebatur actio qua adiudicatio transferretur. Quod manet apud Austriacos.

3) Hodie quidem praedicta utilitas evanuit, quia quot quis vult actiones coniungere licet (Jhering, *Geist des röm. Rechts* III. 1 (1877) p. 32: „*unser heutiger Prozess verstattet die Cumulation mehrerer klagen.*" Cf. *Civilprocessordn.* (1879) § 232).

4) Cavit ab hoc errore Velsen, *die* except. praeiud. (1896) p. 31 sq.

5) Ex abundanti cf. l. 5 § 7 D. 46. 7; l. 3 D. 34. 1; l. 42 § 7 D. 3. 3; l. 2 D. 14. 1; l. 27 § 8 D. 15. 1 (sed etiam l. 47 § 3 D. 15. 1).

Digitized by Google

destinamus disputationem. Ante omnia igitur sciendum est, posse iudicem, quin immo *debe(re)* [1]), *universam incidentem quaestionem quae in iudicium devoc(e)tur*, modo cum causa principali connexa sit [2]) — hoc ideo quia res inventa est propter *causae continentiam* sive *coniunctionem*, quam propter itidem solet in possessionis et proprietatis iudicio, licet separentur, idem iudex dari [3]), et conscio post homicidam *primus locus constitu(i)* [4]) — ergo debere iudicem universam incidentem quaestionem, quae connexa sit, *examinare*, licet principaliter de ea *cognoscere non possit* [5]). Quod ius etiamnunc manet apud Gallos [6]), nam apud Germanos nova lege (*Civilprozessordnung* (1879) § 253) restringitur ad ea, unde principalis causa pendeat, et (ibid. § 33) petitiones mutuas. At apud Romanos quin potuerit iudex omnem incidentem quaestionem examinare, modo connexa esset, dubitationem nullam recipit. Veluti quod Romam reicere debet praeses status quaestionem eius qui senatoris filius esse dicatur, id *n(on) impedit notionem eius*, si de hereditate pronuntiaturo haec ipsa quaestio subicitur [7]), *quotiens* enim *quaestio status bonorum disceptationi concurrit, nihil prohibet, quo* magis (l. *minus*) *apud eum quoque qui alioquin super causa status cognoscere non possit,*

1) L. 41 § 1 D. 40. 12: *iudex ..... qui de libertate cognoscit etiam de rebus amotis damnove dato cognoscere debet.* Ergo, ut examinet, *pertinere* rescribitur (c. 1 C. 3. 8) *ad officium iudicis.*

2) L. 18 § 1 D. 10. 2 (ea venire docet, quae *ad* causam principalem *pertinere* videantur).

3) c. 3 C. Th. 2. 18 (= c. 10 C. 3. 1), ubi *in uno eodemque iudicio* intelligendum est *ab eodem iudice* (c. 13 C. 3. 32). Debet enim prius de possessione iudicari, sic deinde de proprietate cognitio suscipi. Ergo constitutio directo non pertinet ad incidentis quaestionis terminationem.

4) Cic. pro Cluent. 20 § 56.

5) c. 1 C. 3. 8.

6) Cognitione suscepta, quaecumque connexa sint, suus iudex remittere iubetur ad eum qui cognitionem susceperit (*Code de procéd.* art. 171) et adnotat Garsonnet, *Cours de procéd.* I (1882) § 166 (p. 626): „*c'est dire implicitement, qu'un tribunal saisi d'une demande pour laquelle il n'est pas compétent, peut la retenir et la juger, si elle est connexe à une autre déjà pendante devant lui*", et § 181 (p. 740): „*aussi dit-on en prenant le mot exception dans un sens très-large*", id est pro omni quaestione incidente, „*que le juge de l'action est juge de l'exception.*"

7) c. 1 C. 3. 8 (Severi et Caracallae), quam interpretatus est Jörs, *Untersuch. z. Gerichtsverf.* (1892) p. 15—18. De senatorum privilegio cf. Cic. ad Fam. XIII. 26 § 3; Symmach. Rel. 48 § 2; c. 4 C. Th. 2. 1: c. 2 C. 3. 24, de praeside libertatis iudice: c. 1 C. 3. 22; c. 1, c. 3 C. 7. 19; c. 7 C. 7. 21 (coll. c. 5 C. 3. 22).

Digitized by Google

disceptatio terminetur [1]). Itaque *cum civili disceptationi principaliter motae quaestio criminis inciderit, vel crimini prius instituto civilis causa adiungitur, potest iudex eodem tempore utramque quaestionem sua sententia dirimere* [2]). Ergo èt *civili disceptationi crimen* [3]) *adiungitur, si testator (compulsus) testamentum fecit* [4]) èt *potest de falso cognoscens praeses provinciae incidentem proprietatis quaestionem dirimere* [5]), vel, qui de caede quaerit, *impendii causam* [6]) id est indemnitatis. Eadem usu veniunt in iudicio finium regundorum civili et de termino moto, quod criminale est. Tam enim qui fines regit in suo iudicio damnare potest eum, *qui lapides finales furatus s(it) aut arbores finales cecider(it)* [7]), quem mulctat lex agraria a Gaio Caesare lata [8]), quam potest, *si dicantur termini deiecti vel exarati, iudex qui de crimine cognoscit etiam de finibus cognoscere* [9]). Simili ratione *de mutuis petitionibus* [10]) *possunt praesides cognoscere* [11]), licet res non sit cognitionis sed iuris ordinarii, vel *ad eundem iudicem mitte(re)*, licet actor iurisdictioni subiectus non sit [12]). Itaque dubitari non oportet, quin, ubi nihil in contrarium scriptum sit [13]), magistratus municipales ius dicere possint de mutuis petitioni-

---

1) Alex. c. 3 C. 3. 1.

2) Valerian. c. 3 C. 3. 8. — De criminis adiunctione contraria testimonia infra dabimus.

3) Quod crimen videndum (*βίας* intelligit Thalelaeus).

4) Alex. c. 1 C. 6. 34.

5) Alex. c. 1 C. 1. 40.

6) Collat. I. 11 § 2 (sub Hadriano). Cf. praeterea l. 57 (56) § 1 D. 47. 2.

7) § 6 Inst. IV. 17.

8) L. 3 pr. D. 47. 21. Cf. Bruns, font. (1893) no. 15.

9) L. 4 § 4 D. 10. 1.

10) Loquaturne de mutuis petitionibus quae connexae sint (cf. Garsonnet, *Cours de procéd.* I (1882) § 167 (p. 628): *„il n'y aurait pas connexité entre la demande principale et la demande reconventionnelle s'il n'existait pas entre elles un lien d'origine ou de subordination"*), an habeat omnes pro connexas (cf. Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 64 IV (p. 226): *„formelle Konnexität"*), quaerendum est. Cf. interim Iustin. c. 14 C. 7. 45 (vv. *in eodem negotio*).

11) L. 1 § 15 D. 50. 13.

12) L. 22 D. 5. 1. Cf. Zenonis c. 5 § 1 C. 7. 51; Iustin. c. 14 C. 7. 45.

13) Apud Germanos in contrarium scripta invenietur *Civilprozessordn.* (1879) § 647, apud Gallos *loi sur les justices de paix* (25. V. 1838) art. 7. Invenientur cetera de quibus ne incidentibus quidem cognoscere possunt minores iudices in eadem lege art. 4 1°, 5 1°, 6 2° 3° et *Code de procéd.* art. 14.

Digitized by Google

bus, quae summam statutam excedant, quo pertinet [1]) ex Gaio l. 11 § 1 D. 2. 1: *sed et si mutuae sunt actiones, et alter minorem quantitatem alter maiorem petat, apud eundem iudicem agendum* [2]) *est ei qui quantitatem minorem petit* [3]), *ne in potestate calumniosa adversarii mei sit* [4]) *an apud eum* [5]) *litigare possim.* Quod diximus, omnem incidentem quaestionem iudicem dirimere posse, in tantum id obtinet, ut, qua de re *principaliter* ..... *agi* omnino *non po(ssi)t*, veluti de statu defunctorum, eandem recte decidat praesidalis notio, si id agatur, pertineatne defuncti peculium ad herum, an bona ad heredem [6]). Itaque locum habere potest Carbonianum edictum [7]) et edictum divi Hadriani [8]). Similiter, si status vivorum pendeat ex mortuorum statu, recte quaeretur in causa filiorum de statu patris [9]) vel matris [10]), salva tamen quinquennii praescriptione ex die mortis [11]), quam *primus omnium divus Nerva* introduxit [12]), *si quidem in deteriorem condicionem* mortui *quis statum retract(e)t* [13]). Eiusdem generis est, quod *de nativitatis veritate secundum iuris formam* semper *quaeri(tur)* [14]), licet praeiudicialis formula non detur post mortem eius, qui pater esse dicitur. Sed nihil impedit, quo minus ea res in hereditatis iudicio investigetur [15]). Eandem ob causam

---

1) Cf. Lenel, *Ztsch. der Sav.-St.* II (1881) p. 36.

2) Id est: *respondendum*, sicut l. 1 pr. D. 2. 13 et l. 29 § 2 D. 4. 4. Quod nec vidit Dernburg (*Compensation* (1868) p. 250-252), nec intellexit Appleton (*Hist. de la compensation* (1895) p. 225-230) nec alius quilibet praeter Nicolaum Smallenburg (cf. Planck, *Mehrheit der Rechtsstreitigkeiten* (1844) p. 72-76).

3) A quo petitur *maior* quantitas.

4) Cf. l. 28 D. 50. 1 (Planck, op. cit. p. 77), sed etiam Bruns, font. (1893) no. 17 lin. 1-9.

5) Id est: apud eundem iudicem, nisi subest interpolatio (cf. l. 32 § 9 D. 4. 8).

6) c. 13 C. 7. 16; c. 3 C. 7. 21. Itaque palam est l. 4 § 1 D. 40. 15 non pertinere ad *defunctorum* statum (cf. R.).

7) L. 1 § 6, l. 8 pr. D. 37. 10.

8) c. 2 C. 6. 33.

9) c. 3 C. 7. 16.

10) Nam propter patrem ut servi nascantur, omnino rarum est (cf. tamen lex Gortyn. col. VII (lin. 1-4); Gai. I § 86).

11) L. 1 § 2, l. 2 pr. D. 40. 15.

12) L. 4 pr. D. 40. 15. Cf. tamen Sueton., Tit. 8 (i. f.).

13) L. 1 § 4, l. 3 D. 40. 15.

14) c. 2 C. 3. 8.

15) L. 3 § 5 D. 25. 3 (cf. l. 1 § 4 (i. f.) D. 37. 10).

Digitized by Google

sublata falsi accusatio *pecuniarium compendium*, id est civilem actionem, *non aufert* [1]). Non tamen eo usque tendi debet regula, ut privatae litis occasione iudex datus [2]) vel nummariae quaestionis procurator Caesaris [3]) id etiam nactus videatur, quod lege tribuitur, qualis est publici iudicii exercitio [4]). Atqui dictum est [5]) *civili disceptationi crimen adiung(i)*. Ergo fatebimur, quosdam nihil excepisse, aliis visum, quorum fuit Thalelaeus [6]), ita crimen adiungi posse, ἐὰν ᾖ ἱκανὸς (ὁ δικαστὴς) ἐγκλημάτων ἀκροᾶσθαι, quod de dato iudice dici non potest. Cui sententiae, in quam hodie pedibus itur [7]), convenit: iudicem datum *de fide instrumenti civiliter* disceptare posse *iuxta responsum viri prudentissimi Pauli* [8]), quod in Palingenesia frustra quaeretur, eundem animadvertere non posse. In integrum quoque restituere ex constitutione Iustiniani (c. 3 § 2 C. 2. 46 s. 47) is demum potest ex incidenti quaestione, cui idem principaliter facere permittitur. In talibus igitur recte atque ordine iudex fecerit, quo de capite litis ipse sit ἀπρόσφορος, vel omnia, ubi lex permittit omnia transmittere [9]), ἐξ οἰκείας ψήφου ἐπὶ τὸν πρόσφορον .... παραπέμψας (c. 12 (Zenonis) § 2 C. 3. 1). Cuius generis est, quod praescribitur [10]) cap. 5 X (extra) 4. 17: *quaestio nativitatis, opposita petenti hereditatem coram iudice saeculari, est ad*

---

1) c. 5, c. 9 § 1 C. 9. 22.

2) Valer. Maxim. VIII. 2. 2 (i. f.).

3) c. 1 C. 3. 26. — Procurator ex duabus tantum causis crimina vindicat: ex lege Iulia de adulteriis et ex alia lege (Collat. XIV. 3 § 3), quae certe non est *Fabia* (ibid. § 1, § 2; c. 4 C. 9. 20).

4) L. 1 pr. D. 1. 21.

5) c. 1 C. 6. 34 (Alex.); c. 3 C. 3. 8 (Valerian.) et cf. § 6 Inst. IV. 17.

6) sch. ἐπὶ τούτου ad Bas. 7. 3. 35 (= c. 3 C. 3. 8).

7) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 2 (p. 8) cum not. 7: „*das Erkennen der öffentlichen Strafe (gehört dem straf- oder polizeigerichtlichen Verfahren ausschliesslich an)*"; § 64[a] (p. 224) „*was unter einer Sondergerichtsbarkeit gehört (kann nicht) attrahirt* (= „*gelegentlich .... mitentschieden*") *werden*," „*sofern die Sondergerichtsbarkeit ausschliesslich ist. Dasselbe muss sogar zwischen mehreren* foris *derselben Gerichtsbarkeit gelten.*" Ergo sequitur (§ 154 = p. 584): „*dass der Civilrichter niemals eine kriminelle Bestrafung .... aussprechen kann.*"

8) c. 11 C. 9. 22.

9) Veluti lege Gallica *sur les justices de paix* (25 V 1838) art. 8. Contrarium ordinem teneri iubet (ut transmittatur solum quod excedat) *Code de procéd.* art. 426, 427. Quasi medius est *Code de procéd.* art. 14.

10) Decretalium praescriptiones quam habeant auctoritatem nescio.

Digitized by Google

ecclesiasticum iudicem transmittenda, quod tamen in ipso canone pontifex non fieri iubet, sed in causa quadam factum docet. Similiter cap. 3 X 2. 10 praescribitur: *petenti hereditatem obstat exceptio nativitatis, quae prius debet coram ecclesiastico iudice terminari* [1]), quum tamen in ipso canone pontifex hoc tantum exigit, *causa(e) natalium*, ad se *delata(e)* ne praeiudicetur per *dependentem ex illa successionis causam* [2]).

Ea tamen veniet in iudicium incidens quaestio, quae revera connexa sit cum ea causa, quae principaliter in iudicium deducta est, id est, quam iudex connexam esse arbitrabitur [3]). Non enim ex generali quadam formula ea de re statui potest [4]). Veluti in familiae erciscundae iudicio non haberi quaestionem de nece testatoris *rectissime Pomponius ait*, quia *haec ad divisionem rerum hereditariarum non pertine(ant)* [5]). Ex diverso potest quaestio haberi de servo, quem heredes *tabulas hereditarias interlevisse dicant vel corrupisse* [6]). Nec dubitatur, quin possint *iudex tutetaris, itemque Centumviri, si aliter de rebus hereditariis* [7]) *vel de fide generis instrui non possunt, ... de servis hereditariis habere quaestionem* [8]). Quippe pertinet omnimodo ad Centumviros status quaestio, si inde pendet inofficiosi querela, id est, si is *qui de inofficioso vult dicere .... negetur filius* [9]), *ut est quaesitum* apud Centumviros [10]) *contra Urbiniae heredes* [11]),

---

1) Adnotatur: *Hoc dicit secundum glossam, intelligendo, quod hic erat* (= quasi esset) *prius coram iudice saeculari petita hereditas et exceptum fuit* (fuisset) *de illegitimitate.*

2) Cf. infra.

3) Garsonnet, *Cours de procéd.* I (1882) § 187 (p. 756): *„il n'y a pas lieu de préciser les conditions de la connexité .... c'est aux juges d'apprécier souverainement selon les circonstances."*

4) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 64 (p. 223): *„Konnexität ist und bleibt ein vager Begriff"* .... (p. 224) *„Welches .... in solchem Verhältniss stehende Rechtsansprüche seien, vermag Niemand abstrakt zu definiren."* Lege Germanorum (*Civilprozessordnung* (1879) § 33) eam quaestionem sublatam esse praeterquam de mutuis petitionibus, supra dictum est.

5) L. 18 § 1 D. 10. 2.

6) L. 18 pr. D. 10. 2; l. 67 pr., l. 69 § 4 D. 30.

7) Cf. c. 1 § 1 C. 2. 58 (59).

8) Paul. V. 16 § 2.

9) Cf. l. 20 D. 5. 2.

10) Tac. Dialog. 38.

11) Scriptos nimirum.

Digitized by Google

is, qui tamquam filius petebat bona, Clusinius Rufus esset an Sosipater [1]), id est utrum *ex Urbinia natus* [2]) necne. Ita nihil obstat, quominus *(de) iisdem quaestionibus* modo apud Centumviros agatur, modo apud privatum iudicem [3]), neque propterea dicendum est Centumviros et datum iudicem de iisdem rebus iudicasse [4]), sed, quae principaliter agantur apud privatum iudicem, apud Centumviros incidenter agi. Quod optime perspexit Zumpt [5]), sed perspectum adhibere non debuerat ad eorum interpretationem, quae Crassum dicere fingit Cicero de Orat. I. 38 § 173. Nam apud Crassum multa enumerantur, quae vix ac ne vix quidem in hereditatis iudicium [6]) incidere possunt. Ceterum ne ea quidem veniet in iudicium incidens quaestio, quae arcetur inde constituentium auctoritate. Veluti in interdicto de homine libero exhibendo *agenda* non est *causa libertatis*, quia placuit *tum demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro certo liber est* [7]). Similiter cavendum est, ne possessionis causa examinetur in proprietatis iudicio [8]), visa enim est prudentibus *separata esse debe(re) possessio a proprietate* [9]), vel potius interdictum a vindicatione rei [10]). Itaque *si inter (litigatores) contendatur, uter possideat* [11]), *ad .... inter-*

1) Quinctil. Inst. VII. 2 § 5.

2) Ibid. § 6.

3) Quinctil. Inst. V. 10 § 115.

4) Wassak, in *Pauly's Realencyclopaedie*, v. *Centumviri*. VI: „*Die Concurrenz des Privatrichters .... wird ausdrücklich bestätigt durch* Quinctil. V. 10."

5) *Abhandl. der Akad. z. Berlin a. d. J.* 1837 p. 145.

6) Cf. Cic. de lege agr. II. 17 § 44: *cum vos volueritis de privatis hereditatibus centumviros iudicare.* Hoc postea coartatum esse ad inofficiosi actionem demonstravimus (cap. LXXVII) ex Pauli ad Scaevolam nota (l. 13 D. 5. 2), et quaesivimus, quatenus haec saltem iudicatio Centumvirorum propria fuerit.

7) L. 3 § 7 D. 43. 29.

8) Sed iure Germanorum antiquo in proprietatis iudicio etiam possessionis causa examinatur (Laband, *Vermögensrechtl. Klagen* (1869) p. 187: „*es findet keine principielle Trennung des* possessorium *und* petitorium *statt*"; Planck, *Gerichtsverfahren* I (1879) p. 687-689). Perinde fit lege Locrensium (Polyb. XII 16). Sed ius Gortynicum conspirare videtur cum Romano.

9) L. 1 § 2 D. 43. 17.

10) § 4 Inst. IV. 15; c. 13 C. 3. 32; c. 3 pr. C. 3. 39 (= c. 1 C. Th. 2. 26 = Grom. p. 267); c. 3 C. 8. 1; c. 14 C. 11. 48 (47) (= c. 1 C. Th. 4. 23).

11) Immo: *uter .... possidere .... debeat* (Gai. IV § 148); *quid* enim *ad praetorem, uter possessor sit? .... quaeri oportet, utrum possessorem esse oporteat* (Cic. in Verr. II. 1. 45 § 116).

Digitized by Google

dictum remittentur [1]). Non eadem est religio, si in interdictum proprietatis quaestio inciderit, et multo minus si in de universitate interdictum quaestio inciderit de successionis iure [2]). Ergo quum pendeat ex proprietate possessionis causa [3]), tunc *(de) momenti iure salva proprietat(e)*, quod iubet Theodoricus [4]), non agetur. Sed ne tunc quidem iuris et possessionis causa separatur, quum libertas in causa est, nam *cum de hoc incertum est*, utrum quis ex libertatis possessione in servitutem, an e servitutis possessione in libertatem se vindicet, *ut possit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud eum qui de libertate cogniturus est disceptatur* [5]). Quamquam possunt ea videri a Triboniano interpolata esse, siquidem *ante* referri solet ad ea quae in iure aguntur [6]), atque praeterea in iure agi necesse est ea, quae eo pertinent, *ut possit* iudicium *ordinem accipere* [7]); itaque paene necessaria est conclusio: *eum qui de libertate cogniturus est* successisse in locum praetoris eius, cuius de liberali causa iurisdictio tunc erat, quum edictum Ulpianus interpretaretur [8]). Stabit nihilominus superior sententia: non separari [9]) in libertatis causa possessionis et iuris disceptationem, quandoquidem una lis est, quae apud praetorem inchoatur, apud iudicem finitur [10]). Sed prohibetur iudex, qui quaestioni praeerit, de mutuis accusationibus cognoscere, sive mutuo crimine accusatorem condemnare sive se purgare reus studeat, *constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum sed innocentia reus purgetur* [11]), sub hac videlicet exceptione ut possit adulter ante-

---

1) L. 1 § 8 D. 43. 17.

2) Symm. Relat. 28 § 8.

3) Fieri posse docuit Savigny, *Verm. Schr.* II p. 265[1].

4) Edicti cap. 76.

5) L. 7 § 5 D. 40. 12.

6) Gai. IV § 31: *ante — apud praetorem*, § 84 *postea apud iudicem*.

7) Contrariam sibi placere sententiam dicit Lenel, Paling. II p. 757[7].

8) Wassak, *Litiskontestation* (1889) p. 73 (125) not. 5, qui tamen apud Ulpianum nihil mutat.

9) Separaverat Lenel in edicti restitutione (§ 180).

10) *Negotium*, quod apud praetorem *finiri* dicitur (Gai. IV § 184) *initi(um) litis* est (ibid. § 84).

11) L. 5 pr. D. 48. 1. Apud Germanos hodie quatenus admittitur privata accusatio (*Strafprozessordn.* (1879) § 414) etiam admittitur mutua (ibid. § 428).

Digitized by Google

quam reus fiat, id est ante litis contestationem [1]), exonerandi sese causa, marito accusanti obicere lenocinii *praescriptionem* [2]). Ceterum ne proprio quidem iudicio *is qui reus factus est* alterum *potest accusare* [3]); ergo *si qui sunt* rei *qui invicem accusent* nec iungenda sunt iudicia nec simul instituenda, sed *alterum iudicium praeferre* [4]) alterum proferre *necesse est* [5]), nisi forte apud principem vel senatum accusatur [6]), quia hi publicorum legibus non tenentur. Sed etiam ordinarius iudex mutuas accusationes nonnumquam admittere debet. Veluti potest, *si publico iudicio maritus uxorem ream fac(i)t* [7]) .... *is qui de adulterio cognoscit, statuere in maritum ob lenocinium* [8]). Diversum est, si adulter in iudicium vocatur, *extraneus* enim *nequaquam lenocinium obiciens, posteaquam reus factus est* [9]) *se relevabit vel maritum poenae subiciet* [10]). Videtur autem ideo aliud constitui in uxore accusata, aliud in extraneo, quia mulier lenocinii maritum accusare non potest — ne praescriptionem quidem habet ex causa lenocinii [11]) — itaque, ubi ipsa rea fit, hoc agendum est, ne maritus communis delicti poenam exigat et gaudeat impunitate [12]). Itaque marito accusanti uxor lenocinium [13]) obiciens non se excusat, sed illum poenae subicit. Sed hoc ita, si maritus accusat, alioquin in de moribus iudicio uxoris adulterium coniugis lenocinio compensatur [14]). Quaestio fuit, utrum in adulterii iudicio mulier

---

1) Ita probabiliter interpretatur Ant. Matthaeus 48. 13 cap. X § 8 (cf. cap. VII § 4).

2) c. 25 (26) C. 9. 9 (cf. l. 16 (15) § 7 D. 48. 5).

3) L. 5 pr. D. 48. 1.

4) Praeferetur quod gravius est (c. 1 C. 9. 1), in pari causa, veluti quum hinc sit adulterium illinc lenocinium, id praeferetur quod prius delatum est (l. 2 § 4 D. 48. 5; Tribon. c. 19 C. 9. 1).

5) Quinctil. VII. 2. § 19.

6) Quinctil. VII. 2 § 20.

7) L. 2 § 5 D. 48. 5.

8) L. 2 § 6 D. 48. 5.

9) Ante reatum *praescriptionem* habet.

10) L. 2 § 7 D. 48. 5.

11) L. 2 § 5 D. 48. 5.

12) Causa dicenda est, cur in iudicio uxor lenocinium obicere possit, non, quidni possit extraneus omissa praescriptione.

13) Vel adulterium (l. 14 (13) § 5 D. 48. 5), nam ne adulterii quidem uxor maritum accusare potest (c. 1. C. 9. 9). Ceterum l. 14 (13) § 5 cit. sumpta est ex rescripto Caracallae, quod editur in Coll. libr. iur. Anteiust. III p. 241.

14) L. 47 (cf. l. 39) D. 24. 3, cuius in fine requiri videtur *audiendus* (*non*) *est*. Nam opponuntur ibi *improb(atio)* .... *mor(um)* et *accusa(tio)*, non (ut in l. 39) confunduntur.

Digitized by Google

dotem posset repetere. Sed removendas censet Theodosius Magnus [1]) *praescriptiones* [2]) *civiles, quibus aut dos repeti fing(a)tur, aut ex ratione aliqua* [3]) *debitum flagit(e)tur*, valde enim metuendum esse, ne civile iurgium criminali *obsit examini* [4]). Similis forma Iustiniani constitutione depositi iudicio data est [5]), ut scilicet nulla opponatur compensatio; item ceteris petitionibus *(ni)si causa, ex qua compensatur, liquida sit* [6]). Talia igitur excipienda sunt, ut vere dicatur, incidentem quaestionem omnem a iudice dato terminari posse.

At potest, ubi maior quaestio inciderit, quam est ea, de qua principaliter agetur, adversarius *desiderare* [7]), potest etiam iudex ultro decernere [8]), ut iudicium differatur, donec maior illa quaestio finem acceperit, ne per minorem causam maiori praeiudicetur [9]). Quia enim fieri potest, ut iudicium de re minore propter iudicatarum rerum auctoritatem maius iudicium tollat [10]), atque solent etiam remota rerum iudicatarum auctoritate diligenter providere iudices ne ab aliorum iudiciis discrepent [11]), ideo, nec propter ullum timorem *ne varie iudicetur* [12]) — nam is metus eo tantum pertinet [13]), ne quis pro parte servus pro parte liber pronuntietur [14]), quam ob rem etiam senatus constituit, ne umquam pro partibus dominii scinderetur liberale iudicium [15]) —

---

1) c. 7 C. Th. 9. 7 = c. 32 (33) C. 9. 9.

2) Id est: mutuas petitiones.

3) Id est: ex aliquo negotio.

4) Idem metus apud Germanos effecisse videtur, ut criminis iudici potestas subtraheretur de indemnitate statuendi, eadem apud nos brevi summa constringeretur. Nam apud Gallos integra est (*Code d'instr. crim.* art. 8).

5) c. 11 C. 4. 34.

6) c. 14 C. 4 31.

7) L. 13 D. 37. 10, quo provocat Bülow, *Lehre von den Prozesseinreden* (1868) p. 140[21], ut demonstret, ex officio differri. Tulit vel sic adsensum Ottonis Lenel (*das* edict. perp. p. 110, 111), postquam Bekkeri (*Aktionen* I p. 380) non tulerat.

8) c. un. C. 2. 10 (11).

9) L. 54 D. 5. 1.

10) Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 153[9]; Dernburg, *Ueber das Verhältniss* etc. p. 11[27].

11) Loci dabuntur infra.

12) Hoc putat Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 153[10] (cf. etiam Francke, *Commentar* etc. p. 86 not. 7).

13) L. 8 § 1 D. 40. 12. Iure pontificio ad alia omnia extenditur (cap. 8 X. 2. 10).

14) L. 9 § 2 i. f. D. 40. 12.

15) L. 8 § 1 D. 40. 12.

Digitized by Google

ideo igitur, quia iudicium de re minore vel iure vel iniuria formam dare potest alteri, ne minor causa praeiudicet, *ordine* tam *iudiciorum* (R. C. 3. 8) quam *cognitionum* (R. C. 7. 19) praecavetur [1]). Quod èt sollicitudinem praetoris spectat èt iura defensionis, quum vera non sit [2]) sententia Oscari Bülow [3]) earum rerum naturaliter interse pugnam esse („*Official- und Exceptionsverfahren sind .... unvereinbare Gegensätze. Eine Thatsache die schon von Amtswegen beachtet werden muss, kann unmöglich zugleich eine Exceptionsthatsache sein*"). Sed ne Lenel quidem iure contendit [4]) praeiudicii ratione solas capitis causas [5]) aliis praeferri, praefertur enim generaliter minori causae maior causa; et subiungit ipse [6]) praeferri sine dubio causam bonorum singularum rerum petitionibus [7]) et causam proprietatis servitutibus [8]). Ergo, si *ordo quaestionis* [9]) postulat, ut prius de re minore constet, hoc fieri debet in maiore iudicio *maior enim quaestio minorem causam ad se trahit* [10]). Neque cum Friderico Carolo Savigny [11]) statuendum est, tunc differri oportere minus iudicium, quum simul praeiudicium fiat èt quaestionis ordo, quem vocat ipse *naturalem .... iudiciorum .... ordinem*, infringatur. Praeiudicium fieri sufficit, ut propter maiorem causam minor differatur [12]), modo de ea quaeri possit in eo iudicio, quod maius est. Ibi quoque errat Savigny, ubi putat [13]) alienam cognitionem omnem habendam pro maiore, propterea quod scribat Ulpianus l. 3 § 7 D. 43. 29: *non oporte(re) praeiudicium fieri alienae cognitioni*, addit enim iurisconsultus: *si quaeratur*

---

1) *Iudicia* intellegantur ordinaria, *cognitiones* ipsius praetoris, veluti quum in integrum restituat.

2) Refellit eam c. un. C. 2. 10 (11).

3) *Lehre von den Prozesseinreden* p. 162.

4) *Das* edict. perp. p. 110.

5) „*Ausschliesslich .... Capitalsachen.*"

6) Eadem pagina.

7) „*Der Vorrang der* hereditatis petitio .... *ist bekannt.*"

8) „*Der Eigenthumsfrage darf durch Servitutsprozesse nicht vorgegriffen werden.*"

9) c. 25 (26) C. 9. 9; *iudicii ordinem* appellat pontifex (cap. 8 X. 2. 10).

10) L. 54 D. 5. 1.

11) *Verm. Schr.* IV p. 126-129.

12) Nisi scilicet maiori adiungatur, quod evenisse putat Francke (*Commentar üb. den Pandectentitel* de hered. petit. (1864) p. 66 not. 3) in specie l. 17 § 2 D. 44. 4.

13) *Verm. Schr.* IV p. 125[1]. Laudat quidem non Ulpianum sed Raevardum.

Digitized by Google

de statu, negat igitur status quaestioni per minorem causam praeiudicandum esse. Et novimus solius Centumviralis iudicii *ea(m) auctorita(tem)* fuisse, *ut nihil in praeiudicium eius iudicii fieri debe(re)t* [1]). Nam principi quotidie praeiudicatur, quia potest *omnes* omnium *causas revocare ad se* [2]), neque ullam propriam exercet iurisdictionem. Ergo licet aliquando quis in senatu postulaverit *ne cognitioni Caesaris praeiudicium fieret* [3]), atque ita consules *omnia integra principi servaver(i)nt* [4]), non tamen eius rei regula efficitur [5]). Errant igitur, qui putant *alienae cognitioni* praeiudicandum non esse. Sed gravius errant, qui putant pro maiore habendam esse quaestionem eam, unde altera pendeat [6]), quam nunc quidem vocant *praeiudicialem* [7]), sed fit nonnumquam ut ea quaestio prius inducatur, non, quod maior sit, sed quod antea de ea constare debeat [8]). Veluti, *si crimen aliquod inferatur ei, quam (quis) ingenuam esse dici(t), ante liberalis causa suo ordine agi debet cognitionem suam praeside praebente, quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, ut in liberam et ingenuam an ut in ancillam constitui oporte(a)t* [9]). Eodem argumento decretum esse paret: *si mater et filius de libertate litig(e)nt, aut coniungenda (esse)* [utrorumque] *iudicia, aut differendu(m) es(se) causa(m) filii* [10]), ideo filii, quia in filii causa a matris statu incipietur. Et videtur

---

1) L. 5 § 2 D. 5. 3 (cf. Francke, *Commentar* etc. p. 80).

2) Plin. Epist. VI. 31 § 6.

3) Plin. Epist. VII. 6 § 6.

4) Ibid. § 14.

5) Effici putat Planck, *Mehrheit der Rechtsstreitigkeiten* (1844) p. 197.

6) Hos refellit Planck, op. cit. p. 200-204.

7) Planck, op. cit. p. 473 sq., 484-488. Alios quidem appellavisse docet quaestionem praeiudicialem non eam, unde altera pendeat, sed eam quae ex quacumque causa prior inducenda sit. Praeterea Garsonnet, *Cours de procéd.* I (1882) § 153 (p. 652) praeiudicialem esse negat, quam dirimire potest alterius rei iudex („*on nomme préjudicielles les questions, dont le jugement d'un procès implique la solution préalable et sur lesquelles le tribunal saisi de ce procès n'a pas le droit de prononcer*". Ceterum praeiudicialis esse potest tam causa causae („*Präjudizialsache*") quam unius causae pars reliquis partibus („*Präjudizialpunkt*"). Cf. Endemann, *Civilprozessrecht* § 153[7].

8) Hoc vidit Planck, op. cit. p. 203 sq.; p. 241-245

9) c. 3 C. 7. 19.

10) L. 23 § 2 D. 40. 12 (Planck, op. cit. p. 203).

Digitized by Google

eadem esse causa cur iubeat pontifex (cap. 3 X. 2. 10) Francorum regem hereditatis iudicem, *donec .... causa natalium*, unde pendeat hereditatis quaestio, *apostolico iudicio finem acceperit, patienter expecta(re)*. — Quum dicitur [1]), ubi praeiudicium futurum sit, ibi prius introducendam esse maiorem causam, et quum dicitur praeiudicialem [2]) causam prius introducendam esse, apparet, alteram utram regulam aut esse supervacaneam, aut utram alteri contrariam. Nam ubi maior quaestio eadem est praeiudicialis, una regula sufficit, sin altera maior praeiudicialis altera, pugnant. Itaque videndum est, utram regulam Romani potius adhibeant, deinde posthabitae quis servetur locus. Et scribit Planck [3]) veteri iudiciorum ordini convenire, ut maior causa praeponatur, nisi forte crimen pendeat ex privati iuris disceptatione, tunc enim praeponi solere causam praeiudicialem, quae tunc quoque praeponatur, quum pares sint causae [4]); sed iure Iustiniano omnino praeferri praeiudicialem causam, maiorem tunc quum invicem causae sint praeiudiciales, veluti quum ex eodem facto et privata actio descendat et crimen. Haec autem iura etiam Glossatores, et qui deinceps iura condiderint, fortuito magis quam quod intelligerent secutos esse [5]). Ergo, quod ad ius vetus attinet, in summa re [6]) sine dubio verum vidit; Iustinianum autem ius vetus abrogavisse nego. Manent enim in Digestis veteris regulae haud pauca documenta [7]), eius autem, quam successisse putat, perinde ut in antiquioribus fontibus exempla tantum extant, quibus nullo modo generalem eam fuisse demonstrari potest [8]). Ne apud recentiores quidem generalis invenitur regula, ut praeiudicialis causa praeponatur, sed contenti sunt, modo crimini praeponatur lis privata unde criminalis causa pendeat [9]).

---

1) Velut a Bethmanno Hollwegio, *Civilprozess* II § 99 (p. 400).

2) Retinebimus hoc vocabulum, licet hoc utique sensu apud auctores non sit (Planck, op. cit. p. 204), quia Latinitatem non offendit.

3) Op. cit. p. 256 sq.

4) Hoc Planck dicere omisit, non quod omissum vellet (op. cit. p. 203).

5) Op. cit. p. 471—528.

6) Quatenus dicit praeponi maiorem causam, quibusdam exceptis.

7) Fatetur ipse Planck, op. cit. p. 255 sq.

8) Demonstrare cupit quidem Planck, op. cit. p. 247-255.

9) Planck, op. cit. p. 517: „*durch das ganze Mittelalter hindurch ist die Anwendung der ersten Regel*", eam intelligit quae praeponi iubet litem praeiudicialem,

Digitized by Google

Itaque Glossatores et qui deinceps iura condiderunt in eo tantum a iure Romano recedunt, quod omnes civiles causas pro paribus accipiunt, solam criminalem pro maiore [1]), quod supra vidimus Ottonem Lenel ipsis Romanis obtrudere non dubitasse. Praeponitur autem apud hos generaliter maior causa, licet ea regula perpetua non sit. Et differtur propter maiorem causam quum ea, quae praeiudicialis ipsa est, tum ea quae praeiudicialem causam continet, ideo quia *rei maioris pecuniae praeiudicium fieri videtur, cum ea quaestio in iudicium deducitur, quae vel tota vel ex aliqua parte communis est quaestioni de re maiori* [2]). Sed an illud intersit, videndum, utrum necessario praeiudicetur, an ex accidenti, pleraque enim, quae praeiudicare possunt, attamen *non statim* praeiudicant, veluti *non statim plagiarium esse, qui furti crimine ob servos alienos interceptos tenetur, divus Hadrianus .... rescripsit* [3]), itaque per furti quaestionem plagio ex eventu praeiudicatur. Similiter *non utique crimen adulterii, quod mulieri obicitur, infanti praeiudicat, cum possit et illa adultera esse et impubes (maritum) patrem habuisse* [4]). Rursus concurrere videntur in eandem quaestionem interdictum de tabulis exhibendis ex clausula „*si .... dolo malo tuo factum est, ut desinerent (hae penes te) esse*", et lex Cornelia ex capite, qui *dolo malo testamentum suppresserit;* potest tamen *dolo malo facere ut* (= ut tamen) *in eam legem non incidat, ... hoc est, si non supprimendi animo .... fecit, sed ne huic exhiberet* [5]). *Momentariae etiam possessionis interdictum*

„für diesen Fall nicht bezweifelt worden" — Germanus legislator nunc generaliter permittit ut lis praeiudicialis expectetur, sive expectare velit criminis iudex civile iudicium (*Strafprozessordn.* (1879) § 261), sive privati iudicii cognitor criminalem causam (*Civilprozessordn.* (1879) § 140) vel civilem (ibid. § 139).

1) Planck, *Mehrh.* etc. p. 525: *„von jeher ist anerkannt, dass die Criminalsache die wichtigere sei."* Verum hodie Germanos utique desiisse tribuere criminali causae praevalentiam, docet Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 154 (p. 583): *„ein absoluter Vorzug, namentlich der Kriminalsache existirt nicht"*. Cf. *Civilprozessordn.* (1879) § 140.

2) L. 21 D. 44. 1. — At crimen quod gravius est leviori omnimodo praefertur (c. 1 C. 9. 1), licet nullum praeiudicium futurum sit, propterea quod damnatus ius accusandi non habebit (l. 4 D. 48. 2).

3) L. 6 pr. D. 48. 15.

4) L. 12 (11) § 8 (9) D. 48. 5.

5) L. 3 § 6 D. 43. 5.

Digitized by Google

saepe quidem, verum *non semper ad vim publicam pertinet vel privatam* [1]). In talibus igitur quaeritur, sitne differenda minor quaestio; quod Papiniano *non videtur* [2]); idem Paulo cum hac adiectione, *si (maior) quaestio non moveatur* [3]). Ergo, quia nulla quaestio differtur propter eam quaestionem, quae non moveatur — quod infra demonstrabitur — Papiniani sententiam verbo restringit, re subvertit. Apud Ulpianum legitur, ubi ex accidenti praeiudicetur, ibi *nec praeiudica(ri) aliquid* [4]), quod valde miror. — Quae causae quibus causis praestent videamus. Est igitur maior causa criminalis quam civilis [5]), excepta forte status causa, alioquin *si ventris nomine mulier missa sit in possessione*, neque *divus Hadrianus Calpurnio Flacco differendam accusationem adulterii* rescripsisset, *ne quod praeiudicium fieret nato* (l. 8 D. 37. 9), neque contrariae sententiae hunc colorem quaesivisset Papinianus, quasi *non utique crimen adulterii, quod mulieri obicitur, infanti praeiudic(e)t, cum possit et illa adultera esse et impubes (maritum) patrem habuisse* [6]). Colorem quaerit ideo, quia, si propter statum differendum est, differetur crimen in tempus pubertatis, nam ipsa status quaestio ex constitutionibus in id tempus reicitur [7]), modo hoc ita fieri *expediat pupillo* [8]). Sicut Papinianus adulterio, ita praestare status quaestionem subiecti partus crimini re fatentur, qui matris accusationem ideo non differunt, quia in hac specie pupillo differri non expediat, quum non sit verisimile, eam quae arguatur, *non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat* [9]), quin immo *maiore constantia .... recenti tempore* acturam [10]). Itaque concludunt contra rationem disputandi, quum possit *ipsi, qui sub-*

---

1) c. 8 § 1 C. Th. 2. 1.
2) L. 12 (11) § 8 (9) D. 48. 5 (secundum Mommseni interpunctionem).
3) L. 13 D. 37. 10.
4) D. 3 § 6 D. 43. 5 (cf. Savigny, *Verm. Schr.* IV p. 133 not. 2).
5) Cf. c. 4 C. 3. 8; c. 7 C. Th. 9. 7 (= c. 32 (33) C. 9. 9), Bülow, *Lehre von den Prozesseinreden* (1868) p. 152 sq.
6) L. 12 (11) § 9 D. 48. 5 (cf. l. 13 D. 37. 10).
7) L. 7 § 1 D. 37. 9; l. 1 § 11, l. 3 § 2, § 5 D. 37. 10; l. 27 pr. D. 40. 12; l. 2 § 2 D. 40. 16. Contraria videtur l. 6 § 3 D. 37. 10.
8) Cf. inprimis l. 3 § 5 D. 37. 10.
9) c. 1 C 9. 22.
10) L. 1 § 11 D. 37. 10.

Digitized by Google

iectus esse dicitur, cognitio *ex causa repraesentari*, ideo posse statui eius ex eadem causa praeiudicari [1]). Hactenus videri potest status quaestio maior esse [2]). Sane, quod praeponitur iudicium liberale, quum quaeratur possitne quis accusare [3]) et quum quaeratur accuseturne servus an liber [4]), in hanc causam nullius est momenti. Rescribunt enim imperatores ideo hoc fieri, non quod maior sit causa libertatis sed quia praeiudicialis [5]). Quin immo qui hoc argumento utitur, videri potest maiorem esse causam libertatis negare. Ne ille quidem omni crimini praeposuisse videtur status quaestionem, qui rescripsit *si per quaestionem nummariam praeiudicium statui videbitur fieri, cessare* [6]) *quaestionem* [7]). Restat qui pertineat ad criminis et status comparationem Ulpiani locus: *si quis ex eo testamento liber esse dicatur, quod testamentum aperiri praetor vet(e)t, quia testator a familia necatus esse dicatur .... differ(endum) liberale iudicium donec constet de morte* [8]). Itaque hic aperte praeponitur necis quaestio [9]). Sed non tollit ea res contraria testimonia. Ceteris utique civilibus causis praeponitur criminalis. Proinde *sustinetur hereditatis petitionis iudicium, donec falsi causa agatur* [10]); quamobrem vel magis *impedita* erit *legatorum petitio* [11]), nisi locum

---

1) Ea est ratiocinatio Iuliani l. 7 § 3 D. 37. 10, cuius verba ita sunt emendanda: *si mater — in quaestionem* [libertatis] *vocatur*, nam sequentia demonstrant quaestionem suppositi partus intelligendam.

2) Ex novo iure cf. *Code civil*, art. 327.

3) c. 1, c. 4 C. 7. 19; cf. c. 25 (26) C. 9. 9. Ceterum, ubi non status controversiam accusator patitur, sed ob aliam quamcumque causam accusare ei non licet, *cavetur legibus, ut ante, si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat utrum illi liceat accusare necne* (ad Herenn. I. 12 § 22)

4) c 3 C. 7. 19.

5) *quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, ut in liberam et ingenuam an ut in ancillam constitui oportet.*

6) I. e.: differri.

7) L. 4 § 1 D. 40. 15, quae non pertinet ad *defunctorum* statum (cf. c. 13 C. 7. 16; c. 3 C. 7. 21).

8) L. 7 § 4 D. 40. 12.

9) Ex abundanti tamen differtur libertatis iudicium, siquidem liber iudicatus nihilominus ut servus plectetur (l. 3 § 16 D. 29. 5) ex senatusconsulto Neroniano (Tac. Ann. XIII. 32). Alias, ubi praeiudicium futurum non est, minor causa non differtur (l. 27 D. 25. 2; l. 23 pr. D. 40. 5; l. 53 D. 46. 1).

10) L 5 § 1 D. 5. 3. Manet hoc ius apud Gallos (*Code de proc. civ.* art. 240).

11) L. 48 D. 22. 1; cf. c. 9 pr. C. 9 22.

Digitized by Google

habere potest cautio: *si evicta fuerit hereditas ea restitutu(m) iri* [1]), qua de re infra dicetur. In ceteris debitis placuit, ne morandae solutionis gratia a debitore falsi crimen obiciatur, salva causa falsi pronuntiandum et exigendum, quod fortasse reddetur [2]). Idem in singularum rerum vindicationibus statuit Constantinus Magnus [3]), *cum in praeterito is mos in iudiciis servaretur, ut prolatis instrumentis si ea falsa quis diceret, a sententia iudex civilis controversiae temperaret.* Ergo falsum quod adversario obicitur *cognitionem dati*, id est privati, *iudicis moratur* [4]), nisi forte crimen aliquo modo extinctum sit [5]). Sed est nonnumquam in contrariam partem èt *responsum* [6]) èt rescriptum: posse de falso in privato iudicio quaeri [7]) et post privatum iudicium publico [8]), idque confirmant posteriores principes [9]). Ceterum non privatae tantum sed etiam fiscales lites criminibus cedere solent, veluti quaestio inultae mortis, qua hereditas eripitur, heredibus non inferetur, antequam *de crimine constiterit* [10]). Et videatur licet Oscaro Bülow [11]) his contraria l. 13 D. 37. 10, non tamen est, quamvis ibi *bonorum .... quaestio* praeponatur adulterio, nam pendet ibi bonorum lis ex controversia status, quam excepimus. Potest dici in superioribus exemplis omnibus causam criminalem esse praeiudicialem itaque praeponi quidem, sed non quia maior sit. Sed rescripsit Hadrianus *prius cognoscendum de vi quam de proprietate rei* [12]), quum sit sine dubio proprietatis quaestio praeiudicialis, suam enim rem *sine auctoritate iudicis vindicare n(emo) prohibetur* [13]). Mar-

---

1) c. 9 C. 6. 37. 2) c. 2 C. 9. 22.

3) c. 2 pr. C. Th. 9. 19 (= c. 22 C. 9. 22, sed hoc omisso).

4) c. 20 C. 9. 22.

5) c. 5, c. 9 § 1 C. 9 22.

6) A Paulo (c. 11 C. 9. 22).

7) c. 11, c. 17 § 1 C. 9. 22.

8) c. 16 C. 9. 22.

9) Veluti c. 4 C. Th. 9. 19 (= c. 23 C. 9. 22); c. un. (i. f.) C. Th. 9. 20 (= c. un. § 3 C. 9. 31); c. 2 C. Th. 4. 4 (= c. 24 C. 9. 22); c. 42 C. 2. 4. Cf. Planck, *Mehrheit* etc. p. 233.

10) c. 1 C. 3. 26; cf. l. 6 D. 48. 1; l. 22 D. 29. 5.

11) *Lehre von den Prozesseinreden* p. 153[a-b].

12) L. 37 D. 5. 1.

13) Paul. V. 26. § 4. — De hoc iure (cui Constantinus abrogavit), plura congessimus cap. harum observat. LXIX.

Digitized by Google

cianus quidem rescriptum divo Pio acceptum refert [1]) et addit eundem decresse, *ut prius de vi quaeratur, quam de iure .... possessionis.* Est autem possessionis quoque causa praeiudicialis, quum de vi agetur, propterea quia *eum qui a me vi .... possidet, impune deicio* [2]). Itaque praeponitur criminalis causa, licet praeiudicialis non sit, ut maior, idque etiam hodie, Germanis exceptis, apud omnes observatur [3]). Verum, quod supra quoque diximus, regula, quae maiorem causam praeponi iubet, non est perpetua, itaque *saepe fit*, non semper, *ut civili quaestione intermissa .... prius de crimine iudicetur* (c. 4 C. 3. 8). Veluti contrarium rerum ordinem praescribit Septimius Severus in iudicio possessionis et violentiae lege Iulia, iubet enim praesidem *prius de possessione pronuntiare et ita crimen violentiae excutere* [4]), praeponit igitur maiori causae praeiudicialem. Idem placuisse videtur Caracallae (c. 1 C. 9. 20) et Diocletiano cum Maximiano (c. 8 eod.) in plagio et proprietate; praeponunt enim proprietatis litem, quae praeiudicialis est, nemo enim in suo servo plagium committere potest [5]). Edixit etiam Constantinus Magnus de concursu legis Iuliae et lite dominii sive possessionis [6]). Iubet autem *ante omnia violentiae causam examinari*, ita tamen ut *in ea .... possessionis iura reparentur*, deinde vero poenam differri, donec etiam *agitat(um)* sit *negoti(um) principal(e)*, id est causa proprietatis [7]). Itaque in comparatione criminis et possessionis praeponit [8]) id quod maius est; at in comparatione

---

1) L. 5 § 1 D. 48. 6.

2) Gai. IV § 154, 155; Paul. V. 6 § 7. — Abrogat huic iuri Iustinianus § 6 Inst. IV. 15.

3) *Code d'instr. crimin.* art. 3*b*; Carrara, *Programma di dir. crim.* I (1877) § 567. De Germanis diximus in superiore adnotatione.

4) c. 1 C. 7. 62.

5) Non pertinet ad iudiciorum ordinem l. 5 D. 48. 15. Docet ibi Modestinus plagii nomine neminem impunitum esse, ob id solum, *quod proprietatis quaestionem refer(a)t*, sed qui hoc faciant *iusta ducti ratione* (c. 14 C. 9. 20), quia bonae fidei possessores lege Fabia non tenentur (l. 8 pr. D. 48. 15).

6) c. 8 C. Th. 9. 10 (= c. 7 C. 9. 12).

7) Huic constitutioni quia ita demum locus erit, quum possessio per crimen ablata esse dicatur, *non* enim, teste Honorio (c. 8 § 1 C. Th. 2. 1), *semper ad vim publicam pertinet* (*interdictum*) *vel privatam*, ideo Iustinianus inseruit: *si criminalis quaestio agitetur.*

8) Nihil enim interest adiungaturne causa an postponatur.

Digitized by Google

criminis et proprietatis id unde alterum pendeat. Licet enim Constantinus factum domini iam non excuset, tamen levius id coercet; itaque eodem modo proprietatis quaestio praeiudicialis est atque status rei (c. 3 C. 7. 19). Apparet, quatenus iure Romano crimini praeponatur lis privata, quae modo sit praeiudicialis. Nam, quod liberalis causa praeponitur, sive de actoris iure dubitatur sive de condicione rei, id in censum non venit [1]) donec sciamus sitne criminis causa an status quaestio maior. Recepto utique iure generaliter credita est lis privata et praeiudicialis crimini praeponenda esse [2]), idque manet quum apud Gallos sub certa definitione [3]), tum apud ceteras gentes [4]) praeterquam Germanos, apud hos enim id abrogatum est [5]), apud Italos ad certas species coartatum [6]). Ad Romanos ut redeamus, etiam alio modo *interdum evenit ut (per privatum iudicium) praeiudicium iudicio publico fiat*, et iure fiat, id est, ubi ex eodem facto concurrit accusatio et actio, *sicut in actione legis Aquiliae et furti et vi bonorum raptorum et interdicto unde vi et de tabulis testamenti exhibendis*, licet enim eadem causa mox ventura sit in iudicium publicum, privatum nihilomagis inhibetur: *nam in his*, quae diximus, *de re familiari agitur* [7]). Ceterum interdictum unde vi, quia causam possessionis [8]) continet, non persecutionis, inter exempla falso positum videtur; de tabulis exhibendis recte, nec obstat sententia Iavoleni [9]): *de tabulis proferendis interdictum comp(on)ere non oportet .... si ad publicam quaestionem pertine(n)t*, non enim rescribendum est *pertine(n)t*, sed servandum *pertinet* et supplendum *testatoris mors* [10]). Itaque alias *permittere*

1) Planck hoc quoque pugnat argumento (op. cit. p. 244).

2) Planck, op. cit. p. 517.

3) *Code forestier* art. 182.

4) Carrara, *Programma di dir. crim.* I (1877) § 568: „.... *quando l'azione penale involva una questione pregiudiciale di* [esclusiva] *competenza dei tribunali civili, ... l'azione criminale si sospende.*" Hoc receptum docet *da tutte le genti.*

5) *Strafprozessordnung* (1879) § 261.

6) Paoli *Nozioni elementari di dir. pen.* (1871) p. 141[1]. — Batavus lector conferat *Wetb. v. Strafv.* art. 6.

7) L. 4 D. 48. 1. Cf. c. un C. Th. 9. 20 (= c. un. C. 9. 31).

8) Ut *interim* rem habeas (Gai. IV § 16).

9) L. 5 D. 43. 5. Ad l. 3 § 6 eod. paulo superius commentati sumus.

10) Cf. l. 1 pr. D. 29. 5: .... *senatusconsulta introducta sunt de publica quaestione a familia necatorum habenda.*

Digitized by Google

(debet) praetor privato iudicio legi Corneliae aliive publico iudicio *praeiudicari*, alias prohibere. Debet permittere, *ubi non principaliter de ea re agitur, quae habet publicam exsecutionem* [1]), sed *de re familiari* [2]). Hac ratione Aquilia actio, in qua *principaliter de damno agitur*, propterea denegari non debet homine occiso quod legi Corneliae praeiudicetur [3]), item vi bonorum raptorum, *quamvis praeiudicium legi Iuliae de vi privata fiat* [4]). Ex diverso ferendus non est qui de homine occiso iniuriarum agere velit ex rescripto divi Severi, quo continetur *posse hodie de omni iniuria .... civiliter agi* [5]), quia iniuriarum principaliter [6]) agitur, sicut publico iudicio, *ut vindicetur, non ut damnum sarciatur* [7]). Numquamne igitur per actionem iniuriarum legi publicae praeiudicabitur? Scilicet non debet iudicio quod est inter sicarios per actionem iniuriarum praeiudicari [8]); ex diverso, quum sit commissum in legem Corneliam, quae de iniuriis lata est, *iniuriarum actio civiliter moveri potest* [9]), nec obest, *quod publico iudicio praeiudicatur, quia* in proposita specie *ad privatam causam pertinet* [10]); legis enim Corneliae iniuriarum actio, *etsi (publica est), tamen (pro privata utilitate exercetur)* [11]). Idem dicendum est, *si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit* [12]), sive is coercetur ipsa lege Cornelia [13]) sive senatusconsulto ad hanc legem facto [14]), modo *nomen adiectum sit* [15]) *eius in quem factum est;* alioquin, *cum nomen adiectum non est,*

---

1) L. 7 § 1 D. 47. 10.
2) L. 4 D. 48. 1.
3) L. 7 § 1 D. 47. 10.
4) L. 2 § 1 D. 47. 8; l. 15 D. 48. 2.
5) L. 7 § 6 D. 47. 10.
6) Cf. c. 8 C. 9. 35 (Lenel, *das* edict. perp. p. 323 not. 16).
7) L. 7 § 1 D. 47. 10; cf. l. 2 § 4 D. 37. 6.
8) Cf. Cic. de Invent. II. 20 § 60.
9) L. 37 § 1 (ia. l. 5 § 6) D. 47. 10; cf. Paul. V. 4 § 8.
10) L. 6 D. 47. 10, quae tamen ipsam legem Corneliam non nominat, et potest ibi intellegi senatusconsultum ad hanc legem factum.
11) Habet quidem l. 42 § 1 D. 3. 3: *etsi pro publica utilitate exercetur, privata tamen est.* Sed requiritur quod supra posuimus (cf. l. 12 § 4 (i. f.) D. 48. 2).
12) Cf. l. 5 § 9 D. 47. 10.
13) Placet ea sententia Franckio, *Commentar* etc. p. 71.
14) Cf. Lenel, Paling. II p. 768[1] (ad Ulp. fr. 1338).
15) L. 6 D. 47. 10.

Digitized by Google

actori *difficilis probatio est*, se petitum esse. Quapropter *publica quaestione* voluit senatus rem vindicari, id est accusatione data παντὶ τῷ βουλομένῳ [1]); nam ex lege Cornelia iniuriarum solus agit, cui iniuria facta est [2]). Sed videndum, num propterea sublatum sit ius commune, si actor tamen probare velit se petitum esse, quod negari non potest cum verbis Pauli (l. 6 D. 47. 10) convenire, quin immo rationem habere videtur Byzantino cuidam [3]): διότι, φησίν, δύναται κινεῖν ὁ βουλόμενος, ὅτε οὐ προσκεῖται τὸ ὄνομα, διὰ τοῦτο οὐδὲ ὁ ὑβρισθεὶς δύναται κινεῖν ἰδιωτικῶς, et persuasit Franckio [4]). Ergo, ubi concurrit actio iniuriarum et publica, non omnimodo abstinendum sed *moderatius edicto praetoris de iniuriis utendum esse Labeo ait* [5]). Ab hac quaestione quaestio diversa est [6]), utrum post iudicium privatum supersit publicum et vicissim. Et scribit Paulus: *si actum sit publico iudicio, denegandum es(se) privatum; similiter ex diverso* [7]). Novimus autem *a plerisque prudentium generaliter definitum es(se), quoties de re familiari et civilis et criminalis compet(a)t actio, utraque licere experiri, nec si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi* [8]). Quod confirmatur Ulpiani auctoritate [9]): *si* quis *lege Aquilia egerit* [10]), *praeiudicium fieri Corneliae non debe(re)*, id est non propterea publicum iudicium consumptum videri aut denegandum esse [11]).

---

1) Ita interpretantur Byzantini (ad Bas. 60. 21. 6). Occurrit *publica quaestio* etiam l. 2 § 32 D. 1. 2; l. 1 pr. D. 29. 5 (cf. Biener, *Beiträge zu der Gesch. des Inquisitionsprozesses* (1827) p. 15 i. f.); l. ult. D. 48. 5 (quam supra interpretati sumus).

2) L. 5 § 6 D. 47. 10.

3) Ad Bas. 60. 21. 6. In transscribendo semel delenda, semel transponenda fuit negatio.

4) *Commentar* etc. p. 72.

5) L. 4 § 1 D. 48. 7 (cf. l. 15 § 34 D. 47. 10).

6) Savigny, *Verm. Schr.* IV p. 139 sq. (ia. p. 114). Exsequemur eam nos capite harum observat. CXXI.

7) L. 6. D. 47. 10.

8) c. 1 C. Th. 9. 20 (= c. 1 C. 9. 31). *Una* dumtaxat *causa* excipitur, id est: *de moribus.*

9) L. 23 § 9 D. 9. 2.

10) Non: *agere velit* (ut in l. 7 § 1 D. 47. 10).

11) Negat Savigny (*Verm. Schr.* IV p. 133 not. 1) hoc significari et putat, postquam quis *egerit*, tunc a praeiudicio caveri posse.

Digitized by Google

Sequitur ut exquiramus inter privatas causas quae excellant. His igitur omnibus, etiam de hereditate, iudiciis [1]) praeponitur status quaestio, itaque *si de hereditate et libertate controversia est, prius agi causa libertatis debet* [2]). Est tamen, ubi libertatis iudicium hereditatis causae postponitur, si pendeat ex testamento quod inofficiosum dicitur, centumviralis enim iudicii *ea auctoritas est, ut nihil in praeiudicium eius iudicii fieri debeat* [3]). Itaque *si de hereditate* (*apud Centumviros*) *agetur, ordinanda quidem est causa libertatis*, ut iudicio consistere possit, qui in libertatem adseritur, sed ea causa non ante peragetur, quam Centumviri pronuntiaverint; tunc *suffici(e)t ei, qui libertate utitur* [4]) *ad victoriam de hereditate secundum se pronuntiatum* [5]), quum praecesserit ex incidenti status declaratio, qua stabitur in iudicio privato. Haec pessum dederunt [6]) Triboniani operae, Centumvirorum — quos revocavi — detracta mentione; similiter omnia confuderunt l. 7 D. 5. 3, quod fragmentum èt Cuiacius pronuntiavit esse difficile nec Lenel in Palingenesia (Ulp. fr. 483) sanare ausus est eo modo quo sanavit id, quod ibi praecedit (l. 5 § 2 eod.). Quaeritur l. 7 cit., quando sustineantur liberalia iudicia, et modo sic loquitur iurisconsultus, quasi sustineantur propter omnem hereditatis controversiam, modo, quasi sustineantur propter de inofficioso solam. Sed debetur haec constantia Compilatoribus, qui modo Centumvirorum mentionem detraxerunt, modo inofficiosi testamenti retinuerunt. Ut igitur omnia rursus congruant, ubi nunc aliquid deesse videtur, reponendi sunt Centumviri. Nam sic, ni fallor, omnia recte procedent: (*centumviralis iudicii*) *ea auctoritas est, ut nihil in praeiudicium eius iudicii fieri debeat.* Hic finis est l. 5 D. 5. 3, cui iungenda est l. 7 cit.: *si quis* (*igitur*) *libertatem ex testamento sibi competisse dicat* (ins.: *quod inofficiosum dicitur*) *non debebit iudex de libertate*

---

1) Proinde ceteris multo magis: l. 24 § 4 (cf. § 3) D. 40. 12; c. 81 C. 7. 16; c. 5, c. 6 C. 7. 19; c. 10 C. 9. 35; cf. c. 4 C. 2. 20 (21).

2) Alex. c. 2 C. 7. 19. At in cap. 3 X. 2. 10 praeponitur *natalium causa*, non ut maior, sed ut praeiudicialis.

3) L. 5 § 2 D. 5. 3 (cf. Francke, *Commentar* etc. p. 80).

4) I. e. qui in libertatem adseritur. Est enim liberi loco.

5) Alex. c. 2 C. 7. 19.

6) Nihil suboluit Planckio, *Mehrheit* etc. p. 222*.

Digitized by Google

sententiam dicere, ne praeiudicium de testamento cognituro (l. *Centumviris*) *faciat: et ita senatus censuit. Sed et divus Traianus rescripsit differendum de libertate iudicium, donec de inofficioso iudicium aut inducatur* [1]) *aut finem accipiat.* (§ 1) *Ita demum autem sustinentur liberalia iudicia, si iam de inofficioso contestatum est: ceterum, si non contestetur, non expectant*[ur] *liberalia iudicia, et ita divus Pius rescripsit .... Plane summatim aestimandum iudici concessit, an forte bona fide imploretur* [2]) *iudicium* [3]) de testamento (l. *Centumvirale*): *et si id deprehenderit, praestituendum modicum tempus, intra quod si non fuerit contestatum, iubeat iudicem libertatis partibus suis fungi.* (§ 2) *Quotiens autem quis patitur controversiam libertatis et hereditatis, sed se non ex testamento liberum dicit, ... non debere impediri liberalem causam, licet iudicium* de testamento (l. *Centumvirale*) *moveri speretur, divus Pius rescripsit, ... dummodo praedicatur iudici liberalis causae, ne ullum adminiculum libertatis ex testamento admittat* [4]).

Est igitur libertatis iudicium hereditatis causae praeponendum, nisi de hereditate ad Centumviros ibitur. Ipsa hereditatis quaestio ceteris pecuniariis causis praefertur, quapropter *si is faciat hereditatis controversiam, qui cum defuncto compromiserat,* ne fiat praeiudicium hereditati per minorem [5]) causam, *interea inhibendus est arbiter* [6]). Eadem ratione, quum hereditas petatur ab eo qui hereditatem emerit [7]), non debet per pretii petitionem hereditatis petitioni praeiudicari [8]). In singularum rerum actionibus

---

1) Vertit Francke, *Commentar* etc. p. 119: „*eingeleitet werde*", sed est vertendum „*eingeführt werde*". *Einleiten* esset praeparare. Cf. l. 19 D. 49. 1; c. 4 § 1 C. 7. 19; Plaut. Poen. 1337.

2) I. e.: offeratur.

3) Cf. l. 6 § 18 D 27. 1: ὁπόταν ἀμφισβήτησίν τις .... κινῇ .... ἐκ καλῆς πίστεως.

4) Non idcirco, quia reddidimus Triboniano *de testamento cognituro* et *iudicium de testamento,* etiam reddemus Compilatoribus (l. 14 pr. D. 49. 1) *iudicem, qui de testamento cognoscit.*

5) Nam compromissum tantummodo in pecuniariis causis locum habet (l. 32 § 7 D. 4. 8).

6) L. 32 § 10 D. 4. 8.

7) Hoc fieri negant Imperatores c. 2 C. 3. 31 (quam interpretati sumus cap. harum observat. LXXXII) sed cf. l. 13 § 4, 5, 8-10 D. 5. 3.

8) L. 17 § 2 D. 44. 4 (ia. l. 13 D. 18. 4).

Digitized by Google

eae praevalere videntur, quae *maioris* sunt *pecuniae* [1]), nisi in altera utra infamia sit, tunc enim *praeponenda* [2]) *est causa existimationis, ubi autem aequiperant* [3]) *famosa iudicia*, imparis licet summae, *pro paribus accipienda sunt* [4]). Ceterum non semper differtur propter hereditatis iudicium minor quaestio. Nam creditoribus apud Iulianum permitti videmus ab eo qui de hereditate non cum fisco [5]) litiget, hereditarium debitum petere, licet hoc modo sine dubio praeiudicetur, quia in causa crediti, perinde ut supra in causa pretii, quaeretur an heres [6]) is sit qui convenitur [7]), nisi ex Carboniano edicto possideat [8]), quia interim *heres esse* videtur [9]). Attamen, licet èt Pomponius cum Iuliano faciat, èt senatus permiserit creditoribus hereditariis debita exigendo hereditati praeiudicare sanciendo *ne publicae* dumtaxat *causae praeiudicetur* [10]), superfuerunt in ea re *multae varietates et controversiae* [11]), quas data forma Iustinianus compescuit (c. 12 C. 3. 31), dum reos constituit èt petitorem èt possessorem hereditatis omni de iure quaestione salva [12]). Etiam (*de*) *legato* cum herede scripto *agi pos*(*se*), *licet ruptum vel irritum aut non iustum dicatur testamentum*, Ulpianus [13]) auctor est, et accedit auctoritas Iavoleni *de tabulis proferendis* permittentis *interdictum comp*(*on*)*ere*, licet hereditas in controversia sit,

---

1) L. 21 D. 44. 1.

2) Postponendam censet Cicero, pro Quinctio 2 § 9.

3) Mire dictum pro: in comparationem veniunt.

4) L. 104 D. 50. 17.

5) L. 35 D. 49. 14.

6) Heredem intelligimus cum re heredem (l. 15 D. 44. 7 (= l. 2 D. 44. 2); cf. l. 51 (49) § 1 D. 36. 1) vel bonorum possessorem.

7) L. 6 § 1 D. 11. 1 (cf. Bülow, *Lehre von den Prozesseinreden* p. 144 not. 32). Tunc non quaeretur, quum hereditatem quis evicerit, non enim *causari* permittitur *secundum se iudicatum per gratiam* (l. 50 § 1 D. 30).

8) L. 5 § 1 D. 37. 10 (quam supplere et emendare studuimus cap. harum observat. LXXIV); cf. l. 20 D. 5. 2.

9) L. 11 D. 37. 10.

10) L. 35 cit. (D. 49. 14).

11) c. 12 pr. C. 3. 31.

12) Ergo damus interpolatori l. 4 § 1 D. 35. 3 (ubi legatarios propterea creditoribus exaequari recte docet Francke, *Commentar* etc. p. 98, quia in proposita specie legata deberi, certum est, a quo debeantur, incertum).

13) L. 1 D. 44. 2. Cf. Lenel, *Zeitschr. der Sav.-St.* II (1881) p. 37 sq.; Paling. Ulp. fr. 204.

Digitized by Google

(*ni*)*si hereditatis controversia ex his pende*(*a*)*t* [1]). At fiet legatorum petitione praeiudicium tam hereditati quam libertatibus, nam quaeretur an ex testamento heres [2]) sit is a quo legatum petitur [3]), nisi ex Carboniano edicto possideat [4]), et graviter fallit Ulpianus [5]), ideo scribens *praeiudicium* (*non*) *fi*(*eri*), quia *res inter alios iudicatae nullum aliis praeiudicium faciant*, est enim praeiudicium a quo cavetur [6]), tam id quod futuro legem dat iudicio [7]), quam quod sequi potest futuri iudicii cognitor [8]), quum *soleant* omnes [9]) *in iudicando ne ab aliorum iudiciis discrepent providere* [10]), multo magis igitur ut *superioribus suis iudiciis const*(*ent*) [11]). Quem morem deplorat quidem Papinianus [12]) sed non tollit. Fiet autem praeiudicium per legatorum petitionem, si testamentum *ruptum vel irritum aut non iustum* dicatur, nam, si inofficiosum, quia *nihil in praeiudicium* (*centumviralis*) *iudicii fieri debe*(*t*), expectabunt legata, ut libertates; sin falsum, ideo non fiet praeiudicium, quia *praeses provinciae secundum iuris-*

---

1) L. 5 D. 43. 5. — Reliqua eius fragmenti iam aptavimus ad senatusconsultum Silanianum.

2) Heredem hic quoque intelligimus cum re heredem (l. 28 (27) § 6 D. 36. 1) vel bonorum possessorem (l. 12 pr. D. 28. 3; cf. c. 9 pr. C. 9. 22).

3) Tunc non quaeretur, quum ex testamento hereditatem quis evicerit (l. 50 § 1 D. 30).

4) Etiam secundum tabulas locum habere posse Carbonianum, docet Ulpianus l. 3 pr. D. 37. 10.

5) L. 1 cit. (D. 44. 2).

6) *Iudiciale* id appellat Savigny.

7) Hanc quidem speciem excipit adeo Savigny (*Verm. Schr.* IV p. 122-125) sed refellit eum ipse, quem exscripsimus, Ulpiani locus (l. 1 D. 44. 2). Ex diverso, *System* VI § 298 (p. 435), ab hac sola specie caveri scribit.

8) L. 3 § 8 D. 37. 10; cf. l. 5 pr. D. 49. 1; l. 34 (33) pr. (ia. l. 18 (17) § 6) D. 48. 5. — Idem videre est apud Cic. pro Cluent. 4 § 9; 17 § 49; 22 § 59; Quinctil. V. 2; cf. Planck, *Mehrh.* etc. p. 179-187.

9) Centumviros excipit Dernburg (op. cit. p. 11) in alienis utique sententiis; itaque quod hos attinet, ab eo solo praeiudicio caveri putat, quod rem iudicatam faciat (ibid. p. 11 sq.). Quam doctrinam ad id arripit Francke (*Commentar* etc. p. 81 sq.) ut demonstret ab alterius generis praeiudicio numquam caveri. Quem refellit l. 3 § 8 D. 37. 10.

10) Cic. pro Cluent. 22 § 60.

11) Cic. pro Cluent. 28 § 76 (cf. 22 § 60, 61).

12) L. 3 pr. D. 20. 1: .... *si victus sit debitor vindicans hereditatem, iudex actionis Servianae, neglecta de hereditate dicta sententia, pignoris causam inspicere debet.* Cf. Dernburg, *Pfandrecht* I p. 558 sq.

Digitized by Google

dictionis formam [1]) *solvi legata iubebit interposita cautione: si evicta fuerit hereditas ea restitutu(m) iri* [2]). Ergo, si controversia est, an testamentum falsum sit, et an legata debeantur [3]), tolletur prior quaestio, quia condemnabitur sub cautione ea, quam diximus. Quo pertinet etiam ex Paulo (non Ulpiano) l. 6 D. 5. 3: *si testamentum falsum esse dicatur et ex eo legatum petatur* [vel] *praestandum est oblata cautione* [vel quaerendum an debeatur, etsi testamentum falsum esse (non) dicatur]. *ei tamen, qui falsi accusat* [4]), *si suscepta cognitio est, non* [5]) *est dandum* [6]). Non idem ius est in testamento, quod ruptum vel iritum vel nom iustum dicitur. Nam ex huiusmodi voluntate ita demum interponetur cautio, *quum sine controversia legata solvantur* [7]) id est, quum remota hereditatis quaestione de legatis *const(e)t* [8]), decernet enim praetor, *si iusta causa esse videbitur* [9]), *ut petitori caventi „evicta hereditate restitutu(m) iri" solvatur* [10]). Ergo, si heres de ipso legato controversiam referat, non erit audiendus cautionem postulans, nisi testamentum falsum esse dicatur. Verum enimvero iure novo heres scriptus omnino cautionem exigere potest, licet controversiam referat [11]), neque interest, qualis actio adversus testamentum intendatur, idque ius extenditur ad eum, qui omissa causa testamenti *hereditatem lucri facturus (sit)* [12]), quod valde videtur supervacaneum; nam, si lucri facturus est, quo pacto legatorum solutionem recusabit? Scilicet referenda haec sunt ad ea quae capite LXXXI Triboniano reddidimus: *aut si forte*

---

1) *Iurisdictionis forma* est edictum praetoris.

2) c. 9 C. 6. 37.

3) Potest enim de legatis superesse quaestio, *etsi testamentum* genuinum esse doceatur vel *falsum esse* (*non*) *dicatur* (l. 6 D. 5. 3).

4) An *accusatur*? Cf. l. 48 D. 22. 1.

5) Ne sub cautione quidem.

6) Quae cancellavi, ideo cancellavi, quia etiam iudicio constituto debetur cautio, si modo testamentum falsum esse dicatur (c. 9 C. 6. 37).

7) c. 9 C. 6. 37.

8) Cf. l. 8 D. 35. 3. — Similiter Falcidiae stipulatio interponitur, si heres sine iudice solvere paratus sit (l. 1 § 12 D. 35. 2; cf. l. 1 § 6, § 7 D. 35. 3).

9) L. 4 pr. D. 35. 3.

10) L. 8 D. 35. 3.

11) c. 12 C. 3. 31.

12) L. 1 § 9 D. 29. 4.

Digitized by Google

quasi praedo possideat hereditatem fingens sibi aliquem titulum ab intestato possessionis; voluit enim Tribonianus omissa causa testamenti etiam in praedonem legatorum actionem competere, quum iure genuino competat, *quotiens* qui institutionem omittit *aut quasi heres legitimus possidet aut quia bonorum possessionem acc(e)pit ab intestato.* Verum praedo non est lucrifacturus hereditatem uno casu excepto [1]), ergo propter hunc addidit: *sane interveniente cautione „evicta hereditate legata reddi."* Genuino iure omissa testamenti causa cautioni locus non est, dabitur enim legatorum actio *causa cognita* [2]), ergo, *si invenerit praetor bona ad alium pertinere non dabit actionem* [3]) et erit cautio supervacanea. Datur autem non tantum, si heredi fit controversia, sed etiam quum res postea ab eo abire speratur, quod evenit in furiosi curatore [4]) et herede sub condicione scripto [5]) et Carboniano possessore, hi enim interim heredum loco constituuntur. Sicut autem hereditatis causa ceteris pecuniariis causis praefertur, ita omnis principalis causa praefertur ei quae accessionis locum obtinet [6]) velut vindicatio fundi fructuum condictioni et petitioni servitutis eidem fundo debitae. Item proprietatis vel successionis [7]) causa maior habetur quam divisionis [8]), quando in illa agitur de parte retinenda, in hac de re in partem adsignanda. Est autem longe gravius damnum, quum parte quae tua est omnino cariturus sis, quam quum in tuam partem minus iusto adsignetur [9]). Ergo, si cui quaestio generis fit et vult idem familiae erciscundae agere, ex rescripto Caracallae *prius de nativitatis veritate secundum iuris formam* in hereditatis iudicio [10]) *quaeri* debet [11]).

---

1) L. 6 § 7 D. 29. 4. 2) L. 6 § 3 D. 29. 4.

3) L. 6 § 4 D. 29. 4. — Consequens est sequentem § sic emendare: *si autem is cui auferri hereditas (non) potest* [aliquid possideat de hereditate et] *possidere desierit sine dolo malo, magis est ut desinat conveniri.*

4) L. 48 § 1 D. 31. Cf. Windsch. § 620. 1. 5) Cf. Windsch. § 620. 2.

6) Ad rem pertinere falso putat Planck, *Mehrheit* etc. p. 202, quod res principalis plerumque („*regelmässig*") sit pluris.

7) L. 1 § 1 (ia. l. 51 § 1) D. 10. 2. 8) L. 16, l. 18 D. 44 1.

9) Hoc neque Rudorff vidit (ad Puchtam, *Institutionen* § 171 not. *f*), neque Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 99[7 8].

10) L. 3 § 5 D. 25. 3.

11) c. 2 C. 8. 8; cf. Puchta, *Institutionen* § 171 not. *f*; Bülow, *die Lehre von den Prozesseinreden* p. 130 (ad. l. 51 § 1 D. 10. 2).

Digitized by Google

Diximus non esse maiori causae praeiudicandum; an pari possit, videamus. Et quidem si ex causa causa pendeat, videtur magis praeiudicialis causa praeponenda esse, quamobrem *si mater et filius de libertate litigant aut coniungenda sunt* [utrorumque] *iudicia, aut differenda est causa filii* [1]), ideo *filii*, quia in filii causa a matris statu incipietur. Sin praeiudicent invicem, auctores discordant. Refert Ulpianus, *si duo impuberes patiantur status controversiam* [2]) — debet autem status controversia in tempus pubertatis differri — *et alter eorum puberit, expectari alterius quoque puberta(tem) debe(re)* [3]), negat igitur pari causae praeiudicium oportere fieri. Sed Paulus in eadem specie *magis est*, inquit, *ut* puberis propter impuberem causa *differri non debeat* [4]). Rursus, quum impubes *filius esse* dicatur *et testamentum patris rupisse, ... libertatis quaestiones ex (eo) testamento pendentes in tempus pubertatis differuntur* [5]), ergo non debet per status quaestionem alteri status quaestioni praeiudicari, nisi potior est Pauli quam Ulpiani auctoritas.

Ipsa autem cognitio iudicii differendi propter aliud iudicium praetoris est [6]), sive sub ipso lis est quae differetur sive sub dato iudice vel compromissario [7]); eiusdem igitur esse debet, postquam terminum invenerit lis, quae expectari debuit, alteram repetere vel *iubere iudicem* eius rei *partibus suis fungi* (l. 7 § 1 D. 5. 3). Sed hoc ita, si iudicium, quod expectabit, iam constitutum est, sin constituendum, et actor perstat in agendo [8]), non differetur tantum, sed denegabitur actio [9]), aut, *si contro-*

---

1) L. 23 § 2 D. 40. 12. Eodem pertinere credenda non est l. 7 § 3 D. 37. 10, quum sit ibi vox *libertatis* insititia.

2) Individuam puta.

3) L. 8 § 8 D. 37. 10.

4) Paul. III. 1 (a Cuiacio emendata).

5) L. 3 § 11 D. 37. 10.

6) Planck, *Mehrh.* etc. p. 1 sq., 177: *„das Ermessen des Magistrats .... (hat) zu bestimmen, ob .... der Kläger mit seinem Begehren jetzt schon zuzulassen oder bis auf die Beendigung eines andern Rechtsstreits zu vertrösten sei.“*. Potest tamen ab eiusmodi decreto provocari (c. 1 C. 7. 62).

7) L. 32 § 10 D. 4. 8: .... *interea inhibendus est arbiter.* Hoc est quod appellat Bülow: *„Präjudizialdecret“*, quo vocabulo Lenel etiam utitur (*das* edict. perp. p. 110), idque thesauri instar aestimat Velsen, *die* except. praeiud. p. 34.

8) (*si*) *perg(i)t petere* (l. 17 § 2 D. 44. 4).

9) Cic. in Verr. II. 8. 65 § 152; l. 7 § 4 D. 40. 12 (.... *in libertatem* (*adsertio*)

Digitized by Google

versia erit [1]), an causa quam propter differri postulatur vera sit, sub exceptione dabitur, quae eam inutilem reddat. Est enim tantundem in denegatione actionis et exceptionis datione, licet putet Bülow in denegatione minus esse, sed contrarium obtinebimus sequenti capite (LXXXIV). Denegabitur autem actio vel dabitur exceptio, si perstat actor in agendo, quia omnis dilatoria exceptio *integra re* (*evitari*) potest (Gai. IV § 123), itaque coercet solos contumaces, quod non magis est mirum in praeiudicii exceptione, quam in ceteris dilatoriis, licet mirum esse persuadere cupiat Bülow [2]). Cur autem iudicium, quod iam constitutum est, differatur tantum, item venit ex communi dilatoriarum exceptionum iure; quia enim *dilatoria* (*exceptione*) *si*(*quis*) *non fuerit usus, an in integrum restituatur, quaeritur* (Gai. IV § 125), tutius visum est differre. Constituendo autem iudicio exceptio obicietur, veluti: *extraquam in reum capitis praeiudicium fiat* [3]) vel: *si in ea re praeiudicium hereditati non fiat* (cf. Gai. IV § 133), nulla enim proponitur generalis forma: *si in ea re praeiudicium* (*maiori rei*) *non fiat*, nulla, ne praeiudicetur Centumvirali iudicio per iudicium privatum, item nulla, ne praeiudicetur quaestioni praeiudiciali per quaestionem, quae ex ea pendeat. Et concurrit quidem cum praeiudicii exceptione *doli* exceptio [4]) *quae est generalis* [5]) sed in iis speciebus tantum de quibus sunt in factum exceptiones [6]). Nimius quidem Bülow, qui putat in factum exceptiones nullas

---

denegatur, veluti si quis ex eo testamento liber esse dicatur, quod testamentum aperiri praetor vetat, ... sed et, si data fuerit, ... differtur liberale iudicium); l. ult. D. 43. 5 (ia. l. 2 § 1 D. 48. 2); l. 2 § 1 D. 47. 8; l. 7 § 1 D. 47. 10.

1) Cf. l. 9 pr. D. 12. 2.

2) Op. cit. p. 164: „*wenn man* (*die* exceptio praeiudicii) .... *als einen Regulator für die Reihenfolge mehrerer Prozesse auffasst*", quod necessario fiet, „*so muss ihre absolutorische Wirkung unbegreiflich bleiben*"; p. 165: „*nimmermehr strafte* (*der Prätor*) *den Kläger der eine schnellere Erledigung des unwichtigeren Prozesses wünschte, wegen seiner Unbescheidenheit mit dem Verlust seines Anspruchs*".

3) Cic de Invent. II. 20 § 59. Hanc exceptionem abiudicat edicto perpetuo Lenel (p. 110), abiudicaverat Bülow (op cit. p. 174-181) maxime propter l. 7 § 1 D. 47. 10 (vv. *rectius fecerit* (*praetor*), *si huiusmodi actionem non dederit*), quod argumentum tunc refellimus, quum dicebamus tantundem esse in exceptionis datione et in actionis denegatione.

4) L. 17 § 2 D. 44. 4.

5) L. 4 § 33 D. 44. 4.

6) L. 2 § 5 D 44. 4.

Digitized by Google

fuisse, nisi quae commemorentur [1]), quod demonstretur, quia *adsum(i)* praeiudicii exceptionem apud Iustinianum [2]) scriptum extet [3]). At contradicere nolumus Planckio (*Mehrh.* etc. p. 2) infinitum numerum fuisse neganti („*nur da, wo der Gebrauch sich fixirt hat, haben* (*die Parteien*) *allenfalls Exceptionen*"). Quid ergo fiet in quibus speciebus non datur exceptio? Impetrabitur dilatio, nam hoc solum superest [4]), neque diversa est Planckii sententia (pergit: „*im Uebrigen können sie nur den Prätor .... (um Sistirung) bitten*"). Ergo ubi exceptio praeiudicii cessat, differetur tantum, ubi competit [5]) necdum iudicium quod expectabit constitutum est, denegabitur actio, sin constitutum est, rursus differetur [6]). Sane quidem hodie interesse desiit, utrum quis dilatoriam exceptionem impetret an simplicem dilationem, quia post Zenonis constitutionem neque rem perdit qui dilatoria exceptione obiecta egerit [7]), neque ab illo statuta poena mansit in usu [8]). Itaque rectissime sicut apud Canonum interpretes [9]), ita nunc èt apud Gallos [10]) èt apud Germanos [11]) *exceptionem praeiudicialem* is habere dicitur, qui potest impetrare iudicii cuiuslibet propter iudicium quodlibet dilationem. — Quaestionem autem eam, quam propter altera differetur iam (*esse*) oportet [12]), idque summa ratione ideo provisum est, ne

---

1) *Lehre von den Prozesseinreden* (1868) p. 181: „*es existiren nur die beiden Specialexceptionen* quod hereditati *und* quod fundo praeiudicium non fiat". Tertiam speciem pro abrogata habet.

2) c. 12 C. 3. 31.

3) Adnotat Bülow (op. cit. p. 199 not. 93): „*dieser Ausdruck ist bezeichnend genug für das ausnahms- und aushülfeweise Herbeiziehen der* exceptio praeiudicii". Laudat etiam l. 5 § 2 D. 5. 3, ita tamen, ut sermoni Imperatoris accuratior notitia (p. 198: „*genauere Auskunft*") debeatur.

4) Nam denegatio actionis tantundem valet, quantum exceptionis datio.

5) Competere exceptionem praeiudicii de certis quibusdam speciebus etiam Lenel docet (*das* edict. perp. p. 111) et Velsen (*die* except. praeiud. p. 7), qui putat Oscaro Bülow hoc deberi.

6) L. 7 § 4 D. 40. 12.

7) § 10 (9) Inst. IV. 13 (cf. Planck, *Mehrh.* etc. p. 14 sq.).

8) Groenewegen, de LL. abrog. ad R. C. 3. 10.

9) Planck, *Mehrh.* etc. p. 484[18].

10) *Code forestier* art. 182.

11) Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 153[10].

12) L. 6 § 1 D. 37. 10; cf. l. 3 § 7, l. 7 § 7, l. 13 eod. (Planck, *Mehrh.* etc. p. 207 not. 8; p. 210 not. 19).

Digitized by Google

scilicet praetextu controversiae maioris vel praeiudicialis, quae umquam inferri possit, interim omnes omnium actiones impediantur [1]). Ergo iam esse debet controversia, quae expectabitur, atque ita esse, ut in iudicium deduci possit; alioquin propter controversiam, quae ventura non sit in iudicium, altera non differtur. Cuius generis: siquis accusare velit vel agere et servus esse dicatur, non tamen adversarii sui, liberale iudicium, quia cessat, non expectabitur [2]). Sin propter Centumvirale iudicium differtur, non sufficit esse controversiam, sed oportet *iudicium* esse *contestatum*, ut propter hoc alia iudicia differantur, nisi quod permittit divus Pius, ut pro contestato habeatur, quod *bona fide imploretur* [3]). Id quod ideo fortasse de Centumvirali iudicio exceptum [4]) est, quia, sicut in huius iudicii eventum *nihil* [5]) non differtur, ita maior cura habenda est, ne *sub obtentu* eius ceteris mora fiat. Ex diverso de quibus speciebus est exceptio adeo non requiri putat Bülow [6]) praesentem controversiam, ut propter futuram controversiam dumtaxat concedat exceptionem, primum ne concurrant dilatio et dilatoria exceptio [7]), deinde, ut obtemperet Iuliano, quum scribat [8]): *futuri .... iudicii non facti* [9]) *nomine*

---

1) Planck, *Mehrh.* etc. p. 512: „*es* (*wäre*) *eine Ungerechtigkeit gegen die über das bedingte Rechtsverhältniss streitenden Theile, ... wenn man ihren Rechtsstreit bis auf ganz ungewisse Zeit, wo einmal der Prozess über das bedingende anhängig gemacht werden könnte, hinausschieben wollte*". Eadem erunt, ubi quaestio, non praeiudicialis, sed maior expectabitur (Bülow, op. cit. p. 115: „*(es) liesse sich kaum eine einzige Klage ausfindig machen, welche unbehindert stattfinden könnte*").

2) c. 4 § 1 C. 7. 19 (cf. l. 24 § 2 D. 40. 12).

3) L. 7 § 1 D. 5. 3. — De tempore praestituendo cf. *Code forestier* art. 182. 3; *Strafprozessordn.* (1879) § 261. 2. *Causam*, quam propter differetur, *ad examen .... esse delatam* exigere videtur pontifex (c. 3 X. 2. 10), exigit certe in una specie Gallorum legislator (*Code d'instr. crimin.* art. 3δ) et in alia Germanorum lex (*Civilprozessordn.* (1879) § 139).

4) Non dicit Bülow specialem esse causam Centumviralis iudicii, sed ne id vidit quidem; vidit tamen alias solam controversiam sufficere, itaque re dissimulata (op. cit. p. 140) „*gar nicht*" inquit „*ist gesagt, dass der Hauptprozess schon bis zur Litiscontestation gediehen sein müsste, damit das Präjudizialdecret eingreifen könne*". Addit (p. 141) aut nullam ob causam, aut propter fraudis conscientiam: „*es genügt die Klaganstellung*".

5) L. 5 § 2 D. 5. 3.

6) Op. cit. p. 121-134.

7) Op. cit. p. 167: „*es ist eine Unmöglichkeit, dass diese beiden .... Institute ein und dasselbe Anwendungsgeliet .... haben*".

8) 13 D. 44. 1.

9) *Factum iudicium* semel est, ubi significet iudicium contestatum (in l. Rubria,

Digitized by Google

huiusmodi exceptiones comparatae sunt, neque animadvertit quam plurimum interesse inter *iudicium* futurum et controversiam futuram. Laudat denique [1]) Africani l. 18 D. 44. 1: si quis partem petit et *simul* communi dividundo vult agere, *intervenire praetorem debere nec permittere petitori priusquam de proprietate constet huiusmodi iudici(o) experiri*, quibus verbis licet significaretur dilatio [2]), nihilomagis Bülow vicisset, quia, ubi dabitur exceptio vel denegabitur actio, non statim praetor hoc facere solet, sed ita, si actor in agendo perseverat [3]). Sed ne Bülow quidem ipse dilationem potius quam denegationem apud Africanum intelligendam censet [4]). Differtur autem quodcumque iudicium, ubi quidem differtur, *donec* de altero *constet* [5]). Quamquam alias legitur eousque differendum, donec illud alterum *aut inducatur aut finem accipiat* (cf. l. 7 pr. D. 5. 3). Vel hoc ferri potest, siquidem post solemnia causa introducta, mox audienda, cui non debeat praeiudicari, iam videri potest praeiudicii metus quodammodo vanus esse. Eodem exemplo dilatoria exceptio tamdiu agere volenti obstabit, donec in causa maiori actor *probaveri(t)* [6]). Sed huic sententiae obstare videtur auctoritas Iuliani (l. 13 D. 44. 1): *si post litem de hereditate contestatam res singulae petantur, placet non obstare exceptionem* „quod praeiudicium hereditati non fiat" ...., qui locus multorum

---

col. II lin. 23, 32 sq., quem locum debeo Mauritio Wlassak, *Prozessgesetze* II p. 212 not. 59), sed solet significare iudicium finitum (ut in l. 58 D. 6. 1; Cic. pro Cluent. 20 § 56; 25 § 68; 32 § 88; 36 § 102; 41 § 112; pro Rab. Post. 13 § 37 et quos congessit locos Cuiacius, Observ. IX. 27). Cf. praeterea l 60 D. 21. 1: *redhibitione facta* (i. e. adiudicata).

1) Op. cit. p. 173 (et cf. ibid, p. 129-131 ad l. 51 § 1 D. 10. 2).

2) Cf. l. 27 pr. D. 9. 4: *proconsulem interventurum et .... actionem negaturum.*

3) Gai. IV § 123; Scaev. l. 17 § 2 D. 44. 4 (vv. *si .... pergant petere*).

4) Putat scilicet denegare et differre fere idem esse (de praeiud. except. (1863) p. 26 lin. 1/2), proinde testimonia pro denegatione valere pro dilatione (*Lehre von den Prozesseinreden* (1868) p. 131 not. 9). Planckione (*Mehrh.* etc. p. 205 lin. 1) id acceptum referat, nescio.

5) L. 7 § 4, l 23 § 2 D. 40. 12. — Sic fit, *ut finis criminalis negotii*, quod utpote maius praefertur, *ex eo die quo inter partes fuerit lata sententia* secundum Constantini placitum (c. 4 C. 3. 8), quod placitum observat Gallia (*Code d'instr. crimin.* art. 3*b*) *initium civili tribuat quaestioni.* Cf. denique c. 3 X. 2. 10.

6) L 16, l. 18 D. 44. 1. — L. 16 cit. ne Bülow quidem negat ad exceptionis dationem pertinere (op. cit. p. 172).

Digitized by Google

ingenia torsit. Et putavit Cuiacius [1]) supplendum esse *contestatam* (*et finitam*), Donellus [2]) emendandum *concertatam*, Savigny [3]) cessare quidem post maiorem litem contestatam dilatoriam exceptionem, debere tamen minoris litis iudicem *sententiam procrastinando* efficere, ne praeiudicetur. In qua sententia haeret error, quasi iudex, non praetor, differat, quod tunc demum fieri coepit, quum iudiciorum ordo sublatus est [4]), itaque rectius ut in opinione falsa èt Planck [5]) èt Bülow [6]) praetorem iubent post maiorem litem contestatam minoris litis iudicem inhibere. Sed unice verum est, quod vidit Noodt (II p. 146), liberandum esse Iulianum vocabulo *contestatam*. Ex diverso pro certo falsa est opinio Henrici Dernburg [7]), ideo post litem de hereditate contestatam praeiudicii exceptionem cessare, quia iam adversus singularum rerum petitiones possessor tutus sit per exceptionem rei in iudicium deductae. Quod verum non est [8]), quia consumuntur quidem per hereditatis petitionem speciales actiones, sed excipiendae sunt eae, quas heres ad proprii eventum iudicii salvas esse voluit. Quod superiore capite (LXXXII) demonstratum est [9]).

E superioribus ultro intelligere possumus falsam esse doctrinam Oscari Bülow [10]) dilationem solam pertinere ad iudiciorum cognitionumve, exceptionem „quod praeiudicium non fiat" ad actionum [11]) ordinem [12]), qui aut nullus est aut remotus a

---

1) Observ. IX. 27.

2) Dernburg, *Ueber das Verhältniss* etc. p. 55[11].

3) *Verm. Schr.* IV p. 130.

4) Ergo hodie omnis iudex suam cognitionem differt (*Strafprozessordn.* (1879) § 261. 2; *Civilprozessordn.* § 139, § 140), quin etiam arbiter compromissarius (*Code de procéd. civ.* art. 1015). Atqui in canonibus legimus regem Francorum a pontifice inhiberi (cap. 3 X 2. 10).

5) *Mehrheit* etc. p. 218 sq.

6) *Lehre von den Prozesseinreden* p. 126-128.

7) *Ueber das Verhältniss* etc. p. 55 sq.

8) Veram esse putant Francke, *Commentar* etc. p. 89 et Vangerow *Pandekten* II (1854) § 508 (p. 409 sq.).

9) Est praeterea de l. 13 D. 44. 1 valde singularis Velseni ratio, quae apud ipsum (*die* except. praeiud. (1896) p. 36-38 iis p. 63-65) exquirenda est.

10) *Lehre von den Prozesseinreden* p. 209 sq.

11) Actionem (*Klage*) intelligit, qualem definivit Celsus.

12) „*Die Präjudizialeinrede ist ein Regulator der Klagen-, nicht der Prozessconcurrenz.*"

Digitized by Google

praeiudicii exceptione [1]). Item intelligimus nullam ob causam Guilielmo Endemann [2]) placere tunc differri, quum *tota* quaestio, quae in iudicium deducatur maiori rei praeiudicet, tunc exceptionem competere, quum *ex aliqua parte* id fiat (cf l. 21 D. 44. 1). Denegatur vel exceptionis datione inutile redditur iudicium quod nondum constitutum est, in quibus speciebus est exceptio; differtur iudicium iam constitutum vel in quibus speciebus exceptio non est; illud non interest constitutum sit necne iudicium quod expectabitur, nam eadem locum habebunt circa denegationem sive dilationem. Sane Centumvirali iudicio, quamdiu contestatum non est, iure praeiudicabitur. Est autem Centumvirale iudicium, quod alias demonstravimus [3]), iudicium de inofficioso testamento, itaque quod observat Dernburg [4]) quem sequitur Bülow [5]) — sed alia ratione [6]) utuntur — quum scribat Iustinianus „quod praeiudicium hereditati non fiat" exceptionem ob eam rem comparatam esse, quod *magnitudo .... et auctoritas Centumviralis iudicii non pate(re)tur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi* [7]), aut fallit Imperator aut id tempus respicit, quo *de privatis hereditatibus* Centumvirorum plena et sola erat iudicandi potestas, ut inventa sit exceptio Centumviralis auctoritatis tuendae causa, translata postea ad hereditatis petitionis tuitionem. Itaque factum esse putat Francke [8]). Nos videamus, quando locus sit exceptioni *si in ea re praeiudicium hereditati non fiat* [9]). Primum igitur est ut fiat praeiudicium. Fit autem hereditatis quaestioni per formulam divisoriam, item per actiones in rem vel in personam quas quis ut heres intendit; item per creditorum hereditariorum et legatariorum actiones. Creditores et legatarios non excludi vidimus. De divisione agenti nec *suam partem* pos-

1) Ordinem dico eum, quo privilegiarii praeferuntur ceteris agentibus.
2) *Civilprozessrecht* § 153 not. 12.
3) Capite harum observat. LXXVII.
4) *Ueber das Verhältniss* etc. p. 8.
5) *Lehre von den Prozesseinreden* p. 199 sq.
6) Quod sit exceptio etiam in edicto provinciali (inscr. l. 1 (ia. l. 1 § 1) D. 10. 2).
7) c. 12 pr. C. 3. 31.
8) *Commentar* etc. p. 80, 85 sq., 91 sq.
9) Ad rem non pertinet c. 5 C. 4. 16, quae a plerisque laudatur. Nam exceptio eo pertinet, ne praeiudicetur, constitutio, ut praeiudicetur.

Digitized by Google

sidenti [1]) ab eo *qui possidet* [2]) praeiudicii exceptio obici potest [3]). Hereditariis actionibus agenti similiter possessor (Gai. IV § 133) et debitor opponent exceptionem, sed non semper. Scribit enim Papinianus l. 49 D. 5. 3: *si* [bonae fidei] *possessor* [4]) *hereditatis velit cum debitoribus hereditariis aut qui res hereditarias occupaverint consistere, audietur, utique si periculum erit, ne inter moras actiones intercidant.* Quid attineret hereditatis possessori actiones accommodare propter exceptionem inutiles futuras? Itaque non semper est exceptio in actione directa, id est, heredis. Quae sequuntur suam difficultatem habent: *petitor autem hereditatis citra metum exceptionis* in rem (emendabimus *interim*) *agere poterit: quid enim si possessor negligat? quid si nihil iuris habere se sciat?* Mihi hoc modo nodus solvendus videtur: solet praetor, a quo transfert actionem, eum *exceptione* ab agendo submovere [5]), vel *si controversia* (*non*) *erit* [6]), an translata sit actio, denegare ei actionem [7]), et consequenter, cui actionem reddit, eum *prohibere* desinere *quominus debitum pet(a)t* [8]). Hanc [9]) negat exceptionem iurisconsultus locum habere adversus petitorem hereditatis, licet hereditatis possessori actio accommodetur, quum valde sit iniquum propter possessorem vel negligentem vel etiam nihil iuris habere se scientem petitori ius suum eripi. Itaque *in(te)r(i)m* [10]) aget, id est antequam hereditatis possessor rem

---

1) Exemplo in rem actionis. Falsum est argumentum Henrici Dernburg (*Ueber das Verhältniss* etc. p. 68) et Franckii (*Commentar* etc. p. 95): „(*der Besitzer kann*) *die* hereditatis petitio *nicht anstellen, und deshalb kann die* exceptio, *die ihn zur Anstellung .... nöhtigen sollte* (p. 90: „*ihr Zweck .... ist, den Kläger .... zur Anstellung der Erbschaftsklage zu nöthigen*") *ihm nicht entgegen stehen.*" Ideo falsum, quia praeiudicii exceptio non datur ut quid fiat, sed ne fiat.

2) Quia neutro possidente cessaret hereditatis iudicium. Rursus errat Francke, *Commentar* etc p. 90: „*derjenige, welcher diese Einrede vorschützt* (*muss*) *im Besitze der Erbschaft sich befinden; sonst könnte er gar nicht, wie er es vermöge der Einrede verlangt, mit der* hereditatis petitio *belangt werden.*" Quod refellimus in superiore adnotatione.

3) L. 1 § 1 D. 10. 3.

4) *Bonae fidei* inclusi propter finalem clausulam: *quid si nihil iuris habere se sciat.*

5) L. 28 D. 3. 3.

6) Cf. l. 9 pr. D. 12. 2.

7) L. 10 D. 36. 4.

8) L. 21 § 3 D. 33. 1.

9) Intelligunt plerique praeiudicii exceptionem (cf. Velsen, *die* except. praeiud. p. 39, ubi (lin. 8) laudatur Francke, laudandus erat Dernburg).

10) *In rem* omnibus fere interpretibus displicuit, sed quod reponerent habuisse non videntur. Est autem, ni reponatur *interim*, vertendum: specialiter.

Digitized by Google

in iudicium deducat [1]). Debitor autem hereditarius et rerum ex hereditate possessor quando opponent, quando non opponent praeiudicii exceptionem? Opponent nimirum, *si* ipsi *faci(a)nt hereditatis controversiam* [2]) ideo fortasse, *ne inveniatur ratio, quemadmodum invento aliquo qui (hereditati) controversiam moveat, interim actiones excludantur* [3]). Hereditatis facere controversiam quid sit, videamus. Et est certissimum hereditatis facere controversiam, qui se heredem intendit [4]); an ille faciat, qui adversarium heredem esse negat, dubitari potest [5]). Sed in debitore hereditario scire nihil refert, quia nisi *se dicat heredem* hereditatis petitio tollitur [6]), porro sublata ex persona debitoris hereditatis petitione iam non potest propter huius qualemcumque controversiam locus esse exceptioni, *quae tue(a)tur hereditatis petitionem ne fiat ei praeiudicium* [7]). Etenim *iudicium* quod *cessat* non est expectandum [8]). Cessat autem quod introduci non potest, neque interest, utrum sublatum sit [9]) an ab initio non competierit. In rerum possessore eandem ob causam ex ipsius persona deficit exceptio, si proprio titulo munitus est, licet enim petitorem heredem esse neget, tamen hereditatis petitione conveniri non potest; ergo ne in hac persona quidem scire refert, utrum hereditatis controversiam faciat, qui tantummodo neget adversarium heredem esse. Haud magis in pro herede possessore, quia necessario *contend(i)t se heredem* [10]). Itaque in solo pro possessore possidente refert, quia èt hereditatis petitione convenitur nec heredem se dicit *vel per mendacium*. Et videtur is esse, qui teneatur hereditatis petitione

---

1) Hoc supplet Stephanus sch. 1 ad Bas. 42. 1. 49: *εἰ καὶ κινῶν ὁ bona fide possessor κατάγειν τὰς τεμποραλίας ἀγωγὰς εἰς δικαστήριον δύναται, οὐδὲν ἧττον ὁ petitor, μήπω δηλονότι κινήσαντος τοῦ bona fide νομέως δύναται κινεῖν κατὰ τῶν κατεχόντων κτλ.* Legit igitur *in rem*, sed vidit, quid requireretur.

2) L. 32 § 10 D 4. 8.

3) Cf. l. 24 § 2 D. 40. 12.

4) L. 10 (i. f.) D. 5. 4 ia. l. 42 D. 5. 3.

5) Ait Steph. in sch. 1 *ἔγνως* ad Bas. 42. 1. 4.

6) L. 42 D. 5. 3.

7) Iustin. c. 12 pr. C. 3. 31. — Competere potest exceptio doli, nisi paratus est actor reum adversus alium defendere (l. 1 § 37 D. 16. 3).

8) c. 4 § 1 C. 7. 19.

9) Veluti pacto (l. 27 § 8 D. 2. 14).

10) Alioquin efficeretur pro possessore possessor (l. 12 D. 5. 3), nam bonorum possessoris separata causa est.

Digitized by Google

nec possit corpora vindicanti obicere praeiudicii exceptionem [1]). Eaque causa esse debet, cur hereditatis possessor *edicere cog(a)tur, utrum pro possessore an pro herede* [2]) *possideat* [3]), ut sciat petitor, sitne sibi praeiudicii exceptio singula vindicanti obstatura [4]). Ceterum non tantum ex persona sed etiam ex re tollitur hereditatis petitio, veluti quum heres rem a se usucaptam petit, nam quia non potest ea in hereditatis petitionem venire adversus vindicantem *(n)ulla* dabitur exceptio [5]), ne praeiudicii quidem [6]). Ab alio usucapta haud magis in hereditatis petitionem veniet, nisi talis sit usucapio ut ex senatusconsulto revocetur (Gai. II § 57), sed erit ipso iure vindicatio nulla [7]). Quin, remoto senatusconsulto Iuventiano, non tantum usucapta sed ne ea quidem venit in hereditatis petitionem quam bona fide alienaverit hereditatis possessor, quia nec venditor eam possidet, nec emptor hereditatis petitione teneri potest, eaque causa est cur ceterae exceptiones ad emptorem transeant [8]), in praeiudicii exceptione non idem placeat [9]). Ex Iuventiano quidem senatusconsulto venditarum rerum pretium venit in hereditatis petitionem, itaque esse locus incipit exceptioni „quod praeiudicium hereditati non fiat inter actorem et eum qui venum dedit", sed ita, si venditor pretium habeat vel saltem ex vendito actionem, alioquin *si re(s) distraxit bonae fidei possessor nec pretio factus (est) locupletior, ... quia* tunc *non videtur venire in petitionem*

---

1) Aliquam talem personam esse demonstratur l. 49 D. 5. 3 (cf. l. 6 § 5, 6, l. 22 § 1 D. 25. 2; l. 2 § 1, l. 3 D. 47. 19), neque alia convenit. Itaque cum Franckio (*Commentar* etc. p. 144 sq.) huic denego praeiudicii exceptionem, licet contraria sententia Henrico Dernburg placeat (*Ueber das Verhältniss* etc. p. 52).

2) De suo Thalelaeus addit: ἢ μήτι ἐξ ἄλλου τίτλου. Sed pertinere videtur constitutio ad eum, quem constet proprio titulo munitum non esse. Itaque decernit Mitteis, *Reichsrecht und Volksrecht* (1891) p. 500.

3) c. 12 C. Th. 11. 39 (= c. 11 C. 3. 31).

4) Cur scire intersit petitoris, non dicit Mitteis op. cit. p. 500 not. 2.

5) L. 19 § 1 D. 5. 3.

6) Cf. Dernburg, *Ueber das Verhältniss* etc. p. 80.

7) L. 25 § 17 D. 5. 3. — Dabitur nihilominus heredi in rem actio ex quibus causis maiores in integrum restituuntur (l. 17 pr. D. 4. 6, ubi pro *agnoverit* sine dubio legendum est *creverit*, et pertinet locus principaliter ad cretionem propter absentiam omissam restituendam).

8) L. 76 § 1 D. 18. 1; c. 28 C. 8. 44 (45); Windsch. § 112[2].

9) Provocarem ad l. 16 § 8 D. 5. 3: *sed his casibus — vindicare*, nisi persuasum esset Triboniano haec deberi.

Digitized by Google

hereditatis pretium earum, secundum Ulpianum vindicari poterunt, si extent necdum usucaptae sint. Additur: *nisi emptores regressum ad bonae fidei possessorem habent* [1]). Dubitari potest, sitne ea additio interpolatoris an ab ipso auctore profecta. Si interpolatoris est [2]) hoc significatur: praeiudicii exceptionem emptori dandam esse, si regressum habeat, ne venditor ultra lucrum, id est ultra senatusconsultum obligetur [3]), quod recte scribit Dernburg [4]) non pertinere ad praeiudicii causam, ergo rectius appellari senatusconsulti Iuventiani quam praeiudicii exceptionem [5]), et esse eam a genuino iure alienissimam [6]). Sin genuina est additio, *nisi* scriptum est pro *sed*, quae res non caret exemplis [7]), attamen dura videtur èt Fridolino èt mihi eiusdem sententiae supervacanea repetitio (quia praecesserat: *quamquam victi emptores reversuri sunt ad eum qui distraxit*). Nam Gradenwitz inprimis commovetur vocabulo *regressum*. — De eo dubitari potest, an debitor, qui hereditatis possessori solverit, emptoris exemplo adversus hereditatis petitorem interim tutus sit. Qua de re mutos esse auctores nostros Dernburg queritur [8]), attamen ratio facit, ut emptoris exemplum in debitore sequamur, quia veniunt in hereditatis petitionem ea quoque quae a debitoribus sunt exacta [9]). Ergo sicut emptor, ita debitor qui possessori

---

1) Cetera huius fragmenti explicabuntur infra (cap. CIII).

2) Interpolatoris esse videtur Theodoro Mommsen, Ottoni Gradenwitz (*Interpolationen* (1887) p. 80), Fridolino Eisele (*Zeitschr. der Sav.-St.* X (1889) p 301 sq.)

3) Windsch. § 186[10].

4) *Ueber das Verhältniss* etc. p. 97.

5) Putat tamen ideo competere posse praeiudicii exceptionem (p. 96): *„weil der (Verkäufer), wenn der Erbschaftskläger die Erbschaftssachen durch die Vindikation erhalte, wiederum gegen diesen die* her. petitio *anstellen (könne)*.". Quae exscripsi, ea suppressit Francke, *Commentar* etc. p. 308[10].

6) *Ueber das Verhältniss* etc. p. 121. Cf. tamen ibid. p. 24: *„In die Willkühr des Klägers konnte .... nicht gestellt werden, den Nachlassbesitzer zu zwingen, Anderes zu leisten, als was derselbe (als Nachlassbesitzer) zu prästiren hat .... Deshalb vorzüglich musste der Prätor die Einzelklagen verweigern.*

7) Cf. Serv. Sulp. ad Cic. in huius epistul. IV. 5 § 3 (*malum nisi hoc peius est*); Cic. ad Fam. XIII. 73 § 2; Gai. III § 121 (i. f); Popma ad Cat R R 48 § 3; (Serafini), *Zeitschr. der Sav.-St.* X (1889) p. 302. Eodem sensu habetur *nisi tamen*: Cic. ad Fam. XIII. 1 § 4; *nisi forte*: Cic. pro Cluent. 21 § 57. Res non latuit Antonium Schulting, latuit Paulum Krüger, dum emendat Gai epitomen (ad Gai. I § 132*a*).

8) *Ueber das Verhältniss* etc. p. 93.

9) L. 25 § 18, l. 31 § 5 D. 5. 3.

Digitized by Google

solvit [1]), quia venit ea res in hereditatis petitionem, ex persona aliena habere debet praeiudicii exceptionem; postquam heres esse petitor pronuntiatus sit, uterque convenietur, quia *futuri .... iudicii, non facti nomine huiusmodi exceptiones comparatae sunt* [2]). Sed hoc ita, nisi heres a possessore hereditatis consecutus sit pretium acceptum vel debitum exactum, nam hoc modo uterque liberabitur, debitor quidem *ipso iure* [3]), emptor propter exceptionem [4]) iam non praeiudicii sed rei venditae et traditae [5]) vel doli mali. — Sunt praeterea exceptiones *„quod praeiudicium praedio non fiat"* et *„extraquam in reum capitis praeiudicium fiat"*, aliae fortasse, quarum extincta est memoria. Itaque praedio fit praeiudicium, obstabit igitur exceptio, si quis non possidens a possidente viam ad id praedium per fundum quem adversarii *esse constat* petit vel cum possidente de divisione agit, vel ab hoc fructus condicit (l. 16, l. 18 D. 44. 1); capiti, quum ordinario iudicio ea de re agetur, quae res capitalem habeat animadversionem [6]). Nec tantum *in reum* sed ne in extraneum quidem capitis praeiudicium fieri debet [7]), ac ne illud quidem interest accuseturne is cum quo agetur an accuset. Veluti quum a quo hereditas petatur isque testamentum *falsum dicat*, licet accuset, dilationem impetrabit [8]). Ceterum supra exposuimus, quando per privatum iudicium publico iudicio iure meritoque praeiudicari possit, neque nunc sine causa iterabimus.

Scribebam Traiecti ad Rhenum, mense Martio 1899.

---

1) De eo qui cum possessore *pactus est*, cf. l. 17 § 6 D. 2. 14.
2) L 13 D. 44. 1.
3) L. 25 § 17, l. 31 § 5 D. 5. 3.
4) L. 25 § 17 D. 5. 3.
5) Quasi ratam habuerit venditionem heres.
6) Cic. de Invent. II. 20 § 60.
7) Cic. in Verr. II. 3. 65 § 152.
8) L. 5 § 1 D. 5. 3 (Francke, *Commentar* etc. p. 65).

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI VITAS PARALLELAS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 220.)

Lysandr. 1. 1. Notabile est non distinxisse Plutarchum inter τὸ κείρασθαι et τὸ καρῆναι. Sed infinitum est recensere omnia in quibus recedit ab Atticorum consuetudine.

Lysandr. 6. 2. Callicratidae verba sunt ad Lysandrum: Οὐκοῦν λαβὼν ἐν ἀριστερᾷ Σάμον καὶ περιπλεύσας εἰς Μίλητον ἐκεῖ μοι παράδος τὰς τριήρεις. Mutuatus est hoc Plutarchus ab Xenophontis Hellenicis I 6. 2, unde rectissime corriges παραπλεύσας. Hinc continuo sequitur: δεδιέναι γὰρ οὐ χρὴ παραπλέοντας ἡμᾶς τοὺς ἐν Σάμῳ πολεμίους. Itidem c. 10. 5 prorsus necessarium est παραπλεύσαντας, coll. 9. 6.

Lysandr. 9. 2: δεηθεὶς μὴ ναυμαχεῖν Ἀθηναίοις πρὶν αὐτὸν ἀφικέσθαι πάλιν. Scio quidem non semper nominativum cum infinitivo accurate ab Plutarcho servatum esse, sed hic tamen malo αὐτός, ne obscura evadat oratio. Idem Pyrrh. 29. 1: ἐδόκει τὴν Λακεδαίμονα φλέγεσθαι, αὐτὸν δὲ χαίρειν, multum praefero αὐτός. Cf. tamen Aristid. 11. 6: ἔδοξεν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐπερωτώμενον αὐτὸν εἰπεῖν. Alex. 49. 5: οὐκ Οἰνιαδῶν ἔφη παῖδας, ἀλλ' αὐτὸν ἐπιθήσειν δίκην Αἰτωλοῖς. Fluctuat oratio Alex. 60. 1:

Digitized by Google

φησὶ γάρ — αὐτὸν μέν — ψόφον ποιεῖν, ac deinde: ὁρῶν ἀπολλυμένους τινάς — ἄρας προσφέρεσθαι ταῖς ἀντιπέρας ὄχθαις. Itidem attendendum ad Dion. 49. 4: ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Δίωνος — εἰ δὲ πάντως δέοι καὶ Σπαρτιάτου ταῖς πράγμασιν, αὐτὸς οὗτος εἶναι κατὰ ποίησιν γεγονώς. Nimirum Plutarchus fontes suos describit, atque sic modo pure loquitur, modo delabitur ad vitiosam aequalium consuetudinem.

Lysandr. 10. 2. Procedit classis Atheniensium et Lysander οὐκ ἀνήγετο. De more dicendum fuit: ἀντανήγετο.

Lysandr. 10. 3. Memorabile est exemplum constructionis κατὰ σύνεσιν· εἰ μὴ δύο καὶ τρεῖς τριήρεις ἐλθεῖν ἰδόντας ἀποβεβηκότας τοὺς πολεμίους.

Lysandr. 11. 2. Iussit Lysander classiarios κατὰ μέσον τὸν πόρον ἀσπίδα χαλκῆν ἐπάρασθαι πρῴραθεν ἐπίπλου σύμβολον. Conferendum est quod tradit Herodotus VI 115 post pugnam Marathoniam Alcmaeonidas τοῖσι Πέρσῃσι ἀναδέξαι ἀσπίδα ἐοῦσι ἤδη ἐν τῇσι νηυσί. Notabiles loci sunt, ex quibus apparet Graecos iam animadvertisse, maximo intervallo repercussis solis radiis ex longinquo signa dari posse. Ad nostra usque tempora hoc τηλεγραφίας genus, etiam apud astronomos, in usu fuit; sed interpretes quantum novi non attenderunt. Nil certe tale apud Georgium Grote. Indidem nata fabula quae traditur c. 12. 1.

Lysandr. 11. 3: τὸ πλήρωμα καὶ τοὺς ναύτας καὶ τοὺς ἐπιβάτας. Insiticia arbitror esse vocabula καὶ τοὺς ναύτας.

Lysandr. 11. 3: μετὰ προθυμίας καὶ ῥώμης ἐλαύνειν. Ita recte scriptum est. Est quidem verum ῥώμην et ῥύμην solere confundi, sed in coniunctione προθυμίας καὶ ῥώμης nihil offensionis. Mox legitur ὑπὸ σπουδῆς καὶ προθυμίας, sed Sull. 27. 9 invenio: ῥώμῃ δὲ προθυμίας κοινῆς καὶ Φορᾷ τόλμης ἀποχρησάμενος. Demosth. 20. 1: ὑπὸ ῥώμης καὶ προθυμίας. Dion. 42. 2: μεμνημένους τῆς παρὰ τὰ δεινὰ ῥώμης καὶ προθυμίας. Artax. 24. 4: τὴν ἐκείνου προθυμίαν καὶ ῥώμην ὁρῶντες. Nec multo dissimiliter Philopoem. 11. 1: μετὰ τάχους καὶ ῥώμης. Alibi ῥύμην invenies: Publicol.

Digitized by Google

13. 4: τὸν ἡνίοχον δόντα τῇ ῥύμῃ καὶ Φερόμενον. Marcell. 7. 2: συνεπερείσας τῇ ῥύμῃ τοῦ ἵππου. Mar. 28. 8: τὰς πέντε ὑπατείας ῥύμῃ μιᾷ τύχης διέδραμε. Alex. 43. 2: ὥρμητο ῥύμῃ Φερόμενον. Flamin. 10. 6: παλινρύμην τοῦ σάλου διὰ μέγεθος λαμβάνοντος. Quocirca Aem. Paul. 9. 1: ὑπὸ ῥώμης τῶν πραγμάτων ἀναφερόμενος, cum Herwerdeno corrigam ῥύμης. Itidem Crass. 24. 3: τόνον τῶν οἰσῶν καὶ τὴν ῥώμην, Coraes ῥύμην emendavit eademque medicina Solanus sanavit Nic. 18. 10: ὑπὸ τῆς ἐν τῷ παρόντι ῥώμης καὶ τύχης ἀνατεθαρρηκώς, quemadmodum legitur Nic. 9. 2: ῥύμῃ καὶ σφοδρότητι τῆς Ἀλκιβιάδου φιλοτιμίας, sed *ipsorum* militum ῥώμη καὶ φρόνημα est Cim. 13. 1. Hinc Pomp. 12. 5: χρώμενος τῇ τύχῃ καὶ τῇ ῥώμῃ τοῦ στρατεύματος, sed Demetr. 16. 2: προσμίξας δὲ ῥώμῃ καὶ βίᾳ πολλῇ, malim fere ῥύμῃ.

Lysandr. 11. 5: τὸ διάσημα ταχέως ὑπὸ σπουδῆς καὶ προθυμίας τῶν ἐλαυνόντων συνῄρητο. Praefero: συνῃρεῖτο. Recte se habet plusquamperfectum § 11.

Lysandr. 13. 2. Philocles ivit ad supplicium λαβὼν χλανίδα λαμπράν. Magis placet quod olim edebatur χλαμύδα. Contra Phoc. 20. 2 sunt Phocionis ad Demadem verba: πάνυ γοῦν πρέψειεν ἄν σοι μύρου τοσοῦτον ὄζοντι καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι συμβουλεύειν Ἀθηναίοις περὶ φιλιτίων, malim reponere χλανίδα. Cf. Cobetus in Variis Lectionibus p. 150 et 364.

Lysandr. 19. 1: οὐδὲ γὰρ φυγεῖν ἐξῆν. Imo: ἐνῆν.

Lysandr. 19. 5: ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ὕβρις ἦν. Lege: ἐκείνου, i. e. Alcibiadis.

Lysandr. 24. 5: ἤλπιζεν οὐδένα πρὸ αὐτοῦ Σπαρτιάτην ἂν αἱρεθήσεσθαι. Non mihi persuadeo umquam Plutarchum futuro addidisse particulam ἄν et corrigam: ἀναρρηθήσεσθαι. Obloquitur Sintenisius et affert Lucull. 15. 5: πάντα γὰρ ἂν ἐπ' ἐκείνῳ γενήσεσθαι, ubi ἂν Doehnerus in Parisina editione delevit, Lucull. 31. 4: οὐκ ἂν οἰόμενος ἀμαχεῖ ταῦτα προήσεσθαι τὸν Τιγράνην, ubi reponam προέσθαι, Caes. 19. 1: οὐκ ἂν ἐδόκουν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀτρεμήσειν, ubi ἂν planissime abundat, et

Digitized by Google

Cleom. 3. 4: ἡγουμένῳ μόνως ἂν οὕτως ἀνεπιχειρήτους ἔσεσθαι, quod nullo negotio in γενέσθαι potest mutari. Pauci hi loci sunt in Vitis tam multarum paginarum et etiamsi hic illic unum vel alterum exemplum praeterea lateat, meminisse nos oportet eiusmodi vitia in optimis codicibus optimorum auctorum sat saepe recurrere. Illud certe mordicus tenendum est, ἄν cum futuro iunctum nil quidquam significare.

Lysandr. 28. 7. In fontis cuiusdam vicinia σύρακες οὐ πρόσω περιπεφύκασιν. Praestat simplex verbum πεφύκασιν.

Lysandr. 30. 2. Significat Plutarchus Theopompo magis se fidem habere, si quem laudet quam si quem vituperet. Audio: arguitur Theopompus pronus fuisse ad omne calumniarum genus. Deinde additur: ἥδιον γὰρ ψέγειν ἢ ἐπαινεῖν, quod qui adscripsit neque locum intellexit, nec bene perspexerat Plutarchi ingenium cui contra perpetuo ἥδιον τοῦ ψέγειν τὸ ἐπαινεῖν.

Sull. 3. 4: ὁ δὲ Βόκχος ἐτύγχανε μὲν ἔτι γε πάλαι γαμβρὸν ὄντα μισῶν. Scribam: μέντοι γε πάλαι. Itidem c. 1. 5 malo καιγάρτοι quam καίτοι γάρ.

Sull. 8. 4. Sulpicius tulit legem μηδένα συγκλητικὸν ὑπὲρ δισχιλίας δραχμὰς ὀφείλειν· idem tamen post mortem ἀπέλιπεν ὀφλήματος μυριάδας τριακοσίας. Quemadmodum Schaeferus observavit, scribendum hoc fuit ὀφειλήματος. Contra nititur Sintenisius, sed quantum video Plutarchus verba ὀφείλειν et ὀφλισκάνειν cum derivatis non confudit. Ecce quaedam exempla. Lycurg. 24. 4: δίκην ἀργίας ὠφληκότα, Them. 5. 5; προσωφλίσκανεν ἀλαζονείαν, Pyrrh. 23. 3: προσωφλίσκανε δόξαν, Cim. 4. 5: ὀφλὼν δίκην, Crass. 17. 3: ὤφλεν αἰσχύνην, C. Gracch. 18. 1: δίκην ὀφλὼν δωροδοκίας, Demosth. 26. 1: ὀφλὼν πεντήκοντα ταλάντων δίκην, Demetr. 24. 3: ὠφληκότι δίκην, Anton. 16. 1: ὤφειλε δραχμὰς ἑβδομήκοντα, Brut. 24. 2: ὠφλίσκανον τὰς δίκας ἐρήμας, Comp. Dion. et Brut. 1. 3: ὠφληκόσι δίκην θανάτου. Sed concedendum est in nostris utique editionibus substantivum ὀφείλημα non legi nisi forte Moral. p. 497 B; ubique ὄφλημα invenio. Cat.

Digitized by Google

Min. 18. 1 dicuntur ὀφλημάτων ἀνέσεις, quae mox sunt χρήματα ὀφειλόμενα. Agid. 6. 4: ὀφλημάτων πλῆθος. Cic. 41. 2: ἐπὶ πολλοῖς ὀφλήμασι. Demosth. 16. 1: εἶλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος. Anton. 2. 2: ὄφλημα αὐτῷ συνεχύθη. Brut. 10. 3: ὄφλημα πατρικὸν τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος ἀπαιτοῦντας. Galb. 21. 2: ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. Verum hoc utcumque est, in ipso certe verbo Plutarchus non erravit et Camill. 12. 3 minime probo ζημίαν ὀφείλοντι pro ὀφλόντι et Lysandr. 27. 3 eadem correctione utendum. De horum vocabulorum discrimine luculenter egit Cobetus *Mnem.* 1862. p. 247.

Sull. 8. 6: τοῦ Πομπηίου τοῦ ὑπάτου μειράκιον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Sulpicius interfecit. Fuit hic filius consulis Q. Pompeii Rufi, sed quantum novi, praeterea nusquam μειράκιον filium significat. Fecitne hoc horror hiatus ut Plutarchus dicere nollet ὑπάτου υἱόν? Cf. Appian. Bell. Civ. I. 56, qui Πομπηίου τὸν υἱὸν appellavit.

Sull. 11. 5: καίπερ αὐτῷ τότε τῶν πραγμάτων ἐλπίδος πέρα προχωρούντων. Recurrunt haec verba infra § 5. Διττογραφία est, quae altero loco recte de Brutio Sura usurpatur, videtur autem expungenda priore. Dirum portentum oblatum Mithridati magnum incussit terrorem. Hoc sane Plutarcho qui ad superstitionem pronior est, mirum non potuit videri itaque vix potuit addere: *quamquam* in laetis rebus. Immo quo magis res ex voto procedebant, eo magis aequum erat fortunae conversionem metuere. Sapiens sperat adversis, metuit secundis.

Sull. 13. 1. In Athenarum obsidione miseri cives comedebant ὑποδήματα καὶ ληκύθους ἐφθάς. Noli mirari; λήκυθοι fiunt ex metallo; fiunt ex argilla; sed itidem sunt ex corio. Athen. XIII p. 548 F: Νικώ, παρασίτου τινὸς ἀπαντήσαντος λεπτοῦ ἐξ ἀρρωστίας. Ὡς ἰσχνός, ἔφη. — Τί γὰρ οἴει με ἐν τρισὶν ἡμέραις καταβεβρωκέναι; — Ἢ τοι τὴν λήκυθον, ἔφη, ἢ τὰ ὑποδήματα.

Sull. 14. 5. Captis Athenis magna strages facta ὥστε τῷ τόπῳ τοῦ ῥυέντος αἵματος ἔτι νῦν μετρεῖσθαι τὸ πλῆθος. Eleganter corrigi poterit: τῷ ποταμῷ. Sed etiam sequentia consideranda sunt.

Digitized by Google

Sull. 19. 7. In Vita Sullae plurima leguntur excerpta ex ipsius dictatoris commentariis, quos Plutarchus sive ipse consuluit sive cognovit per alium. Dolendum sane est, quod Sullae opus periit, sed ubique animadvertimus, scriptorem nimis gloriae fuisse cupidum ac saepe rerum veritatem susque deque habuisse. Veluti de pugna apud Chaeroneam facta ita refert Plutarchus: *πολλοὶ μὲν οὖν ἐν τῷ πεδίῳ τῶν βαρβάρων ἀνῃροῦντο, πλεῖστοι δὲ τῷ χάρακι προσφερόμενοι κατεκόπησαν, ὥστε μυρίους διαπεσεῖν εἰς Χαλκίδα μόνους ἀπὸ τοσούτων μυριάδων.* Audimus, neque habemus quod reponamus. Sed continuo sequitur: *ὁ δὲ Σύλλας λέγει τέσσαρας καὶ δέκα ἐπιζητῆσαι τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν, εἶτα καὶ τούτων δύο πρὸς τὴν ἑσπέραν παραγενέσθαι.* Itane vero? Caesa sunt hostium centum milia secundum Livium Epit. LXXXIII: credemusne Romanos tantum cecidisse quatuordecim? Nec tamen vitiosa lectio nos ludificatur, nam convenit Eutropius V. 6, convenit Appiani testimonium Mithridat. 45: *Ῥωμαίων δὲ ἔδοξαν μὲν ἀποθανεῖν πεντεκαίδεκα ἄνδρες, δύο δ' αὐτῶν ἐπανῆλθον.* Absurdam fabellam esse vides quam examinavit Hullemannus in *Mnem.* 1856 p. 170. Veteres numerorum admodum incuriosi erant et lubet exempla proferre, ut intelligatur quousque Graecia mendax in historia progressa sit. Scribit Appianus Bell. Civ. I 119 de Crasso Spartaci victore: *βιαζομένου δ' εἰς τὴν Σαυνίτιδα τοῦ Σπαρτάκου διαδραμεῖν, ἔκτεινεν ὁ Κράσσος ἐς ἑξακισχιλίους ἄλλους περὶ ἕω, καὶ περὶ δείλην ἐς τοσούσδε ἑτέρους, τριῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ μόνων ἀποθανόντων καὶ ἑπτὰ τρωθέντων.* Aliam vide Sullae iactantiam c. 28. 13: *Ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Σύλλας φησὶν εἰκοσιτρεῖς μόνους ἀποβαλεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ τῶν πολεμίων δισμυρίους καὶ λαβεῖν ζῶντας ὀκτακισχιλίους.* Sed iuvat alia miracula addere non minus stupenda. Timol. 21. 3, Timoleon potitur Syracusis: *τὸ δὲ μὴ ἀποθανεῖν τινα μηδὲ τρωθῆναι τῶν Κορινθίων ἴδιον ἔργον αὐτῆς ἡ Τιμολέοντος ἐπεδείξατο τύχη.* Atque hic quidem facilius fidem habebimus, nam credibile est eos qui ceciderint fuisse de numero mercenariorum militum, Timoleontem autem pepercisse Corinthiis civibus suis; sed alia hoc modo excusari nequeunt. Veluti Lucull. 28. 9: *λέγεται δὲ τῶν πεζῶν ὑπὲρ δέκα μυριάδας διαφθαρῆναι, τῶν δ' ἱππέων ὀλίγους; παντάπασι διαφυγεῖν· Ῥωμαίων δ' ἑκατὸν ἐτρώθησαν, ἔπεσον δὲ πέντε.* Crass. 11. 5: *Κράσσος ὀξέως ἐπιφανεὶς μάχην ἔθετο πασῶν καρτερωτάτην,*

Digitized by Google

ἐν ᾗ τριακοσίους ἐπὶ δισχιλίοις καὶ μυρίοις καταβαλὼν δύο μόνους εὗρε κατὰ νώτου τετρωμένους. Alex. 16. 7: λέγονται δὲ πεζοὶ μὲν δισμύριοι τῶν βαρβάρων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι πεντακόσιοι πεσεῖν. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλός φησι τέσσαρας καὶ τριακοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας, ὧν ἐννέα πεζοὺς εἶναι. Caes. 53. 2: τριῶν στρατοπέδων ἐγκρατὴς γεγονὼς καὶ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνῃρηκὼς, οὐδὲ πεντήκοντα τῶν ἰδίων ἀπέβαλεν. Caes. 56. 2, in pugna apud Mundam Caesar hostium occidit triginta millia, τῶν δὲ αὐτοῦ χιλίους ἀπώλεσε τοὺς ἀρίστους. Aratus c. 29. 5 occidit aliquando hostes mille quingentos, μηδένα τῶν αὑτοῦ στρατιωτῶν ἀποβαλών. Totum hoc risit aliquando Archilochus et post eum ipse risit Plutarchus Galb. 27. 3:

Ἑπτὰ γὰρ νεκρῶν πεσόντων οὓς ἐμάρψαμεν ποσίν
χίλιοι Φονῆες ἐσμέν.

Nec fortasse supra debueram Graeciam mendacem appellare, nam pleraque omnia exempla quae e Plutarcho collegi, desumta sunt ex Romana historia. Graecos qui tanti faciebant caesorum militum sepulturam, diligentiores fuisse dixerim. Certe post pugnam apud Leuctra statim Spartam nunciata fuerunt nomina omnium qui ceciderant. Diserte Xenophon Hell. VI. 4. 16: τὰ μὲν ὀνόματα πρὸς τοὺς οἰκείους ἑκάστου τῶν τεθνεώτων ἀπέδοσαν et postridie ὧν μὲν ἐτέθνασαν οἱ προσήκοντες, λιπαροὺς καὶ φαιδροὺς ἦν ὁρᾶν ἐν τῷ φανερῷ ἀναστρεφομένους· ὧν δὲ ζῶντες ἠγγελμένοι ἦσαν, ὀλίγους ἂν εἶδες, τούτους δὲ σκυθρωποὺς καὶ ταπεινοὺς περιιόντας. In hac humanitatis luce nos hodie ab ea parte magis laboramus quam veteres illi Spartani, nam sicubi acriter pugnatum fuit, saepe audias propinquos gregariorum certe militum non sine aliqua indignatione queri, se tamdiu in ancipiti relinqui.

Sull. 22. 2. Expunge inutilia verba τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον uti et Σύλλαν Κορνήλιον c. 29. 10.

Sull. 24. 1. Dubitari video quae naves ἐνήρεις dicantur. Adiectivum apud Plutarchum ter recurrit. Mithridates ναῦς habet διακοσίας ἐνήρεις. Antonius c. 63. 1 circa Actium naves paratas habuit ἐνήρεις καὶ παρεσκευασμένας ἀμύνεσθαι. Denique Brutus et Cassius c. 28. 4 Italiam reliquerunt μὴ ναῦν ἐνήρη, μὴ στρα-

Digitized by Google

τιώτην ἕνα, μὴ πόλιν ἔχοντες. Alii navem ἐνήρη remis instructam interpretantur, alii remigibus. Postremum hoc unice probo. Ναῦς ἐνήρης habet integrum remigum numerum; πλήρωμα ἐντελές Pollux nominat. Imprimis locus in Vita Antonii hanc vocabuli potestatem confirmare poterit. Saepe erat difficile remiges in officio continere, ne dilaberentur et norunt omnes qua fraude Atheniensium classem Lysander in Chersoneso circumvenerit. Antonius φοβηθεὶς μὴ τῶν ἐπιβατῶν ἐρήμους ἕλωσι τὰς ναῦς, τοὺς μὲν ἐρέτας ὁπλίσας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρέταξεν ὄψεως ἕνεκα, τοὺς δὲ ταρσοὺς τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πτερώσας ἑκατέρωθεν ἐν τῷ σόματι περὶ τὸ Ἄκτιον ἀντιπρώρους συνεῖχεν, ὡς ἐνήρεις καὶ παρεσκευασμένας ἀμύνεσθαι. Livius alicubi appellat naves remigio instructas; recte quidem, sed viri docti haud raro remigium de remis interpretantur, quum intelligi debeant ipsi remiges, τὸ πλήρωμα.

Sull. 24. 4: ἠρώτησεν εἰ ποιεῖ τὰ συγκείμενα. Conferat mihi quis Lysandr. 22. 3: ἠρώτα πότερον ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν ἢ κεκλιμένοις διαπορεύηται τὴν χώραν αὐτῶν, quocum convenit Ages. 16. 1: ἐπυνθάνετο πότερον ὡς φιλίαν ἢ ὡς πολεμίαν διαπορεύηται τὴν χώραν. Alexandr. 22. 1: πυνθανόμενος εἰ πρίηται. Cf. Moral. p. 1099 D. Alex. 76. 3: ἠρώτων εἰ κομίσωσιν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον. Dixit de illo usu Cobetus in *Var. Lect.* p. 363 et Sulla, credo, Mithridatem rogavit εἰ ποιῇ τὰ συγκείμενα.

Sull. 26. 7: ἐκέλευσεν ἀπεῖναι χαίροντας. Quum librarii aliquoties eodem modo errarint, miror esse qui pudendum vitium pro ἀπιέναι apud Plutarchum servandum esse censeant. Causa erroris patet. Scribit Phrynichus aequales vitiose pronunciavisse ἀπίναι· hinc ἀπιέναι, uti fit, primum factum est ἀπίναι, deinde corruptum ut nasceretur ἀπεῖναι. Non pure quidem scribit Plutarchus, sed eiusmodi sordes ei non affricandae sunt.

Sull. 26. 3. Dicuntur οἱ πρεσβύτεροι Περιπατητικοὶ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γραμμάτων οὔτε πολλοῖς οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες διὰ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου κληρονόμον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώποις παραγενέσθαι. Uti vides, corruptus locus est. Sintenisius

Digitized by Google

percenset aliorum conamina, qui malo mederi conati sunt; deinde ipse commendavit παραγενομένοις pro παραγενέσθαι eamque correctionem Doehnerus intulit in Parisinam editionem. Equidem servato παραγενέσθαι inserere malim in fine sententiae: λεγομένοις. Praeterea ἀκριβέσιν arridet pro ἀκριβῶς.

Sall. 28. 12: Φασὶ τὸν Μάριον ἐνδοῦναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μόλις ἐξεγείρέσθαι. Imo: ἐξεγρέσθαι.

Sull. 29. 5. Erant διαδρομαὶ civium ὡς ἀλισκομένων κατὰ κράτος. Praestat ἁλωσομένων.

Sull. 36. 5. Describit Plutarchus quam misero fato Sulla perierit, nimirum τὴν σάρκα διαφθαρεῖσαν εἰς φθεῖρας μετέβαλε πᾶσαν, ὥςε πολλῶν δι' ἡμέρας ἅμα καὶ νυκτὸς ἀφαιρούντων μηδὲν εἶναι μέρος τοῦ ἐπιγενομένου τὸ ἀποκρινόμενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐσθῆτα καὶ λουτρὸν καὶ ἀπόνιμμα καὶ σιτίον ἀναπίμπλασθαι τοῦ ῥεύματος ἐκείνου καὶ τῆς φθορᾶς. Itane? σιτίον ἀνεπίμπλατο τοῦ ῥεύματος? Non concoquo. Ante pedes posita est correctio: καὶ ἀπόνιμμα καὶ κλισίαν ἀναπίμπλασθαι τοῦ ῥεύματος. Erat Sullae πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος, quod proverbium Aristophanes usurpavit Vesp. 604 et de quo Photius egit in voce. Addi poterunt Gottingensium copiae ad App. Provv. 361, ubi in paucis ridicula exscribitur adnotatio Florentis Christiani. Sella in qua Sulla sedebat, identidem sordibus opplebatur: quid potest esse apertius? Eandem plane vide corruptelam Moral. p. 283 A: τόπον ἔδει τῷ θριαμβεύσαντι καὶ σίαςον τὸν ἐντιμότατον ἀποδίδοσθαι, quod Cobetus eximie emendavit: κλισίας τὸν ἐντιμότατον. Etiam in superioribus aliquid displicet. Quid est illud πολλῶν δι' ἡμέρας ἅμα καὶ νυκτὸς ἀφαιρούντων? Non erat multorum ministerio opus et longe praefero: πολλάκις δι' ἡμέρας. Cf. *Mnem.* 1888 p. 108.

Cim. 5. 3. Supplebo: ἀναθεὶς δὲ τὸν χαλινὸν καὶ (μίαν) λαβὼν ἐκ τῶν περὶ τὸν ναὸν κρεμαμένων ἀσπίδων.

Cim. 7. 5. Non appellavit Plutarchus χώραν καλλίςην οἰκῆσαι, sed ἐνοικῆσαι.

Digitized by Google

Cim. 12. 3. Cimon profectus est adversus regem cum navibus ducentis, πρὸς μὲν τάχος ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ Θεμιστοκλέους ἄριστα κατεσκευασμέναις, Cimon autem τότε καὶ πλατυτέρας ἐποίησεν αὐτὰς καὶ διάβασιν τοῖς καταστρώμασιν ἔδωκεν. Qui nuper hunc locum examinavit, Caecilius Torrius p. 50 nihil certi attulit. Contendit διάβασιν esse latitudinem, sed non assequor quo iure eam vocabulo significationem tribuere possimus. Scilicet uti coniicio, distinguendum est inter τὴν πάροδον et τὴν διάβασιν. Duae sunt πάροδοι, ut Torrii verbis utar, „a pair of gangways along the two sides of the ship." In galea Franci appellabant *la bande*. Διάβασις autem est, nisi me fallunt omnia, semita quae mediam navem a prora ad puppim dividit; apud Francos *la coursie* erat, cf. quae disputavi *Mnem.* 1895 p. 267. Sicuti necesse erat, Themistoclis naves παρόδους habebant, in quibus stabant armati milites. Addidit Cimon τὴν διάβασιν, ὡς ἂν ὑπὸ πολλῶν ὁπλιτῶν μαχιμώτεραι προσφέροιντο τοῖς πολεμίοις. Sic demum milites sese commode et celeriter conferre poterant in eam navis partem quo postulabat usus. Vix crediderim Plutarchum rem sibi recte repraesentavisse. Nihil eiusmodi umquam viderat.

Lucull. 2. 10. Missus fuerat Lucullus ab Sulla imperatore Athenis in Aegyptum et Africam, qui classem sibi compararet adversus Archelaum. Λέγεται δὲ μήτ' εἰς Μέμφιν ἀναβῆναι μήτ' ἄλλο τῶν θαυμάζομένων ἐν Αἰγύπτῳ καὶ περιβοήτων ἱστορῆσαι. σχολάζοντος γὰρ εἶναι ταῦτα θεατοῦ καὶ τρυφῶντος, οὐχ, ὡς αὐτός, ἐν ὑπαίθρῳ τὸν αὐτοκράτορα σκηνοῦντα παρὰ ταῖς ἐπάλξεσι τῶν πολεμίων ἀπολελοιπότος. Itaque minime mirandum est aegerrime tulisse Imperatorem Tiberium quod Germanicus Aegyptum usque ad Elephantinen ae Syenen perlustravisset, quum praesertim Augustus vetuisset senatores nisi permissu eam regionem ingredi. Sed Germanicus, ut scribit Tacitus Ann. II 60, „nondum comperto profectionem eam incusari Nilo subvehebatur. Incedebat autem sine milite, pedibus intectis et pari cum Graecis amictu, P. Scipionis aemulatione." Qui tam bene tenebat exemplum ex vetere historia repetitum, melius etiam scire debebat quid vetuisset Augustus. Praeterea, quod res ipsa flagitat, non licebat magistratibus, quamdiu officio continerentur, animi causa

Digitized by Google

extra provinciarum suarum fines locorum amoenitates sectari. Habemus exemplum Luculli; est quoque exemplum Catonis Minoris 14. 3: ὁ Κουρίων ἀχθόμενος τῷ αὐςηρῷ τοῦ Κάτωνος ἠρώτησεν αὐτόν, εἰ πρόθυμός ἐςι μετὰ τὴν ςρατείαν γενέσθαι τῆς Ἀσίας θεατής. Sed res ipsa pro se loquitur et ultra quam decuit Tacitus excusavit Germanicum ut omne odium respergeret in Tiberium. Ceterum tribuni certe militum quotannis duorum mensium vacationem muneris habebant. Veluti quum Cato Minor in Macedonia tribunus esset, Cat. Min. 10. 1, ἔχων παρὰ τοῦ νόμου δεδομένην ἀποδημίαν δυοῖν μηνῶν ἔπλευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν ut arcesseret Athenodorum Cordylionem; sed anno exacto demum fecit quod suaserat Curio et in Asiam iterum profectus, ibi diutius commoratus est.

Lucull. 3. 9. Hic quoque obtinet, quod iam aliquoties observavimus, Plutarchum imperite scribere de rebus nauticis, adeo ut interdum ne intelligatur quidem quid velit. Damagoras erat Rhodius, cuius navi in pugna adversus Neoptolemum regiae classis praefectum vehebatur Lucullus. Δείσας ὁ Δαμαγόρας τὸ βάρος τῆς βασιλικῆς καὶ τὴν τραχύτητα τοῦ χαλκώματος, οὐκ ἐτόλμησε συμπεσεῖν ἀντίπρῳρος. Primum hoc miror, nam a prora certe firmissima; a puppi, uti consentaneum est, longe longeque debilior navis erat. Quid igitur? ὀξέως ἐκ περιαγωγῆς ἀποςρέψας ἐκέλευσεν ἐπὶ πρύμναν ὥσασθαι. Novimus quid sit ὠθεῖσθαι ἐπὶ πρύμναν vel τὴν πρύμναν ἀνακρούεσθαι, dum remi inhibentur. Verum periculum est ne quis minus intelligat quid sit remos inhibere, quum ipse Cicero id sero demum animadverterit. Memorabilis locus est ad Atticum XIII. 21. 3: „Inhibere est verbum totum nauticum. Quamquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi didici heri, quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. — Inhibitio autem remigum motum habet et vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim." Vides igitur *inhibere remos* idem esse quod nostris nautis est *strijken*, de cuius vocabuli potestate multi erunt qui errabunt eodem modo quo Cicero erravit quum nesciret quae esset remorum inhibitio. Etiam Plutarchus non intelligebat crediditque Dama-

Digitized by Google

goram convertisse navem et ἐκ περιαγωγῆς puppim obvertisse hostibus, quod plane stultum est. Inhibuit remos Damagoras: nihil aliud: nempe quo ictum lenius acciperet. Plutarchus saepe legerat locutiones ἐπὶ πρύμναν ὠθεῖσθαι et τὴν πρύμναν ἀνακρούεσθαι· tamen sibi non potuit ab errore cavere. Sed absurdius etiam est quod sequitur: πιεσθείσης ἐνταῦθα τῆς νεώς, ἐδέξατο τὴν πληγὴν ἀβλαβῆ γενομένην, ἅτε δὴ τοῖς θαλαττεύουσι τῆς νεὼς μέρεσι προσπεσοῦσαν. Facta fuit πληγὴ ἀβλαβής remis inhibitis, non quidem a puppi sed a prora: intelligo ac probo. Verum si navis vulnerata fuit subter aquam et rostri hostilis ferrum recepit τοῖς θαλαττεύουσι μέρεσι, maius erat periculum dum navis fatiscens aquam accipiebat. Deinde credere iubemur Damagoram fatiscentem illam navem hostibus obvertisse et insecutum fuisse Neoptolemum. Sed iam vides unde fluxerit Plutarchi error.

Lucull. 8. 4. Dixit Lucullus ὡς ἕνα βούλοιτ' ἂν ἐκ πολεμίων σῶσαι Ῥωμαῖον (μᾶλλον) ἢ πάντα λαβεῖν τὰ τῶν πολεμίων. Vides quid supplendum sit.

Lucull. 8. 7: ὤφθη μέγα σῶμα φλογοειδὲς εἰς μέσον τῶν στρατοπέδων καταφερόμενον, τὸ μὲν σχῆμα πίθῳ μάλιστα, τὴν δὲ χρόαν ἀργύρῳ διαπύρῳ προσεοικός. Id quod est σχῆμα ex correctione ita scribitur, nam in libris est σῶμα sed etiam σῶμα φλογοειδὲς displicet: malim σῆμα appellare, quemadmodum Homerus de canicula: κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται.

Lucull. 10. 4: ὥστε τὰς γυναῖκας ἁρπάζειν τὰ φορτία. Requiritur: διαρπάζειν.

Lucull. 13. 4: μεγαληγορήσας ὡς ἄνευ δαπάνης Μιθριδάτην ἐκβαλεῖν τῆς θαλάττης. Lege: ἐκβαλών.

Lucull. 15. 3: τὴν ὀρεινὴν ὀκνοῦντος προϊέναι. Rectius erit: παριέναι.

Lucull. 17. 8: ἐπὶ τὰς ἐξόδους ὠθούμενοι. Longe praefero: περί.

Digitized by Google

Lucull. 19. 5. Amiso capta, flagitant milites ut sibi urbs detur diripienda: tandem vi ac minis victus Lucullus ἐπέτρεψεν, ὡς αὐτήν γε τὴν πόλιν ἐξαιρησόμενος τοῦ πυρός. Imo: ὡς οὕτω γε.

Lucull. 19. 8. Multi Athenienses Amisum habitatum concesserunt εἰσπλεύσαντες. Malim: ἐκπλεύσαντες.

Lucull. 20. 2. Describit Plutarchus quam crudeliter publicani Asianos tractarint: τέλος μὲν ἦν προσθέτοις δουλεύειν, τὰ δὲ πρὸ τούτου χαλεπώτερα σχοινισμοὶ καὶ κιγκλίδες καὶ ἵπποι καὶ ϛάσεις ὕπαιθροι, καύματος μὲν ἐν ἡλίῳ, ψύχους δὲ εἰς πηλὸν ἐμβιβαζομένων ἢ πάγον. Quorsum hic pertinet equorum mentio? Aliquando suspicatus sum legendum esse ἶπνοί, ut sermo fiat de supplicio quale descripsit propheta Daniel de adulescentibus in fornace ignis ardentis, nam est quidem equuleus tormenti genus, sed quantum comperi, ἵππος numquam sic dicitur. Nunc autem video Madvigium Advers. I p. 591 in eandem coniecturam incidisse.

Lucull. 21. 7: ἥκειν ἔφη καταγγέλλων. Necessarium est: καταγγελῶν.

Lucull. 23. 6. Scripserat Sulla in commentariis ad Lucullum μηδὲν οὕτως ἀξιόπιϛον ἡγεῖσθαι καὶ βέβαιον, ὡς ὅτι ἂν ἀποσημανθῇ διὰ τῶν ἐνυπνίων. Si quis horum verborum recordatur, facile colliget in Vita Sullae multa ex hisce commentariis hausta esse.

Lucull. 34. 3. Non erant credo Luculli milites τῆς Ἀσίας τὰ βασίλεια καταρρίψαντες, sed κατερείψαντες. Sed Herwerdenus hoc iam vidit.

Lucull. 40. 1: νεόπλουτα δ' ἦν τοῦ Λουκούλλου τὰ δεῖπνα. Non coena erat, sed ipse Lucullus νεόπλουτος, unde corrigam: νεοπλούτου. Creditur vulgo adiectivum etiam ad res transferri posse, sed certa testimonia mihi non innotuerunt. Unus certe locus qui advocari solet, iam non comparet. Apud Aristophanem in Vespis vs. 1309 in codicibus legitur: ἔοικας ὦ πρεσ-

Digitized by Google

βῦτα νεοπλούτῳ τρυγί sine sensu, sed Leeuwenius eximie correxit: νεοπλούτῳ Φρυγί. Hoc est emendare.

Nic. 9. 7. Quo tempore foedus factum est cum Lacedaemoniis secundum Plutarchum libenter recordabantur homines τοῦ εἰπόντος ὅτι τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας οὐ σάλπιγγες ἀλλ' ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσι. Verba sunt quibus Hermocrates usus est Gelae in conventu, non quidem secundum Thucydidem, sed secundum Timaeum, quem acribus conviciis proscindit Polybius XII. 25 fin. Πρῶτον μέν, inquit, οἴεται δεῖν ἀναμνησθῆναι τοὺς συνέδρους διότι κοιμωμένους τὸν ὄρθρον ἐν μὲν τῷ πολέμῳ διεγείρουσιν αἱ σάλπιγγες, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην οἱ ὄρνιθες. Hinc luculenter efficitur, in Niciae Vita conscribenda Plutarchum tum hoc tum alia multa ab Timaeo mutuatum esse. Vide quoque c. 19. 6. Nec nimis arduum est hic illic agnoscere τὸν Ἐπιτίμαιον.

Nic. 12. 1. Senes depingebant in pulvere τόπους, οἷς τέτραπται πρὸς Λιβύην ἡ νῆσος. Commendo: ὡς τέτραπται.

Nic. 12. 5: δόξας πολλὴν ἀσφάλειαν ἕξειν. Necessarium est: παρέξειν.

Nic. 13. 4. Ἐν δὲ Δελφοῖς Παλλάδιον ἔσηκε χαλκοῦν ἐπὶ Φοίνικος χαλκοῦ βεβηκός. Non mihi repraesento tale signum. Ludere iuvat: ὑπὸ Φοίνικος χαλκοῦ λεληθός. Aenea arbor Palladium obumbrabat. Si quid nosti rectius .....

Nic. 13. 9. Ἀδώνια γὰρ εἶχον αἱ γυναῖκες. Lege ἦγον.

Nic. 15. 1: ἀπολογίζεσθαι ἀργύριον εἰς ἐσθῆτα. Dicitur hoc magis ὑπολογίζεσθαι. Cf. Sertor. 5. 3.

Nic. 17. 3: ἀλλὰ τοῦτ' ἐξεργάσασθαι μικρὸν ἐδέησε τοῦ παντός. Debent haec verba significare perparum afuisse quin Nicias omnia perficeret itaque quaero num forte scribendum sit: τοῦ πᾶν, quod certe facile intellectu est, etiamsi verba insolito modo traiecta sint.

Digitized by Google

Nic. 18. 8: ὅπου καὶ Γύλιππος — ἔπλει τὸ λοιπὸν ὡς ἐχομένης ἤδη τῆς Σικελίας. Hic duo vitia odoror; primum legendum est ὅπου (γε) καί, sicuti recte legitur Nic. 22. 1; Crass. 5. 2; Caes. 8. 3; 41. 2; Cat. Min. 19. 2; Dion. 3. 2; corrigendi autem loci sunt Alex. 68. 2; Caes. 34. 2 et Cic. 33. 3. Praeterea displicet: ἔχομένης ἤδη τῆς Σικελίας, quod sic simpliciter vix dici potuit. Longe praefero: οἰχομένης.

Nic. 18. 11: καί τινες ἐβάδιζον ἤδη πρὶν ἢ παντελῶς ἀποτειχισθῆναι τὴν πόλιν οἰόμενοι δεῖν γενέσθαι τὰς διαλύσεις. Hic minime assequor quid sibi velit ἐβάδιζον. Fuerunt, uti coniicio, qui populo persuadere conarentur de pace cum Nicia agendum esse: inerit hoc in προσεβίβαζον, sicuti Plutarchus ipse hoc verbum usurpavit Pericl. 15. 1.

Nic. 19. 6. Narrat Timaeus ὅτι τῷ Γυλίππῳ φανέντι καθάπερ γλαυκὶ πολλοὶ προσέπτησαν ἑτοίμως στρατευόμενοι. Latet proverbium: καθάπερ γλαυκὶ κολοιοί, ac praeterea corrigendum συστρατευσόμενοι.

Nic. 19. 8. Fuit Philistus ἀνὴρ Συρακόσιος καὶ τῶν πραγμάτων ὁρατὴς γενόμενος. Nemo ita loquitur; spectator fuit, i. e. θεατής.

Nic. 22. 4: παρέσχε τὸν Νικίαν — πιστεύοντα τοῖς ἔνδον οὕτως ἐρρωμένως ἀναμάχεσθαι περὶ τῆς ἀποβάσεως. Dicendum hoc fuit: ἀντιμάχεσθαι.

Nic. 27. 8: τὰ κάλλιστα τῶν περὶ τὸν ποταμὸν δένδρων. Immo: παρά.

Nic. 30. 3: οὕτω μόλις ὁ Νικίας ἐπιστεύθη παθὼν ἃ πολλάκις αὐτοῖς προεῖπεν. Malo: αὐτός.

Crass. 3. 7. Multum utebatur Crassus Alexandro philosopho: μόνος γοῦν ἀεὶ τῶν Φίλων αὐτῷ συναποδημῶν στέγαστρον ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδὸν καὶ τοῦτ' ἐπανελθὼν ἀπῃτεῖτο. Lepida adnotatio: φεῦ τῆς ὑπομονῆς, migravit in textum; sed fraudem iam agnovit Solanus.

Digitized by Google

Crass. 4. 1: εἰς Ἰβηρίαν ἔφυγε γεγονὼς πάλαι στρατηγοῦντος αὐτόθι τοῦ πατρὸς καὶ φίλους πεποιημένος. Nondum hoc intellectum fuit: quid enim est γεγονὼς πάλαι; Est tamen satis simplex correctio: εἰς Ἰβηρίαν ἔφυγεν ἐγνωκὼς πάλαι· hinc mox ibi invenit amicum Vibium.

Crass. 5. 2. Hic memorabilis est varia lectio. Etenim secundum bonos codices Plutarchus scripsisse videtur τὸν δεῖπνον, non τὸ δεῖπνον. Similiter Timol. 12. 5 scribae δείπνους dederunt itemque Cat. Mai. 21. 5, Alex. 23. 3 et Cleom. 20. 2. Faciet haec observatio ad stabiliendam emendationem loci cuiusdam qui legitur in Septem Sapientum Convivio p. 150 B. Adhibitae ad epulas fuere duae mulieres: παρῆλθε μὲν ἡ Μέλισσα καὶ κατακλίθη παρὰ τὸν Περίανδρον, ἡ δ' Εὔμητις ἐκάθισε παρὰ τὸ δεῖπνον. Erat autem Eumetis filia Cleobuli, quam iuxta assedisse aequum est, unde Wyttenbachius exspectabat: παρὰ τὸν Κλεόβουλον, quae violenta correctio est. Wilamowitzius coniecit πρὸ τῶν ποδῶν ἐκείνης vel παρὰ τὴν κλίνην, quae coniecturae haud uno nomine infelices sunt. Tandem Bernardaces in Praef. Mor. Vol. IV p. xxv nescio quibus argutiis probare instituit locum sanum esse, sed fortasse liberiore usus fuisset iudicio, nisi odium ac furor, quo Wilamowitzium persequitur, eum transversum egisset. Oportet in tempore memorem esse Plutarchi codices saepe exhibere τὸν δεῖπνον atque sic quivis facile incidet in: παρὰ τὸν Λίνδιον, h. e. iuxta patrem. Levis sane mutatio est. De masculini generis forma ὁ δεῖπνος recentioribus usurpata dixit Bastius ad Greg. p. 772.

Crass. 7. 5. Crassus habebat σώματος ἀξίωμα καὶ λόγου πειθὼ καὶ προσώπου χάριν ἀγωγόν. Haec quum primum legebam — o mihi praeteritos — credebam vitium esse typothetae; postea intellexi neminem vidisse reponendum esse ἀρωγόν. Magnam habebat commendationem oris atque orationis, sicuti Nepos scribit de Alcibiade. Cf. Alex. 57. 4.

Crass. 19. 3. Suaserat Armeniorum rex ut Crassus per Armeniam Parthos adoriretur: ὁ δὲ τὴν προθυμίαν αὐτοῦ καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς βοηθείας μετρίως ἠγάπησε, βαδιεῖσθαι δ' ἔφη διὰ

Digitized by Google

Μεσοποταμίας. Sintenisius, quum intelligat aliquid offensionis inesse in illo μετρίως ἀγαπᾶν, sedulo monet lectores ne amplectantur quod apud personatum Appianum est: οὐ μετρίως· deinde collatis Aristid. 25. 5, Sertor. 11. 3 et Cleom. 35. 3, contendit μετρίως recte sese habere; quamquam verum ut dicam, hi loci prorsus nihil habent quo vulgatam in vita Crassi lectionem possis tueri. Calliam Aristidis propinquum inimici μετρίως κατηγόρησαν. Cerva dono data fuit et Sertorius ἥσθη μετρίως. Nicagoras quidam Cleomenis amicus περὶ τὴν τῶν Φορτίων διάθεσιν μετρίως ἐζημιοῦτο. Nihil illi loci ad rem pertinent, nihil comprobant, nihil confirmant. Scilicet Crassus agnovit Armenii propensam voluntatem, sed significat tamen se per Mesopotamiam iter facere velle. Quid igitur? Num μετρίως ἠγάπησε vel etiam οὐ μετρίως ἠγάπησε quod rex obtulerat? Immo gratias egit atque sic recusavit oblatam occasionem, h. e. μετρίως ἐπῄνεσε. Satis notum est nos ἐπαινεῖν solere, quum oblatam gratiam διωθούμεθα.

Crass. 22. 1. Describitur planities per quam Romani iter faciebant. Circumspicientibus undecumque apparebat ἀτεχνῶς πελάγιόν τι χεῦμα θινῶν τινων ἐρήμων περιεχόντων τὸν στρατόν. Poterit hoc intelligi, sed quanto melius scribetur περιέχον.

Crass. 22. 2. Rex Armeniorum Crasso auctor fuit μάλιστα μὲν ἐκεῖ τραπέσθαι. Arridet: ἐκτραπέσθαι. Cf. c. 27. 7 et 29. 3.

Crass. 23. 2. Praemittuntur equites ad explorandum, deinde τῶν ἐπὶ κατασκοπὴν ἀποσταλέντων ὀλίγοι προσπελάσαντες ἀπήγγειλαν ἀπολωλέναι τοὺς ἄλλους. Concitato gradu, frenis detractis, hi in castra redierunt: melius hoc dicitur: προσελάσαντες coll. Crass. 26. 5; 30. 2; Sert. 17. 3, praesertim de equitibus. Qui pedibus ingreditur προσπελάζει, veluti Eum. 17. 2. Idem verbum de navicula adhibitum est Pomp. 79. 2. Simplex πελάζειν cum alibi invenio tum Pomp. 78. 2: πελαζούσης τῆς ἁλιάδος, ubi haud satis scio an non rectius sit: προσπελαζούσης.

Crass. 25. 2. Postquam P. Crassus Parthos adortus est, hi

Digitized by Google

ὀπίσω στρέψαντες ἐδίωκον, ut filium a patre abducerent. Hic quid est ἐδίωκον? Plane contrarium requiro: praestabit hoc ἐνέδωκαν. Hinc Romani νικᾶν ᾤοντο καὶ διώκειν.

Crass. 25. 14: τὰς δὲ κεφαλὰς τῶν περὶ τὸν Πόπλιον ἀποκείραντες ἤλαυνον εὐθὺς ἐπὶ τὸν Κράσσον. Participium ridiculum est indeque is qui haec Plutarchea Appiano inseruit ἀποκόψαντες dedit: satis recte quod ad sententiam, sed lenior ac verior correctio est ἀναπείραντες. Et revera c. 26. 5 patri filii caput ostenderunt ὑπὲρ αἰχμῆς ἀναπεπηγυῖαν.

Crass. 26. 4: πολλὰ τῶν τυμπάνων αὖθις περιεμυκᾶτο τοὺς Ῥωμαίους ἑτέρας μάχης ἀρχὴν προσδοκῶντας. Falsum hoc est: nondum expectabat Crassus Parthos ad se redituros. Sciebat quidem filium in extremo discrimine versari necdum eum audiverat interemtum. Itaque subito tympana totum exercitum circumsonuerunt, ἑτέρας μάχης ἀρχὴν προδεικνύντα.

Crass. 26. 7. Appellat miser pater filium suum πάντων ἄριστον. Hoc quidem per se recte dicitur: sic Sulla, Pomp. 15. 1, Catulum opponit τὸν πάντων ἄριστον Lepido τῷ πάντων κακίστῳ. Sed in ea trepidatione Publius πάντων ἄριστος dici non potuit nisi cum commilitonum contumelia. Rescribam: πάναριστον. Sic Plutarchus alibi πάγκαλον habet et παμπόνηρον Pomp. 37. 2.

Comp. Nic. et Crass. 1. 1. Scribit Plutarchus miseram esse conditionem hominum qui in metallis laborant. Hic dignus est qui conferatur Diodorus Siculus III 13, qui rem pluribus persequitur et tamquam ante oculos ponit. Τὰ πλεῖστα, uti ait Plutarchus, περαίνεται διὰ κακούργων ἢ βαρβάρων, ἐνίων δεδεμένων καὶ φθειρομένων ἐν τοῖς ὑπούλοις καὶ νοσεροῖς. Recte Muretus, quem ferme reliqui sequuntur, correxit: ἐν (τόποις) ὑπούλοις, sed praeterea miror qui τόποι ὕπουλοι dici potuerint. Intelligam subterranea loca, ut verum sit ἐν τόποις ὑπουδαίοις. Hoc adiectivum exstat apud eundem Moral. 266 E. Aliis fortasse magis placebit ὑπογαίοις.

Comp. Nic. c. Crass. 3. 1. Non fuit Nicias Cleonem ἀπὸ τοῦ

Digitized by Google

βήματος — εἰς τὸ στρατηγεῖν καταστήσας, sed εἰς τὸ στρατήγιον.

Sert. 9. 3. Fovebant qui cum Sertorio erant non καινὴν ἐλπίδων ἀρχήν, sed καινῶν.

Sertor. 9. 7. Excitatur memoria Iubae τοῦ πάντων ἱστορικωτάτου βασιλέων. Lege: βασιλέως.

Sert. 12. 4. Metellus Sertorio impar erat. Etenim erat στρατηγὸς ἐμβριθοῦς καὶ μονίμου Φάλαγγος, quae non poterat ὀρειβατεῖν καὶ συνηρτῆσθαι διώξεσι καὶ Φυγαῖς ἀπαύστοις ἀνθρώπων ὑπηνεμίων. Hic locus diu me torsit. Ova irrita novi, sed qui sunt homines ὑπηνέμιοι? Ventosos esse dices, sed tales non erant montani, quos Metellus adversarios habebat. Erant, nisi fallor, quales etiam postea in montibus suis Hispanos cognovimus. Mirabor si quis faciliorem correctionem reperire potuerit quam: ἀνθρώπων ἀπονενοημένων. Nihil iis erat supra libertatem, quam ut tutarentur non recusabant λιμὸν ἀνέχεσθαι καὶ δίαιταν ἄπυρον καὶ ἄσκηνον.

Sertor 23. 1. Supplendum: ἦν δὲ καὶ τὰ πρὸς Μιθριδάτην αὐτοῦ πολιτεύματα (σημεῖα) μεγαλοφροσύνης.

Sertor. 27. 2. Commentarios Sertorii Pompeius combussit: οὔτ' ἀναγνοὺς οὔτ' ἐάσας ἕτερον. Supplendum: οὔτ' (αὐτὸς) ἀναγνούς. Cf. Pomp. 20. 4.

Eum. 6. 6. Hic commode mihi in mentem venit eorum quae disputavi ad Xen. Anab. I. 8. 16, *Mnem.* 1893 p. 8. Quod multi non intellexerunt, σύνθημα, quam tesseram Romani appellant, necessario duplex est. Nostri milites destinguunt inter *wachtwoord* et *contrasigne*; Germani *Parole* et *Losung* nominant; Graece quantum comperimus, utrumque σύνθημα dicitur. Hinc apud Xenophontem eo loco quem dixi, tessara est Ζεὺς σωτὴρ *et* Νίκη. Alibi, Anab. VI. 5. 25, Ζεὺς σωτὴρ *et* Ἡρακλῆς ἡγεμών. Attuli tunc complusculos locos quibus hic usus confirmatur. Idem Plutarchus quoque commonstrabit. Pugnam inituri sunt Craterus

Digitized by Google

et Eumenes: ille σύνθημα dederat Ἀθηνᾶν et Ἀλέξανδρον, Eumenes autem Δήμητρα itemque Ἀλέξανδρον. Sic Demetrius c. 29. 1 σύνθημα dederat Δία et Νίκην. Hoc ipsum paene perdidit Pompeium c. 12. 2. Forte tempestas Romanorum ordines turbarat αὐτός τε Πομπήιος ἐκινδύνευσεν ἀγνοηθεὶς ἀποθανεῖν ἐρωτῶντι στρατιώτῃ τὸ σύνθημα βράδιον ἀποκρινάμενος. Simile quid traditur de imperatore Napoleonte.

Eum. 7. 7. Describitur certamen singulare inter Neoptolemum et Eumenem. Iam letali vulnere est sauciatus Neoptolemus, cui Eumenes parat arma detrahere; at ille ξίφος ἔχων ἔλαθεν ὑπὸ τὸν θώρακα τρώσας ἢ παρέψαυσε τοῦ βουβῶνος ἀποβάς. Postremum vocabulum corruptum; non autem sufficit quod Coraes correxit ὑποβάς vel Emperii περιβάς vel Madvigii ἀποσάς. Cogitavi equidem de ὑποφθάς. Cf. Pomp. 21. 2.

Eum. 7. 9. Invenit Eumenes Craterum ἐμπνέοντα καὶ συνιέντα. Supplebo: ἐμπνέοντα (ἔτι).

Eum. 14. 1. Macedones τὰς θύρας ἐθεράπευον δορύφορουμένων καὶ στρατηγιώντων. Intelligam: δωροφορούντων.

Agesil. 1. 4. Haud alienum videtur attendere ad id quod scribit Plutarchus, regios pueros Spartae non cum reliquis educatos fuisse. Severae erant Lycurgi leges, quibus omnes parere debebant: ταύτης ἀφίησιν ὁ νόμος τῆς ἀνάγκης τοὺς ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένους παῖδας. Sed Agesilaus non in spem regni educatus fuerat; una cum reliquis didicerat quid esset parere legibus indeque iam minus miramur postea quoque in omnibus eum obtemperavisse ephoris, etiam quum imperatorem victorem ex Asia revocarent. Polybius rem laudibus extulit: causam nunc videmus.

Ages. 5. 4. Agesilaus credebat τὴν ἀνθυπείκουσαν τῷ ἀνελέγκτῳ χάριν ἀργὴν καὶ ἀναγώνιστον οὖσαν οὐκ ὀρθῶς ὁμόνοιαν λέγεσθαι. Commendo: ἀνανταγώνιστον coll. Pomp. 47. 2 et Phoc. 14. 4. Non persuasit Wyttenbachius ad Moral. p. 25 B.

Digitized by Google

Ages. 6. 7: καταςέψας ἔλαφον ἐκέλευσεν ἀπάρξασθαι τὸν ἑαυτοῦ μάντιν, οὐχ ὥσπερ εἰώθει τοῦτο ποιεῖν ὁ ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν τεταγμένος. Quod in oculos incurrit, ὅσπερ legendum est. Xenophon brevius rem absolvit.

Ages. 6. 8: χαλεπῶς οὖν ἔχων ὁ Ἀγησίλαος ἀπέπλει. Rem aegre tulit itaque scribendum: χαλεπῶς οὖν ἐνεγκών.

Ages. 7. 5. Legimus quomodo Agesilaus homines tractarit qui Lysandrum sectabantur: περὶ τὰς κρίσεις οἷς ἐκεῖνος ἐπηρεάζοι, τούτους ἔδει πλέον ἔχοντας ἀπελθεῖν. Unciales literae lucem dabunt: scribe: τούτους εἶα πλέον ἔχοντας ἀπελθεῖν.

Ages. 7. 6. Contra Lysander παρεκάλει θεραπεύειν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς μᾶλλον αὐτοῦ δυναμένους. Itane recte pro μεῖζον δυν.? Cf. c. 8. 2.

Ages. 9. 6. Ostentabat Agesilaus nuda captivorum corpora, qui deposita veste astabant. Οὗτοι μέν, inquit, οἷς μάχεσθε, ταῦτα δὲ ὑπὲρ ὧν μάχεσθε. Bis praestare dixerim futurum μαχεῖσθε. Ceterum omisit Plutarchus quod ad rem pertinet, captivos fuisse τοὺς ὑπὸ τῶν λῃςῶν ἁλισκομένους βαρβάρους.

Ages. 13. 2. Accepto munere a Pharnabazi filio, Agesilaus ἐπεσκόπει τοὺς παρόντας εἴ τις ἔχοι τι τοιοῦτον οἷον ἀντιδοῦναι. Malo: περιεσκόπει. Probare institui *Mnem.* 1896 p. 359 Plutarchum deceptum fuisse vitiosa lectione in Xenophontis Hellenicis indeque eorum quae narrat non caput constare nec pedem. Res mihi admodum memorabilis visa est et nunc quoque videtur.

Ages. 14. 2. De hoc loco nec iuvat tacere neque habeo quod dicam. Dabit Plutarchus documenta ex quibus appareat quam fuerit Agesilaus modestus et frugalis. Ἐσκήνου μὲν γὰρ ἀποδημῶν καθ' αὑτὸν ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς, ἃ μὴ πολλοὶ καθορῶσιν ἄνθρωποι πράττοντας ἡμᾶς, τούτων τοὺς θεοὺς ποιούμενος ἐπόπτας καὶ μάρτυρας. Duo huius rei novi exempla. Alterum est quod tradidit Xenophon in Hellenicis IV. 5. 2: κατασκηνήσας ἐν τῷ

Digitized by Google

ἱερῷ αὐτός τε τῷ θεῷ ἔθυε καὶ περιέμενεν, ἕως οἱ Φυγάδες τῶν Κορινθίων ἐποίησαν τῷ Ποσειδῶνι τὴν θυσίαν καὶ τὸν ἀγῶνα. Alterum autem legitur Moral p. 865 F: Leonidas ἔτυχεν οὗ μηδὲ εἷς ἄλλος, ἐν τῷ ἱερῷ κατακοιμηθῆναι τοῦ Ἡρακλέους, de quo loco Cobetus egit in *Collectaneis* p. 536. Praeterea digna sunt quae conferantur Xen. Ages. 5. 6. Erat rex alienus a puerorum amoribus: Ἀγησίλαόν τι πράξαντα τοιοῦτον οὔτε ἰδὼν πώποτε οὐδεὶς ἀνήγγειλεν οὔτε εἰκάζων πιϛὰ ἂν ἔδοξεν λέγειν. Καὶ γὰρ εἰς οἰκίαν μὲν οὐδεμίαν ἰδίᾳ ἐν ἀποδημίᾳ κατήγετο, ἀεὶ δ' ἦν ἢ ἐν ἱερῷ, ἔνθα δὴ ἀδύνατον τὰ τοιαῦτα πράττειν, ἢ ἐν Φανερῷ, μάρτυρας τοὺς πάντων ὀΦθαλμοὺς τῆς σωΦροσύνης ποιούμενος. Habent tamen Plutarchi verba nescio quem Xenophonteum colorem. Eo pertinet verbum σκηνοῦν, quod significatione cibum capiendi praeterea invenitur apud neminem: est de eo usu doctissima Cobeti adnotatio *Mnem.* 1858 p. 314. Ille deinde Xenophon est, qui res turpiculas usitatis verbis prae verecundia non sustinet appellare, qua de re idem Cobetus dixit *Mnem.* 1857 p. 303. Quid autem illud erat quod reliqui propemodum omnes remotis arbitris faciunt, Agesilaum non pudebat facere praesentibus ipsis diis ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς; Coenabatne? At nemo libenter solus cibum capit saepeque πολλοὶ καθορῶσιν ἄνθρωποι τοῦτο πράττοντας ἡμᾶς. Eratne Veneri deditus? At flagitium est in aede et repugnat Xenophontis testimonium in Agesilao. Ventremne exonerabat? Turpe est quasi θεοὺς ἐπόπτας ποιεῖσθαι καὶ μάρτυρας, etiamsi τὰ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ ϛέγῃ δρῶμεν, Moral. p. 274 B. Lavabaturne? Exemplo erit Agesipolis quem, quum vidisset τὸ ἐν Ἀ Φύτει τοῦ Διονύσου ἱερόν, ἔρως ἔσχε τῶν τε σκιερῶν σκηνημάτων καὶ τῶν λουτρῶν καὶ ψυχρῶν ὑδάτων. At nihil attinebat hoc per ambages enunciare. Quid igitur latet? Ipse lucem dabit Plutarchus in Vita Ciceronis 36. 2, de quo in Cilicia ita legimus: ἡ δ' οἰκία θυρωρὸν οὐκ εἶχεν οὐδ' αὐτὸς ὤΦθη κατακείμενος ὑπ' οὐδενός, ἀλλ' ἕωθεν ἑϛὼς ἢ περιπατῶν πρὸ τοῦ δωματίου τοὺς ἀσπαζομένους ἐδεξιοῦτο. Nunc intelligimus quid Agesilaus in aedibus sacris solitus fuerit factitare: pernoctabatur et somnum capiebat. Sed quam fatuum est hoc appellare ποιεῖσθαι ἃ μὴ πολλοὶ καθορῶσιν ἄνθρωποι πράττοντας ἡμᾶς! Nec tamen solet Plutarchus tam insulse scribere et ni vana species me deludit, hunc flosculum decerpsit ex Xenophontis Agesilao; unde

Digitized by Google

sequitur nihil hodie nobis superesse praeter epitomen. Hanc suspicionem mox studebimus confirmare.

Ages. 19. 5. In regia domo fores erant vetustae admodum, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας ἃς ἐπέθηκεν Ἀρισόδημος. Lego: αὐτὰς ἐκείνας. Cf. Xen. Ages. 8. 7.

Ages. 19. 6: καὶ τὸ κάναθρόν φησιν ὁ Ξενοφῶν οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλλων. Hic quoque locus mire impeditus est. Scribit Xenophon in Agesilao 8. 7: ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου κατῆει εἰς Ἀμύκλας nihilque habet, in nostris utique codicibus, de filia, nam Casaubonus demum ad Athenaeum p. 260 inseruit: ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ. Omnia suadent ut credamus κάναθρον currum fuisse vel carpentum. Sed sequitur apud Plutarchum: κάναθρα δὲ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. Collato Hesychio v. κάναθρον· ἀσράβη ἢ ἅμαξα πλέγματα ἔχουσα, ἐφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν· ἔνιοι δὲ ἔχειν εἴδωλα ἐλάφων ἢ γρυπῶν, dixeris Plutarchi textum stulte interpolatum esse. Quantum mihi quidem iudicare datur, Plutarchus usurpavit Agesilai Xenophontei recensionem aliquanto pleniorem quam nos habemus qui contenti esse debemus epitome imperite confecta. Nec mihi persuadeo Ciceronem elegantiarum Atticarum intelligentissimum arbitrum tanto opere laudaturum fuisse exile opusculum, quod ad nostra usque tempora perduravit. Nuper Brunsius *das literarische Porträt* p. 126 Xenophontis Agesilaum laudibus extulit, ἀτὰρ οὐκ ἐγὼ ξύμψηφος. Simul Xenophonteum librum habemus neque habemus. Valckenaerii et Wyttenbachii sententias vide ad Moral. p. 31 C.

Ages. 28. 6: Κλεώνυμόν φασι — τρὶς ἐξαναςάντα καὶ μαχόμενον τοῖς Θηβαίοις ἀποθανεῖν. Dele coniunctionem καί.

Ages. 32. 3: πορευόμενον πρῶτον τῆς Φάλαγγος τὸν Ἐπαμεινώνδαν. Legam: πρὸ τῆς Φάλαγγος.

Ages. 40. 4. Cadaver Agesilai Spartani secum domum attulerunt κηρὸν ἐπιτήξαντες τῷ νεκρῷ. Malo: περιτήξαντες.

Digitized by Google

Pomp. 1. 1. Secundum certam analogiam dixerim Pompeium non Πομπήιον sed Πομπῆον appellandum esse. Ionibus et epicis poetis relinquenda erit Πομπηίου forma; eadem norma servanda in aliis, Πετρῆος, Ἀτῆος, sim.

Pomp. 10. 2: παραιτουμένων γὰρ αὐτοῦ τὸ βῆμα καὶ τὴν δικαιοδοσίαν ὡς νομίμῳ παλαιῷ Ῥωμαίων ἀπειρημένα. Commendo: νόμῳ τινὶ παλαιῷ.

Pomp. 21. 3. τῶν δι' εὔνοιαν τρεχόντων καὶ ΦιλοΦρονουμένων. Requiro: προστρεχόντων.

Pomp. 21. 4: τῷ δήμῳ προσνέμει μᾶλλον ἑαυτόν. Verum est προσνεμεῖ.

Pomp. 30. 3: Λευκούλλου μὲν ἀποσερουμένου τὴν δόξαν ὧν κατειργάσατο. Arridet: κατείργαστο.

Pomp. 31. 1. μετεπέμπετο τοὺς ὑπηκόους ὡς ἑαυτόν. Notandus hic locus est ne quis forte putet delendum esse supervacaneum ὡς ἑαυτόν. Idem additum reperies Xen. Anab. 1. 2. 26 itemque alibi id me legere memini.

Pomp. 31. 3. Notanda est forma μεμαοαμμένος, uti et T. Gracch. 21. 2 μεμιαγκώς, de quibus formis more suo, i. e. copiosissime, egit Contus ἐν τῇ Ἀθηνᾷ I p. 396.

Pomp. 46. 1: ὡς ὤνατο γ' ἂν ἐνταῦθα τοῦ βίου παυσάμενος. Necessarium est: ὃς ὤνατο γ' ἄν. Aliter autem Cobetus Collect. p. 591.

Pomp. 52. 2. Metuebat Pompeius ne Cato τὴν βουλὴν ἔχων ἅπασαν ἀποσπάσῃ καὶ μεταβάλῃ τοῦ δήμου τὸ ὑγιαῖνον. Nihil minus cogitabat Cato quam sanam partem populi μεταβαλεῖν· revocare studebat a pravo partium studio et scripsit Plutarchus, scribere certe debuit μετακαλῇ.

Pomp. 55. 1. Lepidum est videre quid iudicaverit Pompeius

Digitized by Google

de mulieribus eruditis. Erat filia Scipionis Metelli, quae nupserat P. Crasso et, postquam hic periit in expeditione patris adversus Parrhos, nupsit Pompeio. Non erat formosa mulier, sed *περὶ γράμματα καλῶς ἤσκητο καὶ περὶ λύραν καὶ γεωμετρίαν καὶ λόγων Φιλοσόφων εἴθιστο χρησίμως ἀκούειν*. Erat tamen ingenium *ἀηδίας καὶ περιεργίας καθαρόν*, nam eiusmodi vitia *νέαις προστρίβεται γυναιξὶ τὰ τοιαῦτα μαθήματα*. Memorabilis locus est, nam sequitur Plutarchi certe aetate minime raras fuisse mulieres tam diligenter institutas. Arrogantes erant et fastidiosae: quid mirum? Multis saeculis post demum ea labes depasci potuit. Sed Plutarchus multo clementius iudicat Moral. p. 145 C. Ceterum de hac Pompeii uxore apud Ciceronem nihil reperio.

Pomp. 57. 1: *νοσήσας ἐπισφαλῶς ἀνέρρωσεν*. Negat Cobetus in Collect. Crit. p. 592 *ἀναρρῶσαι* neutra significatione convalescendi posse usurpari ac proinde correxit: *ἐρράισεν*. Possit quis etiam cogitare de composito verbo *ἀνερραΐσεν*, quod Hesychius enotavit. Sed ante examinandae erunt Conti copiae *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* X p. 254 sqq. Praeterea lubet rogare cur tandem semper *ῥαῖσαι* scribatur. Scio quidem praecipere Hesychium verbum *τρισυλλάβως* efferendum esse; sed estne hoc tanti? Numquam occurrit apud poetas. Quis scribere ausus fuisset *ὠῤῥάζεσθαι* pro *ὠραΐζεσθαι*, nisi exstaret Eupolidis testimonium: *ὠῤῥαζομένη καὶ θρυπτομένη*. Analogiam in talibus semper et ubique servandam duco. Frustra invocantur librariorum testimonia, quum praesertim per tot saeculorum decursum *τὸ ἰῶτα* adscribi, non subscribi soleret. Hinc etiam Pomp. 46. 3 *ᾄξας* scribam, non *ἀΐξας*. Ceterum de sequioribus Graeculis nihil affirmo: *ἡ κοινὴ* tam multa Ionica recepit et facile fieri potuit ut postea redirent ad *ῥαῖσαι*, sed quantum novi, non vacillat usus eorum qui pure scribunt.

Pomp. 65. 2. Cepit Caesar ex Pompeianis unum, *Ἰούβιον* nomine. Hic operae pretium est videre quid Sintenisius adnotarit: „secundum Caes. B. Civ. I. 15, 23, 34, 38 dubitari non potest quin Vibullius Rufus significetur intellexitque hoc Xylander Muretusque suo *Οὐιβύλλιον*· eius tamen nomen quominus reponam cum alia me prohibent tum mira codicum quorundam Caesaris fluctuatio inter Iubellium, Iubulum et Iubilium, ex

Digitized by Google

quo iam in eo quo Plutarchus uteretur Caesaris exemplo, nomen corruptum fuisse suspicor". Quod si probabitur, iam vides Plutarchum non Graecos tantum sed etiam Latinos codices habuisse negligenter exaratos. Et nihil hoc mirum est.

Pomp. 66. 4. Nolebat Pompeius suos in Graecia destituere εὐθὺς ὑπὸ Καίσαρι γενησομένους. Aut fallor aut corrigendum est ἐπί. Exempla huius usus ubique prostant et in vicinia c. 76. 5 et 78. 1.

Pomp. 68. 3. Aliquid excidit. Exploratores Caesari nunciabant in hostium castris animadvertisse se θόρυβον ἀνδρῶν ἐπὶ μάχην ἐξιόντων. Suppleo: (ὡς) ἐπί.

Pomp. 69. 2. Quod videmus apud Phrynichum, qui Plutarcho haud ita multo iunior est, aequales ignorabant certum usum futurorum mediorum, quem tamen observare potuerant apud Athenienses, quibus perpetuum est dicere ἀκούω, ἀκούσομαι, ἤκουσα eodemque modo in compluribus aliis, quae supervacuum est enumerare. Etiam Plutarchus saepe erravit. Veluti ut ex multis unum afferam, Pomp. 69. 2 invenimus περιβλέψειν, contra Cat. Min. 37. 3 περιβλεψάμενος. Non culpandus foret si suo sibi proprio sermone ubique uteretur; hoc ei licebat eodem iure quo Athenienses Attice loquebantur et scribebant; sed indiligens et incuriosa imitatio vitium est. Veluti statim c. 71. 2 quam fatuum est in tam simplici dicendi genere, ubi omnia proprie notanda sunt, παπταίνειν appellare et οὐλαμούς.

Pomp. 73. 3. Nauclerus in somnio videre sibi visus fuerat Pompeium, οὐχ ὃν ἑόρακε πολλάκις, ἀλλὰ ταπεινόν. Lege: οὐχ οἷον.

Pomp. 73. 4. Conspecto Pompeio idem ille nauclerus ἐκέλευσε τοὺς ναύτας τὸ ἐφόλκιον παραβαλεῖν. Hoc quid sit, non habeo pro certo dicere, sed ausim sponsione certare non magis Breusingium de Rebus Nauticis p. 70 assecutum esse quid esset παραβάλλειν. Certe τὸ ἐφόλκιον nullo modo esse potest τὸ ποτάμιον πλοῖον, quo Pompeius profugus vehebatur. Sed hoc habet

Digitized by Google

Breusingius, cuius acumen ceteroquin magni facio: haud libenter fatetur ignorantiam. Equidem ante omnia comparabo Demetr. 17. 2: ἀγκύρας δ' ἀφεῖναι κελεύσας καὶ κατὰ ναῦν ἔχειν ἀτρέμα πάντας αὐτὸς ἐμβὰς εἰς τὸ ἐφόλκιον ἐξῆλθε μόνος, de quo loco vide quae Torrius habet p. 103.

Pomp. 74. 3: τὸν πενταχοσίαις ναυσὶ ταύτην παραπλεύσαντα τὴν θάλασσαν. Dicendum hoc utique fuit περιπλεύσαντα· sed etiam minus fero Alex. 73. 3: περιπλέων τὸν Εὐφράτην διέτριβεν· qui enim poterit quis fluvium circumnavigare? Expungendum censeo proprium Euphratis nomen.

Alex. 12. 2: ἐκέλευσεν ἐλευθέραν ἀπιέναι. Malo: ἀφιέναι.

Alex. 14. 3: ἡ δ' ὥσπερ ἐξηττημένη τῆς σπουδῆς εἶπεν. Non novi compositum ἐξηττᾶσθαι, sed in corrigendo mihi non satisfacio. Num forte ἐξισαμένη praestat? Alii videant.

Alex. 17. 3. Pamphylium mare Alexandro appropinquanti recessisse dicitur. Fabula Menandro iam nota fuit, cuius fragmentum Plutarchus exscripsit. Propter Schol. Vict. Hom. Iliad. N 29 dixeris Callisthenem fuisse qui primus rem evulgaverit. Flavius Iosephus Ant. II. 348 Alexandrum cum Mose componit et mare Pamphylium cum mari Rubro. Sed quod disertis verbis Plutarchus affirmat, nil tale Alexander ipse in Epistulis, quas eum legisse videmus. Cf. Pridicius de Epist. Alex. M. p. 100.

Alex. 19. 1: οὐδεὶς ἐθάρρει βοηθήσειν. Quam miror editores qui tam aperta vitia intacta relinquant, cum praesertim Reiskius et Coraes et alii de correctione eos iam admonuerint. Sed Sintenisius et Doehnerus centena eiusmodi fideliter dicam an superstitiose servarunt. Cobetus qui fervidus iuventa saepe in alios nimis etiam acerbe invehebatur, nescio quomodo Sintenisio ubique parcit.

Alex. 21. 3. Erat Darii uxor πολὺ πασῶν τῶν βασιλίδων εὐπρεπεστάτη, sed haec mediocris laus est. Si quidem formosissima fuit, dicenda erat ἐκπρεπεστάτη.

Digitized by Google

Alex. 24. 5: ἐγκαύσαντες δὲ πῦρ πολύ. Mirum est compositum ἐγκαύσαντες et correxeram ἐναύσαντες, sed Bryanus hoc iam vidit, quem nemo sequitur. Idem verbum me reddere memini Xenoph. Hellen. IV. 5. 4, de quo loco egi *Mnem.* 1896 p. 361. Vide praeterea Aristid. 20. 5 et Phoc. 37. 2 et Moral. p. 297 A.

Alex. 29. 3: πρὸς δὲ τὸν Δαρεῖον ἔγραψεν, ὡς οὐδενὸς ἀτυχήσει τῶν φιλανθρώπων ἐλθὼν πρὸς αὐτόν, εἰ δὲ μὴ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνον ἤδη πορεύεσθαι. Vides requiri πορεύσεσθαι. Ceterum ubique apparet Plutarchum non magnifique sentire de fontibus qui sibi in hac vita conscribenda paterent et nos quoque satis intelligimus illorum fontium magnam partem exigua fide fuisse dignam. Veluti postquam in extrema parte c. 30 Plutarchus anilem fabulam retulit ut ostenderet quanto opere ipse Darius Alexandri generosum animum admiratus sit, ipse satis clare indicat quam parum verisimiles tales historiolae sibi videantur esse. Ταῦτα μὲν, inquit, οὕτω γενέσθαι τε καὶ λεχθῆναί φασιν οἱ πλεῖστοι τῶν συγγραφέων. Nemo ita loquitur in rebus exploratae et indubitatae fidei.

Alex. 31. 2. Sermo fit de ludicro certamine, quod Plutarchus ex Eratosthene repetierat. Inceperant primum βώλοις ἀκροβολίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, dein pugnis atque ita porro pugnarant lapidibus et fustibus. Hic noli mirari primum glebis fuisse certatum: sic Cyrus quoque suos milites exercuit Xen. Cyrop. II. 3. 17, quem locum tractavi *Mnem.* 1893 p. 345. Itidem Dionem Cassium conferam fragmt. 100 p. 344 Boiss.: Cato Minor, inquit, ὀλίγου κατεχώσθη βληθεὶς ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐτεθνήκει γ' ἂν εἰ λίθων εὐπορήκεσαν· ἐπεὶ δὲ τὸ χωρίον ἐν ᾧ συνειλέχατο ἐγεωργεῖτο καὶ δίυγρον κατὰ τύχην ἦν, οὐδὲν ὑπὸ βώλων ἔπαθεν.

Alex. 34. 2: Phayllus Crotoniata ἰδιόστολον ἔχων ναῦν ἔπλευσεν εἰς Σαλαμῖνα τοῦ κινδύνου τι μεθέξων. Hic ille idem est Phayllus, de quo Herodotus VIII. 47, nec tamen tradidit eum ἰδιόστολον fuisse. Sed conferam Pausaniam X. 9. 2, ubi docemur eum ναῦν τε παρασκευάσασθαι οἰκείαν καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀναβιβάσαι. Alia vide apud Rutgersium S. Iul. Afric.

Digitized by Google

p. 156, qui tamen Rutgersius Plutarchei loci memor non fuit. Quot pedes saltarit Phayllus ἀνὴρ τρὶς Πυθιονίκης in vulgus notum est. Error est Schol. Arist. Acharn. 214 qui eum Ὀλυμπιονίκην fecit.

Alex. 35. 3: ἦν δέ τις Ἀθηνοφάνης Ἀθηναῖος τῶν περὶ ἄλειμμα καὶ λουτρὸν εἰωθότων τὸ σῶμα θεραπεύειν τοῦ βασιλέως καὶ τὴν διάνοιαν ἐμμελῶς ἀπάγειν ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον. Nimis hoc ridiculum est; fidenter corrigo εἰωθώς. Vides causam corruptelae; sed quam est mirum non intellexisse Graecos quum naphtham haberent, praeclarum se negligere mercimonium ad flammam alendam. Non attenderunt ad multiplicem usum τοῦ πετρελαίου· caecutire homines interdum diceres. Τῶν μὲν οὖν οὖν παρεκβάσεων, ut ait Plutarchus, ἂν μέτρον ἔχωσιν, ἧττον ἴσως οἱ δύσκολοι κατηγορήσουσιν.

Alex. 50. 2. Saepe fit ut incidamus in locos corruptos quidem, sed quorum sententia satis appareat. Hic autem vitium est eiusmodi ut ne suspicari quidem liceat quid tandem scriptor dixerit. Vocatur ab rege Clitus: ὁ δὲ θύων μὲν ἐτύγχανεν, ἀφεὶς δὲ τὴν θυσίαν ἐβάδιζε καὶ τρία τῶν κατεσπεισμένων προβάτων ἐπηκολούθησεν αὐτῷ. Magnus mihi erit Apollo qui dicere habebit quid hoc sit. Hoc unum video latere participium κατεσπευσμένος, quod vide Moral. p. 64 A et 522 D.

Alex. 55. 1: συνθέμενος προσκυνῆσαι. Lege: προσκυνήσειν.

Alex. 58. 1: οὐδὲν ᾤετο τοῖς θαρροῦσιν ἀνάλωτον οὐδ' ὀχυρὸν εἶναι τοῖς ἀτόλμοις. Moris est dicere: τοῖς παρατόλμοις, veluti Pomp. 32. 6.

Alex. 62. 2: ἱδρύσαντο δὲ (οἱ Μακεδόνες) βωμοὺς θεῶν οὓς μέχρι νῦν οἱ Πραισίων βασιλεῖς διαβαίνοντες σέβονται καὶ θύουσιν Ἑλληνικὰς θυσίας. Notabile est illud μέχρι νῦν. Saepe scribit Plutarchus adiisse se loca quorum in historia mentionem fecit, cognovisse se antiquos mores qui ab remotis temporibus usque ad Imperatorem Traianum perdurarunt, spectavisse se vetera

Digitized by Google

monumenta, quae historiae testimonium confirmant, verbo multarum rerum testem se fuisse oculatum. Centum ferme loci sunt, quorum alios negligere possumus, alii haud iniucundam cognitionem habent. Verbi causa nihil refert enotare quod legitur Lysandr. 17. 5 etiam Plutarchi tempore in usu mansisse drachmarum et obolorum nomina, vel Aristid. 19. 10 etiam tum, sub imperio Romano, in oppidulis Graecorum discrepuisse mensium initia. Facile credimus, Coriol. 11. 5, retinuisse Romanos usum nominum Proculi, Postumi et Vopisci, et in vulgus notum est, quod invenimus Pomp. 24. 3, Mithrae mysteria repeti a praedonibus quos Pompeius devicit ac proinde ab illo tempore Mithram per totum imperium Romanum coli et celebrari coeptum esse. Alia sunt quae nunc me maxime advertunt.

Omnium optime, uti aequum est, Plutarchus novit ac diligit patriam suam Chaeroneam, parvum oppidulum, quod tamen ipsi regali Romae anteponit suaeque senectutis sedem esse voluit. Chaeron architectus quo salubrius habitaretur, ab occidente ad orientem solem converterat, Moral. p. 515 B. Iuxta urbem flumen erat Thermodon, ad cuius ripas Amazones aliquando devictae sunt, sed mutato nomine hodie Haemon dicitur, Thes. 27. 15. Memorabilis erat *σηκὸς τῆς Λευκοθέας*, quem nec servo nec servae neque Aetolo neque Aetolae intrare fas erat, Moral. p. 267 D. In vicinia monstrabatur *παλαιὰ παρὰ τὸν Κηφισὸν Ἀλεξάνδρου καλουμένη δρῦς, πρὸς ἣν τότε*, scil. in pugna adversus Thebanos, *κατεσκήνωσε καὶ τὸ πολυάνδριον οὐ πόρρω τῶν Μακεδόνων ἐστίν*, Alex. 9. 2. Sed imprimis servarant homines Syllae memoriam. Prope urbem, *πρὸς τοῖς λεγομένοις Ἀσσίοις*, locus erat ubi Sulla castra posuerat adversus Archelaum, qui locus Archelai nomen retinuerat, Sull. 17. 5. Ibidem erat montis cacumen, Ὀρθόπαγος dicitus, Sull. 17. 7, nec multum distabant bina Romanorum de Archelao tropaea, Sull. 19. 10 cf. Moral. p. 318 D. Cruenta pugna fuerat idque aequales etiam tum poterant existimare. *Καὶ κατέπλησαν ἀποθνήσκοντες αἵματος τὰ ἕλη καὶ νεκρῶν τὴν λίμνην, ὥστε μέχρι νῦν πολλὰ βαρβαρικὰ τόξα καὶ κράνη καὶ θωράκων σπάσματα σιδηρῶν καὶ μαχαίρας ἐμβεβαπτισμένας τοῖς τέλμασιν εὑρίσκεσθαι, σχεδὸν ἐτῶν διακοσίων ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης διαγεγονότων.*

Sed totam Boeotiam Plutarchus curiose exploravit. Veluti

Digitized by Google

venit Eleona, cf. Moral. p. 301 B; Orchomenum, cf. Moral. p. 299 F; Tanagram, cf. Moral. p. 608 A; Plataeas denique, ubi etiamtum dies quotannis celebrabatur, quo die adversus Persas pugnatum fuit, Aristid. 19. 9. Erat praeterea in urbe antiquum fanum Minervae, in quo praeter vetustum signum visebantur quoque tabulae pictae, quae per tot saecula incorruptae et integrae servabantur, Aristid. 20. 4. Deinde duobus fere mensibus post, inferiae allatae fuerunt, quam solemnitatem Plutarchus copiose describit, Aristid. 21. 3, nec tam accurate descripsisset, nisi suis ipse rem oculis usurpavisset. Cf. Moral. p. 872 F.

Itidem, Agesil. 19. 2, tropaea vidit quae de Tolmida Atheniensium duce Boeoti posuerunt. Prope Haliartum locum spectavit, ubi Lysander cecidit, flumen Ὀπλίτην et collem Ὀρχαλίδην, qui postea mutato nomine Ἀλώπεκος dictus est, Lysandr. 29. 8—11. Denique pugna Pelopidae apud Tegyras examinatur et situs locorum accurate describitur Pelop. 16. 5. Quid moris fuerit apud Boeotos in nuptiis celebrandis legimus Moral. p. 271 D.

Venit Plutarchus Delphos viditque statuam Philopoemenis, Philop. 2. 1 et 10. 10, uti et Lysandri, Lys. 1. 1, cuius praeterea monumentum conspiciebatur apud Panopaeos, Lysandr. 29. 4. Quid praeterea Delphis spectaverit vide Moral. p. 293 C, 293 E, et 386 A. Quum autem pleraeque urbes paucitate incolarum laborarent, Tithora erat urbs, quae nuper magnum ceperat incrementum, Sull. 15. 5. Etiamtunc Hyampolitani Ἐλαφηβόλια religiose celebrabant, cf. Moral. p. 244 B, 1099 F et 660 D.

Septentrionem versus profectus vidit in Thessalia iuxta Scotussaeam et Cynocephalas Amazonum sepulcra, Thes. 27. 16. Chalcide monumentum erat Flaminini et ad illam usque aetatem ei homini divini habebantur honores, Flamin. 1. 1 et 16. 4. Stagiris in patria Aristotelis monstrabatur Νυμφαῖον, ὅπου μέχρι νῦν Ἀριστοτέλους ἕδρας τε λιθίνας καὶ ὑποσκίους περιπάτους δεικνύουσιν, Alex. 7. 2. Erat autem ad Aegos flumen, Lysandr. 12. 2, memorabilis et ingens lapis, qui de caelo cecidisse putabatur.

Venit Athenas. Peregrinantes urbem intrabant sive per πύλας quae tunc Πειραϊκαί dicebantur, sive per Θριασίας, quibus iam Δίπυλον nomen erat, quod nomen ad nostra tempora propagatum

Digitized by Google

est, Thes. 27. 8, Pericl. 30. 3. Veteris moris tenaces cives multa antiqua servarant; celebrabantur τὰ μετοίκια, celebrabantur τὰ βενδρόμια. Thes. 24. 5 et 27. 8. De aliis diebus festis egit Moral. p. 349 F et 862 A. Sed quod pluris erat, quemadmodum olim sic nunc quoque pauperum cura Atheniensibus cordi erat: ἧς φιλανθρωπίας καὶ χρηστότητος ἔτι πολλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ἡ πόλις ἐκφέρουσα δείγματα θαυμάζεται καὶ ζηλοῦται δικαίως, Arist. 27. 9.

In arce erat Niciae donum, τό τε Παλλάδιον τὴν χρύσωσιν ἀποβεβληκὸς καὶ ὁ τοῖς χορηγικοῖς τρίποσιν ἀποκείμενος ἐν Διονύσου νεώς, quod quale sit vix intelligo, Nic. 3. 2 coll. Aristid. 1. 3. Erant Phidiae opera quae mira novitatis gratia sectatores alliciebant, Pericl. 13. 3, inter quae conspicua erat erat imago ipsius Periclis, Pericl. 31. 6. Cimonis erat monumentum ἐν τοῖς Κιμωνείοις, Cim. 4. 3. In ipsa urbe erat monumentum Thesei περὶ τὸ νῦν γυμνάσιον, Thes. 36. 6; indicabatur locus ubi Themistocles habitarat cum ipsius imagine in aede Aristobules, Them. 22. 2. Erat τὸ μνημεῖον Ἰνδοῦ qui voluntaria morte perierat, Alex. 69. 3. Erat domus Phocionis, Phoc. 18. 2, deinde μελετητήριον in quo declamitarat Demosthenes, Dem. 7. 2. Denique supererant fragmenta lignearum tabularum, quibus Solon suas leges inscripserat, Solon. 25. 1.

Extra urbem Plutarchus vidit sepulcra heroum qui bello Thebano ceciderant, Thes. 29. 11, Ἀρατήριον quod erat Γαργηττοῖ Thes. 35. 5, Κυνὸς σῆμα Salamine Them. 10. 9, tropaea in insula Psyttalea Aristid. 9. 4, sepulcrum Aristidis Φαληροῖ, Aristid. 27. 1 et monumentum Pythonices quod Harpalus exstruendum curarat, Phoc. 22. 1.

Venit Plutarchus in Peloponnesum ibique, ut coniicio, Isthmica et Nemea spectavit: eo ducere videntur verba quae reperies Timol. 26. 3: ἔτι γὰρ τότε τῶν Ἰσθμίων, ὥσπερ νῦν τῶν Νεμείων, τὸ σέλινον ἦν στέφανος, οὐ πάλαι δὲ ἡ πίτυς γέγονεν uti et Moral. p. 675 D. Deinde se Sicyonem contulit ibique cognovit non intermortuam esse memoriam Arati, sed quaedam etiam quotannis in eius honorem fieri, αἱ δὲ πλεῖσαι τῶν τιμῶν ὑπὸ χρόνου καὶ πραγμάτων ἄλλων ἐκλελοίπασιν. Ex posteris quoque Arati supererant qui nomen et genus ab celeberrimo duce derivabant, Arat. 26. 2, 53. 3 et 54. 3. Mantinea nomen mutarat dicebaturque Antigonea, Arat. 45. 5. Sed Sparta plura habebat quae Plutarchum

Digitized by Google

detinebant. Seri nepotes non immemores erant Agesilai, sed eius hastam sedulo asservabant, Ages. 29. 8. Anticrati qui letali vulnere percusserat Epaminondam insignes habiti fuerant honores et ad illum usque diem ex posteris eius Callicrates quidam certis privilegiis fruebatur, Ages. 35. 1. Quaesivit etiam ubi essent Βαβύκα καὶ Κνακίων, sed mutato nomine locus nunc dicebatur Οἰνοῦς, Lycurg. 6. 4. Interfuit quoque quum festo die adulescentes ludos edebant. Non degenerarant a virtute maiorum. Καὶ τοῦτο μέν, inquit, οὐδὲ ἐπὶ τῶν νῦν ἐφήβων ἄπιστόν ἐστιν, ὧν πολλάκις ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας ἑωράκαμεν ἐναποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς, Lycurg. 18. 2.

Itidem Plutarchus aliquamdiu Romae commoratus est; sed quae de urbe narrat de iisque quae ipse suis oculis observare potuit, admodum exigui momenti sunt, credo quum non nisi mediocriter peritus esset Latinae linguae. Enumerabo omnes locos sed quam potero brevissime, nam vix quidquam novi simul et veri in hisce omnibus reperies. Itaque legimus Rom. 8. 13 unde manipularii dicti sint; Rom. 9. 7 Ῥεμώνιον nunc Ῥιγνάριον appellari; Rom. 11. 2 Mundum esse, ubi tunc esset comitium; Rom. 15. 4 etiamtunc Ταλάσιον accini fuisse solitum; Rom. 15. 11 sponsam limen non transgredi sed sublatam transportari; Rom. 18. 1 manere nomen rupis Tarpeiae; Rom. 18. 14 vidisse Plutarchum templum Iovis Statoris, Regiam et Aedem Vestae; Rom. 21. 9 nondum intermissa fuisse Lupercalia; Rom. 24. 4 urbem quotannis lustrari ad portam Ferentinam; Rom. 25. 1 unde dicti sint Sardi venates, quem locum describam: καὶ νῦν ἔτι θύοντες ἐπινίκια γέροντα μὲν ἄγουσι δι' ἀγορᾶς εἰς Καπετώλιον ἐν περιπορΦύρῳ βούλλαν αὐτῷ παιδικὴν ἄψαντες· κηρύττει δ' ὁ κήρυξ Σαρδιανοὺς ὠνίους, qua explicatione non multum proficimus.

Pergam excerpere reliqua. Rom. 27. 7 legimus de festo die quem agunt Nonis Iuliis; Num. 14. 2 ubi domus regia Numae fuerit; Num. 14. 4 quid significet in re divina peragenda *Hoc age*; Num. 16. 1 de dea quam Fidem sive Πίστιν appellat, nam Dium Fidium, credo, perpetuo ignoravit; Public. 9. 7 de manumissione per vindictam; Public. 10. 7 cur magistratus prodeant cum fascibus sine securibus; Public. 12. 3 de aerario in Aede Saturni; Comp. Sol. et Public. 1. 3 de nobilissimis familiis

Digitized by Google

quae genus ducebant a Valerio Publicola; Camill. 19. 2 de die Alliensi; Camill. 20. 9 unde Doliolis nomen venerit; Fab. Max. 1. 2 Fabios dictos esse a fodiendo, quod egregie stultum est; Marcell. 8. 8 Iovem Feretrium a feriendo nomen habere; Flamin. 1. 1 Plutarchum Romae vidisse vidisse Flaminini statuam; Lucull. 39. 2 item splendidos hortos Lucullianos; deinde Cic. 13. 2 ad illum diem usque legem Rosciam in theatro accurate observatam fuisse. Haec sunt de quibus ita scribit ut appareat Plutarchum rem oculis suis usurpavisse, sed mihi dabis eum nostrae exspectationi minime satisfacere: quanto plura scitu digna de tali argumento in libros suos conferre potuisset, nisi etiam Romae vacasset Graecis studiis. Solum restat Marcell. 3. 4, de quo loco supra dixi. Non pluris sunt loci in Moralibus quos raptim indicare satis habeo: p. 244 A, 270 C, 270 D, 275 C, 277 C, 278 B, 280 C, 280 D, 287 A, 325 D, 479 E et 522 E.

Pauca addenda sunt. Ravennae vidit statuam Marii. Venit etiam Brixellum, Oth. 18. 1, ubi erat statua Othonis: εἶδον δ' ἐν Βριξέλλῳ γενόμενος καὶ μνῆμα μέτριον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν· Δηλώσει Μάρκου Ὄθωνος. Fortasse Mediolani vidit statuam Bruti, Comp. Dion. et Brut. 5. 1. Vide quoque Moral. p. 676 B. Hinc non longum iter erat Massiliam et facile potuit pervenire ad ostium Rhodani: videtur certe cognovisse fossam Marianam, Mar. 15. 4.

Aliunde novimus Plutarchum in Africam fuisse profectum et vidisse Alexandriam, cf. Moral. p. 380 B, 678 C et 729 A; sed haud satis scio an Uticam quoque pervenerit. Erat ibi statua Catonis Minoris, Cat. Min. 71. 2, sed non disertis verbis indicat se eam statuam umquam vidisse. Itidem in insula Creta aliquamdiu commoratus est, p. 417 E et in Asiam profectus Tenedum vidit, p. 297 F et Ilienses ei commonstraverunt vetustam inscriptionem de nescio qua divina ope, quam praestitisset Minerva, Lucull. 10. 4; item cognovit Miletum, p. 254 B, et florentissimam urbem Ephesum, Lysandr. 3. 2. Magnesiae habitabat Plutarchi commilito Themistocles qui genus ducebat ab ipso Neoclis filio; sed non constat eum umquam ad amicum devertisse. Denique Alex. 62. 2, a quo loco hanc enumerationem exorsi sumus, ex illo μέχρι νῦν minime tamen sequi dixeris Chaeronensem philosophum penetrasse usque ad Gangem. Nec

Digitized by Google

magis affirmare ausim eum in Thraciam fuisse profectum propter Moral. 557 D vel Persas adiisse propter p. 821 F.

Alex. 66. 3. Mentio fit *ἀνθρώπων κακοβίων ὀλίγα καὶ ἀγεννῆ πρόβατα κεκτημένων, ἃ τοὺς θαλαττίους ἰχθύας εἰθισμένα προσφέρεσθαι, σάρκα μοχθηρὰν εἶχε καὶ δυσώδη.* Portentum hoc esse dixeris vel fabulosum commentum; sed nuper cum admiratione ac paene incredulus audivi esse ad hunc quoque diem in Frisia oves quae pisciculos appetant. Adeo non semper debemus *μεμνῆσθαι ἀπιστεῖν.*

Alex. 68. 2: *τοῖς σατράπαις ὕβριν ἐποίησε.* Immo: *ἐνεποίησε.*

Alex. 69. 1: *ἀπέδωκε τὸ νόμισμα ταῖς γυναιξίν.* Malo: *τὸ νενομισμένον.*

Alex. 71. 3. Eugenius Pridicius nuper quaesivit de Alexandri Magni Epistularum commercio et suscepit ostendere quasdam spurias epistulas circumferri, genuinas autem esse longe plures. Fieri potest, sed Pridicius tamen complures genuinas esse asseveravit, de quarum fide plurimum ambigo. Veluti eo loco quem supra indicavi dimittit rex veteranos milites in Europam magnifice donatos simulque scribit ad Antipatrum *ὅπως ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσι καὶ τοῖς θεάτροις προεδρίαν ἔχοντες ἐσεφανωμένοι καθέζοιντο.* Gravius fuit ac longe maioris momenti quod scribere rex debuit de militibus quos indignabundos et clamitantes vix placaverat, etiamsi fieri sane possit ut etiam de loco in theatro aliquid addiderit. Sed quam libenter plura audiremus de stipendiis defunctorum militum liberis decretis: *τῶν δὲ τεθνηκότων,* uti audimus, *τοὺς παῖδας ὀρφανοὺς ὄντας ἐμμίσθους ἐποίησεν.* Ceterum multo plura de illo tumultu Arrianus habet, quem cum fructu conferes. Certo certius genuina est Alexandri epistula quae laudatur Moral. p. 341 C.

Alex. 73. 1: *ἀφίκετο γὰρ αὖθις.* Placet: *ἀφῖκτο.*

Digitized by Google

Alex. 73. 1: ὁρᾷ κόρακας πολλοὺς διαφερομένους καὶ τύπτοντας ἀλλήλους. Proprium verbum est τίλλοντας.

Caes. 3. 1. Venit Caesar ad Apollonium οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο. Immo: ἠκρόατο.

Caes. 4. 4. Nota sunt Ciceronis verba de Caesare: Ἀλλ' ὅταν, ἔφη, τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιττῶς ἴδω κἀκεῖνον ἐνὶ δακτύλῳ κνώμενον, οὔ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἄνθρωπος εἰς νοῦν ἂν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτον κακόν. Non διακειμένην hic probo, sed διακεκριμένην, quod in ea re proprium verbum est, cf. Lyc. 22. 1 et Rom. 15. 12. Sed praeterea insiticium iudico quod in fine adhaeret: ἀναίρεσιν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, nam nihil opus erat interpretari quid esset τηλικοῦτον κακόν. Ceterum quod ad ipsam rem pertinet, cf. Pomp. 48. 7, ubi Clodius idem convicium in Pompeium iacit. Plura vide apud Wyttenbachium ad Plut. Moral. p. 89 E.

Caes. 5. 1. Quo tempore Caesar Marii imagines protulit, populus eum plausu excepit ὥσπερ ἐξ ᾅδου διὰ χρόνων πολλῶν ἀνάγοντα τὰς Μαρίου τιμὰς εἰς τὴν πόλιν. Numquam detruduntur imagines ad inferos et melius dictum fuerit: ἐξ ἀδύτου.

Caes. 6. 1. Etiam in Capitolio constituit Marii imagines viditque populus μαρμαίροντα πάντα χρυσῷ καὶ τέχνῃ κατεσκευασμένα περιττῶς· διεδήλου δὲ γράμμασι τὰ Κιμβρικὰ κατορθώματα. Illud γράμμασι sic nude positum mihi absonum videtur; quid enim opus est dicere inscriptionem literis consignatam fuisse? Inseram: διεδήλου δὲ (χρυσοῖς) γράμμασι.

Caec. 6. 2, Vulgo dictitabant homines ὡς ἀντὶ πάντων ἄξιος εἴη ὁ ἀνὴρ τῆς Μαρίου συγγενείας. Dicendum hoc est (εἶς) ἀντὶ πάντων· vide modo Artax. 23. 1 et Moral. p. 147 D.

Caes. 7. 1: ὁ δὲ καὶ πλείω προσδανεισάμενος ἔφη διαγωνιεῖσθαι. Necessarium est προδανεισάμενος. Iam antea Caesar plus in petitione impenderat quam nunc fuit ab Catulo oblatum ut desisteret et φανερὰ ἡ ζημία futura erat.

Digitized by Google

Caes. 13. 2: *ὑποδύεται πολίτευμά τι ὑπάντας ἀνθρώπους ἐξαπατῆσαν πλὴν Κάτωνος.* Requiro: *ἐξαπατῆσον.*

Caes. 15. 1: *πραγμάτων καινῶν ὁδόν.* Malim *καινὴν* appellare.

Caes. 17. 5: *τοῦ δειπνίζοντος αὐτὸν ἐν Μεδιολάνῳ ξένου παραθέντος ἀσπάραγον καὶ μύρον ἀντ' ἐλαίου καταχέαντος, αὐτὸς μὲν ἀφελῶς ἔφαγε, τοῖς δὲ Φίλοις δυσχεραίνουσιν ἐπέπληξεν.* Verum *μύρου* usus inter luxuriae instrumenta est, cf. Cat. Min. 4. 3: *μύρον δ' ἐκείνου λαμβάνοντος αὐτὸς παρῃτεῖτο καὶ τἆλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν ἦν ἀκριβὴς καὶ σύντονος.* Phocionis ad Demadem verba sunt c. 20. 2: *πάνυ γοῦν, ἔφη, πρέψειεν ἄν σοι μύρου τοσοῦτον ὄζοντι καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι συμβουλεύειν Ἀθηναίοις.* Idem ostendent Alex. 20. 5; 40. 1; Brut. 48. 1; Artax. 22. 1 et Galb. 19. 3. *Μύρον* unguentum est nimisque pretiosum; hinc Strattis:

παραινέσαι δὲ σΦῶν τι βούλομαι σοΦόν·
ὅταν Φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Nec minus notum est Archilochi illud:

οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείΦετο.

Μύρον odoriferum est: habemus v. c. *ῥόδινον* Brut. 48. 1; hinc de matula Sophocles: *κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον*, ut liquido appareat hospitem Mediolanensem non hoc pretioso unguento condivisse asparagos. Quid igitur latet? *Γάρον* opinor. Apud Alciphronem I 18 est aliquis *τὸν χρηστὸν καὶ ἡδὺν γάρον ἕψων ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων.* Si quaeris quid hoc sit condimenti genus, respondebit Stephanus: „Est garum liquamen sive sanies piscium sale conditorum et maceratorum: primum e garo pisce fieri solitum, unde et nomen habet; deinde e scombro, intestinis eorum ceterisque quae abiicienda essent, sale maceratis: postremo vero ex inutili quodam pisciculo minimoque coepit confici, et e qualibet etiam materia diversis modis praeparari." De graveolentia Martialis satisfaciet VII. 94:

Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat:
Nunc postquam olfecit Papilus, ecce garum est.

Quomodo nostro sermone dicam non habeo: Malaice nisi fallor *trâsie* est, indigenis acceptissimum sed Apiciorum naribus ingratum. Praeterea cf. *Mnem.* 1880 p. 110.

Digitized by Google

Caes. 19. 4. Ariovistus ἐθαύμαζε τὴν Καίσαρος τόλμαν καὶ τὸν στρατὸν ἑώρα τεταραγμένον. Emendo: ὡς τὸν στρατὸν ἑώρα τεταγμένον.

Caes. 28. 2. Supplendum: τὴν πόλιν ὥσπερ ἀκυβέρνητον ὑποφερομένην (ναῦν) ἀπολιπόντες.

Caes. 33. 2. Ecce exemplum nominativi cum infinitivo. Est sententia paulo longior, sed omissis iis quae non faciunt ad nostrum propositum, legimus: Φαώνιος δ' αὐτὸν ἐκέλευε τῷ ποδὶ κτυπεῖν τὴν γῆν· αὐτὸς γὰρ ὅταν ἐπίῃ κρούσας τὸ ἕδαφος τῷ ποδὶ στρατευμάτων ἐμπλήσειν τὴν Ἰταλίαν. Similes locos aliquammultos ex Flavio Iosepho excitavi *Mnem.* 1885 p. 392. Hoc Graeci habent: dummodo perspicue scribant liberiorem structuram non reformidant. Ceterum, quod supra iam notavimus, saepissime Plutarchus contra quam pure loquentibus consuetum est dicere, cum infinitivo pro nominativo iungit accusativum.

Caes. 34. 2: Λαβιηνὸς ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις Καίσαρος. ex libris quibusdam Sintenisius edidit, neque intellexit quantum praestaret quod olim legebatur: φίλος.

Caes. 38. 2: μεταβαλεῖν ἐκέλευσε τοὺς ναύτας ὡς ἀποστρέψων τὸν πλοῦν. Quod est μεταβαλεῖν? Dixerim in navigatione verbum proprio ac technico sensu usurpatum; sequitur certe post pauca: συνεχώρησε μάλ' ἄκων τῷ κυβερνήτῃ μεταβαλεῖν. Est plane: cursum convertere: hinc requiro: ὡς ἀποστρέψων τὸ πλοῖον, non τὸν πλοῦν estque notabile illud τὸ πλοῖον revera inveniri apud Zonaram, qui Plutarcho usus est.

Caes. 41. 2. Ἀφράνιος δὲ .... ἠρώτα. Haec recte intelligi non poterunt nisi conferas Pomp. 67. 4. Utrobique Plutarchus sequitur fontes eosdem, sed in vita Pompeii memoravit nomen Domitii Ahenobarbi, quem reticuit in Vita Caesaris. Hic negligenter Plutarchus versatus est in excerpendo, quod luculenter patebit, si ambos locos contuleris.

Digitized by Google

Caes. 46. 1. Caesaris verba sunt: Τοῦτ' ἐβουλήθησαν, εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην. Ex Asinio Pollione similiter tradit Suetonius Caes. 30: „Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem." Rectissime vidit Casaubonus interpolata esse verba: εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο et assensus est Thorbeckius ad Asin. Poll. p. 112. Praeterea restat aliquid offensionis in coniunctione ἵνα, quam libenter ex textu eliminabo, sed ipsa Plutarchi verba vix ausim praestare. Sed addit Plutarchus: Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαϊστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρόν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι. Quum plane constet Asinium Pollionem Latine scripsisse, quaesiverunt viri docti quid hoc esset Caesaris verba a Pollione in Graecum sermonem fuisse conversa; sed misso Madvigio quem nunc certe non sequar Advers. I p. 601, equidem potissimum probo Iudeichii opinionem, qui in libro de Caesare in Oriente p. 36 contendit Plutarchum adhibuisse Graecum scriptorem qui usus esset Caesare, Asinio et Livio. Plutarchus, uti haud sine specie coniicio, libentius Graeca volumina evolvebat quam Latina. Asinium quoque Graece legere maluit; interpres autem necessario addere debuit Latina Caesaris verba a se facta esse Graeca. Deinde Plutarchus aut non recordatus est aut fortasse ignoravit non ipsum se legere Asinium, sed Graecum interpretem et addidit Caesaris verba Latine prolata fuisse, sed in Graecum sermonem fuisse conversa ab Asinio; quod absurdum est credere. Huius rei sunt alia quoque aliquammulta indicia. Veluti Caes. 66. 2 = Brut. 17. 3, ἅμα δέ πως ἐξεφώνησαν ὁ μὲν πληγεὶς Ῥωμαϊστί· Μιαρώτατε Κάσκα τί ποιεῖς· ὁ δὲ πλήξας Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν ἀδελφόν· Ἀδελφέ, βοήθει. Vix ita scripsisset Plutarchus, nisi Graecum ducem secutus esset. Itidem Pomp. 60. 2: Ἑλληνιστὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἐκβοήσας Ἀνερρίφθω κύβος διεβίβαζε τὸν στρατόν. Brut. 40. 1, Cassius ὥσπερ εἰώθει φιλοφρονούμενος, cum Messalla collocutus est Ἑλληνικῇ φωνῇ. Denique Brutus, c. 52. 2, τὸν Βολούμνιον Ἑλληνιστὶ τῶν λόγων καὶ τῆς ἀσκήσεως ὑπεμίμνησκε. Intelligebat Plutarchus Latine sic satis ad quotidianum usum, sed interior notitia deerat. Sic multi sunt in

Digitized by Google

Hollandia Franci qui post multos annos Hollandice quadamtenus fabulantur, sed nostras literas non attingunt.

Caes. 54. 3. De Ciceronis Catone et Caesaris Anticatone ita legimus: καὶ σπουδασὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. Hic etiamsi cum uno codice legas: διὰ Καίσαρα καὶ Κικέρωνα, vix tamen crediderim duobus saeculis post fuisse multos qui illos libellos expeterent. Arridet: εἶχε.

Caes. 63. 1: ἔοικεν οὐχ οὕτως ἀπροσδόκητον ὡς ἀφύλακτον τὸ πεπρωμένον. Facilius intelligam: ἄφυκτον.

Caes. 63. 1: Στράβων δὲ ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους διαπύρους ἐπιφερομένους φανῆναι. Miror; in aere, credo, conspexerunt faces ardentes, h. e. δαλοὺς διαπύρους.

Caes. 66. 2: Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα πληγὴν οὐ θανατηφόρον οὐδὲ βαρεῖαν. Uniuscuiusque est βαθεῖαν reponere, quum praesertim ipse Plutarchus scribat Brut. 17. 2: Κάσκας δὲ πρῶτος ἀναστάσας τὸ ξίφος διελαύνει οὐκ εἰς βάθος παρὰ τὸν ὦμον. Bryanus hanc correctionem iam suaserat, sed Sintenisius ei non obsecutus est.

Caes. 67. 2. Caede perpetrata Brutus et Cassius ascendunt in arcem παρακαλοῦντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τὸ πλῆθος καὶ προσδεχόμενοι τοὺς ἀρίστους τῶν ἐντυγχανόντων. Qui fuerunt illi ἄριστοι? Unde agniti? Non assequor. Contuli autem Appian. B. C. II p. 120: οὕτω δ' ἔχοντες ἐς τὸ Καπετώλιον σὺν τοῖς μονομάχοις ἀνέθορον et emicuit vera lectio: τοὺς εὐρώστους τῶν ἐντυγχανόντων. Adiectivum εὔρωστος crebro legitur: Coriol. 3, Timol. 20, Pyrrh. 26, Crass. 6, Sertor. 13. 21, Eum. 7, Pomp. 7.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

AD ARISTOPHANIS AVES VS. 354 SQQ.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

In solemni conventu archaeologorum germanorum Winckelmanni memoriae consecrato nuper [1]) v. cl. A. Trendelenburg disputavit de significatione vocis μηνίσκου. Qui postquam opinionem suam argumentis tam e statuis quam e libris petitis stabilire conatus est, huic fundamento superstruxit novam interpretationem Avium loci supra indicati. Sed vereor ut comici sententiam assecutus sit.

Initium fecit a loco notissimo Horatii in Satiris (I 8, 3-7), ubi Priapus:

„Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa vetatque novis considere in hortis."

Illic quid esset „in vertice arundo fixa" multi quaesiverunt. Sed hodie editores ad unum fere omnes explicant: „coronam calamorum, quorum motu et murmure aves abiguntur."

His igitur oblocutus Trendelenburg observat statuas his annis marmoreas in Acropoli esse repertas, quae in capite gerant apicem aheneum; talem et Priapum tulisse apicem, sed ligneum.

At recordamur comici versuum in Avibus (1114 sqq.):

ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους Φορεῖν,
ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' ἔχῃ,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεσθ' ἡμῖν, πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

„Veteres igitur" — dixerit quispiam — „imponebant huic apici tegumen rotundum, quo statuas ab avium stercore tutarentur."

1) Iuspice Wochenschrift für Klass Phil. 1899 N°. 5.

Digitized by Google

Iterum obloquitur v. cl.; allatis autem verbis Cleomedis (Περὶ μετεώρων p. 514 ed. Bas.): „ἡ σελήνη ὅταν ᾖ σιγματοειδὴς τῷ σχήματι, μὴν καλεῖται" [1]), contendit tegumina *rotunda* numquam statuis fuisse imposita, apices illos aut *nihil* aut *lunulas cornibus acutis* gessisse, satis autem *sine lunula* valuisse ad aviculas arcendas, utpote qui *in ipso statuae vertice sede omnium commodissima* positi essent.

Liceat mihi afferre verba v. d. E. Petersen, qui (Mittheil. Arch. Inst. XIV p. 235) ita hac de re disputavit: „Wie man *im Freien* aufgestellte Standbilder durch Metallscheiben, μηνίσκοι, über ihrem Kopfe dagegen sicherte dass Vögel sich darauf setzten und sie beschmutzten, das wissen wir jetzt besser durch die Funde auf der Athenischen Acropolis. Die μηνίσκοι sind natürlich nicht mit Blaydes (Av. 1114) für lunulae cornutae sive curvatae zu halten sondern für vollrunde Scheibe. Die meisten der archaischen Frauenbilder der Akropolis haben auf dem Kopf das Bohrloch, nicht wenige auch noch den Bronzestift darin, welcher öfter am oberen Ende noch die zum Einfügen in die Scheibe gemachte Verdünnung aufweist" [2]). Abeunt ergo v. d. in diversas partes; equidem vereor utpote in re tam incerta quidquam de meniscorum forma statuere, licet mihi minus verisimile videatur *lunulas* potuisse prohibere ne praetervolantes aves marmora inquinarent. Sed fortasse alia tegumina statuas sub divo positas, alia imagines quae templa ornarent, defendebant; nudos autem apices valuisse ad aves a marmoribus arcendas nullum marmor servatum, nullus auctor docet, neque ratio probat.

Optime scio in metopis templi Olympiaci foramina esse reperta in fere omnibus statuarum membris prominentibus, necnon intellego perridiculum fuisse si singulae statuae octonos μηνίσκους rotundos gessissent, sed vereor ut archaeologi (e. g. Petersen l.l.)

---

1) Vide Xen. Hell. IV 3, 10: ὁ ἥλιος ἔδοξε φανῆναι μηνοειδής.

2) Pergit v. d.: „Solches Schutzes bedurfte es für die im heiligen Bezirk aufgestellten Standbilder um so mehr als durch die Opfer Vögel hierher gelockt wurden. Daher die Ueberlieferungen von wunderbarer Abwehr der *Vögel* vom Parthenon. (Cf. Pausaniae descr. arcis Athen. ed. Jahn-Michaelis c. 24)."

Pausanias autem l.l. scripsit: „τοῦ ναοῦ δέ ἐστι πέραν Ἀπόλλων χαλκοῦς, καὶ τὸ ἄγαλμα λέγουσι Φειδίαν ποιῆσαι· Παρνόπιον δὲ καλοῦσιν, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν ἀποτρέψειν ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας."

Itaque suspicio mihi nascitur v. d. πάρνοπας habuisse pro *avium* aliquo genere.

Digitized by Google

recte statuerint his foraminibus tegumina aliqua ad aves arcendas fuisse imposita. Nam primum nusquam alibi, neque in Parthenonis neque in Thesei metopis, neque in statuis quae templum Selinuntis ornant, eiusmodi foramina sunt inventa; deinde recordamur aeditui in Euripidis fabula Ione (vs. 150 sqq.) arcu armati ut aviculas a statuis abigat, quod necesse non fuisset si statuae se ipsae defendere potuissent; postremum corrupisset statuarum aspectum qui eas compluribus instrumentis ferreis munivisset [1]). Reiicio igitur quodcumque argumentum de meniscorum forma e vacuis foraminibus Olympiacarum imaginum petitur.

Restat unus modo locus Flavii Iosephi in Bello Iudaico (V 5, 6), ubi de templo Hierosolymae ab Herode renovato narrat: „κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσέους ὀβελοὺς ἀνεῖχεν τεθηγμένους, ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τῶν ὀρνέων," sed ne haec quidem verba sententiam v. d. Trendelenburg stabilire possunt. Aves enim in ipsa tecti ora (*daklijst*) sedem sibi eligere solent; quae si *continua* obelorum serie ornatur, frontispicium satis defensum esse apparebit. *Unum* vero obelum in statuae vertice positum non posse impedire quominus avicula sedem in capite capiat, quid attinet fuse demonstrare!

Sed fac virum d. verum vidisse, exstitisse igitur statuas lunulis vel nudis obeliscis ornatas, licet nusquam terrarum — exceptis scilicet Lunae Deae simulacris — repertae sint hactenus, fac graecas aves pepercisse marmoribus flaminum apice praeditis: nova explicatio satisne concinit cum verbis Aristophanis Av. 354 sqq.? Ubi Euelpides adspecta acie avium sibi opposita exclamat:

„ποῖ φύγω δύστηνος!"

Cui Pithetaerus:

„οὗτος, οὐ μενεῖς;"

arma enim quibus hostem propulsent nequaquam deesse.

Sequuntur haec:

Pith. δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τῶν χυτρῶν.

Eu. τί δε χύτρα νώ γ' ὠφελήσει;

1) Petersen putat foraminibus fuisse impositas furculas tridentes. Annotat „Ein Caeretaner Stirnziegel hat im Scheitel noch eine solche Gabel bewahrt. Aehnliche Dreizacke sind gefunden in Nemi (Helbig Rom. Mittheil. 1887 S. 149)."

Digitized by Google

Pith. γλαῦξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν.
Eu. τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοισδί;
Pith. τὸν ὀβελίσκον ἁρπάσας
εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ.
Eu. τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι τί;
Pith. ὀξύβαφον ἐντευθενὶ προσδοῦ λαβὼν ἢ τρύβλιον.

In ultimo versu Trendelenburg Hauptii coniecturae προσδοῦ praefert traditam lectionem προσθοῦ, praeterea reiecta Bentlei coniectura πρὸ σαυτοῦ, codicum verba πρὸς αὐτὸν ipse mutat in πρὸς αὐτὴν (sc. τὴν χύτραν) coll. Schol. Ven. ad vs. 359: „τὸν ὀβελίσκον ἁρπάσας πῆξον αὐτὸν πρὸς τὴν χύτραν."

Putat igitur Euelpidem iuberi τὴν χύτραν pro casside capiti imponere, acetabulo et catino obturare personae foramina oculis destinata, veruculum cincinnis inserere, ita ut prominens praebeat Priapi capitis spectaculum; nam sic intellego verba: „das in den niederen Haarwulst über der Stirn gesteckte Bratspiesschen."

Quae explicatio, si quid video, salva lingua graeca accipi nequit. Nam verbum καταπήγνυμι, quod semper et ubique valet *in terra figere* (cf. Hom. Z 213, Λ 378, Herod. IX 97) [1]), alienum est a locis ubi *capillis aliquid inseritur*, quod quomodo Graeci dixerint vel Homerus docet. Hic enim acus quibus capilli ornantur vocat ἐνετάς, quod substantivum a verbo ἐνίημι derivatum est (cf. Helbig, Das Hom. Epos[1] p. 276). Thucydides autem (I 6 § 3) adhibet vocem ἔνερσιν ductam a verbo ἐνείρω apud Herodotum obvio.

Necnon observatu dignum aliam speciem esse Priapi, aliam Euelpidis sic ornati; nam ille arundinem, quidquid id est, *in vertice* gerit, hic veruculum unicornis ad instar habet in fronte.

Deinde valde dubito an personae foramina non tanta fuerint ut τρυβλίον inseri posset; neque προστιθέναι valet *inserere* sed *apponere*, *iuxtaponere* (cf. Thuc. V 23 § 5, IV 67 § 5) vel *imponere*, e. g. τιμήν, ζημίαν προστιθέναι (Thuc. III 42 § 5, Xen. Cyr. II 2 § 18). Denique hominis hostem propulsantis est oculos *tegere*, non *occaecare*.

---

1) Paucis locis (e. g. Polyb. III 55 § 5) obviam fit sensu *congelandi*. Cf. Aristot. H. A. VIII [19].

Digitized by Google

Quibus omnibus perpensis alia potius via explicandi ineunda videtur. Primum igitur videamus quid editores aliique v. d. hoc de loco censuerint.

Th. Kock (Aves² 1876) in Praefatione p. 25 sine ulla dubitatione, quasi de re diiudicata et omnium certissima, sic statuit: „die Töpfe bilden Wall und Mauer, der Spiess dient zur Armirung, und die Augen werden durch Pfannen und Schüsseln gesichert." Quicunque tamen vel obiter annotationes eius exegeticas percurrit, statim intelleget non iam de hisce rebus ei constare.

E. g. ad vs. 359 „den Bratspiess soll Euripides zur Abwehr des Angriffs in die Erde stecken, vs. 388 soll er *wohl* als Spiess dienen." Quomodo tamen breve veruculum *terrae* infixum aviculas arcere possit non audimus.

Ad vs. 357. „Wozu die Töpfe dienen sollen *ergiebt* das folgende: vs. 365 greift der Chor zuerst den Topf an" — quam tandem ollam, nam textus habet τῶν χυτρῶν, et quo loco positam? — „vs. 386 soll der Topf und die beiden Schalen herabgelassen werden" — iterum rogo, ubinam fuerit olla antequam deponebatur? — „vs. 391 bei dem Topf vorbei soll der Feind beobachtet werden. Er wird *wie es scheint* als eine Art von Bastion gegen die Vögel aufgepflanzt." Sequitur autem ad vs. 390, quo clarius etiam videamus editorem velut navem in mari aestuoso iactari: „τῶν ὅπλων innerhalb des Lagers. Das folgende scheint nicht ganz richtig überliefert zu sein. Weder die Bdtg. des παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας, noch die Beziehung des ἐγγύς ist recht klar."

Haec sufficiunt ni fallor ad demonstrandum quam incertus dux viam quaerentibus nostro loco sit Kock, vir cuius merita de Aristophane supra meam laudem sunt.

Inspiciamus nunc editionem Blaydesianam, ubi legimus: „quam partem panopliae repraesentaverit ἡ χύτρα ambigit Wieseler Adv. p. 88, qui nihil statuit. Quum ὁ ὀβελίσκος pro hasta sit (vs. 388), τὸ ὀξύβαφον autem *seu* τὸ τρυβλίον *manu tenendum sit et omnino clypei vice fungatur*, verisimillimum mihi videtur cassidis loco esse fingi τὴν χύτραν. Quae Didymi fuit sententia (Schol. ad vs. 43). Porro si pro clypeo ἡ χύτρα teneri putetur cur, obsecro, mox interrogat Euelpides, τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι τί;! clypeo enim certe vulgo teguntur oculi" — egregia

Digitized by Google

observatio — „quare falli videtur Schol. ad vs. 386 et 390, qui ollam loco clypei fuisse existimet."

Vs. 387 ad *καθίει* annotatum legimus: „humi depone. Cf. Vesp. 387." Haec minus placent, nam *καθιέναι* non est *deponere* sed *demittere*, quod loco laudato e Vesparum fabula luce clarius ostenditur.

Addidit autem vir doctus: „pro *καθίει* corrigendum suspicor *'στι θέσθαι*" — dii avertant — „i. e. *deponere licet*, aut *τίθεσθαι*." Haud dubie igitur cogitavit de locutione *τίθεσθαι τὰ ὅπλα*, quae de scuto deponendo est usitatissima. Itaque arctissime cum *καθίει* (vel si eum sequimur, cum *τίθεσθαι*) coniugendum putat *τῷ τρυβλίῳ*, nam *haec vascula* Blaydesio auctore pro scuto fuerunt. Ambulat igitur Euelpides secundum doctum Britannum *intra castra* (*τῶν ὅπλων ἐντός*), veruculum dextra, *τὸ τρυβλίῳ* sinistra manu tenens, hostem *ex proprinquo observans* (*ὁρῶν ἐγγύς*).

Fateor multa mihi in his omnibus placere. Nam suo iure Blaydes lectionem traditam *προσθοῦ* vertit „appone tibi ad oculos." Cf. Ran. vs. 483, ubi

Dio. *ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν.*
Xan. *ἰδοὺ λαβέ. προσθοῦ.*

Porro *τρυβλίον*, trulla manubrio praedita, facile manu teneri, scuti vice fungi potest. Doleo autem v. d. non accuratius explicasse verba *παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας ἐγγύς*; nam loco Euripidis (Phoeniss. vs. 1387), quem conferri iubet:

ἀλλ' εὖ προσῆγον ἀσπίδων κεγχρώμασιν
ὀφθαλμόν,

agitur de *scuto*; nil igitur valet ad explicandum textum, ubi ipso Blaydesio auctore de propugnaculo, de castrorum munimento, sermo fit.

Quod ad formam pluralem *τῶν χυτρῶν* (vs. 357), dualem *τὼ τρυβλίω* (vs. 387) attinet, de hac re infra disputabimus.

Iam venimus ad sententiam quam C. Robert proposuit in Herme (Vol. XXXIII. 1898) Zu Aristophanes Vögeln.

Legimus pag. 574: „Die Situation (vs. 386) denkt man (sic!) sich so, dass die beiden Athener die Essignäpfchen, die sie vorher zum Schutz gegen die Vögel in die Augenlöcher der Maske geklemmt" — legit v. d. *προσθοῦ*, quod aeque male vertit

Digitized by Google

ac Trendelenburg — „und die *Schüssel* (sic!) die sie mit beiden Händen wie einen Schild vor sich gehalten hatten, auf den Boden legen. Innerhalb des so abgegränzten Lagers sollen sie den Speer, der vorher als Vogelschutz vor ihnen in der Erde stack, schulternd wie Wachtposten auf- und abgehen und gleichzeitig über den Rand der *Schüssel* (παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν) Aussehen nach dem Feinde halten. Um dieses zu können, müssten sie sich aber bei der Niedrigkeit der Schüssel platt auf die Erde legen, wobei von einem Patrouilliren nicht mehr die Rede sein würde."

Robertio igitur auctore editores ad unum omnes τὴν χύτραν pro *scuto* habuerunt; de Blaydesii sententia οὐδεὶς λόγος! Porro ἡ χύτρα fit *lanx*, quo facto textus traditus: παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας, hucusque male versus videtur; quid dico? corrupta est lectio tradita et quantocius corrigenda!

Audio et exspecto; pergit vir doctus *suam* sibi sententiam proferens: „Der Bratspiess, das δόρυ, bleibt ruhig im Boden stecken — das Herausziehen würden ja die Vögel nur aggressiv verstehen können, auch müszte es im Texte angedeutet sein — daneben wird die χύτρα, der Schild, hingelegt und während sie so den Speer neben dem Schilde innerhalb des Lagers haben, gehen sie selbst herum παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν Μακρὰν ὁρῶντας ἐγγύς. (Cll. Menandr. fr. 191)."

Igitur μακρὰν pro ἄκραν, nam „es *leuchtet* ein dass ἄκραν mit χύτραν nicht verbunden werden kann."

Doleo, sed sunt plurima in Roberti opinione quae mihi „nicht einleuchten."

Nam primum versus Aristophanis (Thesm. 505 sqq.):

τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον

et

ἄπελθ' ἄπελθ', ἤδη γὰρ ὥνέρ μοι δοκῶ
τέξειν· τὸ γὰρ ἧτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισεν (sc. τὸ παιδίον)

necnon

Hesychius i. v. χυτρισμός: ἡ τῶν βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσις mihi persuadent vocem χύτραν minime vertendam esse „patinam" sed „ollam". Idem docet Pollux i. v. χυτρίνδα, ubi legimus: „ὁ μὲν (παῖς) ἔχεται τῆς χύτρας κατὰ τὴν κεφαλὴν τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ περιθέων ἐν κυκλῷ κ. τ. λ.," i. e.: qui puer ad ollam erat

Digitized by Google

caput eius laeva manu prehensum tenebat, eamque circumcursitabat." Nam quis hercle patinam laeva manu attingens eam circumcursitare potest — nisi qui a Pygmaeis stirpem ducat?

Deinde, si Robertium sequimur, nova atque inaudita ratione duo Athenienses excubias agunt. Unusquisque enim excubitor *armatus* intra vallum ambulat; hi autem *armis depositis* concursant.

Postremo rogo quae fuerint illa castra de quibus noster loquitur, quibusque ex rebus munita?

Displicet quoque in Roberti disputatiuncula quod Blassium secutus τῶν χυτρῶν (vs. 357) mutavit in τὼ χύτρω (immo χύτρα), quae vasa scuti vice esse functa nihilo magis mihi probavit quam vir doctus cuius sententia perpendenda etiam restat.

Pio Franchi de'Cavalieri (Studi italiani I 485) post copiosam disputationem de Pithetaeri Euelpidisque panoplia hisce verbis peroravit:

I. De ciò che sappiamo della forma della χύτρα non possiamo ricavare nulla di certo quanto all'ufficio da essa prestato ai due Ateniensi.

II. Se è probabile che Aristofane ne'Cavalieri assomigliasse lo scudo di Atena Polias ad una χύτρα, probabile è altresì che negli Uccelli abbia fatto la metamorfosi opposta, convertendo due χύτραι in due scudi.

Audimus virum d. argumenta e probabilibus petentem; primum igitur non inutile duco luculento exemplo demonstrare qualia ille probabilia aestimet. Nam referens Blaydesii sententiam, qui, ut vidimus, τὰ τρυβλία pro scutis fuisse coniecit, haec addit (pag. 486 ann. 3):

„Della stessa sentenza fu Didimo, Schol. Av. 43: Δίδυμος δέ φησιν ἀμυντήρια αὐτοὺς τῶν ὀρνέων βαστάζειν, ἀντὶ ὅπλου μὲν τὸ κανοῦν, ἀντὶ δὲ περικεφαλαίας τὴν χύτραν. Dove si noti che, secondo *ogni verosimiglianza*, quel grammatico *identificò* il κανοῦν del v. 43 col τρυβλίον del v. 361 e del v. 387." Quae legens et perlegens oculis fere diffidis.

Didymum confudisse catillum et canistrum! Hic certe valet: „Omnia iam fiunt fieri quae posse negabam"; sed revertamur ad nostrum locum.

Primum contra Francii opinionem observare velim, ipsam

Digitized by Google

τῆς χύτρας formam quam describit „un vaso rigonfio, molto più concava della σκάφη (p. 490)" magis aptam mihi videri ad caput operiendum quam quae commode manibus teneri possit; frustra enim rogo quomodo aliquis tale vas pro scuto sit gestaturus.

Deinde, ut de arte logica in secunda Francii observatione neglecta taceam, nego in Equitum vs. 1176 Aristophanem τὴν χύτραν posuisse pro τὴν ἀσπίδα. Satis constat hunc versum parodiam esse Solonis verborum: „ὀβριμοπάτρη Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει," unde sequitur poetam scripsisse χύτραν pro χεῖρα; manum enim, non scutum Minerva supra civium capita porrectam habet, ut apud Homerum (Δ 249) Ἀργείοις ὑπερέχει χεῖρα Κρονίων.

Postremum credo ipsum v. d. italicum sibi ipsi obloqui; nam cum suam sententiam comprobatam asseveret „dal fatto che i τρυβλία non poterono essere per i due Ateniesi che le buffe o le barbozze degli *elmi*," concedit duos Athenienses gessisse cassides (elmi), quae quid aliud fuerunt quam ipsae *ollae*?

Sed iam satis est. Rettuli quorumdam virorum doctorum sententias, restat ut meam ipsius opinionem modeste proferam. Initium faciam a vs. 357:

δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τῶν χυτρῶν.

Iubet Pithaeterus ollas sumere e supellectile quam secum apportarunt; non nescio vs. 43 de una modo olla sermonem esse — nisi forte legendum sit χύτραΣ — sed talia in poeta minime urgenda puto. Ipse scholiasta ad vs. 43 nos monet: ὅτι δὲ χύτραις ἵδρυον εἴρηται ἐν Εἰρήνῃ (923); insuper fabula quoque *duas* ad minimum ollas poscit, ineptum enim fuisset si ambo Athenienses unam cassidem vel unum scutum habuissent. Quare, si quid video, statim ab initio procedunt in scenam Euelpides et Pithetaerus cum duobus servis, Xanthia et Manodoro, quorum *uterque* iugo (ἀναφόρῳ) gerit canistrum et ollam, ita ut manibus possint portare στρώματα ceteraque impedimenta.

Roganti lectori cur ollae sumendae fuerint, respondet Didymus in Schol. Rav. ad vs. 43: ἀντὶ περικεφαλαίας τὴν χύτραν. Concinunt huic interpretationi ipsa poetae verba. Nam vs. 386 legimus:

ὥστε τὴν χύτραν τώ τε τρυβλίω καθίει i. e.:

Digitized by Google

demitte et depone ollam quam capite gestas. Proprio quidem sensu in re militari καθιέναι valet nostrum „vellen" (e. g. vs. 364), sed talis actio hostilis minime quadrat in vs. 386, ubi hostium animus iam sedatus est. Quod si quis verbum *demittendi* minus apte cum *casside* coniunctum putet, recordetur poetam scripsisse τὴν χύτραν τῷ τε τρυβλίῳ καθίει, in quibus verbis καθεῖναι magis ob trullas, oculorum tegumina, quam ob ollam electum videtur.

Roganti vero socio Pithetaerus respondet:

γλαῦξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν,

i. e. „olla ululorum arcebit rostra et ungues." Quaeritur, neque iniuria, quid ollae cum ulula?

Vario autem modo prisci interpretes hunc locum explicarunt. Legimus enim ad vs. 357:

Φοβεῖται γὰρ τὴν χύτραν τὰ ὄρνεα διὰ τὸ μέλαν αὐτῶν.

Ad vs. 358:

οὐ διὰ τὴν χύτραν οὐ πρόσεισιν, ὡς Εὐφρόνιος· τοῦτο γὰρ κοινῶς πάντα τὰ ὄρνεα Φοβεῖ· ἀλλὰ διὰ τὸ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ζῷον· Ἀττικοὶ δὲ καὶ αὐτοί.

Apud Suidam s. v. χύτραν τρέφειν· ἐπὶ τῶν τεγῶν ἐτίθεσαν, ὅπως μὴ προσέρχωνται αἱ γλαῦκες.

Sed nemo non videt primum scholium nugatoris esse, qui non de ulula sed de *omnibus* avibus aliquid garriat. Suidae autem doctrina mihi petita videtur ex ipso nostro loco; nam primum vix est credibile veteres Athenienses ululas aves Minervae sacras a tectis suis arcuisse, deinde si fecerint, id quo modo ollis depositis fieri potuerit, non vides; nostri certe agricolae ad aviculas nidificantes alliciendas non arcendas deponunt ollas.

Multo melius placent scholii ad vs. 358 verba: „διὰ τὸ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ζῷον· Ἀττικοὶ δὲ καὶ αὐτοί." Ulula non aggreditur Athenienses, utpote quae ipsa Athenis vivat. Recte! sed quo signo cives suos dignoscere poterat γλαῦξ? Scilicet *ex olla* quam capite gerunt; nam nisi aliunde notum esset, ipsi nummi Attici nos docere possent Minervam τὸν κέραμον ab ipsa inventum sibi proprium habere. Minervae igitur avis non aggredietur homines sub olla Minervae latentes [1]).

1) Wieseler Adv. p. 90 putabat noctuae simulacrum ollis Atticis, ut fabricae Atticae legitimum signum, impressum fuisse idque tali loco positum, quo quum capiti inversae imponerentur statim cognosci posset.

Digitized by Google

Proinde arbitror Pithetaerum socium caput χύτρᾳ operire iubere, quo civem Atticum esse appareat. Simul et ipse ollam capiti suo imponit. Speciem igitur praebent puerorum χυτρίνδα ludentium, quos descripsit Pollux IX § 114.

Pergit Euelpides rogare: „τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοισδί;" i. e. „quo telo me defendam contra reliquos hostes aduncis unguibus armatos?" Respondet Pithetaerus:

τὸν ὀβελίσκον ἁρπάσας
εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ.

Utique enim servandam puto Bentlei emendationem; licet ad vs. 359 annotatum legatur: „κατάπηξον αὐτὸν πρὸς τὴν χύτραν," nihil enim est tribuendum huic observatiunculae grammatici egregie in hoc loco interpretando errantis.

Putavit nimirum χύτραν in terra fuisse positam, quod ut supra explicavimus poeta noluit.

Uterque igitur veruculum arripit quod ante se defigit. „Uterque" dico, nam si me audias, Pithetaerus talem panopliam induit, quali socium se armare iubet. Hoc modo scena fit alacrior et simul verior; quid enim ineptius quam putare e duobus Atheniensibus, qui aeque petantur, quibus aeque necesse sit dimicare, alterum modo arma induere. Necnon textus idem monet, nam vs. 389 legimus: „τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον, περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς." An est forte qui opinetur *ambos* homines cum *una* hasta ambulasse? Quod si quis observet poetam scripsisse τὴν χύτραν, τὸ δόρυ, τὸν ὀβελίσκον, moneo saepe in re militari articulum singulari numero usurpari, e. g. vs. 364, ubi choragus ad chorum plurimarum avium: κάθες τὸ ῥύγχος. (Cf. nostrum: vel*t* 't gewe*er*!).

Obiecerit mihi aliquis: „o bone, nani igitur fuerunt Athenienses, quibus vericula terrae infixa satis in promptu essent?" Minime, viri fuerunt nec τετραπήχεις nec Καρκίνου e gente, verucula autem tenent innisa non in ipsa terra sed in *propugnaculo* quod sibi praestruxerunt, τὰ κανᾶ dico (cf. vs. 43). Post hoc munimentum stant fortissimi homines capitibus ollis adopertis, verua sua in hostem dirigentes, oculis acetabulo catinoque tectis, sed ita tectis ut hostium motum *per tenuem rimam aspicere possint*. Spatium inter duo canistra obsaepiunt τὰ στρώματα cito a duobus servis ibi deposita; servi ipsi per

Digitized by Google

pugnam metus pleni post dominos se tenent non secus ac multis saeculis post bonus ille Sancho Panza tremens trepidansque strenua facinora heri sui aspiciebat.

Hostium autem animo sedato simulac Pithetaerus iussit: „Ollam catinumque demitte!" (vs. 386 sqq.) uterque, veruculo remoto, suam ollam canistro superimponit, catinum oculis praeligatum resolvit, *τὸν ὀβελίσκον* manu tenens velut excubitor post munimentum (verum vallum cum turribus in utroque cornu) ambulare incipit; interdum autem subsistit, ut capite ad ollam admoto (*ἐγγύς*) praeter summam ollae oram (*παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν*) hostes observet. **Τὰ ὅπλα** significare posse „castra, munimenta" non est quod moneam.

ΚΩΛΥΕΙ—ΠΟΤ ΛΥΕΙ. — AD THUC. I 144.

νῦν δὲ τούτοις (Lacedaemoniorum legatis) *ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι, ἢν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι μήθ' ἡμῶν μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμάχων· οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει [ἐν] ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε.* Cum amara irrisione de hostium criminibus sic loquitur Pericles. *Respondeamus istis*, — ait, — *tum nos Megarenses in fora portusque nostros admissuros, cum illi desierint nos sociosque nostros ex sua arcere regione.* Hactenus plana omnia. Id autem, quod ope particularum *neque enim* adiungitur, quin item plenum sit ironiae, dubium esse vix potest. Itaque posco particulam illam ironicam *που*, *opinor*, et si omittimus *impediendi* verbum, quod plane hinc est alienum, et dubiae fidei praepositionem *ἐν*, habemus mancum hoc enunciatum: *οὔτε γὰρ ἐκεῖνό που * ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε.*

Hactenus autem quae dixi si probabiliter sunt disputata, sequitur ut verborum sensus esse debeat: *neque enim illud ad pacem confirmandam* CONDUCIT, *opinor*, *neque hoc nostrum.* „Nos si bellum ciemus Megarenses arcendo, at ipsi Lacedaemonii nihilo secius pacem evertunt, peregrinos enim expellere solent."

Quid multa: ΚΩΛΥΕΙ e ΠΟΤΛΥΕΙ est corruptum: *οὔτε γὰρ ἐκεῖνό που λύει ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε.*

Tantum non vidit hoc Cobetus, qui *οὔτε γὰρ ἐκεῖνό πω λύει τὰς σπονδὰς* scribi iussit. Sed neque particula *πω* quid sibi velit video, neque verbum *λύειν* *solvere* nunc significat, sed id quod *λυσιτελεῖν*, more prisco; cf. ex. gr. Eur. Med. 566:

ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι.

J. v. L.

Digitized by Google

QUISQUILIAE I.

SCRIPSIT

J. W. BECK.

LATENTER = LATE.

In Apulei Metam. libri VI c. decimo tertio Venus Psychae haec: *videsne insistentem celsissimae illi rupi montis ardui verticem, de quo fontis atri fuscae defluunt undae proxumaeque conceptaculo vallis inclusae Stygias inrigant paludes ....*

Iussu Veneris (c. 14) Psyche ad locum horrendum, quem procul potest videre misella puella, se confert: *sed cum primum praedicti iugi conterminos locos appulit, videt (!) rei* (ego: *terrae*) *vastae letalem difficultatem. Namque saxum immani magnitudine procerum et inaccessa salebritate lubricum mediis e faucibus lapidis* (= saxi) *fontes horridos evomebat, qui statim proni foraminis lacunis editi perque proclive delapsi et angusti canalis exarto* (F; *exarcto* φ) *contecti tramite proxumam convallem latenter incidebant.* Postremus editor 'cautus et audax' v. d. Vliet in editone sua aliis locis Apuleium emendavit, aliis correxit, ita ut interdum sanas corporis partes ferro tangeret aut penitus recideret. Quo factum est ut hoc loco Apuleianae artis exemplum tolleret. Namque *angusti canalis exarto .... tramite*, ubi *angustus — exartus* [1]), *canalis* [2]) — *trames*, synonyma synonymis respondent [3]), mutavit *exarto* in '*extrito*'. At vero aliud est vocabulum dignius quod tractetur.

Psyche igitur suis oculis videt montis verticem, de quo aquae fuscae defluunt. Cratera quaedam esse videtur (cf. *proni foraminis lacunae*), unde eiectae aquae per proclive delabuntur in

1) Exartus, cf. expallidus (Suet. Cal. 50), expromptus (Ter. Andr. 723), exspretus (Pl. Bacch. 446).

2) VI 18 canale directo.

3) VI 13 de quo (vertice) *fontis atri fuscae* defluunt *undae*, IX 12 et *fumosis tenebris vaporosae caliginis* palpebras adesi.

Digitized by Google

conceptaculum vallis proximae. Quis ferre potest has nugas, quas vernaculo sermone reddam: „een bergtop van buitengewone hoogte en ontoegankelijk van wege de glibberigheid, spoog uit een soort van krater ontzagwekkende watermassa's op, die, zoodra ze uit de trechtervormige opening kwamen, langs de helling afgleden en bedekt(!) door een nauwen weg in 't verborgen(!) in de naastbijzijnde vallei neervielen."

Nihil miror quod Apuleius et editoribus et interpretibus saepius os oblevit. Etenim haud raro vere incomprehensibilis est ventilator ille verborum. Sic non *latenter* illud a 'latens' deductum vult male salsus homo, sed a 'latus' pro 'late'. Id per analogiae vim ad instar adverbii *rarenter* confecit (Flor. 9 et 17), quod ex veteribus scriptoribus deprompserat (Piechotta, Curae Apuleianae p. 39).

Aqua enim *incidit* diffusa in convallem, quo angusto canali (an canalibus?) convehitur (Vergil. Aen. II 467 *turris super agmina late incidit*). Huc arcessendus est locus consimilis (Met. IV 6): de summo vertice fons affluens .... perque prona delapsus evomebat undas argenteas iamque *rivulis pluribus dispersus* ac valles illas agminibus stagnantibus inrigans ....

Ex adv. *latenter* male intellecto ortum est illud 'contectum', quod protinus evellendum est et mutandum in 'convectum'. Quotquot locos comparo nusquam hoc verbum hoc nexu contorto invenio (cf. Met. IV 14, IX 24, X 3), neque lătenter coniunctum est nisi cum aptis verbis et sententiae non alienis (cf. Met. VI 13, VIII 5, VIII 16 l. abscondere, IX 5 l. irrepere, V 7 l. adquiescere). Itaque interpretationis altera pars sic restauranda est: en langs enge wegen gevoerd zich wijd en zijd uitstortte in de naastbijzijnde vallei.

ACTUTUM.

Nuper O. Hey in Woelfflini Archivo XI 1 p. 35 de hoc adverbio temporis disseruit. Quae observationes me impulerunt ut, quae ipse iam pridem animo volvebam, ne reprimerem.

Digitized by Google

Iam satis constat in sermone cotidiano quam multa nata sint vocabula pronuntiatione celeri plurium vocum vi unius ictus gravioris prolatarum: goodbye (god be with ye), abrolho, abrojo (voetangel, aperi oculum), désormais (de ex hora magis), malade (male habitus), cet. Itemque constat multas voces et elocutiones per contaminationem nasci [1]), de qua re praeter librum illum egregium, quem scripsit H. Paul (Prinzipien d. Sprachgeschichte, 3e Aufl. p. 145), legenda est disputatio Ziemeriana (Junggrammatische Streifzüge, pars II). Veteres — quod testantur comici latini — saepe imperativo modo adiungunt *age, dum, agedum, i,* vel pron. personale: age abi; agedum veni; tu dic. Finge tibi hos imperativos:

age tu veni
agedum veni

Per contaminationem oriuntur: *áge tu dum veni*, vel sub uno ictu fortiore pronuntiata ore Romano: 'ac-tu-tum veni'. Qui, quod iubet, firmat aliquo vocabulo, celeritatem actionis desiderat. Praeter alia conferri potest: *sta, ades ilico* (= ín loco), quod transiit in significationem temporalem: *statim. Actutum* plerumque invenimus apud verba eundi, veniendi, ducendi, vocandi; usu cotidiano paulatim latiorem campum occupavit (actutum nosces, emoriamur). Sed iam Plauti aetate originem vocabuli ignorabant: Poenul. 784: *Age*, omitte *actutum*, furcifer, marsupium.

CAPTIVITAS = CAECITAS.

Apul. Met. I 6: uxor persolutis feralibus officiis luctu et maerore diuturno deformata diffletis paene ad extremam captivitatem (Salmas.: caecitatem) oculis suis ....

Hildebrand in ed. Apuleiana de significatione voc. 'captivitas' tacet, Georges in lex. s. v.: das Gebunden sein, der beschränkte

---

1) Ap. Met. VI 17 te .... praecipitem .... extinguere (= te dare praecipitem + te extinguere).

Cic. de inv. 2, 2, 5 exemplorum elegendi potestas (= *exemplorum* elegendorum + exempla *elegendi* p.). Nostrum 'moeras' = moer + maras, medii aevi voc.

Digitized by Google

Gebrauch, qui hunc locum addens minus dicit nihilo. Quid aliud restat nisi ut ipsi ex tenebris ad lucem emergere conemur. Vulgata sunt haec: oculo, luminibus captus, oculis et auribus captus, mente captus (cf. Liv. II 36, XXI 58). Est igitur 'captus' = *privatus* aut *debilis*. Conditionem autem hominis oculis capti dici 'captivitatem' eo facilius potest credi, quod 'captivus' etiam = debilis, mancus (Firmic. math. 8, 27). Num Apuleius primus huic vocabulo hanc significationem imposuerit non comperio.

AD APUL. MET. IV 28.

„Iamque proximas civitates et attiguas regiones fama pervaserat deam, quam caerulum profundum pelagi peperit et ros spumantium fluctuum educavit, iam *numinis sui* passim *tributa venia* in mediis conversari populi coetibus ...."

Si comparo V 6: *novae nuptae precibus veniam tribuit* desidero hoc loco dativum substantivi alicuius. Conicio igitur: *numinis sui* ‹*uisui*› *passim tributa uenia.*

AD APUL. MET. VI 9.

„Quam (Psychen) ubi primum inductam oblatamque sibi conspexit Venus, laetissimum cachinnum extollit et qualem solent frequenter irati" (ego: *errati*).

Venus Psychen diu multumque quaesitam reperire nequivit. Mercurio adiuvante Veneri traditur puella. Dea cachinnum extollit et qualem solent frequenter errati i. e. circumducti, qui tandem consecuti, quod diu frustra optabant, gaudio exsultant. Atque ut *temperare*, *iurare*, *undare*, cet. significationem transitivam accipere possunt, ita verbum errandi potest; quod neque per se mirum est neque ab Apulei scribendi ratione alienum.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ἐπιτάφιος λογος et ὑπερ ευξενιππου. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello περι γυμναστικης. 1859. 8°. . . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. G. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888. 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—99. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
OCT 20 1899
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM SEPTIMUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1899.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Spicilegium Statianum, scripsit H. T. KARSTEN	341—377.
Varia ad varios, scripsit H. VAN HERWERDEN	378—398.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Vitas Parallelas, (*contin. ex pag.* 324), scripsit S. A. NABER	399—450.
Quisquiliae II, scripsit J. W. BECK	451—452.

Digitized by Google

SPICILEGIUM STATIANUM.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
OCT 20 1899
CAMBRIDGE, MASS.

Dedit nuper Fredericus Vollmer Statii Silvarum editionem [1]) plenissimis subsidiis ita instructam ut nihil desideres, cuiusque praefatio, textus, locorum parallelorum collectio, commentarius denique amplissimus quantum bonae frugis contineant, omnes qui noverint agnoscent. Praesertim laudanda est sobrietas iudicii, quae textum ad optimorum librorum [2]) fidem constitutum, liberavit correctionum farragine, qua per saeculorum decursum viri docti Papinium oneraverant. V. servavit ex his non nisi satis certas ac paene necessarias abiectis reliquis quantumvis elegantibus et blandis. Maxima autem editionis Silvarum molestia posita est in permultis illis locis, ubi librorum memoria sincera nec corrigenda esse videtur, sed quorum tamen intellectus valde anceps est et dubius. Omnes hos locos V. magna cura et doctrina explanare conatus est. Id autem sibi feliciter semper cessisse ne ipse quidem adfirmabit. In multis locis optimam operam praestitit, sed non desunt ubi explicare studuit ea, quae sanam explicationem vix admittant, sive quod traditae memoriae nimis tenax corrupta pro sinceris habuit, sive quia nimium tribuit ipsi Papinio eumque in tanta illa scribendi festinatione — nam plerasque silvas paucorum dierum spatio se composuisse testatur [3]) — recte tamen et plane semper

1) Prodiit apud Teubn. 1898.

2) De his propediem plura nos docebit editio critica, quam praeparat Maur. Krohn.

3) De hac re infra videbimus.

Digitized by Google

expressisse, quae meditatus erat, rebatur. Verissime autem Baehrensius in edit. praef. p. XVII sic scripsit: „Statius, „ut ab ingenio maximus est in silvis [1]), ita deficit ab arte, nam „cum plerumque tempus brevissimum ad perficienda carmina a „patronis iussa ei suppeteret, naturae indolem secutus minus „expoliendi curae vacare potuit", et p. XIX: „itaque sic ars „critica in silvis est exercenda ut non nimis severe examinemus „ea, quae ad .... carminum compositionem spectant".

Retractabo igitur locos praecipuos ubi V. rem acu tetigisse non videtur hisque subvenire temptabo nova interpretatione aut, si necesse est, emendatione.

LIBER PRIMUS.

I. 1. Equus maximus Domitiani Imperatoris.

In colossi descriptione initium fit ab equo, qui magnitudine Troianum exsuperet neque a Troianis moveri potuisset. Eo quoque hic differt ab illo, quod non portat infestos Achivos, sed Caesarem aspectu placido. Tandem sequitur comparatio cum Marte equo insidente:

Hunc neque discissis cepissent Pergama muris
nec grege permixto pueri innuptaeque puellae
ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector.
Adde quod ille nocens saevosque amplexus Achivos,
hunc mitis commendat eques: iuvat ora tueri
mixta notis belli placidamque gerentia pacem.
Nec veris maiora putes: par forma decorque
par honor. Exhaustis Martem non altius armis
Bistonius portat sonipes magnoque superbit
pondere nec tardo raptus prope flumina cursu
fumat et ingenti propellit Strymona flatu.

Versus 17 effati Delphici instar est. Quae sint illa *vera* et *maiora*, cuiusnam *forma decor honor* dicatur esse *par* et cuinam, haec omnia scriptor reliquit nobis divinanda. Solutio horum

---

1) Recte sic B. — Madvigius in Adv. Crit. II 251 nimis alto supercilio Silvas contempsit, quod probaturum me spero.

Digitized by Google

aenigmatum Vollmero non successit. Opinatur verba *nec veris maiora putes* dici ad lectorem et significare: „noli putare vero maius „esse, quod dixi de equi magnitudine exsuperante Troianum". Citavit tres locos, ubi Statius similia in parenthesi de se professus sit, verum qui hos comparat, videbit inter hunc et illos hoc interesse, quod illic planissime expressit quod volebat: II 1. 50 *nil veris adfingo bonis.* 6. 29 *non fallo* e. q. s. III 2. 15 *dicere ... fas sit mihi.* Si igitur hoc quoque loco semet ipse respexisset, aperte scripsisset: *nec veris maiora fero* v. t. q. Nec porro hoc probandum, quod *maiora* refertur solum ad ea quae dixit de equo, cum proxime praecedat mentio et equi et equitis. Sed fac paulisper cum V. poetam nos monuisse, se non mentiri de equi magnitudine, tunc sane exspectamus, ut sententia, quae post duo puncta (quae etiam habet V.) sequitur, hoc ipsum probet aut declaret. Sed nihil minus; nam V. sic eam reddidit: „seine (equi) Grösse und Schönheit entspricht der Ehre, „dass er den Kaiser trägt", quae ad verba praecedentia nihil pertinent. Et vide, quam falsa haec sit translatio, quae responderet his fere latinis: *par forma decorque* equi *honori* equitis.

Me iudice vir doctus nodos in scirpo quaesivit, cum in promptu sit interpretatio simplicissima. Tam in colossis quam in signis minutis [1]) fingendis summa cura est artificis ut ea, quae modum formamque humanam excedant, huius tamen decorem et elegantiam retineant. Igitur colossum ingentem sic laudat coram spectatore quolibet: *nec putes* equitem et equum *maiora* esse *veris*, quandoquidem *forma decor honor* (maiestas) colossi respondent formae decori honori veri vivique Caesaris et equi.

Cum hac autem interpretatione congruit quod etiam comparatio sequens pertinet ad equum èt ad equitem. Ob oculos proponit sonipedem Martis portantem deum, qui equitat animi causa post bella (*exhaustis armis*, in bello Gradivus non utitur equo). Rapitur equus celeri (*nec tardo*) cursu prope flumen, *fumat* sudore (Verg. Aen. 12. 338) et *ingenti propellit Strymona flatu.*

Mirabilem effectum anhelitus equi illustrat locus, qui praeteriit Vollmerum, de curru Martis in certamine, Theb. III 424:

1) Cf. IV 6 de Hercule epitrapezio, cuius mensura erat intra pedem, vs. 39 sqq.

Digitized by Google

Fama ... ante volat currum flatuque impulsa gementum
alipedum trepidas denso cum murmure plumas
excutit.

Quomodo autem equus flatu Strymona propulerit, utrum ingressus in fluvium (sic V.) an ex ripa an aliter, hoc nobis nec sibi fortasse in scribendi festinatione planum fecit ipse Statius.

Insidet autem equo Domitianus altera manu pacem commendans in altera portans Minervam cum Aegide:

37 dextra vetat pugnes lavium Tritonia virgo
non gravat et sectae praetendit colla Medusae
ceu stimulis accendit equum.

Primi editores iam bene correxerunt *pugnas*, *laevam*. V. retinuit *pugnes* „dass man kämpfe", sed secunda persona ab loci gravitate aliena videtur. Quae sequuntur sic distinguo: *et sectae pr. c. Medusae: ceu stimulis accendit equum*, per parataxin [1]). Dea ita tenet aegida pone collum equi, ut spectatoribus hac, quasi stimulis, equum terrere et accendere videatur. Aliter V., qui putat *stimulis* indicari hastam deae.

Dum colossus construitur

64 strepit ardua pulsu
machina; continuus per septem culmina montis
it fragor et magnae fingit vaga murmura Romae.

Perperam V. *montis* (*-es*) intactum reliquit et pro *fingit* legit *linquit*, unde orta est haec verborum structura et versio perversa: „ununterbrochen dringt der Lärm zu den sieben Bergen „(*it septem montes* „accusativus der Richtung") über alle Kuppen „sich verteilend, hin, und lässt (*linquit*) das verworrene Ge„brause der grossen Roma hinter sich, d. h., übertönt es".

Fugit eum *montis* deberi librario, cuius auribus ex proximo vs. 59 *quae superiniecti portaret culmina montis*, inhaerebat iunctura *culmina montis*, ita ut mox perperam utrumque repeteret. Licet igitur pro *montis* substituere aptissimum quodque vocabulum, velut *Martis* (Gron.).

Immerito autem V. mutavit *fingit* in *linquit*. Aptius multo ante Heinsius et Marklandus correxerant *vincit*, sed ne

1) Ceu stimulis = quasi st., ut in V 3.73.

Digitized by Google

hoc quidem necessarium, quandoquidem verba *fragor ... fingit vaga murmura Romae*, per duplicem metaphoram rhetorico poeta prorsus dignam hoc exprimunt: „per *fragorem* machinarum et operantium *effingitur* colossus (cf. vs. 6), de cuius forma et splendore iam per totam urbem eunt rumores *vagi*" [1]).

I. 2. Epithalamion in Stellam et Violentillam.

Venus intrat aedes Violentillae, quae dicuntur esse vs. 147:

digna deae sedes viridis, nec sordet ab astris.

Pro *viridis* V. recepit antiquam correctionem (non antiqui codicis lectionem, ut ille opinatur) *nitidis*, quod tamen iam Marklandus repudiavit, quia proxime praecedit vs. 145 *nitidos ... penates*. Quamquam *viridis* non valde placet [2]), tamen hoc intellexit fortasse Statius de sedis amoenitate [3]). *Ab astris* i. e. post coelum, unde recens adest Venus, dictum ut apud Ovid. Pont. 4. 5. 26 *a magnis hunc colit ille deis*.

Marmoreus splendor peristylii dein describitur:

Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
saxa virent, hic flexus onyx et concolor alto
vena mari rupesque nitent, quis purpura saepe
Oebalis et Tyrii moderator livet aeni.

Postrema aperte hoc significant: „*et nitent rupes* i. e. marmora „purpurea, quorum splendido colori invidet saepe purpurae „Laconicae et Tyriae fabricator (is, qui cocturam purpurae „Tyriae moderatur)". Nullo fundamento satis firmo nititur Vollmeri interpretatio: „*et nitent* marmor Laconicum „atque Tyrium, quorum pulchro colori invidet fabricator „purpurae Laconicae et Tyriae", ut ipsius descriptione utar: „die Umschreibung ... bezeichnet durch die Ortsnamen, die „St. künstlich in den Nebensatz zieht, zwei bestimmte Sorten, „Porphyr aus Laconien von Taenarum und aus Tyrus ... [4]).

---

1) Cf. I 4. 14 *Sileant peioris murmura famae*, et I 2. 29 de rumoribus urbanis. Ad supplendam vocem post *culmina* nil iuvant permulti loci ubi septem colles Romani memorantur I 2. 6 et 191, 4. 13, 5. 23. II 7. 45. III 4. 47. IV 1. 5, 3. 26.

2) Baehrens retinuit, sed Markl. *summis*.

3) Quint. 12. 5. 4: *fructum studiorum viridem et adhuc dulcem*.

4) Addit in parenthesi marmor Tyrium commemorari tantum hoc loco et in I 5. 39. Apparet h. l. mentionem eius nullam fieri. De altero versu mox videbo.

Digitized by Google

„Auf beide Sorten von Stein ist der an denselben Orten er-
„zeugte Purpur oder sein Verfertiger ... wegen ihrer schönen
„Farben eifersüchtig".

In vs. 233 sqq. undique confluunt familiares et propinqui ad salutandum novum maritum et uxorem:

Omnis honos, cuncti veniunt ad limina fasces,
omnis plebeio teritur praetexta tumultu:
hinc eques, hinc iuvenum questus, stola mixta laborat.
Felices utrosque vocant.

In vs. 235 V. librorum lectionem *questus* temere servare conatur hac arbitraria interpretatione: „*hinc eques* queritur, *hinc* „*iuvenum questus* sunt" [1]). Etiam hoc ineptum est, iuvenes queri, cum teruntur, quippe qui in plebeio tumultu potius iocis et ictibus indulgere soleant. Optima videtur Marklandi correctio *coetus* (cf. I 4. 115), et res ita pingitur: *omni honori* h. e. consulibus et praetoribus viam aperiunt lictores (*fasces*), reliqui praetextati sibi viam faciunt ipsi per plebeios spectatores (*pl. teruntur tum.*), nempe singuli equites et coetus iuvenum nobilium. Dein *stolam mixtam* recte intellegit V. „die unter die Menge gemischten Frauen". Itaque vs. 235 suppleo hunc in modum: *hinc eques* venit, *hinc iuvenum coetus* veniunt.

I. 3. Villa Tiburtina Manilii Vopisci.

Litus utrumque domi nec te mitissimus amnis
dividit. Alternas servant praetoria ripas.
Non externa sibi fluviorum obstare queruntur.
Sestiacos nunc fama sinus pelagusque natatum
iactet et audaci victos delphinas ephebo!
Hic aeterna quies, nullis hic iura procellis,
numquam fervor aquis.

Non librarius, sed poeta culpandus esse videtur, qui dum venatur orationem breviloquentem et exquisitam, rei descriptionem obumbravit. Satis apparet eum hoc voluisse: „villa ab utraque parte Anienis aedificata est (*alternas s. pr. ripas*) [2]), ita quidem

1) Exemplum citat IV 4. 82, quod tamen non convenit.
2) Cf. vs. 64: *alternas mensas*, et II 2. 49. 82: *praetoria*.

Digitized by Google

ut utraque ripa domestica sit (*litus utr. domi*) [1]); hinc te, quicumque es, qui villam visitas [2]), amnis non impedit, quominus hinc illuc transeas".

Laboramus in vs. 26, quem Markland sic interpunxit et correxit: *alternas s. pr r. non externa* (sc. praetoria) *sibi, fluviumve obstare q.*

Hanc correctionem merito neglexit V., nec minus merito Baehrensii *fluviove apstare*, aut Ottonis *fluviove obstare*. In ipsius tamen versione non magis acquiesco: „Sie (die Ge„bäuden) beklagen sich nicht dass der Fluss draussen „ihnen im Wege stehe, d. h. ihre Verbindung hindere". *Fluviorum* usurpari de uno Aniene nullus credo, quidquid dicit V., porro *externa* (draussen) in hac versione languidissimum est additamentum. Si sana est lectio, *externa fluviorum*, ut *lubrica itinerum*, *summa montium*, sim., nihil sunt nisi *externi fluvii*, itaque ponenda sunt duo puncta post *queruntur* et sententiae sic coniungendae: „aedificia utrinque posita *non queruntur* „*sibi obstare fluvios*, quales *externi* sunt, velut *Sestiacus*, qui „*fama* quidem est nobilis, sed traiectum fluctibus prohibet, „dum *hic aeterna quies* e. q. s."

In eodem carmine denuo festinanti negligentiae ipsius Statii imputandi videntur versus obscuri de signis metallinis in balneo.

47 Vidi artes veterumque manus variisque metalla
viva modis. Labor est auri memorare figuras
aut ebur aut dignas digitis contingere gemmas
quicquid et argento primum vel in aere minori
lusit et enormes manus est experta colossos.

Marklandus, ut in re desperata, haec adnotavit: „Totum „locum sic soleo legere: *quicquid et argento Mentor, vel in aere* „*Myronis* (sic iam primi edd.), *Zeuxidis aut vario manus est ex*„*perta colore*"! Acquiescendum videtur in Vollmeri interpretatione, quae latine sic fere audit: „labor est memorare ... omnes „figuras minores, quas artificis manus primum lusit in argento

1) Fortasse pontibus erant iunctae ut in villa Varronis.

2) Sic vulgo. Vollm pronomen *te* perperam rettulit ad ipsam domum. Sed hanc si compellat id diserte indicat, ut in vs. 39: *te ... aula*. Visitator quivis compellatur per *te*, ut in vs. 89.

Digitized by Google

„vel in aere, experiens his primis tentaminibus futuros colossos „earundem figurarum". Igitur *manus primum lusit ... et experta est* = *m.* prius *lusit ...* quam *e. est.*

Possidebat igitur Vopiscus specimina illa pretiosa, quae vulgo figlina, illi tamen nunc reddita argento vel aere, artifices temptare solent pro exemplis figurarum maiorum.

I 4. Soteria Rutuli Gallici.

Praefectum urbis Rutulium Gallum valetudinem recuperasse gaudeat quicquid ad eius provinciam pertinet. Igitur *cohortes urbanae ... leges ... urbesque togatae* (Italicae)

certent laetitia nosterque ex ordine collis
confremat.

Hic *collis* quominus habeatur pro Helicone, prohibet quod vs. 19 sqq. Phoebus Musaeque ab hoc carmine prorsus arcentur. Vollm. recte intelligit septem colles Romanos respuitque coniecturas doctorum varias. Minus vere tamen putat *ex ordine* vix differre ab *omnibus*. Loci quos citavit ex Silvis et Thebaide, quibus adde etiam III 3. 36, hoc non probant, itaque hoc quoque loco singulorum collium acclamationes quasi per echo sese excipiunt.

I 5. Balneum Claudii Etrusci.

In decorando cubiculo dicitur non admissum esse marmor Thasium nec Carystium, neque onyx aut ophites, sed tantum Numidicum purpureum et Synnadicum rubris maculis distinctum:

36 Sola nitet Nomadum decisa metallis
purpura [1]), sola, cavo Phrygiae quam Synnados antro
ipse cruentavit maculis lucentibus Attis.

Dein sequitur vs. obscurus et corruptus:

Quoque Tyri niveas secat et Sidonia rupes.

Pro *quoque* correxerunt perperam *quaeque*, = *et sola nitet purpura* (marmor purpureum) *Tyri et Sidonia, quae secat niveas rupes.* Vollmer legit *cumque Tyri*: „und zugleich mit dem Marmor „von Tyrus durchschneidet der (rote) Sidonische die weissen

1) Cf. II 2 92: *hic Nomadum lucent flaventia saxa.* Ibique Vollm. p. 251.

Digitized by Google

„Steinsorten". Sive autem legis *quaeque* sive *cumque*, obstat quod marmoris Tyrii aut Sidonii neque hodie ulla vestigia exstant, neque apud veteres usquam fit mentio [1]). Praeterea *niveae rupes*, i. e. marmor candidum, prorsus absunt a cubiculo, in quo sola purpurea nitere dicuntur. Puto igitur legendum esse *quasque Tyri n. s. et Sidonia rupes* [2]), in quo *purpura Tyri et Sidonia* non marmor indicat, sed ipsum colorem purpureum, ut sententia sit: *et* nitent *rupes niveae quas secat purpura Tyri et Sidonia*, h. e. „nitet marmor candidum sectum vel distinctum venis coloris poenici".

Heinsius in hoc vs. sic lusit: *quasque Tyrus vena secat et Sidonide rupes*, unde Baehrens: *quaeque Tyri venas s. et Sidonia rupes.*

Ne autem deteriorum tantum locorum commemoratione apud lectorem nimis noceam poetae, qui a multis iniuria spernitur, citabo interdum versus ac descriptiones nitore et elegantia insignes, veluti ex hoc libro:

2. 19 sqq. Amor et Gratia nubem florum olentium coniciunt in Violentillam, quos illam protegens excipit Stella:

Nec blandus Amor nec Gratia cessat
amplexum niveos optatae coniugis artus
floribus innumeris et olenti spargere nimbo.
Tu modo fronte rosas, violis modo lilia mixta
excipis et dominae niveis a vultibus obstas.

3. 70 sqq. In antris et lacubus villae Tiburtinae Vopisci Anienus fonte relicto

nocte sub arcana glaucos exutus amictus
huc illuc fragili prosternit pectora musco
aut ingens in stagna cadit vitreasque natatu
plaudit aquas, illa recubat Tiburnus in umbra,
illuc sulpureos cupit Albula mergere crines, e. q. s.

5. 15 sqq. In descriptione balnei Etrusci invocantur Nereides:

Ite, deae virides, liquidosque advertite vultus

---

1) Cf. supra ad I 2. 151.

2) *Quasque* iam habere nunc video Marklandum, cuius tamen totius vs. lectionem non intelligo: *Quasque Tyrus n. s., et Sidonia rupes.*

Digitized by Google

et vitreum teneris crinem redimite corymbis
veste nihil tectae, quales emergitis altis
fontibus et visu Satyros torquetis amantes.

LIBER SECUNDUS.

In praefatione libri secundi ad Atedium Meliorem, ut vulgo, enumerat Silvas, quas liber contineat:

„Primum enim habet Glauciam nostrum, cuius gratissima „infantia et qualem plerumque infelices [1]) sortiuntur apud te „complexus amabam iam non tibi. huius amissi recens vulnus, „ut scis, epicedio prosecutus sum adeo festinanter", e. q. s.

Inde a Domitio Calderino locum plerumque sic ediderunt: *cuius gratissimam infantiam ... apud te complexus amabam. Iam vero tibi huius amissi* e. q. s. Sed *iam vero* est infelicissima correctio, cum haec particula, nam fere una est, usurpetur tantum in transitione ad argumentum novum et prae ceteris notatu dignum [2]). Vollmer librorum lectionem tueri conatus est verbis „apud te complexus amabam" in parenthesi positis, sed haec tamen addidit: „doch hege ich selbst Zweifel ob nicht „doch der kurze Ausdruck *iam non tibi* (est) verderbt oder durch „eine Lücke hinter *tibi* verstummelt sei". Cum igitur coniecturae suae parum fidei ipse habeat, eam redarguere supersedeo. Sed hoc verum vidit, locum lacuna laborare post *tibi*, etenim Statius sic scripsisse videtur: *cuius gratissimam infantiam ...*, *apud te complexus*, *amabam iam tunc* (t̄c̄ pro n̄) *tibi* celebrare, *huius* e. q. s. Concinne sibi opponuntur: *cuius infantiam ... huius amissi r. v.*; ad *complexus*, sc. caritate, obiectum cogita Glauciam. Cf. Cic. ad fam. II 8. 2 *da te homini: complectetur, mihi crede*, ad Att. XVI 15. 3 *ut adulescentem ... complecterer.*

Quod supplevi verbum *celebrare*, dubitari vix potest, quin

---

1) Glaucias, puer Melioris, mature diem obierat. Cf. Martialis, epigr. VI 28 et 29.

2) Cf. e. g. Cic. nat. deor. I 39. II 126, 147, 148, 155, 161; de div. II 55, 127, al.

Digitized by Google

vivum etiam puerum patroni versiculis genethliacis aliisve aliquando celebraverit.

II 1. Epicedion Glauciae.

Post prooemium incipit pueri laudatio a vs. 36, in qua haec legimus

51 heu lactea colla
bracchiaque numquam domini sine pondere cervix.

V. cum omnibus edd. dedit *bracchia que et numquam*, quod tamen vix probandum est.

Praeter Anchisen, qui unus *in nati trepidus cervice pependit* Prop. IV 1. 43, iuniores tantum in seniorum cervicibus pendere solent (I 2. 103, II 2. 202 = III 2. 132. Ovid. F. III 760 *deque viri collo dulce pependit onus*. Val. Fl. I 259). Hac de causa V. rectissime coniunxit *cervix domini*. Sic tamen oritur sententia parum vero similis, dicitur enim Melioris cervix numquam esse sine pondere Glauciae, cum contra hoc dulci pondere in perpetuum careat. Atque copulam *et* minus aptam esse ipse sensit V. idque expressit his verbis, paulo tamen obscurioribus: „die etwas auffällige Verbindung mit *et* erklärt „sich dadurch, dass ja die *brachia* sich um den Nacken des „Herrn schlingen". Denique, quod cervix, cuiuscumque est, dicitur *numquam* sine pondere esse, hoc etiam inter amantissimos nimium et vix tolerabile videtur. Omnia autem sana sunt, ni fallor, si corrigimus: *heu lactea colla brachiaque! heu nunc iam* (nūcȷā pro nūqā) *d. s. p. cervix*, ut deplorentur lactea pueri colla et brachia utque cervix domini in perpetuum iis carere dicatur.

II 3. Arbor Atedii Melioris.

In lepidissimo carmine de platano formaturae insolitae narratur eius origo ex nympha venatrice, quae Pana fugit donec perveniat ad stagnum in monte Caelio.

14 ibi demum victa labore
fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti
stant sine fraude lares, flavos collegit amictus
artius et niveae posuit se margine ripae.

Digitized by Google

In postremo versu leve vitium molestias facessivit interpretibus, dum praeteriit eos me iudice multo gravius. Ripa sane mire dicitur *nivea*, pro quo coniecerunt *curvae* vel *nitidae*, Marklandus etiam *viridi . . . margine r i v i*, immemor in Thebaide quoque legi *margine ripae stat pecus* (IV 702) [1]). V. suspicatur ripam *niveam* appellari propter album silicem.

Sed est quod mireris neminem offendisse, quod Nympha dicitur collecto artius amictu *se posuisse* in ripa, cum ex sequenti narratione appareat, eam labore victam repente obdormivisse, qualis statim conspicitur a deo, qui tamen attrectare eam non potuit, cum evadat in aquam expergefacta a Diana, quae

laevamque soporae
Naidos aversa fertur tetigisse sagitta,

itaque suspicor librariorum errore non insolito litteras esse traiectas et rescribendum *et nivea s o p i t a e s t m. r.*, quod ideo quoque aptum videtur, quia amictus artius colligi solet non a discumbentibus, sed a dormituris.

Mox Melioris laudes praedicantur, ut in carmine die genitali dato, et ipse sic compellatur

68 incorrupte fidem nullosque experte tumultus
et secrete, palam quod digeris ordine vitam.

Pro *quod* alii dederunt *qui*, alii *quom*, ut V., qui adnotat: „Atedius erfüllt diese Forderung (scil. secretum vivere, *λάθε „βιώσας*), ohne doch ins Extrem zu verfallen; er lebt *palam* „(und) *ordine*"; ergo versiculus hoc significaret: „o tu, qui „secrete vivis, sed simul palam et ordine", haec autem quomodo inter se concordent non video. *Quod* recte se habet et causam reddit, cur Atedius vivat fide incorrupta, expers tumultus, secrete sibi, nempe quia in vita externa (*palam*) se gerit prudenti consilio (*ordine*). Hinc in praefatione appellatus est *in omni vitae colore tersissimus*, et modo: *placidi Melioris aperti stant sine fraude lares*; amicos etiam mortuos pie colebat (II 1. 191 sqq.), nec ullos honores petivisse videtur.

---

1) Hunc locum citans V. addere potuit utrinsque exemplum ex Ovidii Fastis II 222: *riparum margine clausos agros.*

Digitized by Google

II 5. Leo mansuetus.

Statim ab initio bestiam sic alloquitur:

Quid tibi monstrata mansuescere profuit ira?

Pro *monstrata* antiquissima correctio est *constrata*, unde perversa haec doctrina invasit lexica, participium *constratus* semel tropice usurpatum esse a Statio h. l. Codicum lectio rectissima est et sic interpretanda: „Quid tibi profuit, quod indulgenter mansuefieri te passus es, cum tamen irae tuae vim olim monstravisses, hac autem facile huic ignominiae te surripere potuisti". In honorem leonis fingit eum non invitum mansuefactum esse, sed aliquid inde commodi sperantem.

Etiam V. librorum lectionem restituit, sed perperam me iudice contendit *monstrata* h. l. idem esse quod *docta* [1]): „die „*ira*, welche die Natur dem Löwen *monstravit*, verlernt er, „indem er *mansuescit*"; vertit igitur: „Quid t. pr. iram, quam „natura te docuerat, amittere mansuefacto", quod Latinis inesse non video.

II 6. Consolatio ad Flavium Ursum de amissione pueri delicati.

In prooemio docet amissionem pueri nonnumquam graviorem esse quam affinium.

maesta et lamenta sororum
et fratrum gemitus: ad te tamen at procul intrat
altius in sensus maioraque vulnera vincit
plaga minor [2]).

Alterum versum temptarunt coniecturis partim audacibus partim duris: *arte tamen et* Domit., *haeret tamen et* Markl., *ardet tamen ac* Baehr., *at item tamen, at* Krohn, *alte tamen et* Vollm. Dum certiora aliquis invenerit, suspicor Statium dedisse *adeo tamen, ah, pr. i.* De *ah* vel *a* cf. V. 5. 53, III 3. 25, 124, de *adeo* cum comparativo Plaut. Amph. 1134; *multo adeo melius*. Sil. Ital. XI 89: *maiore adeo ... motu*.

---

1) Ut in III 3. 89.

2) *Procul altius* ut in vs. 34 *procul pulchrior*. De re cf. II 1. 4.

Digitized by Google

In ea parte epicedii, quae est de aegritudine et morte pueri, Rhamnusia virgo prius eius vires et speciem laete efflorescere iubet, ut dein cum maiore luctu eum extinguat:

74 Ac primum implevitque toros oculisque nitorem
addidit ac solito sublimius ora levavit,
heu, misero letale favens seseque videndo
torsit et invidia mortemque amplexa iacenti
iniecit nexus carpsitque immitis adunca
ora verenda manu

Implevit toros: V. „füllte seine Muskeln mit Blut". Ego simpliciter verto: *ampliavit t.*, ut Celsus I 3: *implet corpus modica exercitatio ... extenuat corpus aqua calida* etc.

Solito sublimius ora levavit: V. „gab ihm ein erhabeneres „Aussehen", quod vix convenit de puero. Ego: levavit staturam minus erectam, faciem oculosque demissos, qualia pueri exhibere solent. Denique in *heu misero letale favens* perperam V. cogitat de aliqua pueri superbia leto punienda „um seine ὕβρις „dann mit dem Tode zu strafen", cum significet tantum, deae munera esse praesagia leti.

Sed haec leviora. Summa difficultas est in sequentibus. Primum quaeritur, quo pertineant *et invidia* et quid sibi velint. V. iunxit *seseque torsit videndo et invidia*: „dabei quält sich die Göttin „selbt ihrer Natur gemäss mit dem Sehen und dem Neide, „den ihr das Sehen einflösste". Sed quid hoc est, nisi tautologia, nam qui *sese torquet videndo* (alterius prosperitatem), is hoc ipsum facit ex invidia [1]). Quin totam illam pueri recreationem susceperat virgo Rhamnusia ab insito livore, non differt enim apud Statium ab illo numine, quod mortalium felicitati invidet eamque detrahere conatur assidue. Appellatur eadem modo Rhamnusia, modo Lachesis II 1. 120 sqq., qui locus cum nostro proxime convenit:

Scilicet infausta Lachesis cunabula dextra
attigit et gremio puerum complexa fovebat
invidia: illa genas et adultum comere crinem,
et monstrare artes et verba effingere, quae nunc
plangimus,

1) Minus dura, sed tamen tautologia est etiam in Baehrensii coniectura *torsit ab invidia*. Idem dein correxit *mortisque*.

Digitized by Google

modo Parca (ibid. 137 sq.) et Fata (supra 58 sq., II 7. 89 sq.) vel etiam Invidia (V 1. 137 sqq.) [1]). Haeremus igitur in verbis *et invidia*, nam cum sequentibus iungi non posse in oculos incurrit.

Non minus nos vexant quae sequuntur: *mortemque amplexa iacenti iniecit nexus*. V. corrigens *nexu* verba sic construxit: *nexu amplexa* puerum, *mortem iacenti* ei *iniecit*: „wie sich die Rh. „nun auf den Knaben wirft und ihn tötet". Itaque *inicere mortem* putat significare posse *interficere*, quod non credo. *Mors*, ut iam intellexit Marklandus, est numen mortis, quod arripit (*amplexa*) Rhamnusia et in puerum conicit ut eum extinguat, dum ipsa interim *carpsit adunca ora verenda manu* (cf. II 1. 138). Dea *Mors* cum *Parca* coniuncta invenitur etiam in V 1. 267 (cf. *Mortes* II 7. 131. Theb. VIII 24, IV 528). Quod autem Rhamnusia dicitur *amplexa* esse Mortem, antequam *nexus* (eius) in puerum coniceret, hoc felicissimam coniecturam suppeditavit Marklando, qui meminerat Mortem nonnumquam invitam officio suo fungi et misereri victimarum, quibus immittitur. Igitur scite correxit: *et invitam* [3]) *Mortem complexa*, et sic Statius scripsisse videtur, auctore Manilio IV 87 *et invita devictum Morte Catonem* et Lucano VI 530 *fatis debentibus annos Mors invita subit*, sc. animas innocentes, quas infodit Thessala.

In eis, quae continuo sequuntur:

79 quinta vix Phosphoros hora
rorantem sternebat equum: iam litora duri
saeva, Philete, senis durumque Acheronta videbas,

pro *q. hora* Schrader. et Baehr. scripserunt id quod sententia requirere videtur *quinto ortu*. Sed vitii origo non facile perspicitur. V. coniecit *ora*, explicans: „der Sonnenwagen beginnt „seine Fahrt zum fünften Male am Saume der Welt". Neque hoc probare nec meliora invenire possum. De re confer Theb. II 129 et VI 216: *iam novies caelo dimiserat astra Lucifer et totidem Lunae praevenerat ignes mutato nocturnus equo.*

---

1) Cf. Ovid. M. II 780.

2) Suet. Ner. 53: quem (leonem) brachiorum nexibus elideret.

3) Statius ipse in vs. 28: invitas deiecit in aequora pinus

Digitized by Google

Denuo in honorem poetae cito ex l. II haec specimina.

II 1. 146 sqq. de morte Glauciae:

septima lux, et iam frigentia lumina torpent,
iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.
Ille tamen Parcis fragiles urgentibus annos
te [1]) vultu moriente videt linguaque cadente
murmurat, in te omnes vacui iam pectoris efflat
reliquias, solum meminit solumque vocantem
exaudit tibique ora movet, tibi verba relinquit
et prohibet gemitus consolaturque dolentem.
Gratum est, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis
exedit puerile decus manesque subivit
integer et nullo temeratus corpora damno,
qualis erat.

II 2. 26, de situ villae Surrentinae:

mira quies pelagi: ponunt hic lassa furorem
aequora et insani spirant clementius austri,
hic praeceps minus audet hiems nulloque tumultu
stagna modesta iacent dominique imitantia mores.

Ibid. 45, de aedium latere quod aut orientem et terras aut occidentem et mare spectat:

haec domus ortus
aspicit et Phoebi tenerum iubar, illa cadentem
detinet exactamque negat dimittere lucem,
cum iam fessa dies et in aequora montis opaci
umbra cadit vitreoque natant praetoria ponto [2]).
Haec pelagi clamore fremunt, haec tecta sonoros
ignorant fluctus terraque silentia malunt.

Ib. 73 quid mille revolvam
culmina visendique vices? sua cuique voluptas
atque omni proprium thalamo mare transque iacentem
Nerea diversis servit sua terra fenestris:
haec videt Inarimen [3]), illinc Prochyta aspera paret,
e. q. s.

---

1) Meliorem.
2) I 3. 19: longas eadem fugit umbra per undas.
3) Aenariam s. Ischiam.

Digitized by Google

Ibid. 98 sqq. lepida imago Nereidis sub noctem furtim e mari emergentis, ut uvas captet, sed mox has amittentis, cum deprehenditur a Satyris:

Quid nunc ruris opes pontoque novalia dicam
iniecta et madidas Baccheo nectare rupes?
Saepe per autumnum iam pubescente Lyaeo
conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra
palmite maturo rorantia lumina tersit
Nereis et dulces rapuit de collibus uvas.
Saepe et vicino sparsa est vindemia fluctu
et Satyri cecidere vadis nudamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.

LIBER TERTIUS.

III 2. Propempticon Maecio Celeri.

Ad v. 10 pontusque polusque luceat
citandi fuerunt loci ex Theb. XI 67 *horruit audito tellus pontusque polusque* et Val. Fl. I 331 *metuens pontumque polumque.*

Liquidis versibus evocantur Nereides ut Celeri navem apparent nautarum ritu:

huius utrumque latus molli praecingite gyro
partitaeque vices vos stuppea tendite mali
vincula, vos summis adnectite sipara velis,
vos Zephyris aperite sinus; pars transtra reponat,
pars demittat aquis curvae moderamina puppis;
sint quibus exploret primos gravis arte molorchos
quaeque secuturam religent post terga phaselon
uncaque submersae penitus retinacula vellant;
temperet haec aestus pelagusque inclinet ad ortus:
officiis careat glaucarum nulla sororum.

In versu corruptissimo 30 haec temptarunt summi philologi: *exploret lino gr. alta molybdis* Gron., *plumbo gr. alta molybdus* Salm., denique Ianus Rutgers: *rupes maris artemo tortus,*

Digitized by Google

atque huius inventum *artemo* [1]) merito placuit hodiernis [2]), in quibus tamen Schwartzius reliqua sic edidit: *plenos gravis artemo lintres* et V. sic: *primos gr. artemo lembos*. Probo *lembos*, sed *primos* servari posse non credo, quod V. sic explicat, ut per artemonem onera in navem tollantur ex lembis a prora iacentibus: „die Kähne vorn am Schiffe, im Gegensatz zu der „*secutura phaselos*". Praestat *plenos*, sed leviore correctione scribemus *pronus*: artemo pronus e navi exstans haurit onera gravia (hinc *gravis*) ex lembis.

Discessus salutantium vivide ita describitur:

54 Iamque ratem terris divisit fune soluto
navita et angustum deiecit in aequora pontem,
saevus et e puppi longo clamore magister
dissipat amplexus atque oscula fida revellit,
nec longum cara licet in cervice morari [3]).
attamen in terras e plebe novissimus omni
ibo nec egrediar nisi iam ⏑⏑–⏑ carina.

Si quis quaerat quomodo Statius soluta nave et ponte deiecto escenderit, audiat Vergilium in Aen. X 288:

Interea Aeneas socios de puppibus altis
pontibus exponit. Multi servare recursus
languentis pelagi et brevibus se credere saltu,
per remos alii.

Sic igitur navem relinquebant baiuli aliique de plebe homines, cum quibus novissimus exire cupit Statius.

Cum autem talis descensio fieri non possit, si navis iam velis remisque movetur, in lacuna postremi versus non intercidit *currente*, ut V. supplevit post alios, sed *cedente*, vel potius *fluitante*, ut suspicor.

Paulo post sequitur locus communis de navigandi temeritate, in quo hoc legitur

69 imus in abruptum gentilesque undique terras
fugimus exigua clausi trabe et aere nudo.

---

1) Machina oneribus sublevandis adhibita: *ἐπάγοντα, quem nostri artemonem appellant*, Vitruv. 10. 5. 9.

2) Praeter Baehrensium, qui dedit: *rupes gravis ante molybdus*.

3) Statio in cervice Celeris.

Digitized by Google

Quod V. adnotavit „*aere nudo* ohne ein Boden darunter", non valde perspicuum est. Verba significant *sub divo*. Comparandus fuit Val. Fl. Arg. II 171, ubi Lemniades relictis domibus *agglomerant sese nudisque sub astris condensae fletus acuunt*. Langenus ad h. l. haec habet: „i. e. *sub divo*, sine exemplo dictum videtur". Illud recte, hoc minus, quatenus scilicet hi loci se invicem satis illustrant. Fallitur autem cum addit „*sub astris* „nubibus non obtectis", nam nihil refert Lemniadum utrum astra obtecta sint an conspicua. Latini non magis quam Germani et nostrates, quando usurpamus onder den blooten hemel, cogitabant de coelo nubibus non obtecto, sed hoc tantum, nihil tegumenti esse inter mortales debiles et altissimum caelum. Videtur adiectivum *nudus* habere in hac formula significationem causativam: quod homines nudos facit vel destituit, sic Horatius dixit *nigris ventis* I 5. 7, *varius autumnus* II 5. 12, *hiemes informes* II 10. 5, *pallida mors* I 4. 13, *lividas obliviones* IV 9. 33 (alia cf. Kiessl. ad I 12. 39). Iam ante Statium et Valerium Vergilius similiter scripserat II 512 *aedibus in mediis nudaque sub aetheris axe ingens ara fuit*. Coelum nubibus non obtectum ille appellat *serenum* vel *apertum*, velut I 155 et 587. Apud Statium in III 5. 91: *et geminam molem nudi tectique theatri*, adiectivum *nudi* scite fortasse adhibuit ob duplicem significatum, cum theatrum non tectum nudos relinquat spectatores.

III 3. Consolatio ad Claudium Etruscum.

Dolor Claudii Etrusci propter mortem patris, qui octogenarius ex exilio redux brevi post diem obierat, comparatur cum Thesei gemitu propter Aegeum.

haud aliter gemuit periuria Theseus
litora, qui falsis deceperat Aegea velis.

Locus aperte corruptus est, sed praeterea claudicat comparatio, nam Claudius nulla sua culpa patrem omisit, cum Theseus patris mortem adduxerit periurio erga Ariadnen, quae secundum Catullum LXIV sic precata est Eumenides: *Vos nolite pati nostrum vanescere luctum; sed quali solam Theseus me mente* (obliviosa iurisiurandi) *reliquit, tali mente* (obliviosa promissi paterni), *deae, funestet seque suosque*. Hinc fuerunt qui expellerent

Digitized by Google

periuria scriberentque *per patria ... litora* (Baehr.), *per inania ... litora* (Bursian), *per Sunia ... litora* (Friederich). Iure tamen V. rediit ad lenem Italorum correctionem *litore*, quamquam non assentior hoc trahendum esse ad sqq.: „den am Gestade „harrenden Vater". Ego iungo *gemuit litore Theseus*, recte enim heros nave egressus accepto patris suicidio, iuxta mare quasi iuxta sepulcrum illius eiulat [1]). Tertium comparationis igitur positum est in querelarum vehementia utriusque filii [2]) nec non fortasse in hoc quoque, quod acute perspexit et sic expressit V.: „dass „beide Väter, das von den Söhnen gewonnene Glück, Aegeus „das der Befreiung von den Cretischen Schmach, Claudius das „der Begnadigung, nicht mehr geniessen konnten" (cf. vs. 185). His vere V. hoc subiunxit: „Statius verdunkelt das Vergleichungsverhältniss, wie oft, indem er den Vergleich mit accessorischen Umstände belastet".

Silvae abundant comparationibus, quas paucis persequar.

Plurimae sumptae sunt, ut par est, ex mythologia. Comparationi tum inservit modo una res, unus heros aut heroina, unus deus, ut I 1. 9 equus Troianus, ibid. 18 Mars, III 1. 73 tempestas e l. IV Aeneidis, 2. 64 Gigantes, ibid. 96 Phoenix, 3. 179 Theseus, IV 2. 19 Atlas, 4. 35 Achilles, 6. 51 Hercules, V 2. 15 Phoenix, 3. 16 Apollo.

modo duo: I 2. 213 Paris, Peleus, 4. 12 Telephus, Menelaus, II 6. 25 Ariadne, Paris, ibid. 43 Parthenopaeus, pubes Spartana et qui in Olympiis certant, III 1. 130 Hercules, Vulcanus, 3. 56 Hercules, Apollo, 5. 57 Alcyone, Philomele, IV 2. 35 Triptolemus, Bacchus, V 1. 113 Pythia, Bacchas, 2. 48 Hercules, Telamon.

modo tres: I 2. 241 Ilia, Lavinia, Claudia [3]), III 4. 40 Endymion, Narcissus, Hylas, 5. 45 Penelope, Aegiale, Meliboea, IV 8. 28 Helena, Castor, Pollux, V 2. 118 Ascanius, Troilus, Parthenopaeus.

modo quatuor vel plures etiam; unde oritur longa doctrinae ostentatio et tertium comparationis plerumque prorsus omit-

---

1) Sic I 2. 3 *in Amyclaeis harenis* exsultat Paris veniente Helena ad navem suam.
2) Cf. 121 de Claudio: *immane gemens*.
3) Haec ex historia patriae, cui accedit I 4 41 Numa, Pompeius, Brutus.

Digitized by Google

titur: I 3. 81—89 pomaria Alcinoi, Telegoni, iugera Turni, domus Lucrina, litus Antiphatae, iuga Circes, Anxuris, Gaietae, II 1. 88—95 Peleus, Phoenix, Evander, Acoetes, Dictys, III 3. 80—83 Iupiter Ganymedes, Iuno Iris, Neptunus Triton, IV 2. 46—56 Gradivus, Pollux, Euhan, Alcides, Iupiter, V 3. 266—76 Aeneas, Orpheus, Admetus, Laodamia.

Ex geographia, meteorologia, aliis comparationem sumpsit in I 2. 203 Alpheus, I 3. 31 fretum Euboicum et Siculum, II 2. 34 *semita tecta*(?) ad Acrocorinthum, 6. 18 Parthus, Molossus, aves, cervi, ibid. 35 luna et Hesperus, IV 1. 3 Eous, IV 3. 90 Vulturnus, Bagradas, Liris.

Hae comparationes ad unum omnes scholam et lampadem redolent atque mera sunt stili ornamenta. Idcirco non exigendae sunt ad leges iustae comparationis neque corrigendae, si, ut locus ille, unde profectus sum, aliquid continent, quo id ipsum quod comparatione illustrari debet, obscuratur potius quam dilucidatur.

Supersunt autem paucae aliae, derivatae ex vita rebusque humanis vel natura, quae igitur comparationem Homericam et classicam magis referunt. Hae plerumque verbis ac numeris elegantes sunt, sed nonnumquam minus iuste adhibitae et raro novae. Propria poetae est comparatio petita ex ipsius vita IV 2. 64, atque etiam exempla anteriora nobis desunt comparationis quae legitur in I 4. 20 quaeque non Graeca sed vere Romana origine esse videtur: *immensae velut conexa carinae cymba minor ... eodem volvitur austro*, cui consimilis est altera in V 1. 242 ubi iuxta *magnam Thurio de litore puppim* etiam *angusta phaselos ... partem sibi vindicat austri* [1]). Antiquae et tritae sunt comparationes cum floribus aut arboribus: II 1. 106 *velut primos expiraturus ad austros mollibus in pratis alte flos improbus extat*, III 3. 128:

> *sed media cecidere abrupta iuventa*
> *gaudia florentesque manu scidit Atropos annos,*
> *qualia pallentes declinant lilia culmos*
> *pubentesque rosae primos moriuntur ad austros* [2]),

1) Similia citat Vollm. ex Ciri 478 et Plin. Ep. 8. 20. 70.

2) Apparet *primos ad austros* esse ex formulis illis, quas extemporalis poeta paene

Digitized by Google

aut ubi verna novis expirat purpura pratis [1]).

Porro V 1. 48: *qualiter aequaevo sociatam palmite vitem ulmus amat miscetque nemus* sqq. et ibid. 151: *qualiter alta comam silvarum gloria pinus seu Iovis igne malo seu iam radice soluta deficit et nulli spoliata remurmurat aurae* [2]).

Denique in II 5. 19 leo vulneribus moriens comparatur cum militis extremo certamine et in V 2. 21—27 filius nobilis avitis honoribus destinatus componitur cum equo elaborate sic:

Romulei quales per iugera circi,
cum pulcher visu, titulis generosus avitis
exspectatur equus, cuius de stemmate longo
felix demeritos habet admissura parentes, —
illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
pulvis et incurvae gaudent agnoscere metae:
sic te, clare puer, genitum sibi Curia sensit,
e. q. s.

Ex his satis plana sunt in hoc stili genere Papinii vitia et merita.

LIBER QUARTUS.

Praefatio.

Ex fine praefationis apparet fuisse censores, qui Statium reprehenderent, non quod amicis suis vel patronis Silvas scripsisset, sed quod has nugas palam edidisset. Contra hos se defendit tamquam homines sibi adversos, quorum censura non audienda sit, atque hunc librum sub tutela ponit Vitorii Marcelli. Scribit autem sic:

„Quare ego plura in quarto Silvarum quam in prioribus?

---

inscius usurpabat, qualesque complures in Silvis inveniuntur et sine quibus hae vix tam celeriter componi potuerunt.

1) Dulcissimi versus placuerunt homini Africano, qui eos in propinqui alicuius sepulcro incidendos curavit. Cf. Buecheler anth. epigr. II 1787.

2) Loci paralleli, quos citat Vollm. ex Homero XIII 389, Vergilio V 448, Culice 135, in genere quodammodo conveniunt, sed nequaquam in singulis, quae ipsi Statio deberi videntur.

Digitized by Google

„Ne se putent aliquid egisse, qui reprehenderunt, ut audio, „quod hoc stili genus edidissem. Primum supervacuum est „dissuadere rem factam; deinde multa ex illis iam domino „Caesari dederam, et quanto hoc plus est quam edere? Exer„cere autem ioco non licet? „Secreto" inquit. Sed et sphaero„machias spectamus et palaris lusio admittit [1]). Novissime: „quisquis ex meis invitus aliquid legit, statim se profitetur [2]) „adversum. Ita quare consilio eius accedam? In summam: nempe „ego sum qui traducor, taceat et gaudeat. Hunc tamen librum „tu, Marcelle, defendes et si videtur hactenus, sin minus, „reprehendemur. Vale".

In postremis, inde ab *in summam*, cum alia obscura sunt, tum haec praesertim: primum, quae res vel persona opponatur pronomini *ego*, quod postulat oppositum, tum, quae verba cogitanda sint ad *hactenus* et ad *sin minus*, denique, quid sibi velint *taceat* et *gaudeat*.

Marklandus locum sic interpretatus est: „Denique (*ad summam*), si reprehensione dignus sum ob hoc leve genus scriptionis, quid hoc ad illum? cum *ego* sim qui traducor, non ille: itaque *taceat*, utpote in re quae ad eum minime pertineat, et *gaudeat* meo dedecore, si ita velit". Porro sic pergit. „*Et*, si ita tibi videbitur, *hactenus*, nec ultra huiusmodi scripta edam. *Sin minus*, id est, si volueris me pergere, *reprehendamur* [3]), non ego invidos et malevolos curabo".

Vir clarissimus plenissime opinionem suam expressit, vereor tamen ut iusta sit.

Primum ille, ut paulo ante illum, spectare debet, quantum video, ipsum reprehensorem et traductorem Statii. Si hoc verum est, sequitur, ut nimis absurde sic roget: „quid reprehensio ad reprehensorem et traductorem", et: „ego sum qui traducor, non traductor"; atque hinc denuo sequitur, interpretationem τοῦ *taceat* falsam esse. Porro cum *hactenus* (et *sin minus*) referri possit ad praefationem: *hactenus* praefabor, vel ad defensionem: *hactenus* me defendam, M. rettulit ad novarum silvarum editio-

1) „Admittit" scil. spectatores Sphaeromachia et palaris lusio exercitationes erant militum et athletarum. Cf. Vollm. ad h. l.

2) Mss. *profiteatur*. Corr. Vahlen.

3) Pro *reprehendemur*.

Digitized by Google

nem. Vix recte, quandoquidem Statius ab initio (*quare ego plura* etc.) affirmavit illam reprehensionem se potius movere ut plura quam ut pauciora, nedum ut nihil, edat.

Vollmerus, alioqui a correctionibus alienus, hic non tantum cum Madvigio pro *et si* legit *sed si*, verum verba quoque sic transposuit: *gaudeat. Sed, si videtur, hactenus. Hunc tamen librum tu, M., defendes, sin minus, reprehendemur.* Cum tamen hanc coniecturam, diffidenter prolatam [1]), sibi se tuendam reliquerit, neque ullum verbum addiderit aut de his aut de reliquis rebus verbisque ambiguis (*ego, taceat, hactenus*, quod referre videtur ad claudendam praefationem), in incerto relinquimur et hoc tantum intelligimus praefationem apud V. finiri hac insulsa sententia: „tu defendes, si non defendes, reprehendemur".

Etiam Madvigius postrema tantum verba obiter sic correxit in Adv. Crit. II 161: *hunc tamen l. tu, M., defende, sed si videtur, hactenus, si nimis reprehendemur.* Adnotans: „contra nimiam tantum reprehensionem defendi se cupit levem et mediocrem aequo animo subiturus". In *si nimis* [2]) agnoscimus summi critici acumen. Hanc rem acu tetigit, sed de ceteris ille quoque tacuit.

Ex mea quidem opinione praeter *et* atque *sin minus* etiam *taceat* corruptum est. Verba *taceat et gaudeat* conclusionem continent praecedentis *nempe ego sum qui traducor* [3]), sed in hac conclusione *taceat* èt ineptissimum est atque nullius effectus contra adversarium, èt non congruit cum *gaudeat*, nam adversarius hoc ipso gaudet quod non tacet et poetam traducere pergit.

Quodsi nulla fere litterarum mutatione corrigimus *faciat*, recto stat sententia talo, ut mox apparebit. Denique pro *et* corrigo *me* [4]). Itaque locum sic constituo et explico: *Nempe ego sum qui traducor*, non libri mei. *Faciat*, traducat me, *et gaudeat* traducendo. *Hunc tamen librum tu, M., defendes: me, si videtur, hactenus* defendes, *si nimis reprehendemur.*

---

1) Pag. 441: „so, glaube ich, bleibt im Gedankengange keine Lücke".

2) Etiam Baehrensio probatum, qui edidit: *defendes, si videtur, set hactenus, si nimis r.*

3) Quod Baehr. in textu expressit scribendo: *taceat ergo et g.*

4) Utraque vocula scribebatur per compendium nonnumquam parum distinctum, cf. lex. abbreviaturarum Abr. Cappelli Mediol. 1899, p. 100 et 187.

Digitized by Google

Oppositio inter *ego* et *librum* deducitur ex praegressis *quisquis — adversum*, quae hunc sensum habent: „accedunt inviti „ad lectionem meorum, quia iam ante mihi adversi sunt, ita„que non tam libros meos quam me reprehendunt". Tum sic pergit: „me traduci non curo, faciat et gaudeat. Hunc tamen „quartum librum tu defendes, scil. non tam verbis, quam „quod sub tuo nomine et tutela prodit [1]), me tantum defendes, „si reprehensio nimia tibi videbitur et eiusmodi, ut te quoque „tangat patronum meum". Vides, cur utatur numero plurali *reprehendemur*.

Quis autem severus ille Silvarum censor fuerit, novimus ex Quintiliani I. O. X 3. 17, ubi, postquam eos redarguit, qui nimis alta et quae supra vires sint in dicendo spectant, quia „curandum est ut quam optime dicamus, dicendum tamen pro „facultate", sic pergit: „diversum est huic eorum vitium, qui „primo decurrere per materiam stilo quam velocissimo volunt „et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt: hanc „silvam vocant; repetunt deinde et componunt [2]) quae effu„derant: sed verba emendantur et numeri, manet in rebus „temere congestis quae fuit levitas. Protinus ergo adhibere „curam rectius erit atque ab initio sic opus ducere, ut caelan„dum non ex integro fabricandum sit".

Cum etiamnunc sint, qui negent Quintilianum respexisse Statium [3]), argumenta mea paucis referam.

Definitio Silvae quam dedit Q., ad amussim respondet Statianis. Haec quoque sunt Carmina extemporalia velocissime scripta, dein repetita et in libellos composita sine multis mutationibus. Constat de his cum ex carminibus ipsis tum ex praefationibus, ex quibus quaedam citabo, quae eo nos ducunt, ut credamus, Quintilianum definitionem suam conformasse ad ea, quae St. ipse de Silvis suis scripserat.

Praef. I: „libellos, qui mihi subito calore (Q. sequentes

1) Statim videbimus, reprehensorem illum una cum Statio Marcellum pro patrono veneratum fuisse.

2) Scil. in unum librum.

3) Cf. Vollm. p. 32 adn. 1.

Digitized by Google

calorem), quadam festinandi voluptate fluxerunt ... stilo remissiore (Q. *stilo velocissimo*) ... amiserint, quam solam habuerint gratiam celeritatis ... quaedam in singulis diebus *effusa* (Q. *effuderant*), quamquam timeo ne verum istud versus quoque ipsi de se probent".

Praef. II: ut excusandam habuerim celeritatem ... ne quis asperiore lima carmen examinet ... *leves* (Q. *levitas*) libellos.

Praef. III: libellorum istorum temeritatem ... *subito* (Q. *subito calore*) natos ... audaciam stili nostri.

Nihil refert quod Statii silvae non soluto sed ligato sermone sunt conceptae, nam Q. ad exemplum Theophrasti (X 1. 27) praecepta tradebat utrique generi communia [1]). Hinc paulo ante in eadem re Sallustium citat et Vergilium (§ 8); hinc pendent in hoc libro loci celeberrimi de poetis Graecis et Latinis, hinc denique carmine quoque oratori ludendum esse existimat (5. 16) et de Cicerone haec scripta habet: „ideoque mihi videtur M. „Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quo- „que studiorum secessus excurrit" (ibid.) et paulo ante: „ac de „carminibus quidem nemo credo dubitare, quo solo genere „exercitationis dicitur usus esse Sulpicius, e. q. s.".

Ceterum quod in nostro loco „numeros" nominat, hoc potius ad prosam quam ad poesin pertinere docet c. 3. 5: „post subeat „ratio collocandi (sc. verba) versenturque omni modo numeri, „non ut quodque se proferet verbum occupet locum".

His argumentis accedunt indicia permulta aliquanti ponderis.

Statius ab initio dicit plures reprehensores fuisse, sed mox rem revocat ad unum auctorem (*inquit ... consilio eius ... taceat, gaudeat*). Huius autem reprehensiones procul dubio poeta, qui Caesaris et principum multorum favore florebat atque suae laudis sibi conscius erat, silentio praeteriisset, nisi ille magna tunc in litterarum provincia auctoritate frueretur, uti Quintilianus.

Quintilianus de scriptoribus atque poetis liberrime iudicavit et iudicia illa nominatim pronuntiavit in scholis vel in familia-

---

1) Silvas prosa oratione scriptas exstitisse novimus ex Gellii praef. 6, qui tamen indicat scripturae genus a Quintilianeo prorsus diversum et exhibens doctrinam miscellaneam, Noctium Atticarum instar. De Lucani Silvis nihil notum praeter titulum,

Digitized by Google

ribus sermonibus antequam divulgarentur in I. O., atque inde apud nonnullos invidiae suspicionem sibi contraxit. Docet hoc locus de Seneca X 1. 125: „ex industria Senecam .... distuli „propter vulgatam falsam de me opinionem, qua damnare eum „et invisum quoque habere sum creditus". Etiam Statii defensio pertinet ad sermonem de se habitum, in quo nominatim [1]) traductus erat, *quod hoc stili genus edidisset.* De hoc autem sermone audivit (*ut audio*) ab aliquo, atque probabiliter suspicati sunt Vollm. et Ribbeck. sermonis interpretem fuisse ipsum Vitorium Marcellum, cuius filio et simul suo Quintilianus I. O. scripto mandavit et cui totum opus dedicavit [2]).

Quod Q. in I. O. Statium non nominavit, recte se habet, nominavit tantum mortuos.

Quod autem Marcellus censuram Quintiliani Statio rettulit, id non invito illo fecisse credendus est, ipse autem sic egit, ut Statius, amicus et fere cliens, defendere se posset fecitque eo lubentius, quia in hac quaestione propius ipse stabat a poeta quam a rhetore, aliter enim Statius novissimum Silvarum librum non sic in eius tutelam tradidisset.

Igitur omnia conspirant ut credamus, neminem nisi Quintilianum a Statio esse petitum in praefatione l. IV.

Hinc autem pendet quaestio chronologica. Quamquam enim vidimus defensionem poetae spectare potius sermonem inter Marcellum et Quintilianum habitum [3]), quam ea quae Q. scripsit in I. O., tamen sermo ille, cui tantum tribuit Papinius, non temere incidisse putandus est, sed propter ea ipsa, quae paulo ante rhetor in libro vulgaverat de Silvae genere [4]). Praefatio autem l. IV scripta est a Statio aestate a. 95 (Vollm. Einl. p. 10, Mus. Rhen. ll. p. 346), Quintiliani I. O. quando sit

---

1) Errabat igitur Ribbeckius, cum scriberet l.l. Quintilianum eum vituperasse „ohne einen Namen zu nennen".

2) I. O. I praef. 6, IV praef. 1, VI praef. 1, al.

3) Quintilianum in scholis nominatim egisse de Statio nequaquam credibile est.

4) Talem sermonis imaginem mihi informavi: „M. Heus tu, amice, acriter in„vectus es in Papinium meum. Q. Quidum? M. Damnasti totum genus Silvarum et „ipsius homunculi verbis in risum traxisti. Q. Nihil damno hoc stili genus, dum„modo secreto exerceatur et privis occasionibus inserviat Nolo ut talia temere con„gesta edantur", etc.

Digitized by Google

edita non constat, nisi quod satis certum est hos libros — *quibus impendit paulo plus quam biennium*, Epist. ad Tryph. 1 — prodiisse inter a. 90 et 96, igitur nihil obstat quominus fidem habeamus Vollmero computanti l. X (una cum ll. VIII. IX XI) Marcello missos esse ante aestatem a. 95 [1]).

IV 4. Epistola ad Vitorium Marcellum.

Commemorata eruptione Vesuvii poeta sic praesagit:

83 Mira fides! credetne virum futura propago,
cum segetes iterum, cum iam haec deserta virebunt,
infra urbes populosque premi proavitaque toto
rura abiisse mari? Necdum letale minari
cessat apex.

Pro *toto* correxerunt olim *tota*, Baehrens *tuto*, quod non intelligo, Vollm. *tosto*, putans *mare tostum* significare posse „das glühende Lavameer", quod non credo. Poeta Aetnae hoc appellavit *liquorem ferventem et fluminis in speciem procedentem* (485, cf. 384 et 390 sqq.). Si attendimus quae proxime praecedunt, apparet hoc fere requiri: *proavitaque tosta rura subesse igni*, itaque non immerito Marklandus, nihil tamen corrigens, verba corruptissima esse suspicabatur. Scripsitne fortasse St., qui sedulus est Horatii imitator: *proavita retorto rura abiisse mari?* [2]) Solent saltem in terrae tremore, qui tunc quoque non afuit, fluxus et refluxus maritimi fieri partes litoris secum rapientes. Verum est Plinium, in Ep. 6. 20, tantum refluxum maris commemorasse: „mare in se resorberi et tremore terrae „quasi repelli videbamus", sqq.

IV 5. Oda lyrica ad Septimium Severum.

In hac Horatii imitatione docta sed frigida postrema stropha sic traditur:

Hic plura pones vocibus et modis
passim solutis, sed memor interim

1) Vollmer, die Abfassungszeit der Schriften Quintilians, Mus. Rhen. a. 1891 vol. 46 p. 343 sqq.

2) Hor. Od. 1. 2. 13 sq.

Digitized by Google

nostri verecundo latentem
barbiton ingemina sub antro.

Sententiam eleganter expressit Marklandus: „Quando in „rure fueris, panges, sat scio, multa prosa oratione; interim „vero, memor sodalis et amici tui Statii, sume lyram et mihi „in hoc genere rescribas". Idem pro *passim s.* reposuit *passu* (= *pede*) *solutis*, quod exemplo tamen caret. *Passim* significat *sparsim*, *in omnes partes*, ac dein *sine ordine*, *promiscue* — veluti in Theb. XI 758: nulli sua signa suusque ductor: eunt taciti passim — itaque verba sic iungenda videntur: *pones plura passim voc. et mod. solutis* h. e.: „scribes plura promiscue in in omni genere prosae (ut puta forensi, declamatorio, epistolari, etc.)" [1]). *Vocibus et modis solutis* dictum pro *verbis et numeris* [2]) *solutis* s. prosaicis.

Prorsus igitur dissentio a mira strophae constructione et interpretatione Vollmeri. Hic *passim* traxit ad utramque sententiam: „*passim* fasst *plura* und *interim* zu einem Ganzen zusammen", porro copulam *et* seiunxit a nominibus circumpositis et coniunxit cum *pones*, unde haec oritur constructio: *hic passim èt plura pones vocibus solutis modis* (= „per voces modis solutas" [3]), *sèd interim .... ingemina*: „durcheinander „wirst du, hauptsächlich freilich Prosa, bisweilen Poesie ver„fassen". Cum autem in sententiis tam arte coniunctis offenderet imperativum *ingemina* post futurum *pones*, hoc non nimis dilucide ita excusavit: „der zweiten Hälfte ist durch den Imperativ „besonderer Nachdruck verliehen, weil der Dichter sich dafür „besonders interessiert und es als ein *ingeminare*, ein mit ihm „gemeinschaftlich Singen empfindet".

---

1) Septimius non videtur diversus esse ab homine litterato, quem laudat Quint. IV 1. 19 et Mart. V 80, VII 38. Cf. Vollm. p. 468 et Friedl. ad Mart. II 6. 3.

2) Cf. verba supra citata Quint. X 3. 6.

3) Ut probet hanc versionem provocat ad Ovid. Fr IV 10. 24 *verba soluta modis*, et Stat. IV 4. 11 *inclusa modis verba*, sed non citavit nec poterit citare exemplum ablativorum diversae naturae sic iunctorum. Pro mea interpretatione cito Stat. I 4. 18 *orsa modis solutis*, V 3. 102 *orsa voce soluta* et ibid. 160 *verbis solutis*.

Digitized by Google

LIBER QUINTUS.

V 2. Laudes Crispini Vettii Bolani filii.

Laudantur cum aliae adulescentis virtutes, tum haec, quod ille, qui adhuc tacita studiorum occultus in umbra (104) vixerat, derepente vehemens orator exstiterat in causa amici, qui cum aliis sodalibus adulterii reus erat. Huiusmodi causis Domitianus, severus morum corrector (Suet. 8), ipse praeesse solebat. Iuvenis orationis audacia deos hominesque stupefecerat:

107 Haud umquam tales aspexit Romulus annos
Dardaniusque senex [1]) medii bellare togata
strage fori. Stupuere patres temptamina tanta
conatusque tuos nec te reus ipse timebat.

Pro *nec te* frustra correctum esse *pro te* vel *de te*, Vollmero assentior; sed non, quod ipse *nec te reus* diremit in *et te non reus* idque vertit *et te accusator*, et quod paucis his verbis haec inesse putavit: „die Andeutung besagt, dass der ungerechte (?) „Ankläger durch die glänzende Verteidiging in eine unan„genehme, vielleicht gefährliche Lage gebracht wurde". Dicitur sane latine *nec tardus* pro *et celer* (I 1.20), similiaque multa, sed nullum exemplum est, *nec reum* significare posse *et accusatorem*, vel *nec accusatorem* contra *et reum*, taliaque. Post admirantes heroas et stupentes Senatores exspectamus, quippe in manifesta gradatione, aliquid maius, mentionem alicuius, qui dignitate utrosque exsuperet. Itaque suspicor St. dedisse *ne* (*nae*) *te deus ipse timebat*, h. e.: „Caesar ipse, reum damnatu„rus, Crispini facundiae cessit [2])," quod rhetorice exaggerat scribendo *timebat*. Exquisite simul extulit adolescentis eloquentiam et adulatus est Caesari, qui deus appellatur, ut in I 1.74, IV 3.128, V 1.37 [3]).

V 3. Epicedion in patrem suum.

Inde a vs. 64 rogat St. cur deos et Parcas incessere magis

1) Statuae Romuli et Aeneae in foro.

2) Ex laudibus Statii probabile est iuvenis eloquentiam non frustra fuisse.

3) Cf. praeterea I 6.27, III 4.18, IV 1.17, 2.10 sqq., 4.58 sqq, V 1.80 sqq., 167, 2.261.

Digitized by Google

liceat matri, quae filium, uxori, quae maritum, quam sibi, qui patrem, grandaevum licet, amiserit:

Cur magis incessat superos et aena sororum
stamina, quae tepido genetrix super aggere nati
orba sedet vel quae primaevi coniugis ignem
aspicit obstantesque manus turbamque tenentem
vincit in ardentem, liceat, moritura maritum?
Maior aliis forsan superos et Tartara pulsem
invidia, externis etiam miserabile visu
funus eat, sed nec modo se Natura dolenti
nec Pietas iniusta dedit. Mihi limine primo
fatorum et viridi genitor ceu raptus ab aevo
Tartara dura subis.

Fluxit mira rogatio e praeceptis de carmine lugubri, qualia nobis servavit Menander *περὶ μονῳδίας* (Rh. Gr. ed. Speng. III p. 435) [1]), qui prius docet in monodia exprobrandos esse deos et fatum: *χρὴ τοίνυν ἐν τούτοις τοῖς λόγοις εὐθὺς μὲν σχετλιάζειν ἐν ἀρχῇ πρὸς μοῖραν ἄδικον κ. τ. λ.* Huic praecepto St. obtemperat, sed exsequi non vult quod praecipitur p. 436: *εὔδηλον δὲ ὡς αἱ μονῳδίαι εἰώθασιν ἐπὶ νεωτέροις λέγεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ γεγηρακόσι.* Immo affirmat se patrem quoque lugubri carmine dignum habere, quamquam senex diem obierit.

Postremos versus — quorum primus (69) etiam corruptela laborat, de qua mox — nemo facile intellegat, nisi sciat, continere altercationem inter poetam et fictum adversarium, huiusmodi: Statius rogat: mihine non liceat superos et Tartara pulsare invidia (*σχετλιάζειν*), cum patris funus etiam externis miserabile fuerit [2]). Reponit alter: sed neque Natura nec Pietas iniustam tibi se praebuit, scil. quia et naturae et pii mundi

---

1) Vollm., qui sedulos hos fontes citavit, hunc tamen locum praetermisit, nec non, quem secutus est St. in vs. 19 sqq.

at tu seu membris emissus in ardua tendens
fulgentesque plagas rerumque elementa recenses,
e. q. s.

quibuscum compara Menandrum p. 414 de consolatione: *καὶ τάχα που μᾶλλον μετὰ τῶν θεῶν διαιτᾶται νῦν, περιπολεῖ τὸν αἰθέρα καὶ ἐπισκοπεῖ τὰ τῇδε.*

Ad vs. 70 cf. Men. p. 436 med.

2) Pro *eat* vs. 71 ante V. vulgo corrigebatur *erat*.

Digitized by Google

regiminis legibus convenit, ut pater moriatur ante filium. Respondet poeta: at mihi pater raptus videtur in primo limine et viridi aevo, itaque aeque lugendus ac iuniores.

Nec modo — nec P. iniusta se dedit igitur dictum pro: *non modo N., sed etiam P. iustam tibi se dedit*, quod apte exemplo illustravit V. ex IV 9. 30: *nec ova tantum, nec leves halicae, nec asperum far?* = nonne sunt tibi *non tantum ova, sed etiam* etc.? Porro Pietas a V. recte comparatur cum Astraea. Est *summa deum, cuius gratissima coelo rara profanatas inspectant numina terras* III 3. 1, quae sub Domitiano in terras rediit (V 2. 92) una cum Iustitia (mox vs. 89).

Veram interpretationem vs. 71 et 72 iam perspexit Markl a n d u s et sic dedit? „Obiciat aliquis: quare tu tam immaniter „doles, quandoquidem neque Natura neque Pietas iniuste in „hac re fecit? Natura non iniustam se dedit, quia naturalis „ordo est, ut pater succedat filium .... Respondet St.: vera „quidem dicis; sed ego patrem ita amavi, ut mihi praematuro „obitu raptus videatur". Sed falsa sunt, quae vir clarissimus interposuit de Pietate, immemor locorum, quos supra citavi: „Pietas (quae est officium liberorum erga parentes et parentum „erga liberos) non iniustam se dedit, quia tu pie luges parentis „obitum: quodsi iniustam se dedisset, ille contra tuum obitum „pie luxisset, et haec quidem fuisset Pietas iniusta".

Venio ad corruptum vs. 69.

Invidia pulsare est una formula, significans *invidiosis verbis adoriri*, ut in V 5. 77: *nonne .... invidia Superos iniustaque Tartara pulsem.* Consimile est in Theb. VIII 247: *Ditem et Furias .... solitus pulsare querelis*, et in Sen. Herc. Oct. 1671: *superosque et ipsum vocibus pulsans Iovem.* Ergo non audiendi sunt, qui correxerunt: *maior .... pulset invidia*, atque hic quoque, ut plerumque in textu Statiano, corruptela artis finibus circumscripta est et latet in uno vocabulo *aliis*. Hinc sequitur ut *maior* absolute sit positum et *maior pulsem* significet: „magis, audacius *pulsem* quam me decet" („als een grootere dan ik ben". Vollm.: „zu heftig"). *Aliis* leni remedio correxerunt: Baehr. *at his*, Buech. *avis*, V. denique *maior, ais forsan*, qui nimis tamen confidenter addit: „*ais* giebt den Schlüssel zur ganzen Stelle", nam sine illa clavi locum iam recluserat Markl.; *ais*

Digitized by Google

me iudice, languide inseritur, nam coniunctivus *pulsem* satis indicat observationem esse indirectam. Lenissima correctio mihi haec esse videtur: *maior an his* (ALIIS ex ANIS) *forsan .... pulsem invidia?* h. e. „num his verbis (64 sqq.) forsan iusto acrius ex tua opinione pulso S. et T.?"

Ibid. 209. Artem suam se patri debere sic laudat:

Me quoque vocales lucos Boeotaque Tempe
pulsantem, cum stirpe tua descendere dixi,
admisere deae: nec enim mihi sidera tantum
aequoraque et terras, quam vos debere parenti,
sed decus hoc quodcumque lyrae primusque dedisti
non vulgare loqui et famam sperare sepulcro.

Markland eleganter sed extra iustos corruptelae fines correxit *nec enim m. s. tanti .... quam vos d. p. Tu decus.* Baehr. quaesite et obscure, *nec enim sibi s. tantum .... quam nos d. parenti, si decus.* Krohn et V. *quae mos d. p.*, minus apte, cum vitam non more sed natura parenti debeamus; exempla, quae citat ex Verg. G. II 207 et Theb. I 170, V 408, nihil ad rem faciunt. Conicio St. scripsisse per parenthesin, quam amat usurpare:

nec enim mihi sidera tantum
aequoraque et terras — quantum haec debere parenti —,
sed decus .... dedisti.

Corruptela oriri potuit ex compendiis q^m et $\bar{h}\bar{c}$.

V 4. Somnus.

In egregio carmine de insomnia septem dierum sic queritur:

7 Septima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras
stare genas, totidem Oetaeae Paphiaeque revisunt
lampades et totiens nostros Tithonia questus
praeterit et gelido spargit miserata flagello.

Cum pro *et* requiratur refragante metro *nec gelido*, Schraderus correxerat *et g. parcit*, sic tamen aliquantulum laboramus in *miserata*. V. traditam lectionem tuetur interpretatione ingeniosa quidem, sed quae pugnat cum rei veritate, ex qua nullum omnino solacium aegris oculis expertus est. Explicat parum verisimiliter:

Digitized by Google

„Nur morgens empfindet die Morgenröte beim Vorübergehen „(*praeterit* vix ita intelligi potest) Mitleid und spendet durch „kühlen Thau den Augen etwas Erfrischung".

Scripsitne *ut gelido spargat m. fl.*,: i. e. *praeterit nostros questus*, id agentes *ut g. sp. m. fl.*?

V 5. Epicedion in puerum suum.

24 Hoc quoque cum ni(tor) ter dena luce peracta
adclinis tumul(o, pla)nctus in carmina verto
discordesque m(odos et) singultantia verba.
Molior orsa ly est atque ira tacendi
impatiens, sed nec solitae mihi vertice laurus
nec fronti vittatus honos.

E versibus lacunosis recte expleti sunt a doctis tres priores, nondum quartus, ubi V. cum Vahleno perperam inseruisse videtur *ly(ra — libitum) est*, claudens parenthesin post *impatiens*. Versus sine dubio sic simpliciter explendus est:

Molior orsa lyra: dolor est atque ira tacendi
impatiens

Dolorem h. e. indignationem (ergernis) [1]) et *iram* sic saepe coniuncta habet latinitas ligata et soluta.

Superest ut in l.l. III—V locos et carmina indicem lectu digniora.

In l. III non dubito quin tota lectori placitura sit prima silva de Hercule Surrentino, in quo praesertim nitet descriptio imbris repentini fugaeque convivarum 68 sqq. Ad historiam poetae eiusque familiam cognoscendam multum refert perlegere epistulam III 5, qua migrationem Neapolin probare conatur tergiversanti uxori, quae hoc quoque timet, ut filia sua, Statii privigna, illic maritum inveniat, cui respondet poeta:

62 sed venient, plenis venient conubia taedis:
sic certe formaeque bonis animique meretur,
sive chelyn complexa petit seu voce paterna [2])

1) Cf. II 6.13, III 3.39, V 1.201, 219.

2) Iuv. VII 82:

currítur ad vocem iucundum et carmen amicae
Thebaidos, laetam cum fecit Statius urbem

Digitized by Google

discendum Musis sonat et mea carmina flectit
candida seu molli diducit brachia motu:
ingenium probitas artemque modestia vincit.
e. q. s. [1])

In l. IV memorabiles sunt silvae de via Domitiana (3) et de Hercule epitrapezio (6), neque iniucunda rhetorica epistola ad Vitorium Marcellum (4). Reliqua carmina in hoc libro frigida sunt, praesertim quae imitantur Horatium et Catullum.

In l. V praeter brevem silvam de Somno (4) supra laudatam et encomium rhetoricum Crispi (2), tria habemus epicedia. Totum hoc genus flebile et consolatorium, quamquam secundum scholae leges compositum, Statio bene cessit, cum ipse commoto animo haec scriberet, quod tamen non valet de consolatione ad Claudium Etruscum (III 3), quae multa habet lumina doctrinae et ingenii, sed nulla sinceri pectoris. Citavi iam supra locum e monodia de puero Glaucia, II 1. 146 sqq., cui pares sunt hi versus ex consolatione de Priscilla uxore V 1. 170:

iamque cadunt vultus oculisque novissimus error
obtunsaeque aures, nisi cum vox sola mariti
noscitur; illum unum media de morte reversa
mens videt, illum aegris circumdat fortiter ulnis
immotas obversa genas, nec sole supremo
lumina, sed dulci mavult satiare marito.
Tum sic unanimum moriens solatur amantem:
„pars animae victura meae, cui linquere possim
o utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos:
parce, precor, lacrimis, saevo ne concute planctu
pectora nec crucia fugientem coniugis umbram
e. q. s. usque ad hos vss.
194 haec dicit labens sociosque amplectitur artus
haerentemque animam non tristis in ora mariti
transtulit et cara pressit sua lumina dextra.

---

promisitque diem: tanta dulcedine captos
afficit ille animos tantaque lubidine vulgi
auditur.

1) Cf. Adnott. Vollm. ad hos vss.

Digitized by Google

Vide praeterea vs. 117 sqq. de proba matrona, et 154 sqq. 196 sqq. 216 sqq. de marito.

Epicedion patris (V 3) magis notabile est propter ea, quae continet de rebus studiisque patris ac suis, quam propter affectus veritatem aut gravitatem, quippe cum carmen confectum esse videatur sat multo post senis obitum. In comploratione filioli adoptivi (V 5), cuius brevior pars tantum aetatem tulit, imprimis nos movent vss., ubi describitur quam dulcis quamque sibi carus fuerit puerulus.

Omnibus denique epicediis, praeter hoc mutilum de filiolo, communis est locus de inferis et Elysio, qui huic generi praescribebatur secundum Menandrum *περὶ παραμυθ.* ed. Sp. III p. 414: *πείθομαι τὸν μεταστάντα τὸ Ἠλύσιον πεδίον κατοικεῖν. ὅπου Ῥαδάμανθυς κ.τ.λ.* et *περὶ ἐπιταφ.* p. 421: *ὅτι οὐ δεῖ θρηνεῖν· πολιτεύεται γὰρ μετὰ τῶν θεῶν, ἢ τὸ Ἠλύσιον ἔχει πεδίον.*

Statius in excolendo hoc loco adhibuit quidem omnem apparatum infernum, sed tamen quantum fieri potuit sobrie et eleganter. Supremus vector Charon pias animas non tarde, sed statim in cymbam recipit et in media componit molliter alga (II 1. 186, V 3. 283). Non terno latrabit Cerberus ore, nulla Soror flammis, nulla assurgentibus hydris terrebit (183 et 279), tacet ille piis (V 1. 250). Centauros Hydraeque greges Scyllaeaque monstra aversae celant calles (V 3. 280, III 3. 26), reges umbrarum comiter eas accipiunt (III 3. 28, V 3. 277).

Apparet etiam diserta praecepta fuisse, qua ratione hic locus in diversis animarum generibus esset tractandus:

Pueri illic, ut in vita, blanditiis solabantur manes seniorum, quos vivos cognoverant et ab his accipiebant munera mollis Elysii, steriles ramos mutasque volucres et pallentes flores (II 1. 203). Si ignotae fuit originis, claros illic fortasse parentes inveniet, tum

per amoena silentia Lethes
forsan Avernales adludunt undique mixtae
Naides obliquoque notat Proserpina vultu (II 6. 99 sqq.).

Probae alicuius matronae

si quando pio laudata marito
umbra venit, iubet ire faces Proserpina laetas

Digitized by Google

egressasque sacris veteres heroidas antris
lumine purpureo tristes laxare tenebras
sertaque et Elysios animae prosternere flores (V 1. 253 sqq.).

Viri in civitate nobiles ibi versantur Ausonios inter proceres seriemque Quirini (II 1. 195).

Sapientes doctique vates, aut „in ardua tendentes fulgentesque plagas rerum elementa recensent", aut

Lethaei secreto in gramine campi
consilia heroum iuxta manesque beatos
Maeonium Ascraeumque senem

accolunt, ut pater, quem petit, ut inde ad se veniat in somno per portam corneam (V 3. 24 sqq. 288).

Similiter in genethliaco II 7. 107 sqq. Lucani umbra

seu rapidum poli per axem
famae curribus arduis levatus

terras despicit et sepulcra ridet, seu Elysium nemus tenet cum Pompeio, Catone, aliis, unde petit Statius, ut vocante Polla unum diem deos silentum exorat:

solet hoc patere limen
ad nuptas redeuntibus maritis.

Coniuges sibi invicem laeta referunt de liberis III 3. 205 sq.

Denique hoc memorabile est, quod animae in inferis dicuntur „exorare Fata" et intercedere pro viventibus. Sic II 6. 103:

alium tibi Fata Phileton,
forsan et ipse dabit [1])

et V 1. 259:

pro te Fata rogat, reges tibi tristis Averni
placat, ut expletis humani finibus aevi
pacantem terras dominum [2]) iuvenemque relinquas
ipse senex? Certae iurant in vota sorores.

---

1) Cf. adn. Vollm.
2) Domitianum.

Digitized by Google

VARIA AD VARIOS.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

I.

AD PINDARUM.

Pyth. V 117 θεός τέ ϝοι τὸ
νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
καὶ τὸ λοιπὸν ὁμοῖα, Κρονίδαι μάκαρες
διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
ἔχειν, μὴ φθινοπωρὶς ἀνέμων
χειμερία κατὰ πνοὰ δαμαλίζοι χρόνον.

Pro corrupto verbo δαμαλίζοι Bergk δνοπαλίζοι, ego πελεμίζοι proposui, sed fortasse mutatione perquam exigua reponendum

χειμερία κατὰ πνοά ϝ' ἀμαλίζοι χρόνον.

Formantur enim ab adiectivo ἀμαλός plura verba ἀμαλδύνειν, ἀμαλάπτειν, ἀμαλοῦν (Hes.), ita ut iuxta has formas extitisse ἀμαλίζειν satis probabile videatur.

Isthm. V 51

ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.

Requiro formam Doricam καύχαμα propter Nem. IX 7 et καυχᾶσθαι Ol. IX 38 καυχᾶσ(σ')ἀοιδά. Verbo enim καυχεῖν (ut est αὐχεῖν) nec Pindarus nec alius quisquam usus est. Vulgatum quidem Ahrens de dial. Dor. p. 133 excusat forma καυχέομαι apud Theocritum V 77, sed nullam in talibus huic fidem esse satis constat. Apud Archytam in Stob. flor. I 106

Digitized by Google

recte editur καύχαμα ex Md. (ed. Wachsm.), sed A habet καύχημα. Librarios memores vocabuli e N. F. sibi familiaris pronos fuisse in H nihil est quod miremur.

Fr. 125, 3 Λυδῶν ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος. At πᾶκτις hoc vocabulum sonat in Sapphonis fr. 122. Utra scriptura vera sit pendet a vocabuli origine. Si enim Graecum est descendens a verbo πήγνυμι, necessario apud Pindarum quoque per ᾱ scribendum, sin instrumento Lydio nomen peregrinum servatum est, ex Pindaro Sappho erit corrigenda.

Fr. 142, 3 κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι
Grotii emendatio est pro σκόπει, et eodem modo idem vocabulum correxit fr. 42, 4. Nihilominus requiritur σκότῳ, quia Pindarus ut scenici poetae Athenienses sola masculina forma σκότος nti videtur, iis scil. locis, qui ex melioribus libris servati sunt: Ol. I 85. N. IV 40. VII 13 (σκότῳ), quibus adde fr. 130 et 228 (σκότον).

Iniuria editur apud Pindarum Ol. VI 38 περ' ἀτλάτου et Pyth. IV 365 περ' αὐτᾶς cum elisione. Brevior praepositionis forma est Aeolica περ, quae etiam apparet in compositis Pindaricis περάπτειν, πέροδος, περιδαῖος. Eo tantum Pindarus differt a Lesbiis poetis, quod ante solas vocales, hac forma usus est.

Vitiose apud eundem fr. 39 editur ἧσε pro ἄσε.

II.

AD THEOCRITUM.

I 78 τίνος, ὠγαθέ, τόσσον ἐρᾶσαι;
Nullum est verbum medium ἐράομαι pro ἐράω, sed est ἔραμαι, itaque corrigendum ἔρασσαι, ut recte v. c. IV 27 scribitur ἠράσσαο.

Digitized by Google

IV 49. Perversa interpunctione editur:

εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγώβολον. ὥς τυ πάταξα.

Pendet posterior enuntiatio a priore et ὡς est coniunctio finalis, itaque virgula ponenda post λαγώβολον.

VIII 58 scribendum videtur ὄρνιξιν pro ὄρνισιν, quia Theocritus ut Pindarus constanter in casibus obliquis huius vocabuli utitur stirpe Dorica ὀρνιχ.

III.

AD SOPHOCLEM.

Aiac. 719 ἄνδρες Φίλοι, τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω·
Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ
κρημνῶν· κτλ.

Iniuria Mekler aliique locum sic interpungunt, peius etiam Blaydes coniecit πρῶτον τόδ'. Procul enim dubio τὸ h. l. pronomen relativum est = ὅ et verba τὸ — θέλω posita sunt διὰ μέσου, ita ut post θέλω altera ponenda sit virgula „id quod primum nuntiare volo", scil. ante quam narrabo eius rixam cum Achivis. Similiter τὸ relativum videtur in loco leviter corrupto Trachiniarum, quem nunc tractabo.

Trach. 194 κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς
κρίνει παραστάς, οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω·
τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων
οὐκ ἂν μεθεῖτο, πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν.

Ποθοῦν pro ποθούμενον dici potuisse cras credam. Scriberem ἐπόθουν (πόθουν sine augmento, quamvis nuntius loquatur, quia in dialogo hic versamur h. l. excludi videtur), nisi praegressum κρίνει et sequens οὐκ ἂν μεθεῖτο praesens tempus postulare viderentur, itaque ποθοῦσ' corrigere non dubito. Τὸ ut passim apud tragicos est relativum, et hinc natus est error.

Digitized by Google

Elect. 150

ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν,
ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ
αἰαῖ δακρύεις.

Sperni solet apographorum quorundam lectio αἰεί (ἀεί), quae tamen mirifice universi loci sententia commendatur. Ut enim in ipsis praegressis Electra dicit admodum sibi placere Procnen ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται, ita consentaneum est, *continuum* Niobae luctum causam esse cur hanc tanquam deam veneretur, i. e. valde honoret ob pietatem. Vix credo Dindorfium recte interpretari „beatam te praedico, si tua sors, quantumvis tristis, cum mea comparatur", quamquam non aliter verba accipit Kaibel p. 94 sq. Similis est exaggeratio in nota formula Homerica θεὸς ὣς τίετο δήμῳ.

Elect. 201 ὦ πασᾶν κείνα πλέον ἀμέρα
ἐλθοῦσ' ἐχθίστα δήμοι·
ὦ νύξ, ὦ δείπνων ἀρρήτων
ἔκπαγλ' ἄχθη· κτέ.

Mihi quidem minime persuaserunt Kaibeli, qui in Electra interpretanda ingenio suo et doctrina interdum mirifice abutitur, σοφίσματα, quibus primi versiculi et metrum et grammaticam tueri conatus est. Incerta tamen correctio. Possis:

ὦ πασᾶν κείνα πλημμύρα,

modo hoc vocabulum *absolute* positum acque recte dicatur ac πλημμυρίς ap. Aesch. Cho. 186 et Eur. Alc. 182. Cf. etiam Sext. Empir. p. 719:

ἑαυτῷ γὰρ ἐγείρει κακῶν πλημμύραν.

Elect. 381 ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ
στέγῃ χθονὸς τῆσδ' ἐκτὸς ὑμνήσεις κακά.

Traditam lectionem ferri non posse inde a Nauckio convenit fere inter omnes. Felicissima est Kaibeli coniectura transponentis χθονὸς στέγῃ.

Elect. 539

πότερον ἐκείνῳ (Menelao) παῖδες οὐκ ἦσαν διπλοῖ,

Digitized by Google

οὓς τῇσδε (Iphigeniae) μᾶλλον εἰκὸς ἦν θνῄσκειν, πατρὸς καὶ μητρὸς ὄντας, ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν;

Hic quoque argutari mihi videtur Kaibel, ut tueatur voculam ἧς, quae recte sane se haberet, si praecessisset πατρὶ | ἐκ μητρὸς ὄντας, quia vero non praecedunt, omnino ferri nequit. Ut saepe, librarii unice curarunt substantivum proxime praegressum μητρός ideoque scripserunt ἧς pro οἷν, quod quin restituendum sit nullus dubito. Non propter solam Helenam, sed etiam propter Menelaum coniugis recuperandae studiosissimum expeditio Troiana suscepta est, et hoc lectione duplicatur vis argumenti.

Vs. 610 ὁρῶ μένος πνέουσαν κτἑ.

Haec chori verba, quae praeeunte schol. vulgo Clytaemnestram spectare creduntur, nuperrime Parmentier, Mélanges Weil. p. 347, speciosa disputatione adversus novissimum editorem (Kaibelium) referre studuit ad Electram, quae furore abrepta omnem moderationem et continentiam abiecerit. Pro quo quamquam aliquatenus facere videtur vocabulum οὐκέτι vs. 611, obstat tamen cum initium orationis insequentis Clytaemnestrae, tum vero quod chorus non potuit negare Electram σὺν δίκῃ συνεῖναι, verissima enim sunt omnia, quae vss. 557—609 dixerat. Furiosi autem, quos cogitare licet, reginae gestus, prae rabie non statim sed tertio demum versu respondentis filiae invectivis, satis tueri mihi videntur veterem interpretationem et Kaibeli iudicium.

Vs. 701 εἷς ἦν Ἀχαιός, εἷς ἀπὸ Σπάρτης, δύο
Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται·
κἀκεῖνος ἐν τούτοισι, Θεσσαλὰς ἔχων
ἵππους ὁ πέμπτος· ἕκτος ἐξ Αἰτωλίας κτἑ.

Sperni solet Nauckii coniectura ἐπὶ τούτοισι, quamquam negari non potest permire eum, qui quattuor viris quintus accedat, dici esse *in quattuor illis*. Optime vero dicas aliquem πέμπτον esse τοῖς τέτταρσιν, quare fortasse vera lectio est:

κἀκεῖνος ἦν τούτοισι, Θεσσαλὰς ἔχων
ἵππους, ὁ πέμπτος.

Ceterum vide praeter Kaibelium de h. l. disputantem Martin,

Digitized by Google

Mélanges Weil, p. 279 sq., cuius coniectura in vs. 720 καὶ πᾶς pro κεῖνος δ' consideratione digna videtur.

Vs. 1234 ἐμόλετ' ἀρτίως,
ἐφηύρετ', ἤλθετ', εἴδεθ' οὓς ἐχρῄζετε.

Quicumque mecum non admirantur quod Kaibel vocat „ein potenzirtes Hysteronproteron", his fortasse placet Gleditschii coniectura:

ἐφηύρετ', εἴδεθ', <εἴχεθ'> οὓς ἐχρῄζετε.

Quae si quid veri habet, scripserim ἔσχεθ', i. e. *recuperastis*, nam imperfecto locus non est.

Oed. Reg. 9

ἀλλ', ὦ γεραιέ, Φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς
πρὸ τῶνδε Φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε,
δείσαντες ἢ στέρξαντες; ὡς θέλοντος ἂν
ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν· δυσάλγητος γὰρ ἂν
εἴην τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτίρων ἕδραν.

Solet correctio στέρξαντες pro στέξαντες in codice Laurentiano tribui manui recenti, sed inspecta tabula phototypica vehementer coepi hac de re dubitare, quandoquidem et forma litterae ρ et atramenti color manum primam prodere videtur. Verbi στέργειν usum fortasse recte olim Dindorf in editione Oxoniensi defendit Oed. Col. 1094, idem significari, quod vs. 59 verbo ἱμείροντες exprimatur, monens. Nescio tamen an praestet vulgatiore sensu τοῦ *contentum esse* verbum accipere, sententia sic interpuncta:

δείσαντες ἢ στέρξαντες, ὡς θέλοντος ἂν
ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν; δυσάλγητος γὰρ ἂν
εἴην τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτίρων ἕδραν.

ut sensus sit στέρξαντες τῇ πίστει τοῦ ἐμὲ ἐθέλειν προσαρκεῖν πᾶν.

IV.

AD PAPYROS OXYRRHYNCHICOS

(editos a. 1898 a Grenfellio et Huntio, part. I).

XLIV, 7 δυσπειθούντων τῶν τὸ ἐνκύκλιον ἀσχολουμένων καὶ

Digitized by Google

τοῦ τὸ ἀγορανόμιον δημοσιωνῶν κτέ. Dele voculam τοῦ, quam librarius, rectius deinde scripto τὸ, delere neglexit.

LXXI col. II 15 ἀφαρπάσαντες μου . . ι βους δύο ἐξ ὧν ἔχω προς ..... Facilis est suppletio: μου [κα]ὶ βοῦς δύο ἐξ ὧν ἔχω πρὸς [γεωργίαν].

LXXII, 6 ἀπογράφομαι Μάρκῳ Πουρκίῳ ἐπιτυνχάνοντι ἀπόντι κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡγεμόνος Μεττίου Ῥούφου προστεταγμένα κτέ. Error est editorum, qui scribere debuerant Ἐπιτυγχάνοντι, quod est frequens nomen proprium.

CIV, 17 ᾧ χορηγήσει ὁ αὐτὸς υἱὸς Ἀρεώτης κατ' ἔτος ἀργυρίου δραχμὰς τεσσαράκοντα ὀκτὼ ἄχρι οὗ ἐκπληρώσωσι ἀργυρίου δραχμαὶ τριακόσιαι, κτέ. Imo ἐκπληρωθῶσι.

CXVIII, 18 λαβὼν παρὰ τῶν ἱερέων ὀλίγον χ . . ιν καὶ λιβανωτόν [τινα σ]υναγοράσας ἀγα[θ . . .]χομενος [. . . .]ε. Ultimum vocabulum procul dubio fuit [πέμπ]ε, in praegressis fortasse legendum ἀγα[θὸν ἐ]χομένως, i. e. *illico*.

CXIX (Pueri epistula): 2 καλῶς ἐποίησες οὐκ ἀπένηχές με, μετὲ σοῦ εἰς πόλιν et vs. 10 καλῶς δὲ ἐποίησες δῶρα μοι ἔπεμψες. Ut de barbarismis sileam, notandum est soloeca hac constructione ista aetate (sec. II aut III p. C.) in Aegypto etiam subinde usos esse adultos, ut apparet ex sec. II epistula Corbolonis cuiusdam CXIII, 6 πρὸς αὐτό μοι οὖν ἐρωτηθεὶς εὖ ποιήσεις ἀγοράσεις (pro ἀγοράσας vel εἰ ἀγοράσεις) μοι (δραχμὰς) β. Similiter in alia epistula CXXIII, 5 omisso εἰ vel ὅτι scriptum est: πάνυ θαυμάζω, υἱέ μου, μέχρις σήμερον γράμματά σου οὐκ ἔλαβον, ut scribere solent multae mulieres nostrates.

CXX, 9 τέως μὲν οὖν οὐδὲν οὐδέπω παίπρακται (i. e. πέπρακται), κἂν ὡσείπερ μέλι (i. e. μέλει) σοι ἀποστῖλόν (= ἀποστεῖλόν) μοί τινα κτέ. Imo vero κἂν ὥς, εἴπερ μέλι σοι, ἀποστῖλον cett., ante quae verba pro virgula pone punctum.

CXXVIII, 15 in subscriptione: κρείττ(ονι) κομιτοτριβ(ούνῳ) †

Digitized by Google

Ἰωάννης. Adnotant editores „κομιτοτριβουνος, if that is right, is a curious title". Utrum ita scriptum est pro κομητο-τριβ(ούνῳ), vocabulo composito ex κόμης, *comes* et τρίβουνος, an pro κωμητο-τριβούνῳ?

V.

EPIGRAPHICA.

In inscriptione sec. II a. Chr. Methymnae communi sermone exarata in BCH IV (1880) p. 438 = Michel, Récueil n° 362 editur ἵνα οὖγ καὶ ἡ φυλὴ φανερὰ γίνηται τιμώσα[σα τοὺ]ς φιλοδοξοῦντας. Miror in hoc supplemento tam aoristum quam formam τιμοῦν Eleis propriam pro τιμᾶν, et nescio an potius supplendum sit τιμῶσ' ἀ[εὶ τοὺ]ς φιλοδοξοῦντας.

Apud eundem Michel n° 440 (titulus est Cretensis sec. IV a. C.), B 15 legitur: παρεχόμενος — μισθοὺς παρ' αὐτοΙαυτῶν, i. e. ἑαυτῶν. Corrigendum videtur αὐτοCαυτῶν. Dores enim aut αὐτός in hoc pronomine indeclinabile servant aut in αυτ vel αῡς decurtant.

Etiam in titulo Gnosio sec. II a. C. ap. Michel n° 447 dubito num sincera sit lectio ἔγκτησιν γᾶς καὶ OCKIAC pro OIKIAC. Quod enim Homolle BCH IV p. 355 comparavit, πρεσβευτής Cretice πρειγευτάς dici, id miram formam non explicat. Inde enim intelligi quidem posset, si Cretenses οἰκία, reliqui Graeci ὀσκία dixissent, minime vero ratio inversa.

In inscriptione telonica quantivis pretii, edita nuper in Bull. d. Corr. Hell. a. 1898, 575 vs. 14 sqq. haec leguntur. Εἰ δέ τις κα [δ]λιγοτιμάσηι, [ἐπ]ικαθιξεῖται ὁ πεντηκοστολόγο[ς ὧν κα χρ]ήζηι κατὰ τὰν [σ]ύνγραΦ[ον], i. e. *si vero quis* (nauclerus) *infra pretium aestimaverit* (sc. τὸν γόμον), *pentecostologus prehendet* (e mercibus) *quae sibi desint, secundum contractum.* Recte quidem editor coll. Hes. καθέξεσθε καθάψασθε, κρατήσατε (l. -εσθε, -ετε), intellexit verbum idem valere quod ἐπιλαμβάνεσθαι ap.

Digitized by Google

Dem. Mid. § 133, sed absurde derivat ab *ἐπικαθίζειν*. Est enim fut. doricum a v. *ἐπικαθίκομαι* = Att. *ἐπικαθικνοῦμαι*.

VI.

AD PHOTII LEXICON, ED. NABER.

ἑταιρίστριαι· γυναῖκες Φιλίας κτώμεναι.

Interpretationem corruptam esse recte monuit editor, sed facilis est correctio. Lege *Φιλίᾳ προσκνώμεναι*, coll. glossa sequenti *ἑταιριζομένη· ἐρεθιζομένη, προσκνωμένη*. Librarius siglam praep. *πρός* confudisse videtur cum $\overline{\sigma}$.

ἢ δεῖ χελώνης κρέα Φαγεῖν ἢ μὴ Φαγεῖν· — ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀποδύντων μὲν πρᾶγμα στραγγευσαμένων δέ. Imo *ὑποδύντων*.

ἠκισμένους· ἠΦανισμένους. Interpretamentum docet glossam fuisse *ἠισ<τω>μένους*.

ἠλεᾶτο· ἔθαλπεν. Lege *ἠλέαινε*.

ἠμὲν κλέος ἠδὲ καὶ ἦσθα· παροιμία ἐπὶ τῶν ὁμοίων τῇ περὶ αὐτῶν Φήμῃ. Species nisi fallit, sub corrupto vocabulo ultimo proverbii latet *ἐστώ*, i. e. *οὐσία*, ut quondam monui in annotationibus ad Hesychii lexicon. Hexametri esse hemistichion fallet neminem.

ἠμιμαλλόνες· μαινάδες, νύμΦαι ἢ βάκχαι. Non corrupta est haec glossa ex *αἱ μιμαλλόνες*, sed Boeotice scripta *ἡ μιμαλλόνες*, siquidem Boeotos inde a seculo IVto a. Chr. vocalem $\overline{\eta}$ pro diphthongo $\overline{\alpha\iota}$ usurpasse constat, unde patet Boeotica huius glossae origo.

ἱμαοιδός· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. ἱμαλιὰ γὰρ ἡ τροΦὴ καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων.

Digitized by Google

ἱμαῖος· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή.

Haec sic digerenda et fere supplenda:

ἱμαοιδός· ⟨ὁ ᾄδων τὴν ἐπιμύλιον ᾠδήν⟩.

ἱμαῖος· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. ἱμαλιὰ γὰρ ἡ τροφὴ κτλ.

Praeter locos allatos a Nabero nunc confer Hecalae Callimacheae fragm. Col. IV 13 ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον = Schol. Ar. Ran. 1296.

κακὰ κακῶν. Διοκλῆς Βάκχῃ· Πλυνεῖτε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς ⟨καλῶς Bgk.⟩. — Aptius etiam attulisset Soph. O. C. 1238 ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.

κάρυννος· βόλων ὀνόματα. Imo ὄνομά τι.

κεκοτυλισμέναι· συνεσπειραμέναι.

Quia κοτυλίζειν dicitur de mercibus separatim vendendis, oppoiturque τὸ ἀθρόα τὰ φορτία πεπρᾶσθαι (Aristot. Oecon. II 8), latere suspicor gl. comicam relatam ad mulieres et corrigendum esse: κεκοτυλισμέναι· ⟨οὐ⟩ συνεσπειραμέναι, i. e. ἀθρόαι. Scil. negatio ΟΤ facillime elabi potuit ante simillimas litteras ϹΤ.

μορίαι ἐλαῖαι· ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ut ap. Hes. Fortasse praestat μορίαι· ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. Cf. quae nuper adnotavi in ed. mea ad Lys. VII § 7 et § 29.

μῦς πίσσης γεύεται· ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλασσόντων ⟨κακῶς⟩ κτἑ.

Sic Naber edidit ex Cobeti coniectura, sed codicis lectionem γεύει esse 2 pers. med. bene intellexit Sternbach, Meletem. Graec. I 182.

προσμερεῖται· προσαρμόζει.

Verum videtur προσμε⟨τ⟩ρεῖται.

πτῶμα· σῶμα. Melius intelligam σῶμα· πτῶμα, i. e. νέκυς, ut sit glossa Homerica.

συμοχορδοῦν· συνουσιάζειν κτἑ. Phot. et Hes.

Digitized by Google

Cf. Σμόκορδος nomen ταμίου in inscr. Attica exarata inter a. 444 et 438 a. C. in Δελτίῳ ἀρχαιολογικῷ, vol. V p. 7. Glossa igitur comica ducta videtur de nomine hominis cuiusdam libidinosi.

τἄλλα καὶ Φιλώμεθα· λεγόμενόν τι, οἷον· τἄλλα καὶ φίλοι ὦμεν. Prorsus ut hodie altercati de re levioris momenti dicere solemus „Voor de rest goede vrinden" et Germani „Nichts für Ungut". Quid obscuri hoc proverbium habeat Nabero, non intelligo.

τιτίζειν· τὶ λέγειν, οὕτως Ἀριστοφάνης.

Procul dubio Naber, si Photium denuo ederet, revocaret e codice τίζει· τί λέγειν κτἑ. Rectissime Pape in lexico: in einem fort „was?" fragen. Longe aliud est quod de coni. reposuit Naber τιτίζει. Supra πιπίζειν καὶ τιτίζειν· μίμησις ὀρνέων φωνῶν. Cf. Pape s. v. τιτίζω. Non magis hodie ad gl. Φαρυγίνδην annotaret „An Φαρυγγίνδην scribendum?"

τὸ κατακύλλωμα· τὸ πέρας καὶ ἀνωτάτω τῶν κακῶν.

Ingeniose Naber coniecit τὸ κατακυμάτωμα, sed nescio an mutatione paene nulla corrigere liceat κατακύΜωμα, a -κυμοῦν = κυματοῦν, ut iuxta αἱματοῦν extitit forma brevior αἱμοῦν, αἱμώδης et αἱμωπός iuxta αἱματώδης et αἱματωπός, alia id genus multa.

Φλεήσιον· τὸ Φλιάσιον πεδίον. Ἀριστοφάνης.

Iure Naber „Glossam corruptam esse suspicor". Vix aliud latet quam vetus scriptura ΦλεΙΑσιον, unde quam facili errore ΦλεΗσιον nasci potuerit vides.

VII.

AD STOBAEI FLORILEGIUM

(ed. C. Wachsmuth et Hense Berolini ap. Weidmannos. MDCCCXLIV).

Cap. I 25 (5, 54 Mein.). Ἰσαίου. (fr. III Schoem.).

Ἡγοῦμαι μεγίστην εἶναι τῶν λειτουργιῶν τὸ καθ' ἡμέραν βίον

Digitized by Google

κόσμιον καὶ σώφρονα παρέχειν. Nescio an praestet τό ‹τὸν› καθ' ἡμέραν βίον κτέ.

Cap. I 66 (5, 32 Mein.). Σωτάδου.

vs. 4 ἂν πλούσιος ὢν καθ' ἡμέραν σκοπῇς τὸ πλεῖον,
ἐς τοσοῦτον εἶ πενιχρός, ἐς ὅσον εἶ περισσός.
ὡς πέννης θέλει σχεῖν καὶ πλούσιος πλέον σχεῖν,
ἴσον ἔχουσιν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ τὸ μεριμνᾶν.

Quodammodo comparari possunt verba Bacchylidea Carm. I fr. 34 ed. Bl. ἴσον ὅ τ' ἀφνεὸς ἰμείρει μεγάλων ὅ τε μείων παυροτέρων.

Cap. I 100 (5, 69 Mein.) Διωτογένους Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ ὁσιότητος.

p. 50, 9: καὶ αἴκα τὰ πολλὰ † ἐξηταγόρεν τῷ πράγματι † καμαύλη ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Buecheler: „Sententiam opinor hanc fuisse: καὶ αἴ κα τὰ πολλὰ ἐξὸν ἐπικαταγορὲν τῷ πράγματι ‹μὴ› καταγορῇ ἀλλ' ‹ἢ› αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, etsi in καμαύλη verbum lateat aliud, ἐγκαλῇ vel simile". Accedo, sed videndum annon lateat sub ΚΑΜΑΥΛΗ verbum doricum ΚΑΤΑΥΔΗΙ, i. e. ‹μὴ› καταυδῇ ἀλλ' ‹ἢ› αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Praeterea vero omisso articulo malim: καὶ αἴ κα πολλὰ ἐξὸν κτλ.

Cap. I 103 (1, 85 Mein.) Εὐσεβίου.

p. 54, 11 ζητοίην μὴ τὰ περισσά, ἀλλὰ περὶ ὧν ἄριστον καὶ ἃ μαθὼν ὠφελησοίμην. Durum est nec stili Eusebiani post ἄριστον ex ζητοίην mente repetere ζητεῖν, ut in fine eclogae rectissime scribitur Εἰδείην σιγᾶν περὶ ὧν ἄμεινον. Praeterea ita potius scripsisset ἀλλ' ἃ ἄριστον. Vereor igitur ne post ἄριστον verbum aliquod perierit inquirendi, velut σκοπεῖν simileve.

Cap. I 110 (1, 75 Mein.) [Ἀρχύτου] p. 60, 6: καὶ πᾶν τὸ ἐχόμενον τᾶς τῶ καλῶ οὐσίας. Imo vero ὠσίας, qua forma saepe Pythagoraei Italici pseudodorice utuntur pro dorico ἐσσίας. Eidem in extremis eclogae verbis reddiderim ἀγαπῶμες pro ἀγαπέομες, ut recte v. c. p. 69 legitur ὁρμῶμες.

Cap. I 140 (5, 92 Mein.) Epicteti. fr. 27. p. 102, 1: εἰ

Digitized by Google

τοίνυν βούλει καλῶς ζῆν, μὴ ζητεῖ μετὰ πολυτελείας ἐπαινεῖσθαι. Sententia postulat κατὰ πολυτελείας.

Cap. I 143 (5, 95 Mein.). Eiusdem fr. 30:

Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ σιτία πιαίνῃ, ἀλλ' ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐφρασία, ἐπεὶ τὰ μὲν ἀποσκυβαλίζεται, καὶ συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος· ἡ δὲ κἂν ἡ ψυχὴ χωρισθῇ διὰ παντὸς ἀκήρατος μένει.

Vix sanum videtur ἔπαινος. Suspicor πιασμός, ut verbum πιαίνειν, usurpatum metaphorice.

Cap. III 22 (5, 5 Mein.) Soph. fr. 755 Nck[2].

οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

Annotatur „ἐπ' ἔργων mavult Wecklein; ἀπ' ἀρχῶν μὴ κ. τέλη κ. F. G. Schmidt Kr. St. I p. 273". Prior correctio praebet falsam sententiam, saepe enim de rebus malis bona dicuntur; veram quidem posterior, sed improbabilis est propter mutationis violentiam. Legendum arbitror:

οὐκ οἴστ' ἐπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

Intoleranda sunt de rebus non pulchris verba pulcra.

Cap. IV 8 Menandri fab. inc. 75 com. IV Mein.:

χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν,
ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν οἱ πεπραχότες.

Recte Naber haesisse videtur, et apte coniecit εἰ πεπράχαμεν, sed nescio an leniore medela corrigendum sit:

ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῖμεν ⟨ἂν⟩ πεπραχότες.

Voculam ἂν absorpserat, ni fallor, cauda verbi praegressi, et articulo deinde labens metrum fulsit librarius.

Cap. IV 79 Democriti:

ἀνοήμονες ζωῆς ὀρέγονται γήραος θάνατον δεδοικότες.

Ineptum ζωῆς non legit is qui deinde IV 80 (fr. 53) hanc Democriti sententiam sic interpretatur: ἀνοήμονες θάνατον δεδοικότες γηράσκειν ἐθέλουσι. Expungatur igitur ζωῆς. Non recte θάνατον in κάματον mutari iussit editor.

Cap. V 48 (5, 64 Mein.). Iamblichi in epistula de temperantia: ὅτι τοίνυν κρηπὶς τῆς ἀρετῆς, ὡς ἔλεγε Σωκράτης (Xenoph.

Digitized by Google

Memor. I 5, 4) ἡ ἐγκράτειά ἐστι τῆς γλυκυθυμίας· κόσμος δὲ τῶν ἀγαθῶν πάντων ἡ σωφροσύνη θεωρεῖται, ὥσπερ δὴ ἀπεφήναντο Πλάτων. ἀσφάλεια δὲ τῶν καλλίστων ἕξεων ἡ αὐτή ἐστιν ἀρετή, ὥσπερ ἐγὼ λέγω.

Quid sibi hic velit τῆς γλυκυθυμίας non exputo. Num forte quaedam perierunt ante haec vocabula?

Cap. VI 65 (Democriti fr. mor. 47 Müllach.): τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐπιθυμέειν (ipse Democritus dederat ἐπιθυμεῖν testantibus titulis Ionicis) αἰεὶ τῶν αὐτῶν πάρεστι, καὶ ὁκόταν γένηται, ὁκοίων ἐπιθυμέουσι, διὰ ταχέος γε ἡ ἡδονὴ παροίχεται, κτἑ.

Ut Atticum est ἐν τάχει, διὰ τάχους, ἀπὸ τάχους, κατὰ τάχος, nec in his formulis adiectivo ταχύς locus est, ita Democrito procul dubio reddendum διὰ τάχεός γε.

Cap. X 45 (10, 46 Mein.). Diogenis.

Διογένης ὠμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς. ἐκείνους μὲν γὰρ πλήρεις ὄντας ὑγροῦ ἐπιθυμεῖν ποτοῦ τούς τε (δὲ recte cdd.) φιλαργύρους ὄντας ἀργυρίου ἐπιθυμεῖν πλείονος, ἀμφοτέρους δὲ πρὸς κακοῦ. ἐπιτείνεσθαι γὰρ μᾶλλον τὰ πάθη, ὅσῳ τὰ ἐπιθυμούμενα πορίζεται.

Suspecta mihi lectio, nam adverbio πρός = προσέτι in hac sententia vix locus est; itaque aut πρός, ut saepe, errore natum esse arbitror, aut corrigendum esse πρὸς κακόν = ἐπὶ κακῷ.

Cap. X 57 (X 59). Diogenis.

οἱ φιλάργυροι καθάπερ μαχαίρᾳ τῷ βίῳ χρῶνται, πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβήν. Iocum petitum ex verbo λαμβάνειν impedire videtur additum participium ποιοῦντες, quod vide ne quis, haud intellecto πάντα i. e. κατὰ πάντα, de suo addiderit. Scripserim igitur omissa virgula χρῶνται πάντα κατὰ τὴν λαβήν.

Cap. XI, 29 (11, 21 Mein.). Eusebii fr. 19 Mull.

ἀληθείην νόος ἀσπάζεται, καὶ αἰεὶ αὐτῇ συνοικέει· ἐὼν δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἀψευδέστατος, ὅμως ἐστιν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀγαθῷ κεράσας παρέχεται ἐπ' ὠφελείῃ ἀνθρώπων τῶν τούτου χρῃζόντων καὶ ἐπὶ χρηστῷ τῷ σφετέρῳ παραλογισθησομένων πρὸς αὐτοῦ κτἑ.

Digitized by Google

Deleto ἀγαθῷ (fort. gloss. ad ἐπ' ὠΦελείῃ aut ad ἐπὶ χρηστῷ), intellege: ὅμως ἐστὶν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀληθείῃ κεράσας.

Cap. XVI 18 (16, 17 Mein.). Democriti fr. 68 Müll.

οἱ τῶν Φειδωλῶν παῖδες ἀμαθέες γινόμενοι, ὥσπερ οἱ ὀρχησταὶ οἱ ἐς τὰς μαχαίρας ὀρούοντες, ἢν ἑνὸς μούνου μὴ τύχωσι καταΦερόμενοι, ἔνθα δεῖ τοὺς πόδας ἐρεῖσαι, ἀπόλλυνται· χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνός, τὸ γὰρ ἴχνιον μοῦνον λέλειπται τῶν ποδῶν· οὕτω δὲ καὶ οὗτοι, ἢν ἁμάρτωσι τοῦ πατρικοῦ τύπου τοῦ ἐπιμελέος καὶ Φειδωλοῦ, Φιλέουσι διαΦθείρεσθαι.

Difficultas numquam errandi in periculoso hoc ludo adeo clara est, ut perobscuram interpretationem, quam viri docti varie emendare conati sunt, non Democrito sed aut lectori aut eclogario tribuendam esse suspicer. Quod si ita est, his omissis aut οὕτω καὶ aut οὕτω δὴ καὶ scribendum videtur.

Cap. XX 18. Sosiphanis fr. 2 p. 820 Nck²:

νῦν σοι πρὸς ὄψιν θυμὸς ἡβάτω, γέρον,
νυνὶ † δεῖ γ' ὀργήν, ἡνίκ' † ουδείκου, λαβεῖν.

Coniecturas in locum fere declamatum vide apud Nauckium l.l. Editor Stobaei addit haec „οηδείκου, *sed* η *ex* υ *corr. S. quid prius fuerit ambiguum, nec tamen litterarum* εν [tacite ἔνδικον dederat Gesner] *repperi ullum vestigium* Mekler lect. Gr. p. 15."

Verba πρὸς ὄψιν (scil. τοῦ ἐχθροῦ?) in priore versu mihi quidem suggerunt suspicionem traditam lectionem leviter corruptam esse ex ἡνίχ' ὧδ' ἵκου, *nunc, cum huc venisti.* Bene se habere in tali sententia aoristum ostendet v. c. Sophoclis versus notissimus O. C. 669 ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα, ubi ἵκου = ἥκεις.

VIII.

AD STOBAEI ECLOGAS PHYSICAS ET ETHICAS (ed. Wachsmuth).

Lib. I cap. I p. 26, 7 Cleanthis:

ἀλλ' σὺ (ὦ Ζεῦ sc.) καὶ τὰ περισσά (τ' Sauppe) ἐπίστασαι ἄρτια καὶ κοσμεῖν τἄκοσμα καὶ οὐ Φίλα σοὶ Φίλα ἐστίν. [θεῖναι,

Digitized by Google

ὧδε γὰρ εἰς ἓν πάντα συνήρμοκας ἐσθλὰ κακοῖσιν,
ὥσθ' ἕνα γίγνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἐόντα, κτέ.

In secundo versu et sententia et metrum (hiatu) laborat. Suspicor ἐστίν esse infelix lacunae supplementum, philosophum vero dedisse:

καὶ οὐ φίλα σοι φίλα ⟨ποιεῖν⟩,

ut omnia pendeant ab ἐπίστασαι.

Ibid. 18 p. 28, 10 Archilochi

τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω πάι,
γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ.

Edendum fuerat θνητοῖσ'.

Ibid. 21 tragici ignoti.

καὶ τἀμπλακήματ' ἔρχεται θεὸς μέτα,
ὅθεν λαβόντες οἱ κακῶς πεπραγότες
σωτηρίαν ἀπῆλθον ἐκ δυσπραξίας.

Iniuria recepit editor coniecturam suam ἱκετηρίαν. Dicit enim poeta, deum vel ea peccata persequi, quorum ope miseri salutem nacti res adversas effugerint.

I 6 p. 85, 22 Philemonis vs. 5:

κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἑτέρου λαβεῖν τύχην.

Suspectum mihi τύχην sine articulo post τὴν τύχην vs. 1 et χὴ τύχη vs. 3. Fortasse spurium est et poeta dederat:

κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἑτέρου ⟨ταύτην⟩ λαβεῖν.

Ibid. p. 91, 2 Menandri:

τυφλόν γε καὶ δύστηνόν ἐστιν ἡ τύχη.

Coniecta sunt δυσήνιον et δυσήκοον. Modulatius possis δύστακτόν, coll. p. 92, 18: τύχη ἀτάκτου ἐνεργείας ἐστὶ προσηγορία.

I 15. p. 148, 4. Philolai:

ὁ κόσμος εἷς ἐστιν. ἤρξατο δὲ γίγνεσθαι ἄχρι τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου εἰς τὸ ἄνω διὰ τῶν αὐτῶν τοῖς κάτω ἐστὶ τὰ ἄνω τοῦ μέσου ὑπεναντίως κείμενα τοῖς κάτω. τοῖς γὰρ κάτω τὸ κατωτάτω μέγα ἐστὶν ὥσπερ τὸ ἀνωτάτω, καὶ τὰ ἄλλα

Digitized by Google

ὡσαύτως. πρὸς γὰρ τὸ μέσον κατὰ ταὐτά ἐστιν ἑκάτερα, ὅσα μὴ μετενήνεκται.

Misere laborant verba τοῖς — ἀνωτάτω, in quibus μέγα celare μέσα bene intellexit Nutzhorn. Equidem suspicor: τοῖς γὰρ κάτω κατωτάτω τὰ μέσα ἐστιν, ὥσπερ ἀνωτάτω ⟨τοῖς ἄνω⟩.

I 18. p. 156, 4:

Στράτων ἐξωτέρω μὲν ἔΦη τοῦ κόσμου μὴ εἶναι κενόν, ἐνδοτέρω δὲ δυνατὸν γενέσθαι.

Ita si statuit Strato, opinione differebat ab omnibus et permiram protulit sententiam. Sed probabile puto negatione transposita corrigendum esse:

Στράτων ἐξωτέρω μὲν ἔΦη τοῦ κόσμου εἶναι κενόν, ἐνδοτέρω δὲ μὴ δυνατὸν γενέσθαι. Cf. p. 161 sqq.

I 21. p. 189, 4. Philolai. fr. 3 Müllach:

τὰ μὲν ὢν ὁμοῖα καὶ ὁμόΦυλα ἁρμονίας οὐδὲν ἐπεδέοντο, τὰ δὲ ἀνόμοια μηδὲ ὁμόΦυλα μηδὲ ἰσολαχῇ ἀνάγκα τᾷ τοιαύτᾳ ἁρμονίᾳ συγκεκλεῖσθαι, αἰ μέλλοντι ἐν κόσμῳ κατέχεσθαι. Lege: συγκεκλᾶσθαι vel συγκεκλαῖσθαι.

I 28. p. 229, 22 Arriani: Φέρονταί τε ἀτάκτως οἱ πολλοὶ τῶν κομητῶν, ἐπινεμόμενοι ἐμοὶ δοκεῖν τὴν ἄνω ἀναΦερομένην τροΦὴν καὶ ταύτῃ ἐΦομαρτοῦντες.

Nulla causa est quidni revocemus codicum FPI lectionem ἐΦαμαρτοῦντες pro recepta man. sec. in P correctione ἐΦομαρτοῦντες. Cf. quae nuper notavi ad Bacchylidem in Mnemos. XXVI 1.

I 29. p. 235, 14 Arriani:

ὅσοι δὲ ἔρημοι πυρὸς τυΦῶνες οἱ δὲ ἔτι ἀνειμένοι ἐκνεΦίαι. Intelligo „qui vero ἀτμοί non solum igne carent, sed *praeterea* vi (maiore, sc. comparati cum typhonibus), ἐκνεΦίαι appellantur". Vix recte verba tradita a Wachsmuthio sollicitantur.

I 36. p. 249, 12: Ἀριστοτέλης Φησὶ σεισμοὺς γίνεσθαι καὶ μυκήματα καὶ χάσματα τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως εἰς τὰς ἀραιότητας ⟨τὰς⟩ κατὰ τῆς γῆς ῥυείσης κτέ. Repetivi articulum.

Digitized by Google

I 40. p. 267, 18. *καὶ τὰ μὲν ἐνθουσιᾶν ποιεῖ τοὺς ἐμπελάζοντας, ** τὰ δὲ χρησμῳδεῖν, ὥσπερ τὰ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἐν Λεβαδείᾳ* (sc. *πνεύματα*), *τὰ δὲ καὶ παντάπασιν ἀναιρεῖ, καθάπερ τὰ ἐν Φρυγίᾳ.* In editis (Aristot. de mundo c. 2—5) adduntur vocabula *τὰ δὲ ἀτροφεῖν*, quare editor posuit signa lacunae. At propter adiectum *παντάπασιν* ea verba non illic expectantur, sed post *Λεβαδείᾳ.*

I 49. p. 363, 11 Iamblichi:

τινὲς εἰς τὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀρχὰς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἐπαναφέρουσιν. εἶναι μὲν γὰρ τὰ πρῶτα σώματα ἄτομα, πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων στοιχειωδέστερα. Si vocula $\overline{\pi\rho\bar{o}}$ genuina est, suspicor *πρὸ* (vel *πρότερα*) *τῶν τεσσάρων στοιχείων* ⟨*καὶ*⟩ *στοιχειωδέστερα.*

Ibidem p. 367, 6 *ἢ τὸ τῇ Φύσει συμμεμιγμένον ἢ τὸ τοῦ σώματος ὂν ὥσπερ τὸ ἐψυχῶσθαι, αὐτῷ δὴ μὴ παρὸν τῇ ψυχῇ ὥσπερ ὑπάρχειν, οἷα δὴ λέγεται περὶ ψυχῆς παρὰ Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ.*

Pro *ὥσπερ* parum verisimili mutatione *ὁπωσοῦν* reponi iubet Wachsmuth. Fortasse *ὥσπερ* nihil aliud est quam dittographema, quod facillime somnolento librario excidere potuit, quia in proxime praegressis quater occurrit ea vocula.

Ibid. p. 378, 21: *Ἡράκλειτος* (fr. 83 Byw.) *μὲν γὰρ ἀμοιβὰς ἀναγκαίας τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω διαπορεύεσθαι τὰς ψυχὰς ὑπείληφε καὶ τὸ μὲν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν κάματον εἶναι τὸ δὲ μεταβάλλειν Φέρειν ἀνάπαυσιν.* *Manere in iisdem* non *est*, sed *fert* lassitudinem, itaque delendum est *εἶναι*, quod tamen fortasse verbi *Φέρειν* locum occupavit.

II 1, 20 vol. II. p. 7, 14. *Βίωνος*:

Βίων ἔλεγε γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας οἳ [*τοὺς πὰρ ποσὶ*] *τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι.* Verba inclusa ex p. 8, 4 invecta recte delevit Meineke, sed vel his deletis omni aculeo caret dictum Bionis, qui procul dubio dixerat *γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας οἳ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἀστέρας οὐ βλέποντες τοὺς*

Digitized by Google

ἐν τῷ οὐρανῷ Φάσκουσιν εἰδέναι. Nempe ἀστήρ simul *stella* dicebatur et animal marinum, quod stellae formam referens hodieque ita dictum in littoribus frequenter reperitur. Quoniam vero plebecula olim ut hodie omnia huiuscemodi animalia marina piscium nomine comprehendebat, mirum non est lectorem quempiam aut librarium ad ἀστέρας adnotasse ἰχθῦς, quod glossema mox ut fit pro genuino vocabulo substitutum iocum pessumdedit.

Ibid. p. 8, 12 Ἀρίστωνος:

Ἀρίστων ἔφη τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις τὰ μὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, τὰ δὲ μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ἡμᾶς. πρὸς ἡμᾶς μὲν τὰ ἠθικά, μὴ πρὸς ἡμᾶς δὲ τὰ διαλεκτικά· μὴ γὰρ συμβάλλεσθαι πρὸς ἐπόρθωσιν βίου· ὑπὲρ ἡμᾶς δὲ τὰ φυσικά· ἀδύνατα γὰρ ἐγνῶσθαι. Hucusque Ariston; non enim huius esse verba sequentia καὶ οὐδὲ παρέχειν χρείαν, quibus Hense addi iussit ἐγνωσμένα, abunde testatur ipsa loci compositio.

II 7 vol. II p. 92, 13. Haereo in hac definitione stoicorum: πένθος δὲ λύπην ἐπὶ θανάτῳ ἀώρῳ, quippe qua excludatur luctus de *senibus* parentibus et amicis. Expectatur fere ἀγαπωμένου, sed satis lenem corrigendi rationem non reperio. Quod autem mox ἄχος definitur λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα fortasse explicandum ex absurda etymologia, quae ἄχος cum adiectivo ἀχανής, i. e. ἄφωνος, cohaerere Stoici crediderint.

II 15, 40. p. 192, 3: Δημοκρίτου (fr. mor. 104 Mullach).

οὔτε λόγος ἐσθλὸς φαύλην πρῆξιν ἀμαυρίσκει, οὔτε πρῆξις ἀγαθὴ λόγου βλασφημίῃ λυμαίνεται. Neque ἀμαυρίσκει pro ἀμαυροῖ graecum est, neque hoc ipsum sententiae, quae contrarium postulat, aptum. Legerim ἀμαρύσσει, quod transitive adhibuisse videtur philosophus, *facit ut splendeat*. Vid. Lexica.

II 31, 54. p. 210, 17. Σωκράτης ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις ἄγοι καλῶς τοὺς ἰδίους παῖδας, εἶπε· „νέους μὲν ὄντας παιδεύσας, ἄνδρας δὲ γενομένους διδάξας συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀποβαίνουσι καὶ τὴν οὐσίαν διανείμας αὐτούς, ἵνα μὴ διὰ τοῦτο ἐχθροὶ γένωνται". *Divisio* patrimonii ad concordiam liberorum vix sufficit, quare

Digitized by Google

nescio an Socrates *aequam divisionem* suaserit et exciderit ea notio.

Ibid. 65. P. 213, 1 Δημοκρίτου.

ἡ Φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταρρυσμεῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταρρυσμοῦσα δὲ ‹καὶ› Φύσις ποιέει (recte libri ποιεῖ). Non sufficit cum Usenero inserere καί, sed requiritur ‹καὶ ἡ› Φύσις ποιεῖ. Formae pseudo-ionicae in ἐει et ἔειν passim apud Democritum corrigendae sunt.

Ibid. 74. P. 214, 16 suppleverim:

Διογένης ἄτοπον ἔφησεν εἶναι ἐπὶ μὲν τὸν λύχνον ἐπιχεῖν ἔλαιον, ἵνα ‹τὰ› ἐπὶ τῆς τραπέζης ὀρῶμεν, ὅπως δὲ τῇ διανοίᾳ Φρονιμώτεροι γενόμενοι κατανοήσομεν τὰ τῷ βίῳ βέλτιστα, μηδὲν ἐθέλειν ἀναλίσκειν.

Ibid. 89. P. 216, 17 ἐκ τῶν Δίωνος χρειῶν·

Ἀθηναίοις ἐρομόνοις, ὅπως λῷον ‹ἂν› αὐτοῖς γίγνοιτο, ἔχρησεν ἡ Πυθία· εἰ τὸ κάλλιστον εἰς τὸ δεξιὸν οὖς τῶν παίδων ἐντιθέναι βούλοιντο· οἱ δὲ τρήσαντες αὐτὸ χρυσίον ἐνέβαλλον, ἀγνοήσαντες ὅτι τὸν Φιλόσοφον λόγον ἐμήνυσε.

Sententia, non verba, legitur in Dionis Chrysostomi Oratione XXXII (Arnim XV) ad Alexandrinos § 3: νῦν μὲν γὰρ ἁμαρτάνετε τὸ Ἀθηναίων ποτὲ ἁμάρτημα. τοῦ γὰρ Ἀπόλλωνος εἰπόντος, εἰ θέλουσιν ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐν τῇ πόλει γενέσθαι, τὸ κάλλιστον ἐμβάλλειν τοῖς ὠσὶ τῶν παίδων, οἱ δὲ τρήσαντες τὸ ἕτερον χρυσίον ἐνέβαλον, οὐ συνέντες τοῦ θεοῦ. τοῦτο μὲν γὰρ κόραις μᾶλλον ἔπρεπε καὶ παισὶ Λυδῶν ἢ Φρυγῶν· Ἑλλήνων δὲ παισί, καὶ ταῦτα θεοῦ προστάξαντος, οὐκ ἄλλο ἥρμοζεν ἢ παιδεία καὶ λόγος, ὧν οἱ τυχόντες εἰκότως [ἂν] ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται καὶ σωτῆρες τῶν πόλεων κτλ.

Res fugisse videtur Wachsmuthium, non latuit, ut nunc animadverto, Arnimium Dion. Prus. II p. 309, qui falso citans Wachsm. II p. 316 pro 216 recte statuit χρείας fuisse non a Dione editas sed ἐκ τῶν αὐτοῦ κατεσκευασμένας. Nescio autem an harum κατασκευαστής legerit textum Dionis nostro meliorem habueritque ante oculos hanc scripturam: τὸ κάλλιστον ἐμβάλλειν τοῖς ‹δεξιοῖς› ὠσὶ [vel τοῖς ὠσὶ ‹τοῖς δεξιοῖς›] τῶν παίδων.

Digitized by Google

Ita certe intellegi poterit sequens τὸ ἕτερον (οὖς), sc. τὸ δεξιόν, pro quo antehac suasi τὸ τέρεν, scil. τὸν λοβόν. Cum autem Dio dicat eum morem magis decere puellas et barbarorum filios quam pueros Graecos, consentaneum est non inauditam fuisse consuetudinem inaures gestandi in sola aure dextra, cuius tamen consuetudinis alia testimonia desidero.

Ibid. 102. p. 219, 102: Σωκράτης πρός τινα πάντα εἰδέναι φάσκοντα καὶ πολυμάθειαν ὑπισχνούμενον (ἐτύγχανε δὲ εἰς Ἀκαδήμειαν συγκατιὼν αὐτῷ) ἐπιστὰς χωρίῳ πεφυτευμένῳ, ἤρετο αὐτόν „οὐ δοκεῖ σοι — καταλιπών;"

Male praepositionem πρός convenire sequentibus intelligens Wachsmuth parum probabiliter ex πυθόμενος eam depravatam esse coniecit. Si genuina sunt πρός et αὐτόν, consentaneum videtur excidisse aliquod participium velut: Σωκράτης ⟨διαλεγόμενος⟩ πρός τινα κτέ., modo ne ipse auctor propter interposita praepositionis immemor ita pecaverit scribens ἤρετο, cum debuisset εἶπεν ἐρωτῶν simileve quid.

Ibid. 125. P. 241, 27 Musonii:

πάλιν ὡς ὁ πόνος οὐκ ἔστι κακόν, αὐτόθεν μὲν οὐ φαίνεται πιθανόν· τοὐναντίον γὰρ τούτου δοκεῖ πιθανώτερον, τὸ κακὸν εἶναι τὸν πόνον. Puerile epexegema num ipsius sit Musonii dubito.

II 46, 17. P. 262, 24. Θεμιστοκλῆς, διαβαλλόντων αὐτὸν ἐπ' ἐκκλησίας τινῶν ὡς εἶδεν τοὺς πολλοὺς ἡδέως ἀκούοντας, „κοπιᾶν" ἔφη „μοι δοκεῖτε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐεργετούμενοι". κόπος γὰρ ὡς ἀληθῶς εὐεργεσίας κόρος, δι' ὃν συμβαίνει καινότητος ἐπιθυμεῖν.

Contra mentem auctoris εὐεργεσίας interpolatum videtur, quem voluisse arbitror, recte *lassitudinem* dici *omnem satietatem*, quippe novitatis studiosam.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI VITAS PARALLELAS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 324.)

Phoc. 1. 1. Notum dictum est Antipatri ἐπὶ Δημάδου γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολείπεται. De hoc ritu Stengelius nuper egit *Kultusalterthümer* p. 38. 18 et 102. 9. Apud Homerum Odyss. γ 341 antequam discedunt Pylii γλώσσας ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνιςάμενοι δ' ἐπέλειβον. Postea lingua victimae non comburebatur, sed dabatur sacerdotibus vel praeconibus, sed παντα χοῦ τῆς Ἀττικῆς ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται, ut est Arist. Av. 1705, Pac. 1060 et Plut. 1110. Admirabundus nuper audivi esse etiam hodie in Gelria homines qui meminerint boum linguas exiguo pretio fuisse venales, quum plebs agrestis iis vesci nollet. De cerebro cf. Moral. p. 733 E.

Phoc. 1. 1. Articulus excidit in hisce: τὴν δὲ Φωκίωνος ἀρετὴν ὥσπερ ἀνταγωνιςῇ βαρεῖ καὶ βιαίῳ (τῷ) καιρῷ συλλαχοῦσαν αἱ τύχαι τῆς Ἑλλάδος ἀμαυρὰν καὶ ἀλαμπῆ πρὸς δόξαν ἐποίησαν.

Phoc. 5. 2. De Phocionis facundia legimus: ὁ λόγος ἦν ἐπὶ χρηςοῖς εὐτυχήμασι καὶ διανοήμασι σωτήριος. Equidem ignoro

Digitized by Google

quae sint χρησά vel ἄχρησα εὐτυχήματα. Proclive est restituere: ἐπὶ χρησοῖς ἐνθυμήμασι. Vide hoc ipsum vocabulum in fine capitis: ῥῆμα καὶ νεῦμα μόνον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μυρίοις ἐνθυμήμασι καὶ περιόδοις ἀντίρροπον ἔχει πίστιν. Etiam Madvigius hoc vidit p. 601. Cf. quoque Demosth. 8. 2.

Phoc. 5. 3. Notabilis est locutio ὑπὸ σκηνήν. Redit Tib. Gracch. 4. 2 et Arat. 15. 1.

Phoc. 9. 1: ὑμεῖς κεκράξεσθε μὲν ὡς δυνατόν. Aliena manus est quae adscripsit: μέγιστον.

Phoc. 9. 6: Ἐμέ, εἶπεν, ὑμεῖς ἃ μὴ βούλομαι ποιεῖν βιάσασθαι δύνασθε, λέγειν δὲ ἃ μὴ δεῖ παρὰ γνώμην οὐκ ἀναγκάσετε. Supple: ἐμὲ (μέν). Similiter corrige c. 24. 2: ἀδίκως (μέν).

Phoc. 9. 7: Δημοσθένους μὲν εἰπόντος „Ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι, Φωκίων, ἂν μανῶσιν", εἶπε· „Σὲ δὲ ἂν σωφρονῶσι". Haec verba male dividi solent. Dixerat Demosthenes: ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι, Φωκίων· respondit hic: ἄν (γε) μανῶσι· σὲ δ' ἂν σωφρονῶσι. Particula γε accessit ex Moral. p. 811 A.

Phoc. 10. 1. Erat quidem Archibiades πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει καὶ τρίβωνα Φορῶν καὶ σκυθρωπάζων. Malim fere: τριβωνοφορῶν. Cf. Moral. p. 52 E.

Phoc. 10. 2. Venit ad delectum Aristogiton sycophanta ἐπὶ βακτηρίᾳ τὼ σκέλη καταδεδεμένος· deinde de suggestu clamavit Phocion: γράφε καὶ Ἀριστογείτονα χωλὸν καὶ πονηρόν. Hic nihil video lepide dictum; quid si verum est: γράφε καὶ Ἀριστογείτονα χωλὸν κἀνάπηρον· quae vox simul est irridentis et militiae vacationem dantis?

Phoc. 17. 3: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ψήφισμα λέγεται Ἀλέξανδρον, ὡς ἔλαβε, ῥῖψαι καὶ Φυγεῖν ἀποσραφέντα τοὺς πρέσβεις. Non Alexandri erat fugere ex legatorum conspectu. Incidi equidem in: σοβεῖν.

Digitized by Google

Phoc. 18. 1. Venerunt Alexandri legati ad Phocionem Athenas: *ὡς δὲ ἀκολουθήσαντες εἰς οἶκον αὐτῷ, πολλὴν ἑώρων εὐτέλειαν, τὴν μὲν γυναῖκα μάττουσαν, ὁ δὲ Φωκίων αὐτὸς ἀνιμήσας ὕδωρ ἐκ τοῦ Φρέατος ἀπενίπτετο τοὺς πόδας, ἔτι μᾶλλον ἐνέκειντο.* Ex uno libro Sintenisius enotavit lectionem *ἀπένιπτε* et, si quidem recte mihi repraesento quid Phocion fecerit, hoc solum verum est. Legatos hospitio excepit et, dum uxor coenam parabat, ipse servile ministerium praestitit et Macedonum pedes lavit. Tune credere mavis solum Phocionem sibi lavisse pedes, reliquos accubuisse illotos? Commode nunc mihi in mentem venit eorum quae leguntur Evang. Lucae VII 36 sqq., quem locum mihi non frustra tractavisse videor, *Mnem.* 1881 p. 283. Ceterum mihi non persuadeo Phocionem in tam sordida paupertate vixisse.

Phoc. 20. 2. Dixerat Demades esse se paratum auctore Phocione ferre ad populum ut Lycurgi leges reciperet. Tum *πάνυ γοῦν, ἔφη, πρέψειαν ἂν σοι μύρου τοσοῦτον ὄζοντι καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι.* Hic quaero an non praestet *χλανίδα.* Χλαμύς epheborum vestis est nullumque habet luxuriae indicium. Hinc recte Cat. Min. 13. 1: *ἔφηβοι χωρὶς ἐν χλαμύσι,* Phoc. 29. 1 *φαυλότητι χλαμυδίου,* alibi.

Phoc. 23. 1: *ἐνέσεισεν ὁ Λεωσθένης τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον.* Quidni malumus appellare *τὸν Λαμιακὸν πόλεμον.*

Phoc. 26. 2: *Δημάδης δὲ μηδὲν μέρος ὧν ὤφειλε χρημάτων ἐπὶ ταῖς καταδίκαις ἐκτῖσαι τῇ πόλει δυνάμενος.* Immo lege: *ὤφλε.*

Cat. Min. 3. 2: *ἰδὼν δὲ κεφαλὰς ἐπιφανῶν ἀνδρῶν λεγομένων.* Praestat: *γενομένων.*

Cat. Min. 9. 4: *ἔλαθε τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐργασάμενος τοῖς ἀνδράσιν.* Necessarium est: *ἐνεργασάμενος.*

Digitized by Google

Cat. Min. 11. 4: ταῦτα πράξαντος αὐτοῦ καὶ πράττοντος ἦν ὁ γράψας ὅτι κοσκίνῳ τὴν τέφραν τοῦ νεκροῦ μετέβαλε. Nemo sane dubitat quin Caesar hic notetur, cuius tamen nomen Plutarchus vix potuit reticere, unde inseram: (Καῖσαρ) ἦν ὁ γράψας. Postremum vocabulum μετέβαλε verosimiliter vitium concepit.

Cat. Min. 16. 2. Supplendum: οὐκ ὄνομα (μόνον) καὶ τιμὴν ἔχων ἄρχοντος.

Cat. Min. 19. 1: παρετάξατο βουλῆς ἀγομένης μηδὲν ἄλλο πράττειν. Scripserim de more: βουλῆς συναγομένης vel fortasse γενομένης.

Cat. Min. 23. 1. Coniurati Φόνων μεγάλων καὶ κινδύνων ἀπαλλάξουσι τὴν πολιν ἀποθανόντες. Apertum vitium cui Reiskius mederi voluit corrigendo: Φόνων καὶ μεγάλων κινδύνων. Mihi quidem placet: Φόβων μεγάλων.

Cat. Min. 23. 2. Ex omnibus Catonis orationibus sola servata fuit quam habuit in Catilinarios. Nota sunt Plutarchi verba: τοῦτον μόνον ὧν Κάτων εἶπε διασώζεσθαί φασι τὸν λόγον. Nimirum Cicero fuit qui notariis in curia locum dedit: Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. Consentaneum est non semel eum hoc fecisse, sed per totum annum consulatus sui, deinde fuisse alios qui hoc imitarentur, donec tandem paucis annis post perfecta ars fuit. Eodem pertinet quod continuo sequitur: εἶτα ἄλλον ἀλλαχόσε τοῦ βουλευτηρίου σποράδην ἐμβαλόντος. Notarii scribendo excipere debebant quidquid pro sententia dicebatur sedebantque non uno in loco sed per curiam sparsi, ne quid effugeret, quum suo quisque loco senator surgeret ad dicendum. Sed artis incunabula haec fuerunt, οὔπω γὰρ ἤσκουν οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους, de quibus vide Blassium in Mulleri Encyclopaedia p. 331.

Cat. Min. 24. 2: Τὸ δ' αἴσχιον, οὐδ' ἡ γυνὴ τοῦ Κάτωνος Ἀτιλία τοιούτων ἐκαθάρευσεν ἁμαρτημάτων. Longe praefero: τὸ

Digitized by Google

δ' ἔσχατον. Saepe negligenter Plutarchus composuit ea quae ex fontibus suis cognoverat; veluti c. 7. 2 vel oblitus erat vel nondum cognoverat Atiliam impudicam mulierem fuisse. Etiam maior discrepantia est Cat. Min. 19. 4 et Lucull. 40. 3. Omnino facile est cumulare exempla.

Cat. Min. 33. 3 Clodium trib. pl. creant πάντα πρὸς χάριν ἐκείνοις πολιτευόμενον. Lege: πολιτευσόμενον.

Cat. Min. 40. 2. Supple: παρανόμως μὲν (οὖν) οὐ δήμαρχον αἱρεθῆναι τὸν Κλώδιον.

Cat. Min. 43. 2: ἐπιλαβόμενος καὶ ἀγαγὼν αὐτὸν ἔξω τῆς ἀγορᾶς. Malo: ἀπάγων.

Cat. Min. 44. 4: δεκαδύο ἥμισυ μυριάδας appellat, uti vides, quingena sestertia. Ad eandem rationem c. 17. 4 ἀνὰ μυρίας δισχιλίας δραχμάς inserendum est: πεντακοσίας, etiamsi de ea re δύο τάλαντα posuerit Sull. 31. 6. Ubique una drachma quatuor sestertios habet. Vide quoque Tib. Gracch. 2. 3.

Cat. Min. 44. 6: πίσις ἔπεται μάλιστα παρὰ τῶν πολλῶν. Lege: μεγίστη.

Cat. Min. 44. 6: δικαίῳ δ' ὑπάρχοντος εὐθὺς εἶναι τῷ βουλομένῳ. Commendo: ὑπάρχον.

Cat. Min. 53. 1. Supple: Πομπήιον ἐν οἷς ὑγιὲς οὐδὲν οὐδὲ δίκαιον ἔπραττεν ἀήττητον (ἀεὶ) γενόμενον.

Cat. Min. 61. 1. Sermo fit de tercentis hominibus qui cum Catone Uticae erant: τῶν δὲ τριακοσίων, ἅτε δὴ πλωτικῶν καὶ δανειστικῶν ἀνθρώπων. Hic difficile est non suspicari rescribendum esse: ἅτε δὴ πωλητικῶν.

Agid. 7. 2: μετέπεσον ταῖς γνώμαις αἱ γυναῖκες — ὥστε τὸν μὲν Ἄγιν συνεξορμᾶν — μεταπεμπομένας δὲ τοὺς φίλους παρακαλεῖν — ἅτε δὴ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπισταμένας κατη-

Digitized by Google

κόους ὄντας ἀεὶ τῶν γυναικῶν. Quam miror accusativos μεταπεμπομένας et ἐπισαμένας. Scio quidem Plutarchum circa usum nominativi cum infinitivo non admodum esse diligentem, sed in tam simplici sententia enormis est incuria.

Agid. 15. 2. Bato Sinopensis non legit ea quae scripsit Aratus ὑπολογιζόμενος ὅτι βέλτιον ἡγεῖτο παρελθεῖν τοὺς πολεμίους. Praestat: ἡγοῖτο.

Agid. 15. 2. Noluit Aratus cum hostibus congredi itaque τοὺς συμμάχους ἐπαινέσας διαφῆκε, atque deinde θαυμασθεὶς ὁ Ἄγις ἀνεζεύγνυεν. Quo hic pertinet participium θαυμασθείς? Verum quidem est Agidem milites admirabiliter in officio continuisse, sed nihil opus erat iterum dicere quod iam dictum erat capite praecedenti, ac praeterea in ipso reditu nihil erat per se quod admirationem moveret. Hoc magis intererat observare fractam fuisse regis auctoritatem, quum homines iam viderent cedere eum debuisse Arato, qui certamen adversus Aetolos detractavisset. Aratus, uti perhibebant, contemserat adulescentem: hinc corrigam: ἀτιμασθεὶς ὁ Ἄγις ἀνεζεύγνυεν, simulque Spartae orta seditio: ἤδη τῶν ἔνδον ἐν Σπάρτῃ θόρυβον πολὺν ἐχόντων καὶ μεταβολήν.

Agid. 20. 2: ἐκείνης δὲ καὶ τὴν μητέρα μετ' αὐτῆς παρεῖναι δεομένης. Lege: παριέναι.

Cleom. 3. 4: ἡγουμένῳ μόνως ἂν οὕτως ἀνεπιχειρήτους ἔσεσθαι τοῖς ἐκτὸς πολεμίοις. Lege: γενέσθαι. Eadem de causa Agid. 13. 2 ἐνδεξομένων· lege ἐνδεξαμένων.

Cleom. 12. 3. Diligenter videndum verene tradat Plutarchus solos Spartanos in castris non tulisse histriones ceterosque id genus homines: τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν στρατευμάτων ἐκεῖνο μόνον οὐ μίμους παρακολουθοῦντας εἶχεν, οὐ θαυματοποιούς, οὐκ ὀρχηστρίδας, οὐ ψαλτρίας, ἀλλὰ πάσης ἀκολασίας καὶ βωμολοχίας καὶ πανηγυρισμοῦ καθαρὸν ἦν. Id dubites hoccine affirmaverit Plutarchus de solis Cleomenis copiis quae Megalopolitanorum fines ingressae erant, an de omnibus Spartanorum expeditionibus.

Digitized by Google

Si locum inspicies, poteris in utramque partem disputare. Revera Spartani iamdudum desciverant a virtute maiorum et si Cleomenes veterem disciplinam renovare voluit, ipse tamen Plutarchus concedit edendo spectaculo regem aliquid dare debuisse relaxatis civium moribus.

Cleom. 16. 2: δικαίαν ἐποιοῦντο τὴν ἀξίωσιν τῶν Λακεδαιμονίων. Malo: ἡγοῦντο.

Cleom. 16. 2: τῶν Λακεδαιμονίων εἰς τὸ πάτριον σχῆμα κοσμούντων τὴν Πελοπόννησον. Lege: μετακοσμούντων.

Cleom. 21. 3: μετὰ μικρὸν ὅλης Πελοποννήσου κύριος γενέσθαι δεήσας. Dicendum hoc utique fuit παρὰ μικρόν.

Cleom. 22. 5. Verba sunt matris ad regem Cleomenem: ὅπως μηδεὶς ἴδῃ δακρύοντας ἡμᾶς μηδὲ ἀνάξιόν τι τῆς Σπάρτης ποιοῦντας. Hic oritur difficilis quaestio de lacrimis quae hodie imbecillae mulieri conceduntur, sed a quibus barbati viri abstinere debent, etiamsi acerbo dolore crucientur. Ita fert nostrum saeculum, nam patres nostri, maiores certe, longe aliter iudicabant. Cum admiratione legimus Goethium qui in Vita Sua identidem refert se maximos fletus edidisse. Eodem tempore apud nos quoque poetae erant, quorum *sentimentalitatem*, nam sic vocant, nemo hodie sine nausea perferre potest. Interdum, fateor, natura vincit quod ab educatione fovemus artificium et his ipsis diebus, dum haec scribo, memini me audire egregie cordatum virum, qui ingenue fateretur, quum in Aede Nova videret augustae gentis augustam sobolem in regali solio sedentem et audiret claram vocem Reginae iusiurandum pronunciantis se nisi rep. salva salvam esse non posse, ceteraque animadverteret quae tunc solemni ritu peragerentur, fortiter tum sese animo suo imperasse, ἀνὰ ῥῖνας δ' οἱ ἤδη δριμὺ μένος προτύψαι. Esto hoc; sed tamen dum repetimus veteres annales, ubique crebras lacrimas offendimus et miramur nos seros nepotes tam raro vel spe vel gaudio vel metu vel desperatione posse commoveri. Quo altius ascendimus in antiquitate pervestiganda, eo plura sese offerunt exempla, quae plane ab nostris moribus abhorrent. Veluti ut e multis

Digitized by Google

eligam unum exemplum valde manifestum, quo iam usus sum *Mnem.* 1881 p. 69, scribit Villeharduinus de crucigerulis qui Constantinopolin ceperunt: „They weep", ut ait Gibbo qui mihi locos indicavit, „on every occasion of great joy or devotion". Nec multo aliter Torquatus Taxo de Gothofredo eiusque comitibus. Etiam in Homero legendo idem saepe observamus. De hoc argumento, quod omnes necessario advertit, egit Maximilianus Schneidewin in libro de Homerica morum simplicitate p. 22 et 104, itemque Buchholzius de Antiquitate Homerica III. 2. p. 347, sed quantumvis magni illorum hominum acumen faciam, neuter *τέλος ἵκετο μύθων*, neque ego *ἵξομαι*. Collegi in Homero omnes locos qui illuc pertinent; erant autem plus quam centum. Ex his maior pars nostris auribus non peregrinum sonat. Facile ferimus Penelopen lacrimas fundentem locis duodeviginti. Nihil mirum oboriri lacrimas, si quis carissimorum capitum desiderio teneatur, si quod afferatur insperatum gaudium, si quis incerto rerum eventu anceps haereat: ne nos quidem hodie animi affectus dissimulamus, si qui vehemens dolor nos commoverit; sed remanent aliquot loci, qui non sunt ad nostrum palatum, etiamsi meminerimus *ἀριδάκρυας ἀνέρας ἐσθλούς* fuisse. Ordine quaedam de hoc genere recensebo.

Achilles, A 349 et versibus qui proxime sequuntur, illata insigni iniuria, non orat, quod bellatores faciunt, ut Agamemnon omnes deos deasque omnes iratos habeat, sed muliebriter fletus edit: nempe indignatio lacrimas ciet. Sic Hercules, Θ 364, post multiplicia opera ab Eurystheo iniuncta, tandem lacrimis obortis Iovem orat ut malorum finem faciat. Similiter Diomedes Patrocli ludis funebribus amissa scutica, Ψ 385, et Eumelus confracto curru, Ψ 397. Elapsus hic fuerat cum gravibus corporis contusionibus; sed non fuit corporis dolor qui lacrimas ei expressit sicuti Thersiti, B 266, sed indignatio quod spe praemii exciderat. Eadem de causa Telemachus, β 81, lacrimabundus surgit in populi concione. Alii similiter afficiuntur in summa sollicitudine, trepidi rerum suarum, dum vitae rationes in incerto versantur, veluti Aiax, P 648, et socii Ulyssis, κ 497, 567, 570, λ 5 ipseque personatus Ulysses qui supplex genua amplexus fuerat regis Aegyptiorum, ξ 280. Minus miramur immodicum risum interdum excutere lacrimas, υ 348. Multo-

Digitized by Google

rum autem nimius luctus est, veluti Myrmidonum, Ψ 15:

δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα Φωτῶν
δάκρυσι· τοῖον γὰρ πόθεον μήστωρα Φόβοιο.

Quin et fletus ille, immodicus praesertim, homines reddit inhabiles ad opus peragendum ac propterea Priamus, Η 426:

ἀλλ' ὕδατι νίζοντες ἄπο βρότον αἱματόεντα
δάκρυα θερμὰ χέοντες ἀμαξάων ἐπάειραν.
οὐδ' εἶα κλαίειν Πρίαμος μέγας· οἱ δὲ σιωπῇ
νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπ' ἐνήνεον ἀχνύμενοι κῆρ.,

quibuscum uerbis convenit quod in Odyssea est ι 469:

τοὺς δ' ἐξέναχον γοάοντες,
ἀλλ' ἐγὼ οὐκ εἴων — ἀνὰ δ' ὀφρύσι νεῦσα ἑκάστῳ
κλαιέμεν, ἀλλ' ἐκέλευσα θοῶς καλλίτριχα μῆλα
πόλλ' ἐν νηὶ βαλόντας ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Ita sunt omnes proni ad lacrimas. Cui non dictus Dreyfusius? Illum in insula Diaboli solemus nobis repraesentare *lémenon καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης*, sed praeterea de Ulysse legimus:

ἀλλ' ὅγ' ἐπ' ἀκτῆς κλαῖε καθήμενος, ἔνθα πάρος περ,
δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων,
πόντον ἐπ' ἀτρύγετον δερκέσκετο δάκρυα λείβων.

Dreyfusium contra, quum legimus scribere ad uxorem se recte valere *tant au moral qu'au physique*, libenter fidem habemus et hominem, quantumvis miserum, contemneremus si aliquid addidisset de genis quotidie madefactis.

Verumenimvero in ingenti et inexsuperabili dolore lacrimae arescunt. Accepto nuncio de caede Patrocli, summa describitur Achillis omnium rerum desparatio, sed lacrimarum nulla mentio; hae non nisi uno die post profluent. Eodem modo videmus Ω 261 liberos Priami ubertim flentes, sed ipse pater, filio interemto, sedebat *ἐντυπὰς ἐν χλαίνῃ κεκαλυμμένος· ἀμφὶ δὲ πολλὴ κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι τοῖο γέροντος.*

Illud quoque ad rem pertinet: apud ignotos homines heroes nimios animi affectus dissimulant, veluti Telemachus apud Menelaum δ 115, sed postquam ab Helena agnitus fuit, erat quaedam ei etiam in dolore voluptas. Itidem Ulysses, θ 86 et 532, quamdiu Phaeaces nondum resciverunt quis naufragus in insulam delatus esset. Metuunt, credo, ne temulentiae arguantur, τ 122.

Digitized by Google

Sed fortis animi aliquando est non indulgere lacrimis. Cf. Plut. Moral. p. 83 B. Eo nomine laudatur Telemachus ρ 490:

Τηλέμαχος δ' ἐν μὲν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε
βλημένου, οὐδ' ἄρα δάκρυ χαμαὶ βάλεν ἐκ βλεφάροιιν,
ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη κακὰ βυσσοδομεύων.

Habet hoc a patre, qui latitans sub mendici specie assidet lacrimanti uxori, τ 211:

ὀφθαλμοὶ δ' ὡς εἰ κέρας ἔσασαν ἠὲ σίδηρος
ἀτρέμας ἐν βλεφάροισιν· δόλῳ δ' ὅγε δάκρυ' ἔκευθε.

Sed in postremo libro, ω 318, frustra repugnat, postquam animadvertit quanto Laertes filii desiderio teneatur:

τοῦ δ' ὠρίνετο θυμός, ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
δριμὺ μένος προύτυψε φίλον πατέρ' εἰσοράοντι·
κύσσε δέ μιν περιφὺς ἐπιάλμενος ἠδὲ προσηύδα.

Unus remanet locus in paucis memorabilis. Legitur λ 527 ibique Ulysses narrat Achilli in equo Troiano solum Neoptolemum fuisse qui siccis oculis extremum discrimen sustinuerit adspicere:

ἔνθ' ἄλλοι Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
δάκρυά τ' ὠμόργνυντο, τρέμον θ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου·
κεῖνον δ' οὔποτε πάμπαν ἐγὼ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον οὔτε παρήων
δάκρυ' ὀμορξάμενον.

Est, uti vidimus: ipsum periculum secundum Homerum fortissimo cuique exprimit lacrimas; sed callidus Ithacensis, nam haec Homeri mens est, aliquid comminiscitur ut Neoptolemi patri placeat isque revera miseriarum oblitus ineffabili gaudio perfunditur. Quod autem comminiscitur ne speciem quidem veri habet. Esto sane: vidit in equi utero inclusus reliquos conturbatos, unum solum Neoptolemum sibi fortiter imperantem; sed de pallore in vultu iudicare non potuit, dum tanquam in caverna incerta lux occupabat omnia. Hic autem iuvat comparare quae traduntur de expugnata urbe Breda ab Heraugerio Camericensi centurione anno 1590. Capta urbs fuit eodem ferme modo qua ipsa Troia. Copiose rem descripsit Hugo Grotius in Annalibus et Historiis de Rebus Belgicis. Id tantum interfuit: non in equum ligneum sese milites abdiderant sed in navem quae solita erat partes inter commeare fide publica, ut alimenta ignium ex caespite Bredam conveheret. Nihil prorsus Grotius

Digitized by Google

de pallore, nihil de lacrimis: illud tantum popularibus meis notissimum sed apud exteros minus fortasse celebratum: „Forte evenerat, ut tussim frigus nemini (*nonnemini?*) excuteret. Servari meretur vox militis, qui praemetuens ne spiritu prorumpente secum caeteros proderet: Occidite me, inquit, commilitones, ne occidamur."

Venio ad Plutarchum. In Vitis, nam in hac scriptione Moralia parce attingo, enotavi locos cerciter 140, quibus locis de lacrimis sermo fit. Non eos excitabo omnes, nam omnino satis est de iis dicere, qui nescio quomodo mire ad nostras aures accedunt, neque opus est exemplis demonstrare etiam veteres Graecos et Romanos parentum liberorumve desiderio vehementer conturbari. Verum ea animorum conturbatio latius patet suntque omnino plerique omnes proni ad lacrimas. Nihil est ad eam rem efficacius misericordia. Ecce exempla. Public 6. 1 in iudicio Bruti de filiis adstat Collatinus δεδακρυμένος. Camill. 35. 3 commoventur Romani conspectis iis qui ex capta urbe Sutrio profugerant. Aem. Paul. 26. 7 appropinquante Perseo imperator lacrimas continere non potest. Sed imprimis attentione nostra dignum est quod traditur Aem. Paul. 33. 6, quid tandem acciderit quum Perseus cum liberis ducerentur in triumphum, nec gravabor totum locum describere: Ἦν δ' ἄρρενα μὲν δύο, θῆλυ δ' ἕν, οὐ πάνυ συμφρονοῦντα τῶν κακῶν τὸ μέγεθος διὰ τὴν ἡλικίαν· ᾗ καὶ μᾶλλον ἐλεεινὰ πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ἀναισθησίας ἦν, ὥςε μικροῦ τὸν Περσέα βαδίζειν παρορώμενον· οὕτως ὑπ' οἴκτου τοῖς νηπίοις προσεῖχον τὰς ὄψεις οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ δάκρυα πολλοῖς ἐκβάλλειν συνέβη, πᾶσι δὲ μεμιγμένην ἀλγηδόνι καὶ χάριτι τὴν θέαν εἶναι, μεχρὶ οὗ τὰ παιδία παρῆλθεν. Philopoem. 19. 1, ipsi Messenii miseratione commoti sunt, quum videbant Philopoemenem vinctum duci per urbem. Flamin. 15. 6, Flamininus deflet circumsessorum sortem, quum in obsessa urbe Naupactii Romanis manus portendebant et peccatorum veniam implorabant. Lacrimis obortis Sertorius, c. 20. 4, amplectitur cervam diu amissam et vix tandem recuperatam. Caes. 41. 1 discedit Pompeius ἐγκαλυψάμενος καὶ καταδακρύσας, postquam vidit in campo mille caesa hostium cadavera. Phoc. 37. 1, equites in pompa δεδακρυμένοι respiciunt fores carceris, in quo iacebat Phocion. Agid. 17. 2, miserantur omnes sortem Chilonidis

Digitized by Google

uxoris regis Cleombroti. Tib. Gracch. 12. 2, quum gravis incidisset contentio inter tribunos pl. Gracchum et Octavium, ferunt parum abfuisse quin hic precibus flecteretur, ἀλλὰ καὶ δακρύων ὑποπίμπλασθαι τὰ ὄμματα καὶ σιωπᾶν ἐπὶ πολὺν χρόνον. Anton. 75. 1, amici non sine lacrimis viderunt Antonium ad incitas redactum. Dion. 42. 3, nuncii δεδακρυμένοι narrant Dioni qui tunc apud Leontinos degebat, in quanto discrimine res Syracusanorum versentur. Et ipse non minus vehementer commotus fuit, Dion. 43. 1, et λέγειν ἀρξαμένου πολλὰ τῶν δακρύων ἐκπίπτοντα τὴν φωνὴν ἐπέσχεν. Nec mirum eundem, Dion. 57. 2, ab lacrimis non potuisse temperare, quum recuperata arce tandem post multorum annorum intervallum sibi obviam fieret uxor. Denique, Brut. 31. 3, capta urbe Xanthii crudelissime saevierunt in semet ipsos, καὶ τοῦ θεάματος τραγικοῦ φανέντος, ἰδεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν ὁ Βροῦτος, ἐδάκρυσε δὲ ἀκούσας.

Imprimis lacrimae exprimuntur si quis testis est cladis imminentis, captae urbis vel intereuntis vel mox interiturae; admonetur enim quam incertae humanae res sint et in quam lubrico statu ipse perpetuo versetur. Quemadmodum Scipio vidit incendium Carthaginis, sic, Camill. 5. 6, Camillus vidit Veios direptos, Marcell. 19. 2 Marcellus Syracusas, Lucull. 19. 6 Lucullus Amisum. Eadem de causa post pugnam apud Chaeroneam, Pelop. 18. 6, non sine lacrimis Philippus Macedo vidit ut tota sacra cohors Thebanorum vi pugnando occubuisset. Pyrrh. 34. 7, Antigonus, conspecto abscisso capite Pyrrhi, τὸν χλαμύδα τοῖς ὄμμασι προσθέμενος ἐδάκρυσεν Ἀντιγόνου τοῦ πάππου μνησθεὶς καὶ Δημητρίου τοῦ πατρός, οἰκείων παραδειγμάτων εἰς τύχης μεταβολήν. Lysandr. 29. 7, Spartanus quidam, postquam cognovit inevitabile fatum esse, dicitur ἐνδακρῦσαι καὶ εἰπεῖν ὡς ἄφυκτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ τὸ πεπρωμένον. Pomp, 80. 5 = Caes. 48. 2, Caesar illacrimavit allato annulo Pompeii itemque Octavianus, Anton. 78. 1, accepto nuncio de morte Antonii. Nostra quoque aetate magna bella gesta sunt maximaque eversa imperia, etiamsi se olim extendissent ab occidente usque ad orientem solem, sed de ducum lacrimis vix quidquam me legere memini.

Hoc convenit inter nos et illos: ipsum saepe gaudium, insperatum praesertim, lacrimas elicit. Fab. Max. 13. 8, post

Digitized by Google

reconciliationem concordiae inter Fabium et Minucium μεσὸν ἦν χαρᾶς καὶ δακρύων ἡδίστων τὸ κρατόπεδον. Alcib. 32. 4, conspecto Alcibiade post diuturnum exsilium quum ad suos rediret, πολὺ τὸ δακρῦον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνεκέκρατο. Neque Alcibiades ipse se continere potuit, Alcib. 33. 2. Ages. 33. 4, anno 367 vicerat Archidamus τὴν λεγομένην ἄδακρυν μάχην· omnium primus ei obviam factus pater Agesilaus δακρύων ὑπὸ χαρᾶς. Alex. 6. 2, Alexander perdomuit Bucephalum, ὁ δὲ πατὴρ καὶ δακρῦσαί τι λέγεται πρὸς τὴν χαράν. Caes. 6. 2, exhibuerat Caesar imagines Marii, πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα τὴν Μαρίου θεωμένοις ὄψιν ὑΦ' ἡδονῆς ἐχώρει. Anton. 49. 2, postquam Romani tandem salvi ex Parthia in Armeniam evaserunt, πρὸς δάκρυα καὶ περιβολὰς ἀλλήλων ὑπὸ χαρᾶς ἐτρέποντο. Denique Dion. 42. 2: κραυγὴ καὶ χαρὰ καὶ δάκρυα τοὺς Συρακοσίους κατεῖχεν.

Omnium minime lacrimae supplices dedecent. Sic Marcell. 28. 7, legati Syracusanorum apud Marcellum; Mar. 37. 3, apud naviculae dominum Marius; Pyrrh. 3. 3, in aula Glauciae regis Pyrrhus puer προσερπύσας καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου ταῖς χερσὶ καὶ προσεξαναςὰς πρὸς τὰ γόνατα τοῦ Γλαυκίου γέλωτα πρῶτον, εἶτα οἶκτον παρέσχεν, ὥσπερ τις ἱκέτης δεόμενος καὶ δακρύων. Sull. 23. 4, Archelaus Sullae placavit iram ἁπτόμενος τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ δακρύων. Pomp. 3. 2, in castris Pompeius supplex et δακρύων patris salutem deprecatus est. Nec dissimiliter Catonem minorem videmus, c. 63. 3, δακρῦσαι δεόμενον καὶ προτείνοντα τὰς χεῖρας. Hinc crebro reorum lacrimae memorantur, veluti Camill. 36. 6 vel Flamin. 19. 2; etiam patroni dum causam suam facit, Pericl. 32. 5. Idem amicis quoque conceditur, veluti Pelop. 9. 9 et Aristid. 18. 1.

Animus multipliciter affici potest, sed lacrimae semper vocatae et non vocatae praesto sunt. Lysandr. 5. 7 Asiani grato animo prosequuntur abeuntem Lysandrum, ὡς' ἀθυμεῖν ἐκπλέοντος καὶ δακρύειν. Idem de Catone minore legimus, c. 12. 1, qui tribunus mil. ex Macedonia decedebat: προσεπέμΦθη οὐκ εὐχαῖς, ὃ κοινόν ἐςιν, οὐδ' ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἁπλήςοις, ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βαδίζοι καὶ καταΦιλούντων τὰς χεῖρας, ἃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγους μόνον ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι, unde simul vides aequales Plutarchi magis etiam effusos fuisse in omne adulationis genus. Sed nil tale

Digitized by Google

umquam audivi fieri, quum in insula Iava proconsules nostri vel propraetores de provincia decedunt: ut amorem testentur, in auctione supellectilem venalem insano pretio licitantur indigenae et Sinenses; sed nihil ultra.

Eadem est poenitentiae vis. Sic tumultuantes milites accedunt ad tentorium Alexandri, c. 71. 3, *μετὰ βοῆς καὶ κλαυθμοῦ παραδιδόντες ἑαυτοὺς καὶ χρήσασθαι κελεύοντες ὡς κακοῖς καὶ ἀχαρίστοις*. Hoc modo duobus integris perstant diebus; tandem tertio die flectitur Alexander ipse et *θεασάμενος οἰκτροὺς καὶ τεταπεινωμένους ἐδάκρυε πολὺν χρόνον*, deinde honorifice dimittit. Quam nihil horum hodie fieri poterit! In Britannia aliquando miles, multis magnisque facinoribus editis et pulsis hostibus sese in flumen coniecit atque sic ad suos enatavit. Sed scutum amiserat itaque *εὖ μάλα κατηφὴς καὶ δεδακρυμένος προσέπεσε τῷ Καίσαρι συγγνώμην αἰτούμενος ἐπὶ τῷ προέσθαι τὸν θυρεόν* Caes. 16. 3.

Idem efficit interdum indignatio. Cognoscat mihi quis ipsius Plutarchi iudicium Alex. 37. 4 et 56. 1. Narrat dixisse Corinthium Damaratum magno gaudio caruisse Graecos qui Alexandrum non vidissent in Darii solio sedentem. Verum, inquit, equidem dissentio, *ἀλλ' εἰκότως ἂν οἶμαι δακρῦσαι συννοήσαντας ὅτι ταῦτ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ Μακεδόσιν ἀπέλιπον, οἳ τότε τοὺς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὺς περὶ Λεῦκτρα καὶ Κορώνειαν καὶ Κόρινθον καὶ Ἀρκαδίαν κατανήλωσαν*, Ages. 15. 4. Animadvertit Pompeius, c. 13. 2, milites tumultuari, deinde *καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἀπῄει δεδακρυμένος*· credis fortasse milites suum imperatorem risisse? Immo tandem precibus victi ei morem gesserunt et destiterunt vim facere. Saepe vix intelligo unde tam cito lacrimae provenerint. Veluti, Brut. 34. 1, nescio quid odii atque dissidii ortum erat inter Brutum et Cassium; itaque litem ut componerent remotis arbitris convenere Sardes, deinde *πρὸς δάκρυα καὶ παρρησίαν μετὰ πάθους ἐξεφέροντο*, tandem facta est reconciliatio.

Mirum est quantum lacrimarum olim in castris effusum sit. Marcell. 13. 5, in Sicilia milites enixe rogant ut ad honestam militiam adhibeantur, *μετὰ πολλῆς βοῆς καὶ δακρύων ἐπαγγελλόμενοι δείξειν δι' ἔργων ἀτυχίᾳ τινὶ μᾶλλον ἢ δι' ἀνανδρίαν αὐτῶν τὴν τροπὴν ἐκείνην γενομένην*. Aristid. 14. 8, Persae luxerunt

Digitized by Google

Masistium: *καὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἔκειρον ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους, οἰμωγῆς τε καὶ κλαυθμοῦ τὸ πεδίον ἐνεπίμπλασαν.* Alex. 62. 2 flebiliter milites rogant, *κλαυθμῷ καὶ βοῇ προσιζάμενοι ταῖς θύραις* ut ne Alexander ulterius in Indiam arma proferre velit. Demetr. 44. 3, non multo melius animati erant Demetrii milites *καὶ δακρύων καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς καὶ βλασφημιῶν μεστὸν ἦν τὸ στρατόπεδον.* Anton. 64. 1, tribunus quidam mil. *ἀνακλαυσάμενος* enixe obsecravit ut ne Antonius fortunam maritimi belli vellet experiri. Imprimis autem insigne exemplum est quod invenio Oth. 15. 1. Magno proelio facto ad Bedriacum victus erat imperator; nihilominus milites in fide erga Othonem perstant, *μετὰ βοῆς καὶ ἱκεσίας χειρῶν ἥπτοντο, προσέπιπτον, ἐδάκρυον. ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν.* Exercituum autem duces eodem modo quo gregarii milites. Lucull. 35. 5, Lucullus summo studio milites suos oravit et obsecravit ne se desererent: obibat tentoria *ταπεινὸς καὶ δεδακρυμένος, ἔστι δ' ὧν καὶ χειρὸς ἁπτόμενος*, sed frustra fuit. Itidem Otho praetorianos milites dimisit, c. 3. 6, *μηδὲ δακρύων φεισάμενος.*

Artifices olim nullo in honore erant, qua de re classicus locus est in Vita Periclis c. 2. *Οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἰ τέρπει τὸ ἔργον ὡς χαρίεν, ἄξιον σπουδῆς εἶναι τὸν εἰργασμένον.* Cf. Moral. p. 802 A. Neque umquam adulescens liberaliter educatus cupiet Phidias fieri vel Polycletus vel Anacreon vel Archilochus, nam Homerum Plutarchus ex hoc choro tanquam incomparabilem exemisse videtur, tragicos quoque fortasse poetas. Sed ipsa opera artificiosissime facta, quae hodie omnium laudibus in coelum efferuntur, longe rarius celebrantur quam putaverit quispiam. Admiratur sane Plutarchus Phidiae opera in arce Athenarum, sed quanto exquisitius atque ardentius hodie periti iudices scribunt de Praxitelis Mercurio vel de Victoria Paeonii. Nos fere facilius ad lacrimas adigi dixeris, si qua fortasse fabula eximie in scena repraesentata fuerit vel pictor tabulam exhibuerit, in qua Raphaelis instar depinxit Beatam Virginem. Saepe credas Graecos ad talia frigere. Unum novi in Plutarchi Vitis exemplum contrarium, quo tamen demonstratur magis id quod dixi quam redarguitur. Legitur ille locus Arat. 13. 2. Aratus quo tempore Sicyonem in libertatem asseruit, statuit omnes tyrannorum statuas abolendas: haesitavit de imagine Aristrati, quam confecerat Melanthus, ab

Digitized by Google

ipso Apelle nonnihil adiutus. Repraesentabatur tyrannus ἅρματι νικηφόρῳ παρεσώς. Opus Aratus incredibili modo admirabatur, sed fortius oderat tyrannum. Itaque quum tabulam delere vellet, supervenit Nealces pictor, qui inter lacrimas obortas docuit ὅτι τοῖς τυράννοις πολεμητέον, οὐ τοῖς τῶν τυράννων. Dicet deinde Plutarchus quam negligenter Nealces tyranni imagini palmam substituerit. Addo quae eodem referri posse videntur. Brut. 23. 3, forte Porcia, quo tempore derelictura erat maritum in Orientem tendentem, conspexit tabulam in qua congressus repraesentatus erat Andromaches cum Hectore: ταῦτα θεωμένην τὴν Πορκίαν ἡ τοῦ πάθους εἰκὼν ἐξέτηξεν εἰς δάκρυα. καὶ πολλάκις φοιτῶσα τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν. Alexandrum autem Pheraeum, Pelop. 29. 4, pudebat plorare in theatro, quum Euripidis Troades spectarentur. Discessum apud poetam ipsum excusavit; non enim contemnere, sed αἰσχυνθῆναι τοὺς πολίτας, εἰ μηδένα πώποτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ φονευομένων ἠλεηκὼς ἐπὶ τοῖς Ἑκάβης καὶ Ἀνδρομάχης κακοῖς ὀφθήσεται δακρύων. Cf. Moral. p. 545 F et de Mummio p. 737 A. Quid autem eloquentia aliquando possit, videmus Mar. 44. 6, ubi Antonius Orator ad lacrimas adigit eos qui missi fuerant ad eum obtruncandum.

Ipsum periculum interdum miseris mortalibus lacrimas elicit, dum mortem quovis temporis momento ante oculos habent. Veluti Nic. 26. 4 Athenienses ὑπὸ φόβου καὶ λύπης castra reliquunt κλαυθμῷ καὶ ὀλοφυρμῷ καθάπερ ἐκ πατρίδος, οὐ πολεμίας, ἀνισάμενοι. Ipse autem Nicias εἰς δάκρυα καὶ ὀδυρμοὺς τῶν ἄλλων ὑπὸ φόβου καὶ λύπης τρεπομένων, εἴποτε βιασθείη ταὐτὸ ποιῆσαι, δῆλον ἦν τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ ἀκλεὲς τῆς στρατείας ἀναλογιζόμενος πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὴν δόξαν ὧν ἤλπιζε κατορθώσειν. Pari modo Antonius, Anton. 43. 1, in expeditione adversus Parthos, caesis tribus millibus militum, reliquos παρεθάρρυνε δεδακρυμένος καὶ περιπαθῶν. Itidem Anton. 48. 3, in summa omnium rerum desperatione ἐκδακρυσάντων τῶν φίλων, ὁ Μάρδος ἐθάρρυνε τὸν Ἀντώνιον. Sed imprimis me advertit Pericl. 33. 6: ὥσπερ νεὼς κυβερνήτης ἀνέμου κατιόντος ἐν πελάγει θέμενος εὖ πάντα καὶ κατατείνας τὰ ὅπλα χρῆται τῇ τέχνῃ, δάκρυα καὶ δεήσεις ἐπιβατῶν ναυτιώντων καὶ φοβουμένων ἐάσας. Haec dum mecum reputo, saepe subit quaerere an non recte apud Horatium scribatur:

Quem mortis timuit gradum

Digitized by Google

Qui *siccis* oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turbidum et
Infamis scopulos Acroceraunia?

Deinde cum relego quae Bentleius attulit ad commendandam coniecturam *rectis* oculis, in clara luce dubitare incipio saepeque cum criticorum principe errare malo quam cum aliis verum sentire.

Sunt tamen quos lacrimarum ros dedeceat. Veluti de Demosthene legimus c. 26. 3: *ἤνεγκε τὴν φυγὴν μαλακῶς ἐν Αἰγίνῃ καὶ Τροιζῆνι καθεζόμενος τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἀποβλέπων δεδακρυμένος, ὥστε φωνὰς οὐκ εὐγνώμονας οὐδ' ὁμολογούσας τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ νεανιεύμασιν ἀπομνημονεύεσθαι.* Imprimis autem turpes lacrimae visae sunt Persei, Aem. Paul. 23. 5. Verum cur Demostheni non licuit, quod licuit Ulyssi? Vides mutatos mores.

Sunt sane *ἀριδάκρυες ἀνέρες ἐσθλοί*, sed est alter altero natura ad lacrimas pronior. Veluti Sulla, c. 30. 6, erat *φιλόγελως ἐκ νέου γενόμενος καὶ πρὸς οἶκτον ὑγρός, ὥστε ῥαδίως ἐπιδακρύειν.* Hoc quoque ingenio Messalla fuit, Brut. 53. 1. Philosophum immodicus fletus non decet: Cato tamen Minor, c. 11. 1, fratris mortem tulit *ἐμπαθέστερον ἢ φιλοσοφώτερον.* Idem postea c. 54. 4, *ἀπεδάκρυε τὴν πατρίδα καὶ τὴν ὀλέθριον καὶ κακοδαίμονα φιλαρχίαν.* Pericles, c. 36. 7, filio mortuo *ἐπιφέρων τῷ νεκρῷ στέφανον ἡττήθη τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὄψιν, ὥστε κλαυθμόν τε ῥῆξαι καὶ πλῆθος ἐκχέαι δακρύων, οὐδέποτε τοιοῦτον ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ πεποιηκώς.* Pomp. 74. 2, venit nuncius ad Corneliam Pompeii de pugna apud Pharsalum, *τὰ δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν κακῶν τοῖς δάκρυσι μᾶλλον ἢ τῇ φωνῇ φράσας σπεύδειν ἐκέλευσεν, εἰ βούλεταί πως Πομπήιον ἰδεῖν ἐπὶ νεὼς μιᾶς καὶ ἀλλοτρίας. Ἡ δὲ ἀκούσασα προήκατο μὲν αὐτὴν χαμᾶζε καὶ πολὺν χρόνον ἔκφρων καὶ ἄναυδος ἔκειτο, μόλις δέ πως ἔμφρων γενομένη καὶ συννοήσασα τὸν καιρὸν οὐκ ὄντα θρήνων καὶ δακρύων ἐξέδραμε διὰ τῆς πόλεως ἐπὶ θάλατταν.* Nihil nunc refert de Cleopatra adnotare, Anton. 53. 3, callidam mulierem lacrimulas voluisse dissimulare videri. Sed, C. Gracch. 19. 2, Cornelia mater Gracchorum generosa mulier erat, *θαυμασιωτάτη δὲ τῶν παίδων ἀπενθὴς καὶ ἀδάκρυτος μνημονεύουσα καὶ πάθη καὶ πράξεις αὐτῶν, ὥσπερ ἀρχαίων τινῶν ἐξηγουμένη τοῖς πυνθανομένοις.* Phocionem, ut est c. 4. 2, *οὔτε*

Digitized by Google

γελάσαντα τις οὔτε κλαύσαντα ῥᾳδίως Ἀθηναίων εἶδεν. Non magis Agis rex lacrimis indulgebat, nam quum ducebatur ad mortem, c. 20. 1, ὡς εἶδέ τινα τῶν ὑπηρετῶν δακρύοντα καὶ περιπαθοῦντα, παῦσαί με, εἶπεν ὦ ἄνθρωπε, κλαίων· καὶ γὰρ οὕτως παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀπολλύμενος κρείττων εἰμὶ τῶν ἀναιρούντων. Prae ceteris autem omnibus mente quati solida non potuit Cleomenes, ad quem etiam matris, mulieris vere Spartanae, verba sunt c. 22. 5: Ἄγ' ὦ βασιλεῦ Λακεδαιμονίων, ὅπως ἐπὰν ἔξω γενώμεθα μηδεὶς ἴδῃ δακρύοντας ἡμᾶς μηδ' ἀνάξιόν τι τῆς Σπάρτης ποιοῦντας, quibus verbis navem conscendit qua obsidis loco in Aegyptum veheretur. Etiam Aratus, Cleom. 25. 2, in contione lacrimas male dissimulavit, deinde populum certiorem fecit Cleomenem cepisse Megalopolin. Dixeris fere, apud Graecos utique procedente tempore, post Alexandrum Macedonem, lacrimas et nimios fletus semper magis improbatos fuisse. Ipsam suam sententiam exponit Plutarchus Moral. p. 113 A: γυναικῶδες τὸ πάθος καὶ οὐχ ἁρμόττον ἀνδράσι κοσμίοις καὶ παιδείας ἐλευθερίου μεταπεποιημένοις· θῆλυ γὰρ ὄντως καὶ ἀσθενὲς καὶ ἀγεννὲς τὸ πενθεῖν· γυναῖκες γὰρ ἀνδρῶν εἰσι φιλοπενθέσεραι καὶ οἱ βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων καὶ οἱ χείρους ἄνδρες τῶν ἀμεινόνων.

Cleom. 24. 3. Supplendum: Αὐτὸ μὲν οὖν, ἔφη, (τοῦτο) λέγω.

Cleom. 25. 1: Ἐπράχθη δ' οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν. Mirum nondum correctum fuisse ὑπ' αὐτῶν.

Cleom. 35. 3: οὐκ ἂν ἐνοχλήσας, εἰ μὴ περὶ τὴν τῶν Φορτίων διάθεσιν μετρίως ἐζημιοῦτο. Contextus flagitat: ἐζημίωτο.

Tib. Gracch. 10. 2: Ἔτι δὲ τοῦ κωλύοντος ἐν τοῖς δημάρχοις τὸ κράτος· οὐδὲν γὰρ οἱ πολλοὶ κελεύοντες περαίνουσιν ἑνὸς ἐνισαμένου. Quod correxeram οἱ λοιποί, id confirmabit Cat. Min. 20. 3: τὸ γὰρ ἰσχυρὸν ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ κωλύειν ἔχει μᾶλλον ἢ πρὸς τὸ πράττειν· κἂν πάντες οἱ λοιποὶ παρ' ἕνα ψηφίσωνται, τοῦ μὴ θέλοντος μηδ' ἐῶντος τὸ κράτος ἐστί.

Tib. Gracch. 12. 3. Ad hiatum vitandum haud raro Plutarchus vocabula transponit ita ut obscura evadat oratio. Veluti

Digitized by Google

potuisset simpliciter scribere: *τοῦτο τὴν ὄψιν οἰκτροτέραν παρέσχεν τοῦ Ὀκταβίου ἑλκομένου πρὸς ὕβριν*, sed molestus hiatus erat itaque dedit *τοῦ Ὀκταβίου παρέσχεν*. Mihi perquam putidum hoc videtur, nam nemo haec verba nisi bis lecta intelligere poterit.

Tib. Gracch. 15. 2. Quod Ti. Gracchus in oratione posuisse fertur: *ἐπεὶ καὶ τὸ Καπετώλιον κατασκάπτοντα καὶ τὸ νεώριον ἐμπιμπράντα δήμαρχον ἐᾶν δεήσει*, longe praeferam: *εἰ μὴ καὶ τό*.

Ti. Gracch. 15. 4: *καὶ ταῦτα μὲν ποιῶν δήμαρχός ἐστι πονηρός· ἐὰν δὲ καταλύῃ τὸν δῆμον, οὐ δήμαρχός ἐστι*. Lege: *οὐδὲ δήμαρχός ἐστι*.

Ti. Gracch. 15. 4. De Virginibus Vestalibus legimus: *εἴ τις ἂν ἁμάρτῃ αὐτῶν, ζῶσα κατορύττεται*. Imo: *ἥτις ἄν*.

Ti. Gracch. 19. 3. Considerandus est pluralis numerus in hisce: *τοῦ Τιβερίου φεύγοντος ἀντελάβετό τις τῶν ἱματίων· ὁ δὲ τὴν τήβεννον ἀφεὶς καὶ φεύγων ἐν τοῖς χιτῶσιν ἐσφάλη*.

Ti. Gracch. 20. 4: *τῶν ἐκείνου πραγμάτων διαφθαρέντων*. Malo: *ἐκεῖ*.

Ti. Gracch. 21. 3. Interrogatus Aemilianus *τί φρονοίη περὶ τῆς Τιβερίου τελευτῆς οὐκ ἀρεσκομένην τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπολιτευμένοις ἀπόκρισιν ἔδωκεν*. Hunc locum examinavit Cobetus in *Collect. Crit.* p. 550, sed non videtur animadvertisse vitium latere, quod nullo negotio elui potest. Posuit Plutarchus ipsa Scipionis verba: *οὐκ ἀρέσκομαι τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπολιτευμένοις*. Alii, Cicero, Livius, Velleius Paterculus, retulerunt eum respondisse Gracchum iure caesum videri, quod propemodum redit eodem. Deinde obstrepente populo, taceant, inquit, quibus Italia noverca est: hoc est quod scribit Plutarchus: *αὐτὸς δὲ τὸν δῆμον εἰπεῖν κακῶς προήχθη*. Quod ad illud *οὐκ ἀρέσκομαι* attinet, legerat Plutarchus apud Thucydidem I 129: *τοῖς λόγοις τοῖς ἀπὸ σοῦ ἀρέσκομαι*, similiterque dixit Cic. 25. 2, Alex. 53. 1, Timol. 11. 1, Lysandr. 5. 6.

Digitized by Google

C. Gracch. 2. 2: τῆς βουλῆς ἄλλοθεν τὸν στρατηγὸν ἀμφιάζειν τοὺς στρατιώτας κελευούσης. Fuit Graeculis in usu forma ἀμφιάζειν, sed Plutarchus ea raro usus est, Moral. p. 112 F, 340 E et 406 F. Quaero an non aliud quid lateat. Veluti invenio Cat. Min. 65. 1: τοὺς ἀπόρως ἔχοντας ἐφοδιάζων. Hic quoque quam recte scriptor dare potuit: ἐφοδιάζειν τοὺς στρατιώτας. Minus etiam violenta mutatio videbitur, si reputaveris Sintenisium in uno codice invenisse ἐμφιέζειν, quod proxime abest a vera lectione. Est quidem verum militibus imprimis veste opus fuisse, sed aliarum quoque rerum inopia erat et Micipsa, uti audimus, frumentum in Siciliam misit, quo copiae alerentur.

C. Gracch. 6. 3: δεινότερος ἦν ταῖς πράξεσιν ἢ τοῖς ἀπὸ τοῦ βήματος λόγοις δημαγωγός. Praefero ἐπὶ τοῦ βήματος. Cf. Ti. Gracch. 10. 3, Anton. 26. 1 et 58. 3 et Galb. 5. 1. Recte autem Demosth. 6. 2: τῶν ἀπὸ τοῦ βήματος ἀγωνιζομένων πολιτῶν. Demetr. 12. 3: παρεθήκαμεν τῷ ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν ἀπὸ τῆς θυμέλης, Demetr. 34. 3: τοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐπαίνους.

C. Gracch. 9. 1: νόμους ἔγραψεν οὔτε τῶν καλῶν τινος οὔτε τῶν λυσιτελῶν ἐχομένους. Praefero cum Reiskio: ἐχόμενος.

C. Gracch. 9. 2: καταφανεςάτην ἐποίησεν ἑαυτὴν ἡ σύγκλητος οὐ δυσχεραίνουσαν τοῖς τοῦ Γαΐου πολιτεύμασιν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἀνελεῖν ἢ ταπεινῶσαι παντάπασι βουλομένην. Lege: οὐχ οὕτω δυσχεραίνουσαν.

C. Gracch. 15. 1. Verba sunt uxoris ad Caium: τοῖς Τιβερίου φονεῦσιν ὑποβάλλεις ἑαυτὸν, ἄνοπλον μὲν [καλῶς], ἵνα πάθῃς τι μᾶλλον ἢ δράσῃς, πρὸς οὐδὲν δὲ τοῖς κοινοῖς ὄφελος [ἀπολῇ]. Vides quid interpolatum sit.

C. Gracch. 17. 3: τοῖς ἀνενεγκοῦσι τὴν Γαίου καὶ Φουλβίου κεφαλήν. Facile quidem est corrigere (τὴν) Φουλβίου, sed satis apparet insiticium esse: καὶ Φουλβίου. De solo Graccho sermo fit, pro cuius capite adversarii ἰσοςάσιον χρυσίον polliciti fuerunt; pro capite Fulvii Flacci nihil persolutum fuit: vide modo Velleium Paterculum II. 7. Opimius rependit auro Caii

Digitized by Google

Gracchi caput, nam privato odio instigabatur; in Flaccum non peculiariter saevitum fuit,

Comp. Agid. et Cleom. 2. 1: ἀπάγων εἰς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τὴν πόλιν. Malo: ἀνάγων.

Comp. Agid. et Cleom. 5. 1: Εὐκλείδαν τὸν ἀδελφὸν ἐκ μιᾶς οἰκίας αὐτῷ προσελόμενος. Lege: ἐξ ἰδίας οἰκίας.

Demosth. 2. 1. Plutarchum patriae Chaeroneae non poenitet, sed concedit historias scribi non posse nisi in magnis urbibus, in quibus necessaria subsidia non desiderabis, βιβλίων τε παντοδαπῶν ἀφθονίαν ἔχων καὶ ὅσα τοὺς γράφοντας διαφεύγοντα σωτηρίᾳ μνήμης ἐπιφανεστέραν εἴληφε πίστιν ὑπολαμβάνων ἀκοῇ καὶ διαπυνθανόμενος. Fatetur tamen se hunc scribere quintum Vitarum librum, qui erit de Demosthene et Cicerone in oppidulo necdum Latine didicisse quo tempore Romae degeret: etenim aliud esse Vitas parallelas, aliud historias conscribere, nec praeterea se duumvirum orationes inter se contendere velle, cum praesertim interiorem notitiam Latini sermonis non assecutus sit. Candorem Plutarchi diligimus, quum pelluceat quam nihil sibi arroget, etiamsi appareat Ciceronis vitam mediocriter esse scriptam adeo ut lectoribus minime satisfaciat. Totum autem locum exscripsi ut sentiremus quantum Plutarchus tribueret iis quae a posteris per diuturnum tempus essent tradita. Ante omnia requirit bibliothecam opipare instructam; sed praeterea audire amat, si quarundam rerum memoriam seri nepotes servarint: „traditiones orales" manifestiorem fidem habent, ἐπιφανεστέραν πίστιν. Hinc illud est quod legitur in calce voluminis: τὸν μὲν οὖν Δημοσθένους ἀπέχεις, Σόσσιε, βίον ἐξ ὧν ἡμεῖς ἀνέγνωμεν ἢ διηκούσαμεν. Sed quam est absurdum credere tempore Plutarchi Athenienses de Demosthene, Romanos de Cicerone multa scitu digna percontantibus narrare potuisse! Tribuit tamen aliquid eiusmodi fabulis, quod itidem colligimus ex praefatione ad Vitam Cimonis, ubi recoquit id quod de Lucullo etiamtum vulgi rumoribus circumferebatur. Noli tamen credere solum Plutarchum tam aniliter superstitiosum fuisse, quum nimiam fidem haberet fabulis incerte volitantibus. Idem habent bene

Digitized by Google

multi: palmam stoliditatis omnibus praeripuit Philo Iudaeus de Vita Mosis § 1: *τὰ περὶ τὸν ἄνδρα μηνύσω, μαθὼν αὐτὰ καὶ ἐκ βίβλων τῶν ἱερῶν, ἃς θαυμάσια μνημεῖα τῆς αὐτοῦ σοφίας ἀπολέλοιπε, καὶ παρά τινων ἀπὸ τοῦ ἔθνους πρεσβυτέρων. Τὰ γὰρ λεγόμενα τοῖς ἀναγινωσκομένοις ἀεὶ συνύφαινον, καὶ διὰ τοῦτ' ἔδοξα μᾶλλον ἑτέρων τὰ περὶ τὸν βίον ἀκριβῶσαι.* Scilicet credemus Alexandriae Iudaeos servavisse memoriam eorum quae quindecim saeculis ante gesta essent, adeo ut praeter sacram scripturam alter hic fons fuerit, unde de Mose historia reconcinnari posset. Cobetus lepide omne hoc risit ad Clementem Alexandrinum *ἐν τῷ Ἑρμῇ Λογίῳ* p. 168. Sed quid hoc ridemus qui de iis quae quotidie ubique terrarum fiunt, nimis etiam faciles aures corruptis testibus praebere solemus.

Demosth. 2. 3: *κάλλους δὲ Ῥωμαϊκῆς ἐπαγγελίας καὶ τάχους αἰσθάνεσθαι — χαρίεν ἡγούμεθα.* Nihil est cur credam Romanos Graecis celerius fuisse locutos, neque etiamsi vel maxime auditores in Cicerone linguae volubilitatem deprehenderint, lectores ea de re quidquam existimare poterunt. Vim dicendi, uti coniicio, Plutarchus appellarat nec multum interest inter *τάχους* et *ἰσχύος*, si spectas literarum formas. Ipse Demosthenes adulescens c. 5. 2 in Callisthene *ἰσχὺν* admiratus est et norat Plutarchus quantum viva vox scriptis praestaret, c. 9. 3.

Demosth. 3. 2. Supplendum: *ἐκ μὲν ἀδόξων καὶ μικρῶν ἰσχυροὺς καὶ μεγάλους (οὕτω) γενομένους.*

Demosth. 5. 2: *ὡς ἂν τῶν λεγόντων ἐσόμενος καὶ αὐτός.* Praeferam: *ὡς δή*, sicuti c. 23. 2.

Demosth. 6. 3: *τοῦ λόγου συγκεχύσθαι ταῖς περιόδοις καὶ βεβασανίσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι πικρῶς ἄγαν καὶ κατακόρως δοκοῦντος.* Non intelligo: num forte latet *βεβύσθαι τοῖς ἐνθυμήμασιν*? Vitium fortasse repetendum fuit ab intento Thucydidis studio.

Demosth. 7. 1: *ὅσον ἐκ τῆς ὑποκρίσεως τῷ λόγῳ κόσμου καὶ χάριτος πρόσεσι.* Hunc locum contuli cum C. Gracch. 18. 2:

Digitized by Google

ὅσον εἶχεν ἱμέρου καὶ πόθου τῶν Γράκχων, ut appareret minime rescribendum esse ἵμερον καὶ πόθον, quae est inutilis correctio Cobeti *Collect. Cr.* p. 558. Sic quoque Cic. 13. 1: ὅσον ἡδονῆς et Anton. 4. 2 θαυμαστὸν ὅσον εὐνοίας καὶ πόθου.

Demosth. 8. 3. Multa de Demosthene Plutarchus parum verisimilia protulit, sed fontium penuria facit ut multiplices errores non possimus evidenter arguere. Illud certe falsum quod de Demade retulit; Δημάδης μὲν ἐκείνῳ θορυβηθέντι πολλάκις ἀναστὰς ἐκ προχείρου συνεῖπε, ἐκεῖνος δ' οὐδέποτε Δημάδῃ. Diversarum partium oratores erant et fieri potest ut semel aliquando de rep. consenserint, sed idem hoc saepe, πολλάκις, fuisse factum fidem superat. Mira autem sunt hominum iudicia, quos partium studium transversos agit. Veluti secundum Theophrastum, uti legimus c. 10. 2, erat Demosthenes orator ἄξιος τῆς πόλεως, Demades autem ὑπὲρ τὴν πόλιν. Scilicet Demadi eximium ingenium a natura tributum fuerat, sed hominem non possumus non contemnere. „All the accounts", uti ait Grotus XII p. 339, „depict Demades, in general terms, as a prodigal spendthrift, and a venal and corrupt politician". Idem tamen addit: „we have no ground for questioning this statement: at the same time, we have no specific facts to prove it". Nimis multae fabulae sunt Demetrii Phalerei quae etiam hodie nos ludificantur. Veluti c. 11. 3: τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ὑποκρινόμενος ἤρεσκε θαυμαστῶς, οἱ δὲ χαρίεντες ταπεινὸν ἡγοῦντο καὶ ἀγεννὲς αὐτοῦ τὸ πλάσμα καὶ μαλακόν. Ecquis sequitur opinionem χαριέντων illorum? Nemo sane: sed locuples scilicet auctor est Demetrius Phalereus. Dixeris de persona Demosthenis certamen fuisse ortum inter philosophorum sectas, quum Stoici oratorem defenderent, Peripatetici autem eius magnitudinem consuessent allatrare. Sed hoc breviter dictum esto, quod aliquando copiosius debebit explicari.

Demosth. 29. 4. Postrema vox fuit Demosthenis ad Archiam: οὐκ ἂν φθάνοις ἤδη τὸν ἐκ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενος Κρέοντα καὶ τὸ σῶμα τοῦτο ῥίπτων ἄταφον. Expungam proprium Creontis nomen.

Digitized by Google

Cic. 3. 2: ὡς οὐκ ἂν — γενησομένην. Lege: γενομένην.

Cic. 7. 1: τοὺς μὲν βαναύσους ὀργάνοις χρωμένους καὶ σκεύεσιν ἀψύχοις μηδενὸς ἀγνοεῖν μηδὲ χώραν ἢ δύναμιν αὐτῶν. Memini quidem ad hanc lectionem stabiliendam praesidium peti posse ex Xenophontis Oeconomico, sed tamen quaero an non rectius sit: χρείαν.

Cic. 15. 3. Fit extremum Sctum: τοῦτο δ' οὐ πολλάκις ἀλλ' ὅταν τι μέγα δείσῃ, ποιεῖν εἴωθεν ἡ σύγκλητος. Corrigo: ὅταν τι μέγα δέος ᾖ, veluti c. 42. 3.

Cic. 19. 3: αὐτός τε δόξειν ἄνανδρος καὶ μαλακός, οὐδ' ἄλλως δοκῶν εὐτολμότατος εἶναι τοῖς πολλοῖς. Legam: εὔτολμός τις. Sic crebro Plutarchus: c. 20. 2: πραεῖά τις οὐδ' ἄτολμος, c. 26. 8: αὐτός δέ τις εὐμετάβολος et alibi persaepe.

Cic. 22. 4. Supplendum: οὐ γὰρ (οὕτω) τὸ κωλῦσαι τὰ πράγματα καὶ κολάσαι τοὺς πράττοντας ἐδοκει θαυμαςόν, ἀλλ' ὅτι μέγιςον τῶν πώποτε νεωτερισμῶν οὗτος ἐλαχίςοις κακοῖς ἄνευ ςάσεως καὶ ταραχῆς κατέσβεσε.

Cic. 22. 1: τοῦ δὲ δήμου Φρίττοντος τὰ δρώμενα καὶ παριόντος σιωπῇ. Non populus erat qui παρῆλθε, sed ipse Cicero τὸν Λέντλον ἄγων διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, quocirca commendabo: παριέντος, quod repertum antea ab Corae et Schaefero, Sintenisius improbavit, qui de aliorum emendationibus mirifice iudicare solet. Cf. c. 26. 6.

Cic. 24. 2. Multa celebrantur Ciceronis scite dicta, οἷον περὶ Ἀριςοτέλους, ὅτι χρυσίου ποταμὸς εἴη ῥέοντος. Respicitur Acad. II 38. 119, ubi Aristoteles est flumen orationis aureum fundens, sed dixerim non χρυσίου sed χρυσοῦ ποταμόν dicendum esse. De Platonis autem dialogis censet ὡς τοῦ Διὸς, εἰ λόγῳ χρῆσθαι πέφυκεν, οὕτω διαλεγομένου. Legitur hic locus apud Ciceronem Brut. 31. 121, sed plane requiro: οὕτως ἂν διαλεγομένου.

Digitized by Google

Cic. 32. 1. Vibone Ciceronem exsulem Vibius homo Siculus *οἰκίᾳ μὲν οὐκ ἐδέξατο, τὸ χωρίον δὲ καταγράψειν ἐπηγγέλλετο.* Nescio hic quid sit *χωρίον καταγράφειν*, nam quod vertunt: „venientem domo non recepit, pollicitus tamen est se ei locum in agro perscripturum": id mihi nec coelum nec terram tangere videtur. Quod invenio Moral. p. 482 C: *πόρναις οἰκίας καὶ ἀγροὺς καταγράφειν*, lucem non affert. Si invenire potuissem quem Ciceronis locum Plutarchus hic ante oculos habuerit, certius aliquid fortasse pronunciare possem; nunc tantummodo, ut in desperata re, rogo an forte lateat *καταφράξειν*. Illud satis videmus Vibium consularem virum aditu prohibuisse. In Epistula ad Atticum XVI. 6 de homine altum silentium. Etenim Vibonem pervenit ad Siccam: „ibi tanquam domi meae scilicet." Adde Ep. ad Att. III. 4. Praeterea conferre poteris Moral. p. 14 A, 719 F, 776 F et 1098 D.

Cic. 35. 2. Murenam defensurus Cicero *μέρος οὐδὲν ἀνεπαύσατο τῆς νυκτός, ὡς ὑπὸ τοῦ σφόδρα φροντίσαι καὶ διαγρυπνῆσαι κακωθεὶς ἐνδεέστερος αὐτοῦ φανῆναι.* Hanc rem nusquam alibi memoratam invenio et nimis multa sunt in hac Ciceronis Vita, quorum exigua fides. Quaero autem an participium *κακωθείς* recte se habeat. Scripserim potius: *καρωθείς*, cf. Artax. 11. 2: *ἰλιγγιάσας καὶ καρωθείς*. Arat. 29. 4 Arato *κάρος προσπίπτει καὶ ἴλιγγος ἅμα τῷ παρασῆναι τὸν σαλπιγκτήν.*

Cic. 36. 3: *Κεκιλίου δὲ τοῦ ῥήτορος δεομένου παρδάλεις.* Tam notum hoc est, ut vel puer corrigat: *Καιλίου*, sed Sintenisius graviter nos admonet ne traditam librorum scripturam sollicitemus. Quam corrupta forent optimorum auctorum exemplaria quibus nos utimur, si omnibus obvenissent editores, qui in clara luce caecutire mallent. Provocat Sintenisius ad Schweighauserum et Ruhnkenium, sed citati testes non respondent. Recurrit idem vitium Comp. Dem. et Cic. 1. 2.

Cic. 38. 5. Labienus vaticinationibus confisus contenderat victoriam penes Pompeium fore. Tum Cicero: *οὐκοῦν στρατηγήματι τούτῳ χρώμενοι νῦν ἀποβεβλήκαμεν τὸ στρατόπεδον.* Haec quidem verba sensu vacua sunt ac saepe difficillimum est verum

Digitized by Google

invenire, si ipse aculeus perierit in iis quae acute dicta fuerunt. Non omnibus contingit tam esse felices quam fuit Cobetus quum Ep. ad Att. XIV. 18 rescriberet: „et opem ab Ope petierit", cf. *Var. Lect.* p. 460. Sed experiendum tamen est, possimusne id quod salse dictum fuerat, tanquam ex Orco in lucem revocare. Quod omnes consentiunt, τούτῳ corruptum est: quin igitur rescribimus: οὐκοῦν στρατηγηματίῳ νῦν ἀποβεβλήκαμεν τὸ στρατόπεδον. Capta erant Pompeii castra quae hic scilicet relinquerat quo celerius perderet Caesarianos. Artificium erat. Post exiguam iacturam iam magnum lucrum ostendebatur. Hoc nimirum στρατηγημάτιον appellat iocose satis. Sed nolo immorari; nam quod salse dictum est, cito perit, ni cito mentem feriat.

Cic. 39. 2. Supplebo: διαλεγόμενος (μόνος) μόνῳ συχνῶν σταδίων ὁδὸν προῆλθεν. Vide modo Cat. Min. 37. 3.

Cic. 47. 2: ὡς εἰς Ῥώμην πορευόμενος. Requiro: πορευσόμενος.

Demetr. 5. 1. Πτολεμαῖον δ' ἀκούσας — πορθεῖν Συρίαν καὶ καὶ τὰς πόλεις ἀπάγειν καὶ βιάζεσθαι. Non assequor hic quid sit ἀπάγειν· melius expediam παράγειν· Syriae urbes partim vi, partim dolo subegit. Non persuasit Madvigius Advers. I. p. 605.

Demetr. 6. 1. Permisit Antigonus filio ut acceptam cladem repararet, h. e. ἐφῆκε, non ἀφῆκε. Frequenter haec verba confunduntur.

Demetr. 11. 1: τὸ δ' ὑπερφυέστατον ἐνθύμημα τοῦ Στρατοκλέους. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τῶν σοφῶν τούτων καὶ περιττῶν καινουργὸς ἀρεσκευμάτων ἐγραψεν ὅπως κτέ. Aliquid vides esse turbatum. Simplicissimum erit mutare verborum ordinem: τὸ δ' ὑπερφυέστατον ἐνθυμημα Στρατοκλέους ἦν· οὗτος γὰρ, ὁ τῶν σοφῶν — ἀρεσκευμάτων, ἔγραψεν κτέ.

Demitr. 11. 2. Huius Stratoclis amica aliquando obsonata fuerat ἐγκεφάλους καὶ τραχήλους. Neque Aristophanes nec reliqui

Digitized by Google

comici poetae, quorum fragmenta Athenaeus servavit, docent quale hoc obsonium fuerit. Non certe emerat illa τραχήλια qualia intelliguntur Arist. Vesp. 968: οὗτος γὰρ ὁ Λάβης καὶ τὰ τραχήλι' ἐσθίει καὶ τὰς ἀκάνθας. Adscripsit Scholiasta· τραχήλι' ἐσθίει· τὰ κεφάλαια τῶν ἰχθύων ὡς ἀκανθώδη, ubi praestabit legere: τὰ κεφάλια· deinde subiungit Pherecratis fragmentum, quod Meinekius ita correxit: ὅσις παρέθηκε κρανί' ἢ τραχήλια. Ex aliis Athenaei locis non magis proficitur ad nodum solvendum. Paene suspicor salsamenti genus intelligi debere et hodie quoque in foro piscatorio χειλάρια καὶ τραχήλια (*lipjes en keeltjes*) in aliquo honore sunt inter reliqua salsamenta.

Demetr. 12. 2. Narrat Plutarchus, brevi post annum, ut videtur, 307 Bacchanaliorum tempore extremum frigus fuisse Athenis καὶ τὴν πομπὴν κατέλυσαν ἰσχυρῶν πάγων γενομένων παρ' ὥραν καὶ πάχνης βαθείας ἐπιπεσούσης οὐ μόνον ἀμπέλους καὶ συκᾶς ἀπάσας ἀπέκαυσε τὸ ψῦχος, ἀλλὰ καὶ τοῦ σίτου τὸν πλεῖσον κατέφθειρεν ἐν χλόῃ. Noli credere Plutarchum rem exaggerare. Scribunt Neumannus et Partschius, *Physikalische Geographie von Griechenland* p. 19: „in jedem Winter nähert sich in Athen die Temperatur dem Frostpunkt (nach 25jährigen Erfahrungen mindestens bis zu + 2.7°), in den meisten Wintern (in 17 unter 25) sinkt das Quecksilber mehrmals unter 0, mitunter bedeutend, *im März* 1880 auf — 6.6°, 1850 angeblich einmal auf — 10°.

Demetr. 20. 1: πάντα μὲν ἐκ περιουσίας ὑπάρχειν βουλόμενος ἐπὶ τὰς χρείας. Locutionem ἐκ περιουσίας Plutarchus traxisse videtur ex Demosth. Coron. p. 226. 19, quem locum Reiskius sedulo examinavit, nam non facillimum est illa: οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ simul et concinne interpretari et accurate. Apud Plutarchum nunc quidem nihil est nisi *abunde*, sed Demosthenem presse imitatur Oth. 8. 2: ἐκ περιουσίας ἀγωνιεῖσθαι. Cf. praeterea Comp. Dem. et Anton. 3. 1, Dion. 34. 1 et Moral. p. 808 B.

Demetr. 20. 1: οὐκ εἰς παιδιὰς οὐδ' εἰς διαγωγὰς ἀχρήσους ἔτρεψε τὸ φιλότιμον. Saepe, fateor, haereo debeamne τρέψαι scribere an στρέψαι, sed nunc mihi satis certum videtur corri-

Digitized by Google

gendum esse ἔσρεψε. Item c. 50. 2: τοῖς βασκάνοις παρέσχεν ἀποτρέψαι καὶ διαφθεῖραι τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ βασιλέως, longe praeferam ἀποσρέψαι. Alii permulti loci sunt de quibus nihil affirmare ausim.

Demetr. 40. 2. Hic lubet retractare quod disputavi *Mnem.* 1894 p. 232. Vasculum est in quo repraesentatur adulescens δισκοβόλος, quem vir barbatus ita alloquitur: ΑΠΟΔΟΣΤΟΔΙΑΜΕΡΙΟΝ. Haec interpretatur Paulus Kretschmer: „Päderastische Gepflogenheiten beleuchtet die Inschrift eines schwarz. Lekythos: ein Erast redet in der Palästra einen Diskos werfenden Jüngling an: ΑΠΟΔΟΣΤΟΔΙΑΜΕΡΙΟΝ. Stachelberg las: ἀπόδος τὸ διαμέριον· „trage die Gebühr ab." Ich ziehe die Deutung von Jahn ἀπόδος τὸ διαμήριον oder τὸ διὰ μηρίων vor: der Sinn dürfte klar sein, obwohl die Ausdrucksweise neu und litterarisch nicht zu belegen ist." Ridentes tam imperitum commentum abiicimus, sed quod commendavi: ἀπόδος τὸ δίδακτρον i. e. *solve minerval*, id stare non potest, nam nimis violenta correctio est. Veram lectionem aperiet Plutarchus eo loco quem supra indicari. Antigonus apud patrem Demetrium questus fuerat de militibus inutiliter absumtis. Ὁ δὲ παροξυνθεὶς Σὺ δέ, ἔφη, τί δυσχεραίνεις, ἢ διάμετρον ὀφείλεις τοῖς ἀποθνήσκουσιν; ubi vides διάμετρον dimensum esse frumentum. Itidem in vasculo legendum, exigua ac propemodum nulla mutatione, ἀπόδος τό διάμετρον, quae sunt verba praeceptoris ad discipulum. Ceterum διάμετρον nusquam legitur eo sensu; sed alter locus alterius sinceritatem confirmat. Est castrense vocabulnm, uti coniicio. Sed quam absonum est hic de venereo amore cogitare et quam imperite excogitatum est quod critici commendarunt: τὸ διὰ μηρίων. Quod pertinet ad imperativum ἀπόδος, conferre iuvat Moral. p. 830 B, ubi docetur quis sedulo vitare τοὺς δανειστάς, γράμματα διδάσκων καὶ παιδαγωγῶν καὶ θυρωρῶν, πλέων, παραπλέων· οὐδέν ἐστι τούτων αἴσχιον οὐδὲ δυσχερέστερον τοῦ ἀκοῦσαι· ἀπόδος. Sed de hoc loco ad Moralia dicturus sum.

Demetr. 44. 4: πάντως δὲ καὶ πρὸς ἕτερον καὶ πρὸς τοῦτον ἀπαλλαγῆναι τοῦ Δημητρίου ζητοῦντες. Corrupta verba sunt, sed de sententia constat. Deserere milites Demetrium volebant et

Digitized by Google

transire ad Pyrrhum, quem propter virtutem unice admirabantur. Probari fortasse debebit: *πάντως δὲ καὶ ὡς πρὸς ἕτερον τοῦτον ἀπαλλαγῆναι τοῦ Δημητρίου ζητοῦντες*. Scilicet genetivus *τοῦ Δημητρίου* pendet ex eo quod est *ἕτερον*. Praepositio iterari non debet, ut sit *πρὸς τοῦτον*, nam ea in re Plutarchus etiam plus quam satis est veteres imitatur, veluti statim c. 46. 1: *ὥσπερ εἰς ὁδὸν βασιλικὴν τὴν ἐλπίδα*.

Demetr. 46. 1: *συνίσατο πάλιν σῶμα καὶ σχῆμα περὶ αὐτὸν ἀρχῆς*. Dele *σῶμα καί*. Satis intelligimus hanc esse *διττογραφίαν*.

Demetr. 53. 2. Legimus quomodo Demetrii ossa in Graeciam advecta fuerint et honorificentissime condita ab filio Antigono: *ἐπενεχθεισῶν δὲ τιμῶν καὶ στεφάνων περὶ Κόρινθον εἰς Δημητριάδα κομίσας ἔθηκε τὰ λείψανα*. Imo: *ταινιῶν καὶ στεφάνων*. Fidem facient exsequiae Philopoemenis c. 21. 4: *αὐτὴν δὲ τὴν ὑδρίαν ὑπὸ πλήθους ταινιῶν τε καὶ στεφάνων μόλις ὁρωμένην ἐκόμιζεν ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος*. Cf. *Mnem.* 1862 p. 110 et 1888 p. 109.

Anton. 3. 3: *τοῖς στρατευομένοις ἀνὴρ ἔδοξε λαμπρότατος εἶναι*. Malo: *τοῖς συστρατευομένοις*.

Anton. 9. 2. Cicero Antonio obiicit *μεθ' ἡμέραν μὲν ὕπνους καὶ περιπάτους ἀλύοντος καὶ κραιπαλῶντος, νύκτωρ δὲ κώμους καὶ θέατρα*. Hic mihi offensioni sunt *περίπατοι*, quibus iuxta *ὕπνους* locus non est. Per totum diem perpotabat: inde carpit Cicero *ὕπνους καὶ πότους ἐπὶ πότους*.

Anton. 9. 3. Sequitur id quod notum est: *Λέγεται γοῦν, ὡς Ἱππίου ποτὲ τοῦ μίμου γάμοις ἑστιαθεὶς καὶ πιὼν διὰ νυκτός, εἶτα πρῳ τοῦ δήμου καλοῦντος εἰς ἀγορὰν παρελθὼν ἔτι τροφῆς μεστὸς ἐμέσειε, τῶν φίλων τινὸς ὑποσχόντος τὸ ἱμάτιον*. Habet hoc a Cicerone Plutarchus Philipp. II § 63: „tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modo visu foedam, sed etiam auditu! Si inter coenam in ipsis tuis immanibus illis

Digitized by Google

poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in coetu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit." Uti vides, de rei foeditate inter utrumque convenit: unum est quod addit Plutarchus idque omnem fidem excedit: *τῶν φίλων τινὸς ὑποσχόντος τὸ ἱμάτιον*. Excepitne ille veste sua alterius crapulam? Dices verosimiliter eum vestem praetexisse; verum hoc non est *ὑπέχειν*. In nomine substantivo, credo, vitium est. Fuit ex amicis qui matulam porrigeret ac proinde scribam: *ὑπέχοντος τὸ ἀμίδιον*. Addam ne quid desit: apud Dionem Cassium XLV. 28 simpliciter legi: *τὴν κραιπάλην ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βήματος μεταξὺ δημηγορῶν ἐξήμεσε*.

Anton 11. 3: *εἶξε καὶ προήκατο Δολαβέλλαν ἀχθόμενον*. Requiro: *ἀχθόμενος*. Ipse Caesar rem aegre tulit.

Anton. 14. 1: *τῶν ὑπὸ Καίσαρος γεγονότων ἐψηφίσαντο μηδὲν ἀλλάττειν*. Vide an non rectius sit: *ἐπὶ Καίσαρος*.

Anton. 19. 2: *ἀδικώτεροι δὲ περὶ τοὺς Φίλους ἦσαν, οὓς ἀπεκτίννυσαν μηδὲ μισοῦντας*. Quidni *ἀδικώτατοι*?

Anton. 21. 5: *ἐνείμαντο δὲ καὶ τὸν στρατὸν στρατεύοντες ἀμφότεροι*. Imo: *στρατεύσοντες*.

Anton. 24. 1. Notanda est forma *ἀποτρυχόμενος*, quemadmodum Camill. 31. 1 invenitur *ἀποτρύχειν*. Futurum *ἀποτρύσειν* legitur Aem. Paul. 13. 3 et participium *ἀποτετρυμένος* Anton. 38. 1, sed *τετρυχωμένος* Pomp. 10. 2. Est quoque adiectivum *ἄτρυτος* Pomp. 26. 3, Caes. 17. 2 et 37. 3. Dubito autem de forma *ἀποτρυόμενος* C. Gracch. 6. 2.

Anton. 25. 3. Notissimus usus est verbi *γινώσκειν* quod in Sacra Scriptura de venerea consuetudine usurpari solet. Quod maximam mihi admirationem movet, inter profanos scriptores unicus est Plutarchus, qui eodem modo loquitur, non raro sed saepius: Rom. 5. 6; Eum. 1. 5; Pomp. 36. 2; 53. 2; Alex. 21. 3;

Digitized by Google

Caton. Min. 7. 2; Anton. denique 25. 3. Hic non celabo, quamquam multis res absurda videbitur, me nescio quomodo in Plutarcho legendo ita recordari utriusque Testamenti, ut nonnumquam putem eum Sacram Scripturam quocumque tandem modo potuisse cognoscere. Iterum dico: absurda res videtur, sed lectores tamen inspiciant quos locos ad eum finem notarim.' Nihil valeant singuli, sed collecti in unum meis verbis fortasse fidem conciliabunt. Quos respexerim locos ex Sacra Scriptura non opus est dicere. Primum igitur in censum venit Num. 14. 5: *οἱ Πυθαγορικοὶ παρήνουν βαδίζοντας εἰς ἀποδημίας μὴ μεταστρέφεσθαι.* Deinde Aem. Paul. 14. 6: *ὁρῶν δὲ καὶ πέτρας πληγῇ ῥαγείσης ἐξεπίδυσε ῥεῦμα λάβρον ὕδατος, εἶτ' ἐπέλιπε.* Alex. 42. 4: *ἔνθα δὴ Μακεδόνες τινὲς ἀπήντησαν αὐτῷ ὕδωρ ἐν ἀσκοῖς ἐφ' ἡμιόνων κομίζοντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ· καὶ θεασάμενοι τὸν Ἀλέξανδρον ἤδη μεσημβρίας οὔσης κακῶς ὑπὸ δίψους ἔχοντα τάχυ πλησάμενοι κράνος προσήνεγκαν. — ταῦτ' ἀκούσας ἔλαβεν εἰς τὰς χεῖρας τὸ κράνος· περιβλέψας δὲ καὶ θεασάμενος τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ἅπαντας ἐγκεκλικότας ταῖς κεφαλαῖς καὶ πρὸς τὸ ποτὸν βλέποντας, ἀπέδωκεν οὐ πιών κτέ.* Alex. 71. 1: *τῶν δὲ παίδων τῶν τρισμυρίων οὓς ἀσκουμένους καὶ μανθάνοντας ἀπέλιπε, τοῖς τε σώμασιν ἀνδρείων φανέντων καὶ τοῖς εἴδεσιν εὐπρεπῶν κτέ.* Sull. 28. 8: *δεικνύντες ἅμα τοὺς στρατιώτας ἐρριμμένους ὑπὸ κόπου* (Ev. Matth. 9. 36). Tib. Gracch. 9. 8: *τὰ μὲν θηρία τὰ τὴν Ἰταλίαν νεμόμενα καὶ φωλεὸν ἔχει καὶ κοιταῖόν ἐστιν αὐτῶν ἑκάστῳ καὶ καταδύσεις, τοῖς δ' ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας μαχομένοις καὶ ἀποθνήσκουσιν ἀέρος καὶ φωτός, ἄλλου δ' οὐδενὸς μέτεστιν.* Alex. 31. 1, qui in ludicro quodam certamine vicerat *δωρεὰν ἔλαβε δώδεκα κώμας καὶ στολὴν Περσικὴν χρῆσθαι.* Cat. Min. 12. 1: *ἀποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βαδίζοι.* Anton. 58. 3, Calvisius narravit Antonium *ἐν συνδείπνῳ πολλῶν παρόντων ἀναστάντα τρίβειν τῆς Κλεοπάτρας τοὺς πόδας, ἔκ τινος ὁρισμοῦ καὶ συνθήκης γενομένης.* Mar. 26. 3: *Νιψάμενος ὁ Μάριος τὰς χεῖρας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν εὔξατο τοῖς θεοῖς.* Phoc. 36. 1: *εἷς δὲ καὶ προσέπτυσεν ἐξ ἐναντίας προσελθών.* Pomp. 24. 5: Si quem civem Romanum cepissent praedones, *τούς τε μηροὺς ἐπαίοντο καὶ προσέπιπτον αὐτῷ συγγνώμην ἔχειν ἀντιβολοῦντες. Ἐκ τούτου δὲ οἱ μὲν ὑπέδουν τοῖς καλκίοις αὐτόν, οἱ δὲ τήβεννον περιέβαλλον.* Sull. 7. 6: *ἤχησε φωνὴ σάλπιγγος ὀξὺν ἀποτείνουσα καὶ θρηνώδη φθόγγον. — Τυρρηνῶν*

Digitized by Google

δὲ οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἑτέρου γένους ἀπεφαίνοντο καὶ μετακόσμησιν ἀποσημαίνειν τὸ τέρας. Fortuita convenientia esse potest idque plerisque omnibus longe verisimilius videbitur. Equidem concedam, si quis ex alio historiarum scriptore, puta Herodoto vel Livio vel Tacito, similes potuerit convenientias colligere. Et quidni credamus Plutarchum Romae Iudaeos vel etiam Christianos convenire potuisse? Relegam aliquando Moralia ac videbo numquid ad eam observationem conferant. Nunc commemini quaeri Moral. p. 281 F διὰ τί λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν, ἀλλ' αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ περιεώρων μαραινόμενον. Concedendum tamen est Plutarchum Iudaeos parum cognovisse, nam quae disertis verbis de iis tradit, magnam partem nimis absurda sunt, veluti ubi ipsum summum Numen cum Baccho componit. Cf. Theodor. Reinach, *Textes relatifs au Judaïsme* p. 142. Sed, quod dixi, ad Moralia ad hoc argumentum redibo et multo plures locos daturus sum.

Anton. 27. 1: ἡ Κλεοπάτρα καὶ τοῖς σκώμμασι τοῦ Ἀντωνίου τὸν στρατιώτην ἐνορῶσα. L. κἀν.

Anton. 27. 2. Mirum est quod de Aegypti regibus legimus. Multarum linguarum perita dicitur fuisse Cleopatra, τῶν πρὸ αὐτῆς βασιλέων οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίαν ἀναστχομένων παραλαβεῖν διάλεκτον, ἐνίων δὲ καὶ τὸ μακεδονίζειν ἐκλιπόντων. Secundum interpretem haec significant: „quum priores reges ne Aegyptiam quidem calluissent et quidam Macedonicam etiam obliti fuissent." Sequitur mutos fuisse qui neque Aegyptiace didicissent neque Macedonice. Quod quum absurdum sit, hinc concludimus aliud quid latere. Quid verosimiliter factum esse autumabimus? Aegypti reges desciverant ab dialecto maiorum; ne commode quidem didicerant uti Macedonica dialecto, quae olim in aula obtinuerat; quum quotidie una essent cum hominibus infimae conditionis, primum coeperunt Aegyptiace intelligere, mox ipsi ad vulgi loquelam prolapsi sunt, tandem prorsus obliti sunt ore Graeco loqui. Id quomodo obtinebimus? Levi opus est correctione: τῶν πρὸ αὐτῆς βασιλέων οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίαν αἰσχυνομένων παραλαβεῖν διάλεκτον. Παρέλαβον barbaram dialectum, h. e. non tantum callebant Aegyptiorum linguam, nam num-

Digitized by Google

quam pudori est aliquid didicisse et Cleopatra ipsa sine dubio, sicubi opus erat, Aegyptiace fabulabatur, quemadmodum Aethiopice, Hebraice et Arabice didicerat, sed hoc indignum videbatur ipsos reges in aula cum purpuratis suis ad quotidiana negotia tractanda descivisse ab usu Macedonicae dialecti, corruptae quidem et non conferendae cum Attica elegantia, sed tamen Graecae, non barbarae.

Anton. 30 2. Plus quam anni triginta sunt ex quo Hullemannus obiit, qui in Academia Lugduno-Batava post Bakium Latinam cathedram tenuit. Nescio quomodo factum est, ut hodie eius nomen minus celebretur, etiamsi haud contemnenda doctrinae specimina publici iuris fecerit. Unam nunc emendationem proferre iuvat, quam olim ita edidit ut populares non nisi aegre, exteri autem locum plane non possint investigare. Describit Plutarchus Antonii piscationem. Sedebat imperator in lembo et hamum in mare demiserat. Tum Cleopatra *ἐκέλευσέ τινα τῶν αὐτῆς ὑποφθάσαντα καὶ προσνηξάμενον τῷ ἀγκίστρῳ περιπεῖραι Ποντικὸν τάριχος*. Omnium risus exortus est, quum Antonium salsamentum captasse viderent: tum Cleopatra, *παράδος ἡμῖν, ἔφη, τὸν κάλαμον, αὐτόκρατορ, τοῖς Φαρίταις καὶ Κανωβίταις βασιλεῦσιν· ἡ δὲ σὴ θήρα πόλεις εἰσὶ καὶ βασιλεῖς καὶ ἤπειροι*. Nemo novit reges Pharios et Canobitas; sed Hullemannus lucem dedit: *τοῖς Φαρίοις καὶ Κανωβίταις ἁλιεῦσιν*. Adscribam duos locos similiter corruptos, ne *ἀσύμβολος* abeam. Apud Parthenium p. 33. 16 hr. legimus Troianos imploravissse Rhesi auxilium: *πολέμου γενομένου τοῖς Τρωσί, μετήεσαν αὐτὸν οἱ βασιλεῖς ἐπίκουρον*. Unum Priamum novi Troianorum regem et corrigam: *μετήεσαν αὐτὸν οἱ Ἰλιεῖς*. Alter locus est apud Diodorum Siculum I 30: *ὀχυρότητι δὲ φυσικῇ καὶ κάλλει χώρας οὐκ ὀλίγον δοκεῖ (Αἴγυπτος) προέχειν τῶν εἰς βασιλείαν ἀφωρισμένων τόπων*. Melius intelliges: *τῶν εἰς Ἀσίαν ἀφωρισμένων τόπων*.

Anton. 30. 1: *ἐπέςρεψεν εἰς τὴν Ἰταλίαν*. Lege: *ἀπέςρεψεν*.

Anton. 36. 3. Excusat Antonius amores suos exemplo Herculis, generis sui auctoris, qui non in uno utero posteritatis spem

Digitized by Google

collocaverat, *οὐδὲ νόμους Σολωνείους καὶ κυήσεως εὐθύνας δεδοικότος, ἀλλὰ τῇ φύσει πολλὰς γενῶν ἀρχὰς καὶ καταβολὰς ἀπολιπεῖν ἐφιέντος.* Nescio quas Solonis leges hic intelligere debeamus, sed hoc certe video mulieres tantummodo *κυήσεως εὐθύνας* posse *δεδοικέναι.* Hercules re ostendit se non metuere *εὐθύνας* concubitus; graviditatis postulari numquam potuit. Plutarchus autem, uti coniicio, hic non memor fuit Solonis, sed eorum quae legerat apud Platonem Rep. V p. 460 F, ubi Socrates mire cum Antonio consentit: *τοῖς ἀγαθοῖς γέ που τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που γέρα δοτέον καὶ ἄθλα ἄλλα τε καὶ ἀφθονεστέρα ἢ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν ξυγκοιμήσεως, ἵνα καὶ ἅμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιούτων σπείρωνται.* Sic poterit Hercules non videri metuisse *ξυγκοιμήσεως εὐθύνας.* Cf. praeterea Moral. p. 18 F.

Anton. 37. 3. Perhibent Antonium adversus Parthos bellum extulisse non mentis compotem, *ἀλλ' ὑπὸ φαρμάκων τινῶν ἢ γοητείας παπταίνοντα πρὸς τὴν Κλεοπάτραν.* Aliquid excidit: *ἀλλ' ὡς ὑπὸ φαρμάκων.* Veneficium non nisi translato sensu hic intelligitur.

Anton. 40. 2. Iudice Partho Antonius stulto consilio exspectat famem et hiemem, *δι' ὧν ἔργον ἐστὶ καὶ προπεμπομένους ὑπὸ Πάρθων ἀποφεύγειν.* Requiro futurum *ἔσαι.*

Anton. 41. 4: *οἱ Κελτοὶ διεσκέδασαν τοὺς Πάρθους οὐκέτι τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὑπόδειγμα γενομένους.* Corruptela in aprico est. Reiskius coniecit: *ὑπὸ δεῖγμα*, quo non multum proficitur. Utinam id quod est *δέργμα* satis probabiliter apud Pluarchum reponi posset! Quam belle huc quadraret *ὑπὸ δέργμα γενομένους*!

Anton. 47. 3. Describitur *Φαρμακῶδες ὕδωρ, ὃ ποθὲν εὐθὺς ὀδύνας ἑλκομένης τῆς καρδίας καὶ τοῦ δίψους ἀναφλεγομένου παρεῖχε.* Sermo fit de ventris torminibus, unde *ἑλισσομένης* praeferam.

Digitized by Google

Anton. 47. 3. Ostendit Antonius asperam viam, ὥϛε παντάπασιν ἀποϛρέψασθαι τοὺς πολεμίους. Lego: ἀποϛρέψεσθαι.

Anton. 56. 3: συνέθυε δὲ καὶ πόλις πᾶσα βοῦν πέμπουσα. Malo: βοῦς.

Anton. 62. 1. Classis praefecti, cui praeerat Antonius, ex universa Graecia collegerant ὀδοιπόρους, ὀνηλάτας, θεριϛάς, ἐφήβους. Duo sunt manifesta vitia: collegerunt non ὀδοιπόρους, sed ὀδοιδόκους· non ἐφήβους, sed ἀφήβους. Verbum non addam.

Anton. 66. 1: τῶν Καίσαρος οὐ μόνον ἀντιπρῴρων συμφέρεσθαι πρὸς χαλκώματα ϛερεὰ καὶ τραχέα φυλασσομένων. Nonne praestat παχέα?

Anton. 66. 3. Antonius ἐδίωκε τὴν ἀπολωλεκυῖαν ἤδη καὶ προσαπολοῦσαν αὐτόν. Necessarium est: ἀπολωλυῖαν.

Anton. 70. 7: Callimachus est qui epitaphium composuit:

Τίμων μισάνθρωπος ἐϛοικέω. Ἀλλὰ πάρελθε,
οἰμώζειν εἴπας πολλὰ πάρελθε μόνον.

Imperativus parum eleganter iteratur, quocirca malim: ἀλλ' ἀπάτερθε. Nempe viator rogatur ne ad ipsum sepulcrum accedat.

Anton. 78. 1: ὅϛον δ' οὔπω ἀπολιπόντος αὐτοῦ. Debent ea verba significare: Vixdum exspiraverat, sed potestne ἀπολείπειν eo modo adhiberi? Nil novi simplicius quam ἀπολυθέντος.

Anton. 83. 2: τοῦ δὲ Καίσαρος μειδιῶντος καὶ καταπαύοντος αὐτήν. Caesar Augustus placare Cleopatram voluerat, sed hoc, credo, non est καταπαύειν. Num forte placere debebit καταπραΰνοντος?

Anton. 86. 1: Λέγεται δὲ τὴν ἀσπίδα κομισθῆναι σὺν τοῖς σύκοις καὶ τοῖς θρίοις ἄνωθεν ἐπικαλυφθεῖσαν (οὕτω γὰρ τὴν Κλεοπάτραν κελεῦσαι) μηδὲ αὐτῆς ἐπισαμένης τῷ σώματι προσπεσεῖν τὸ θηρίον.

Digitized by Google

Nemo autem norat quo mortis genere periisset Cleopatra: τὸ δὲ ἀληθὲς οὐδεὶς οἶδεν, ut ipse scribit Plutarchus. Sed repugnant sibi ea quae hic traduntur: simul enim legimus ipsam reginam fraudem concinnavisse et aspidem adlapsam esse ad corpus nihil tale suspicantis, μηδὲ αὐτῆς ἐπισαμένης. Plutarchus sibi hoc modo contradicere non potuit et unicum novi remedium. Mendum est in vocabulo οὕτω· legendum: οὐ γὰρ τὴν Κλεοπάτραν κελεῦσαι. Fuerunt igitur qui traderent aspidem ficulnis foliis involutam ab ignoto homine missam fuisse qui cavere vellet ne regina in triumphum duceretur. Callida mulier nihil exclamavit praeter: ἐνταῦθα ἦν ἄρα τοῦτο et intelligens quo consilio sibi letale donum mitteretur, statim corpus praebuit viperae morsibus. Alii rem aliter factam narrabant: τὸ δ' ἀληθὲς οὐδεὶς οἶδεν. Incommoda ratio est Madvigii in Advers. I p. 607.

Anton. 87. 3: τῶν δὲ Γερμανικοῦ παίδων Γάϊος μὲν ἄρξας ἐπιφανῶς. Fuerunt qui Tiberium laudarent, item qui quinquennium Neronis in coelum efferrent; sed qui Caligulam laudavit, novi neminem. Non hic imperavit ἐπιφανῶς, sed ἐπιμανῶς, coll. Dion. 47. 2. Ceterum quod de Neronis flagitiis dubitandi salubritatem Plutarchus non adhibuit, nihil mirum est, nam, quod apparet Galb. 14, de ea parte Romanae historiae eosdem fontes est secutus qui etiam Tacito praesto fuerunt; hic autem fueritne Cluvius Rufus an alius, nunc non quaero. Cf. Mor. p. 462 A, 567 F et 810 A.

Dion. 1. 1: Statim ab initio notabilis est coniunctio: ἆρά γε — εἰκὸς τῇ Ἀκαδημίᾳ μήτε Ῥωμαίους μήτε Ἕλληνας ἐγκαλεῖν; Ter praeterea in Vitis similem usum observavi: Num. 4. 10: ἆρ' οὖν ἄξιόν ἐστιν ἀπιστεῖν; Comp. Sol. et Publ. 1. 1: ἆρ' οὖν ἴδιόν τι περὶ ταύτην τὴν σύγκρισιν ὑπάρχει; denique Pericl. 1. 2: ἆρ' οὖν λόγον ἔχει ψέγειν; Sed ἆρά γε nusquam reperio, neque assequor quomodo quis a particula γε librum suum exordiri possit. Uti notum est, ἆρά γε frequenter legitur sed sic, nisi fallor, ut particula propriam sibi potestatem retineat. Quid dicam, anceps haereo.

Dion. 4. 3. Ante Platonis adventum in Siciliam, Dio vitam

Digitized by Google

vixerat luxuriae deditam, *βίου μὲν ἀνίσου καὶ καταφόβου, θεραπείας δὲ νεοπλούτου καὶ τρυφῆς ἀπειροκάλου καὶ διαίτης ἐν ἡδοναῖς καὶ πλεονεξίαις τιθεμένης τὸ καλὸν ἐθὰς γενόμενος.* Non video cur Dionis vita metui obnoxia dicatur; nihil sane erat cur sibi admodum metueret, etiamsi fortasse videret quod Dionysio ipsi impenderet periculum; describitur luxuriosa vita fratris Aristomaches: nihil ultra; quocirca commendo: *βίου μὲν ἀνίσου καὶ κατακόρου.*

Dion. 7. 3. Patre mortuo Dionysius minor *ἡμέρας ἐνενήκοντα συνεχῶς ἔπινεν ἀρξάμενος.* Supple: (*ἔωθεν*) *ἀρξάμενος.*

Dion. 7. 3. Per omne illud tempus narrant aulam *ἄβατον* fuisse *σπουδαίοις ἀνδράσι καὶ λόγοις.* Malo: *λογίοις.*

Dion. 11. 1: *προσδοκήσας ὅλην ἰατρεύειν Σικελίαν.* Lege: *ἰατρεύσειν.*

Dion. 14. 2: *Ἔνιοι δὲ προσεποιοῦντο δυσχεραίνειν, εἰ πρότερον μὲν Ἀθηναῖοι — δεῦρο πλεύσαντες ἀπώλοντο — νυνὶ δὲ δι' ἑνὸς σοφιστοῦ καταλύουσι τὴν Διονυσίου τυραννίδα, συμπείσαντες αὐτὸν — ἐν Ἀκαδημίᾳ τὸ σιωπώμενον ἀγαθὸν ζητεῖν.* Leve est reponere *καταλύσουσι*, sed quid tandem est *τὸ σιωπώμενον ἀγαθόν*? Scribam equidem: *τὸ δυσωπούμενον ἀγαθόν.* Philosophiae osores maligne interpretantur virtutem quam Plato cum suis stulte mirantur; est enim secundum Plutarchum *δυσωπία αἰσχυντηλία μέχρι τοῦ μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσα.* Supra idem verbum iam attigi ad Pelop. 35. 4. Est in vicinia locus Brut. 64: *πρὸς δὲ τὰς ἀδίκους δεήσεις ἀκολάκευτος ἦν καὶ τὴν ὑπὸ τῶν ἀναισχύντως λιπαρούντων ἥτταν, ἣν ἔνιοι δυσωπεῖσθαι καλοῦσιν.* Hoc quoque habent *οἱ δυσωπούμενοι*· petentibus nihil didicerunt negare: *zij hebben niet leeren neen zeggen.*

Dion. 16. 3: *συνθέμενος μεταπέμψασθαι Δίωνα.* Lege: *μεταπέμψεσθαι.*

Dion. 19. 4: *Πλάτωνα δ' ἐν τῷ περὶ τὴν οἰκίαν κήπῳ διαιτώμενον.* Consentaneum est hortum fuisse *παρὰ τὴν οἰκίαν.*

Digitized by Google

Dion. 21. 3: Ἐθαύμασαν δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι τὴν ἀρετὴν τῆς γυναικός, ὥςε καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος ἐκείνῃ τιμὴν καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ὑπάρχειν. Legendum: παρέχειν.

Dion. 22. 1: ἐλευθεροῦν Σικελίαν χεῖρας ὀρέγουσαν αὐτῷ καὶ προθύμως ὑποδεχομένην. Unice commendo: ὑποδεξομένην.

Dion. 23. 1: οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσαντες ἐπὶ Διονύσιον καὶ Σικελίαν αἴρεσθαι τὸν ςόλον, ἐξεπλάγησαν καὶ κατέγνωσαν. Melius certe erat μετέγνωσαν, quamquam ne hoc quidem fortasse sufficit.

Dion. 25. 1: ἐπὶ πνεύματι καὶ θαλάσσῃ πεποιημένους τὸν πλοῦν. Opus est futuro ποιησομένους.

Dion. 25. 4: αὔραν τινὰ κατέσπειρεν ἡ χώρα νότιον. De sententia constat, sed stultum est verbum κατέσπειρεν. Si memineris Ω et Π haud raro confundi, qua de re dixi ad Longum *Mnem.* 1877 p. 216, fortasse mecum probabis μετεώρισεν vel, si hoc mavis, ἐμετεώρισεν. Neque indicare possum locos qui prorsus conveniunt, sed eodem tamen modo verbum μετεωρίζειν adhibitum est Xen. Cyrop. 6. 3. 5: μετεωριζόμενον ἢ καπνὸν ἢ κονιορτόν, Thuc. 8. 16: μετεωρισθεὶς ἐν τῷ πελάγει, Arist. Nub. 404: ὅταν εἰς ταύτας ἀνεμὸς ξηρὸς μετεωρισθεὶς κατακλῃσθῇ, denique Timol. 27. 2: τοῦ ἡλίου περιφερομένου καὶ μετεωρίζοντος τὴν ἀναθυμίασιν, alibi. Admirabile est quod proxime praecessit. Quinque erant navigia, quibus Dio in Siciliam est profectus, quibus delatis tempestatis vi ad Cercinam Africae, iam instare videbatur naufragium, sed μικρὸν δεήσαντες ἐκριφῆναι καὶ συντριβῆναι περὶ τὰς πέτρας ἐβιάζοντο πρὸς κοντὸν παραφερόμενοι μόλις, ἕως ὁ χειμὼν ἐλώφησε. Πρὸς κοντόν, credite seri nepotes! Vehebantur tamen quinque illis navigiis, quorum duo τριακόντοροι erant, milites circiter octingenti. Et quam lenta haec navigatio fuit! Zacyntho profectus Dio tertio decimo die in conspectum venit Pachyni Siciliae promuntorii; illinc magno coorto vento repulsus usque ad Africae litus, tandem quinto die, secundo vento adiuvante, ad Minoam appulit. Adeo in illo cursu remorum nullus usus fuit: in priore parte itineris τὸ

Digitized by Google

πνεῦμα ἀραιὸν erat et μαλακόν· hinc tredecim diebus vix potuerunt ad Siciliam appellere; in altera parte Cercina profecti ῥωννυμένου τοῦ πνεύματος καὶ μέγεθος λαμβάνοντος ἐξέτειναν ὅσον ἦν ἰσίων. Mirum hoc minime est, nam duae erant στρογγύλαι νῆες, quae remis non poterant propelli. Sed sunt lectores qui ad talia non attendunt. Interim Dionysius in Italiam profectus erat: non igitur habuit in Graecia qui in speculis esset ut tyranno nunciaret quid rerum Dio ageret. Itidem lepidum est videre qui factum sit ut nuncius Syracusis missus de Dionis adventu omnium exspectatione serius ad Dionysium, qui Cauloniae degebat, pervenerit. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. Itinera terrestria multo celerius conficiebantur, cf. Aem. Paul. 24, 25, 36; Cat. Mai. 14; Mar. 8; Caes. 17.

Dion. 28. 1. Hic memoravit Plutarchus itemque Moral. p. 522 F Dionysii τοὺς καλουμένους προσαγωγίδας vel, si id mavis, ποταγωγίδας. Turbas dedit Aristotelis locus Politic. II 11, apud quem sunt αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι itemque apud Photium in lexico ποταγωγίδες enotantur. Fueruntne igitur speculatores an speculatrices, qui Dionysio praesto erant? Viri fuerunt, quod diserto Plutarchi testimonio constat; sed sunt qui putent, tyrannum non muliebrem operam dedignatum esse itemque contumeliae causa populum invisam gentem muliebri nomine potuisse appellare. Haec ratio tum aliis placuit, tum Hermanno, quem praeterea sequitur Tischendorfius ad Epist. Iacobi 4. 4. At solemus interdum imbecillos et ignavos homines ipso nomine tanquam ad muliebre genus detrudere, veluti appellantes Ἀχαιΐδας οὐκέτ' Ἀχαιούς· sed populus Syracusanus emissarios illos non contemnebat, oderat potius. Franckenius quoque nostras nuper in Praefatione ad Vandenessii Lexicon eam rationem penitus improbavit et commendavit apud Aristotelem scripturam: οἱ ποταγωγίδαι καλούμενοι, quam itidem Budaeo placuisse video. Addit praeterea causam erroris esse repetendam ex formis gen. et acc. plur.; ambiguam enim formam esse ποταγωγίδας et genetivo casu itidem formarum nullum discrimen fuisse donec accentus constantius appingerentur. Ipse quoque nominativus ποταγωγίδαι librarios aliud agentes poterat in errorem inducere. Avium pulli, ferarum catuli propria nomina habent in -ιδεύς,

Digitized by Google

λεοντιδεύς, πιθηκιδεύς, χηνιδεύς, alia quae recensuit Valckenaerius ad Herodotum III 119 itemque ad Theocriti Adoniaz. 121. Etiam plura Cobetus habet ἐν τῷ Ἑρμῇ Λογίῳ p. 286 et eandem quaestionem tractavit *Mnem.* 1856 p. 103 et 1858 p. 46. Iocularis error Eustathii est, quem postremo loco enotavit. Ad Iliadem p. 753. 56 memorantur pluralis numeri formae χηνιδεῖς, περδικιδεῖς, κορωνιδεῖς, aliae. Sed rei immemor ad Odyss. p. 1821. 25 κατὰ λέξιν affert sequentia: οἷον πατρωνυμικὸν ὁ λαγιδής, ὡς καὶ πελαργιδὴς ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος καὶ λυκιδὴς ὁ τοῦ λύκου, οὕτω δὲ καὶ ἀλεκτοριδὴς, φασὶ, καὶ χηνιδὴς καὶ περδικιδὴς καὶ ἄλλα. Scilicet non intellexit archiepiscopus λαγιδῆς, πελαργιδῆς, λυκιδῆς, cetera, nominativos esse et quidem pluralis numeri. Καὶ τοῦτο μὲν καὶ τυφλῷ δῆλον. Philemon in Lexico, quod iamdudum abiecimus, Eustathium ducem sequitur, nam nemo adeo est nullius iudicii ut stultioribus imponere non possit.

Quod nunc satis mihi stabilivisse videor, Dionysii οἱ ποταγωγίδαι Graeculorum incuria facti sunt ποταγωγίδες· cumulum addam indicando Zenonis fragmentum apud Clementem Alexandrinum in Paedagog. III p. 109. 11 Sylb., ubi simili errore adulescentes commutati sunt in adulescentulas: Cobetus Cobetice locum tractavit *Mnem.* 1857 p. 339.

Dion. 30. 2. Pollicitus est Dionysius ἀφήσειν τὴν τυραννίδα καὶ μᾶλλον ἑαυτοῦ ποιήσασθαι χάριν ἢ Δίωνος. Facile est reponere ποιήσεσθαι, sed praestat verbum delere quod in nonnullis codicibus deest.

Dion. 34. 1, Sosis quidam invehitur in Dionem eumque insimulat δεινὰ καὶ τυραννικὰ πράττειν, εἰ φόνοις καὶ κινδύνοις τῶν πολιτῶν ἀφαιρεῖται τὴν παρρησίαν. Emendandum est: κονδύλοις. Cf. *Mnem.* 1888 p. 110.

Dion. 34. 4. Mira est constructio. Accurrunt noti quidam homines, διηγούμενοι βαδίζουσιν αὐτοῖς καθ' ὁδὸν ἀπαντῆσαι τὸν Σῶσιν ἠμαγμένον καὶ λέγοντα φεύγειν τοὺς Δίωνος ξένους ὡς ἀρτίως ὑπ' ἐκείνων τετρωμένος. Hic Sintenisius lectores monet ne cum Schaefero requirant τετρωμένον. Etenim conferri iubet alios locos nonnullos, in quibus, quantum video, nihil est

Digitized by Google

praesidii ad illum nominativum tutandum. Primus est Dion. 49. 4: *ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Δίωνος — αὐτὸς οὗτος εἶναι κατὰ ποίησιν γεγονὼς Σπαρτιάτης*, ubi nominativus insoliti nihil habet. Deinde provocat ad Cic. 17. 4: *φέρεντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα καὶ δεῖν πάντως δέχεσθαι καὶ μὴ διαφθείρειν μέλλοντα τοὺς καιρούς, ὥσπερ Κατιλίνας*, ubi nominativus itidem necessarius est. Eiusdem generis est tertius locus Lysandr. 6. 5: *λοιπὸν ἦν ἐπὶ θύρας ἰόντα τῶν βασιλέως στρατηγῶν ὥσπερ Λύσανδρος, αἰτεῖν*. Item Lysandr. 12. 5: *τὰ πυροειδῆ σπάσματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν, ὥσπερ οἱ διάττοντες ἀστέρες*. Denique nam hic quintus ac postremus locus est, Caes. 42. 1 *ἄρξοντες* in *ἄρξοντας* erat refingendum aut *ἀνακόλουθον* est de eo genere quod apud Graecos in longioribus sententiis pullulat. Sed nihil prorsus allatum vidi, quo illud *τετρωμένος* excusaretur.

Dion. 44. 1. Suadent Syracusanis demagogi ne velint Dionis mercenariis militibus *παραχωρεῖν τῆς ἀρετῆς*. Intelligam: *τῆς ἀρχῆς*.

Dion. 44. 2. Iterum mihi cum Sintenisio res est. Dio Leontinis profectus erat ut Syracusanis obsidione pressis opem ferret. In itinere obviam ei fiunt a praetoribus legati, qui eum vetant ad urbem accedere; adsunt quoque equites et amici *ἐπισπεύδοντες τὴν πορείαν*. Itaque Dio convenienter ingenio suo mediam viam eligit, c. 47. 3, et tarde procedit: *διὰ τοῦτο βραδέως ἅμα καὶ κατὰ σχολὴν πορευόμενος προσῄει*. Verum hic haeret Sintenisius, secundum quem Dio modo tarde, modo celeriter iter fecit: hinc reponit: *βραδέως ἅμα καὶ κατὰ σπουδήν*· sed id dicere oblitus est, quid tandem in tali sententia significare posset *ἅμα*. Et quam parum consentaneum est editorem receptarum lectionum ceteroquin tenacissimum nunc incunctanter pro *σχολήν* reponere *σπουδήν*, quasi haec duo vocabula facili opera confundi possint. Unicus locus est quo confidit, c. 45. 1. Vastata urbe sub noctem Nypsius cum militibus redierat in arcem: hoc nuncio perlato Dio *οὐκέτι σπουδῇ* iter faciebat, quemadmodum supra legimus. Mox audito praesidiarios milites relicta arce urbem incendere, *οὐκέτι βάδην ἦγεν*. Mirari fortasse possis quomodo *βραδέως* et *κατὰ σχολήν* apte iungantur; sed ceteroquin

Digitized by Google

repugnantiam nullam video. Cf. Arat. 7. 1: ἐπιταχύνων καὶ πάλιν ἀνιεὶς τὴν πορείαν. Item Lucian. Merced. conduct. 1: ῥᾳθύμως καὶ κατὰ σχολήν.

Dion. 48. 3. Dionis amici Heraclidem haud hercle iniuria διεφθαρμένον ὑπὸ φθόνου incusarunt, sed librarii parum eleganter in fine sententiae adscripserunt proprium nomen [τὸν Ἡρακλείδην], quo melius carebimus.

Dion. 53. 2: ἐπενόει δὲ τὴν μὲν ἄκρατον δημοκρατίαν, ὡς οὐ πολιτείαν ἀλλὰ παντοπώλιον οὖσαν πολιτειῶν κατὰ τὸν Πλάτωνα κωλύειν. Qui Platonis locus respicitur, legitur Rep. VIII p. 557 D, sed plane requiro κολούειν. Est haec nota confusio.

Brut. 8. 1: τὸν Βροῦτον τινῶν διαβαλλόντων καὶ φυλάττεσθαι παρακελευομένων, τῇ χειρὶ τοῦ σώματος ἁπτόμενος εἶπε· Τί δέ; οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ Βροῦτος ἀναμεῖναι τουτὶ τὸ σαρκίον; Vox ea fuit Caesaris silentium imperantis, unde commendo: τοῦ ϛόματος ἁπτόμενος. Notabile est σῶμα et ϛόμα toties confusa fuisse. Cyri moribundi postremum fuit: ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τοὐμὸν σῶμα ἰδέτω, Xen. Cyr. 8. 7. 26. Ibi quoque ϛόμα reposui *Mnem.* 1893 p. 360. Vide praeterea *Mnem.* 1888 p. 102 et 107.

Brut. 8. 2: λέοντας οὓς Κάσσιος μὲν ἀγορανομεῖν μέλλων, παρεσκευάσατο. Praestat: παρεσκεύαϛο.

Brut. 14. 1: δαίμων τις ἐδόκει τὸν ἄνδρα τῇ Πομπηίου δίκῃ προσάξειν. Malo praesens: προσάγειν.

Brut. 16. 2: λεγέσθω γὰρ οὕτω. Necessarium est: λεγέσθων.

Brut. 18. 2. Erant qui Antonium interficere vellent ἰσχὺν πεποιημένον ὁμιλίᾳ καὶ συνηθείᾳ πρὸς τὸ ϛρατιωτικόν. Arridet: περιπεποιημένον.

Digitized by Google

Brut. 21. 2. Post ludos quos Brutus edidit, ex bestiis quas magno numero coemerat, ἐκέλευσεν μηδὲν ἀποδόσθαι μηδ' ὑπολιπεῖν. Quod hinc sequitur, apertum est: solebant in venationibus parcere bestiis: certe non omnes trucidabantur. Est hoc quidem rationi consentaneum, sed hodie multi ludos, etiam sic nimis sanguinolentos, ita repraesentant ut multiplici caede eos inter legendum delectari dixeris. Non nova narro, sed multi praeiudicatam opinionem temere sequuntur. Exempla excitabo non optimorum principum, sed Caligulae et Neronis. De illo Suetonius c. 30: „Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: quum occidi iuberentur, unus, resumta fuscina, omnes victores interemit. Hanc ut crudelissimam caedem et deflevit edicto et eos qui spectare sustinuissent, exsecratus est." De Nerone autem legimus apud eundem c. 12: Munere quod in amphitheatro ligneo dedit, neminem occidit ne noxiorum quidem. Cap. 45 Augustus gladiatores sine missione edi prohibuit, et alibi quoque legimus eum crudelitatem perosum fuisse. Veluti, Ner. 4, ediderat Domitius munus gladiatorium, sed tanta saevitia ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere. Apud Friedlanderum autem in libro de Moribus Romanorum testimonia abundant, quibus probatur magis etiam quam gladiatoribus parci fuisse solitum rarissimis bestiis veluti hippopotamis et camelopardalis. Saevissimus imperator Commodus, ut narrat testis oculatus Dio Cassius LXXII 10, sua manu obtruncavit quinque hippopotamos, duos elephantos, aliquot rhinocerotas et camelopardalem; sed hoc ipsum enotatum fuit, quoniam singulare erat ac fiebat praeter solitum morem. Erant quoque multae domitae bestiae ostentui. Populus ille Romanus, qui in amphitheatrum convenerat, fateor, sitiebat sanguinem, sed humanam naturam non exuerat, non magis quam hodie Hispani in tauroboliis. Omnium instar laudabo Dionem Cassium XXXIX 38 de ludis quos ediderat Pompeius: λέοντές τε γὰρ πεντακόσιοι ἐν πέντε ἡμέραις ἀνηλώθησαν καὶ ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δ' οὐ πολλῷ ὕστερον. ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ δήμου παρὰ τὴν τοῦ Πομπηίου γνώμην, ἐπειδὴ τραυματισθέντες τῆς μάχης ἐπαύσαντο καὶ περιιόντες τάς τε προβοσκίδας ἐς τὸν

Digitized by Google

οὐρανὸν ἀνέτεινον καὶ ὠλοφύροντο. Ipse quoque Brutus, uti vidimus, noluit parcere bestiis: singulare hoc erat ac proinde memoriae est proditum. Nec deerunt eiusmodi loci ei qui in Friedlanderi libro legendo libero iudicio fruetur et attendet ad sequiorum scriptorum mendacia, quibus nullum genus fuit umquam maledicentius. Multi non reputant exoticas bestias non nisi insano pretio fuisse venales.

Brut. 26. 3. Ducebat C. Antonius copias suas ἐν χωρίοις ἐλώδεσι μακρὰν διεσπασμένας· tum Brutus impetum in eos fieri vetuit, ἀλλὰ περιίππευσε φείδεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων. Hic quaero an non rectius sit: παρίππευσε, sicuti legitur c. 31. 2: ὁ Βροῦτος παρίππευε δεόμενος βοηθεῖν. Itidem recte se habet c. 37. 1: περιελθόντες αὐτοὺς ἠνάγκασαν ἀποσῆναι. Sed. c. 41. 1: ἀπὸ τῶν ἑλῶν οἷς περιεστρατοπέδευον, certum esse dixerim: παρεστρατοπέδευον.

Brut. 28. 1: Βροῦτος δὲ τῆς Κικέρωνος τελευτῆς τῇ αἰτίᾳ φησὶν αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τῷ πάθει συναλγεῖν. Hoc recte; sed continuo sequitur: ἐγκαλεῖν δὲ τοῖς ἐπὶ Ῥώμης φίλοις, quod ἐγκαλεῖ scriptum oportuit. Notabile est c. 29. 4: Μᾶρκον δ' Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνοίας διδόναι δίκην· — κἂν μὴ νῦν ἡττηθῇ μετ' ἐκείνου, μικρὸν ὕστερον ἐκείνῳ μαχεῖται, ubi tamen μαχεῖσθαι tolerabile foret; sed Plutarchus maluit directa oratione uti.

Brut. 35. 1. Brutus L. Pellam Σαρδιανῶν κατηγορούντων ἐπὶ κλοπαῖς δημοσίᾳ καταγνοὺς ἠτίμωσε. Lege: δημοσίαις.

Brut. 40. 3: καὶ Βροῦτος μὲν ἐν ἐλπίσι καλαῖς καὶ λογισμοῖς φιλοσόφοις γενόμενος παρὰ τὸ δεῖπνον ἀνεπαύετο. Itane serio? Soli, credo, temulenti obdormiscunt παρὰ τὸ δεῖπνον· Bruti est corpus somno reficere μετὰ τὸ δεῖπνον.

Brut. 40. 3. Audi quid aliquando Brutus Cassio responderit, antequam apud Philippos copiae manus consererent: Νέος ὢν ἐγώ, Κάσσιε, καὶ πραγμάτων ἄπειρος οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν φιλοσοφίᾳ λόγον ἀφῆκα μέγαν. Ἠτιασάμην Κάτωνα διαχρησάμενον ἑαυτόν

Digitized by Google

et quae sequuntur. Haec verba quum fingeret Plutarchus, quam fuit de omni chronologia securus! Credere videtur Brutum imperitum adulescentulum fuisse quo tempore Cato manus sibi conscíverit; nunc autem annos et ingruentem senectutem simul cum canis capillis ei attulisse sapientiam. Nihil minus verum est. Quatuor annis ante, non pluribus, Cato perierat, quo tempore Brutus quadragesimum aetatis annum agens, iam ab ipso Caesare praefectus fuerat Galliae Cisalpinae, quam provinciam praeclare administravit, ipso Plutarcho iudice c. 6. 5 et Cicerone Orat. 10. 34. Plutarchus has temporum notationes tam bene tenere debuit, quam nos tenemus; sed nihil eius interest. Quod hic loquitur Brutus, tragica scena dignum est, quemadmodum tragicam scenam exornat c. 51. 2, ubi pronunciat illa Brutus: Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος πόνων, dum simul adspicit οὐρανὸν ἀςέρων ὄντα μεςόν. Non recordatur quadriennium non esse satis ad πραγμάτων ἐμπειρίαν conciliandam. Sequitur nos in Plutarcho legendo debere cavere ne eiusmodi mendaciunculis decipiamur. Scribit in vita Solonis c. 27. 2 de Solonis congressu cum Croeso: ἐγὼ δὲ λόγον ἔνδοξον οὕτω — οὔ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισι λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταςῆσαι τὰς ἀντιλογίας. Esto hoc: in Solonis vita multa obscura sunt, sed Ciceronis saeculum sat bene novimus et saepe etiam menses ipsique adeo dies, ne dicam annos, certa ratione constitui possunt. Dubitatur ad utrum regem Persarum Themistocles venerit, c. 27. 1, τοῖς δὲ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συνταττομένοις. Esto hoc; sed non reputat Plutarchus de Philippensi bello habere nos aequalium testimonia et chronologiam prorsus esse certam. Novit, Camill. 22. 1, non constare de anno quo Roma a Gallis capta fuerit; in vita Caesaris, in vita Antonii, in vita Ciceronis, in vita Bruti versatur in luce; saepe haec illi nihil videntur certiora quam illa. Utinam semper tenuisset quod sapienter disputat Pericl. 13. 15: Οὕτως ἔοικε πάντῃ χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱςορίᾳ τἀληθές, ὅταν οἱ μὲν ὕςερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ἐπιπροσθοῦντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱςορία τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα λυμαίνηται καὶ διαςρέφῃ τὴν ἀλήθειαν.

Digitized by Google

Brut. 47. 2. Quo die Antonius Cassium devicit apud Philippos, eodem die Bruti naves victoriam reportarunt de adversariorum classe, quae ex Italia in Graeciam adnavigabat. Clade cognita Antonius et Octavianus ἔσπευδον διὰ μάχης κριθῆναι πρὶν αἰσθέσθαι τὸν Βροῦτον ὅσον αὐτῷ γέγονεν εὐτυχίας. Tandem vicesimo die, quum iam pararet in campum descendere, ei nuncius allatus fuit. Τύχῃ δὲ τινι μᾶλλον ἢ κακίᾳ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἡγεμόνων ἠγνόησε τὸ κατόρθωμα Βροῦτος ἡμερῶν εἴκοσι διαγενόμενων. Et per se hoc spatium viginti dierum incredibile est scribitque Plutarchus ipse Anton. 22. 3: ὀλίγων δ' ἡμερῶν διαγενομένων, πάλιν ἐμαχέσαντο. Itidem Velleius scribit II 70: „post paucos deinde dies, Brutus conflixit cum hostibus". Transfuga primus Bruto nunciavit victoriam et in bellis civilibus haud exiguus semper fuit transfugarum numerus, veluti c. 39. 3: dicemusne transfugam illum praemium ut captaret per trinundinum otiosum sedisse in castris Antonii? Quum meminerim H et K crebro fuisse confusa, malo equidem cogitare de spatio *octo* dierum. Itaque duodecim diebus prius pugnatum fuit, quam antea creditum est.

Brut. 50. 2: προσαχθεὶς μάλα τεθαρρηκὼς εἶπεν. Melius est, uti arbitror, τεθαρρηκότως.

Comp. Dion. c. Brut. 3. 1. Describitur Dio ὧν αὐτὸς ἐβουλεύετο τοῖς πράγμασιν ἄριστα χρώμενος. In libris est ἐβούλετο, quod praestabit refingere ut fiat: ἐλάβετο.

Artax. 9. 1: ὦ τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρου καταισχύνων. Expungendum est proprium Cyri nomen eademque medicina utendum c. 15. 3: ὦ τᾶν, ἔφη, Μιθριδάτα, collato capitis initio: τί λαμπρόν, ὦ τᾶν, ἢ μέγα.

Artax. 11. 4. Non satis constat quomodo Cyrus minor in pugna apud Cunaxa perierit. Xenophon, qui ipse non affuit, versabatur enim in alia pugnae parte, rem tribus verbis absolvit; pluribus Dino descripsit quomodo frater regis alia super aliam plaga accepta conciderit; Ctesias autem, qui ipse pugnae inter-

Digitized by Google

fuit, copiosissime retulit ut Cyrus haud uno letali vulnere confectus, tandem παίων πρός τινι λίθῳ τὸν τετρωμένον κρόταφον animam efflaverit. Plutarchus magis Dinoni favet quam Ctesiae, nec miror; nam cum circa vulneratum regem Artaxerxem Ctesias occupatus esset, videre certe non potuit in tanto tumultu, quomodo Cyrus mortem obierit et colligimus eum audacter aliquid commentum fuisse quod lectores alliceret, nam apud Persas, quod infra apud Plutarchum legimus, nemo erat qui pro certo posset affirmare cuius manu Cyrus obtruncatus esset. Dino ille Colophonius, quem Plutarchus potissimum sequitur, pater fuit celeberrimi historiarum scriptoris Clitarchi. Vere iudicat Wachsmuthius in libro de Vetere Historia p. 473: „Er scheint das Buch des Ktesias zeitgemäss überarbeitet oder abgeändert oder ergänzt zu haben". Illa quoque probo quae statuit Mullerus Fragmt. Hist. Gr. II p. 88: „Novisse Dinonem et manibus trivisse opus Ctesiae non dubito: immo plurima eorum quae in Vita Artaxerxis Plutarchus contra fidem Cnidii morumque probitatem affert, ex Dinone nostro fluxisse arbitror vereorque ne hoc obloquendi et detrectandi studio auctoritatem Dino apud multos sibi pepererit". Itaque postquam Plutarchus primum ex Dinone breviter de morte Cyri retulit, deinde longas Ctesiae ambages descripsit et τοιοῦτος μέν, inquit, ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνήρηκεν. Lepide hoc dictum est, sed Plutarchus qui semper τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς, etiam sicubi refert acute dicta Ciceronis et aliorum, non solet eiusmodi leporibus opus suum condire et commendare. Itaque ausim contendere hanc quoque esse Dinonis sententiam a Plutarcho descriptam. Itidem severum de Clearcho iudicium a Dinone repeto.

Artax. 12. 1: χαίρων φράζει, ὡς αὐτὸς ἴδοι τεθνηκότα Κῦρον. Lego: χαίρειν, i. e. regem bono animo esse iussit.

Artax. 13. 2: ὁ Κτησίας φιλότιμος ὢν καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος. Lege: ὡς φιλοκλέαρχος, de quo Clearcho scilicet Dino tam severe iudicavit.

Artax. 17. 1. Parysatis filio συνέπαιζεν καὶ τῶν ἐρωτικῶν ἐκοι-

Digitized by Google

νώνει συμπράττουσα καὶ παροῦσα. Aliquanto decentius erit: παρορμῶσα.

Artax. 18. 3. Explodit Plutarchus fabulam a Ctesia traditam de Statira ab socru veneno sublata. Omnes conspiravisse videntur ad elevandam Ctesiae auctoritatem, nam nunc certe non Dino est auctor quem sequitur; hic enim, quod statim apparet, de veneficio ferme eadem retulerat quae Ctesias. Sed locus utilis est ad intelligendum quam bene praeparatus Plutarchus ad historiam scribendam se accinxerit: etenim per integrum nec nimis breve caput exsequitur historiolam, quam ante dixerat commenticiam esse. Sed adulescens credo Artaxerxis vitam composuerat; nam etiam stultiora leguntur c. 23.

Artax. 22. 3. Est de pace Antalcidae iudicium: ἡ δὲ δόξα τῆς Σπάρτης προαπώλετο ταῖς ὁμολογίαις ἐκείναις. Requiro: παραπώλετο.

Artax. 22. 5. De Timagora Atheniensi eadem fere legeramus Pelop. 30, vide supra. Rex proditorem magnificentissime dimisit deditque praeter alia multa κλίνην καὶ ῥώματα καὶ τοὺς ῥωννύντας καὶ Φορεῖς τοὺς κομίζοντας αὐτὸν μέχρι θαλάσσης μαλακῶς ἔχοντα. Miror interpretes quos consului, hunc locum non adscripsisse ad Aristoph. Acharn. 70: ἐφ' ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι.

Artax. 24. 1. Suscipit Artaxerxes expeditionem adversus Cadusios, sed conflictandum fuit cum extrema penuria. Οὐδὲν γὰρ ἐδώδιμον ἦν λαμβάνειν οὐδ' ἔξωθεν ἐπεισάγεσθαι, τὰ δ' ὑποζύγια μόνον κατέκοπτον, ὧς' ὄνου κεφαλὴν μόλις δραχμῶν ἑξήκοντα ὤνιον εἶναι. Τὸ δὲ βασιλικὸν δεῖπνον ἐξελείφθη· καὶ τῶν ἵππων ὀλίγοι περιῆσαν ἔτι, τοὺς δ' ἄλλους ἐσθίοντες κατηναλώκεσαν. Hic primum difficile est non meminisse eorum quae leguntur 4 Regg. 6. 25: καὶ ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐν Σαμαρείᾳ· καὶ ἰδοὺ περιεκάθηντο ἐπ' αὐτὴν ἕως οὗ ἐγενήθη κεφαλὴ ὄνου πεντήκοντα ἀργυρίου. Sed hoc nobis miraculo est, milites adeo abhorruisse ab carnium usu. In expeditione Alexandri in Gedrosiam, Curt. 9. 10. 10, quum omnium rerum inopia esset, primum solatio fuerunt radices

Digitized by Google

palmarum; sed quum haec quoque alimenta defecerant, iumenta caedere aggressi, ne equis quidem abstinebant. Eadem Arrianus tradit Exp. Alex. VI. 25. Similia quoque Strabo XV c. 2. Apud Procopium Bell. Goth. III 36 p. 435. 9 legimus milites mori maluisse quam vesci carne equina, quam magis etiam eos aversatos fuisse dixeris asinina carne. Mirum hoc eoque magis mirum, si verum est quod traditur, Napoleontis milites in extrema inopia in Russia ne ab humana quidem carne temperavisse. Alios locos eodem pertinentes dedi *Mnem.* 1893 p. 7.

Artax. 24. 2: φθονεῖν ἀλλήλοις νομίζοντες. Emendandum: φθάνειν ἀλλήλους, cf. Anton. 16. 3 et Demetr. 50. 2.

Antax. 26. 4. Narrat Plutarchus quomodo Cyrus Aspasiam minorem adamaverit. Postquam cognovit quam esset pudica virgo, προσεῖχεν ἀρξάμενος αὐτῇ καὶ μάλιστα πασῶν ἔσερξε. Legendum est: προσεῖλκε δραξάμενος αὐτήν, quemadmodum dixi *Mnem.* 1893 p. 10, ubi examinavi anilem fabulam, Aspasiam illam ab rege captam fuisse et pellicis loco habitam, donec quadraginta annis post ab filio Dario expeteretur.

Arat. 6. 4: οἱ κατάσκοποι πάντα ὁρῶντες ἐξηπάτηντο. Melius: ἐξηπατῶντο.

Arat. 9. 4: ὀσάκις τύχοι κόσμου καὶ συντάξεως ὁμοφρονούσης. Non de Achaia hoc dictum est, sed de Achaeis: unde malo: τύχοῖεν.

Arat. 17. 1: ἡ δ' Ἀντιγόνου σπουδὴ περὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀπέλιπε πάθει τῶν ἐμμανεσάτων ἐρώτων. Correxeram: τῶν ἐμμανέσατα ἐρώντων et ante me nisi fallor etiam alii in idem inciderunt. Tamen ea suspicio stare non potest, nam imitatur scriptor Platon. Legg. V p. 734 A: ἐπιθυμίας τε καὶ ἔρωτας ὡς οἷόν τε ἐμμανεσάτους παρεχόμενον. Est quoque in Moralibus locus, p. 745 F, ubi Platonis idem locus respicitur. Menandri locus est Moral. p. 525 A, quem Cobetus restituit *Mnem.* 1854 p. 392.

Digitized by Google

Arat. 18. 3: ὡμολόγησεν ἀποπειρᾶσθαι τοῦ Διοκλέους. Lege cum Corae: ἀποπειράσεσθαι.

Arat. 25. 3: Χαριμένους δὲ τοῦ μάντεως προσλαβόντος ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄνθρωπον. Mire hoc dictum est; certe belluam sibi sociam adsciscere non potuit. Malo: ἄλλον.

Arat. 25. 4: ἔγκλημα κατεσκευακὼς τοῖς Ἀχαιοῖς ὡς ἐν εἰρήνῃ πόλεμον ἐξενηνόχασι. Paulo rectius videtur: ἐξενηνοχόσι.

Arat. 29. 5. Antequam pugnam iniret, Arato ventris fluxio molesta esse solebat. Non semel hoc ei accidit, sed saepius: ἀεὶ δὲ ταῦτ' ἔπαθε παρὰ τοὺς ἀγῶνας, sicuti legitur ad calcem capitis. Plutarchi verba interpres ita reddidit: „Magnam quidem partem cavillorum dicteriorumque et scurrilium insectationum, quibus eum adulatores tyrannorum traducebant, *refutavit*, qui in gratiam dominorum dictitare solebant duci Achaeorum tempore praelii alvum conturbari." At nihil horum refutare potuit Aratus, nam verissimum erat. Videamus igitur quid sit in Graeco textu: τὸ μὲν οὖν πολὺ τῆς διαβολῆς καὶ λόγους καὶ σκώμματα καὶ βωμολοχίας παρείλετο τῶν κολακευόντων τοὺς τυράννους κτἑ. Quid tandem est παρείλετο? Nemo dixerit. Certum iudico: παρείχετο, quod etiam sine interprete intelligimus. Praeterea lepidum est videre quomodo interpres reliqua verterit. De Arato dictitabant in aula, instructa acie ὡς πυθόμενος τῶν ὑποστρατήγων καὶ λοχαγῶν μή τις αὐτοῦ χρεία παρόντος (βεβλῆσθαι γὰρ τοὺς ἀστραγάλους) ἀπέρχοιτο καραδοκήσων πόρρωθεν τὸ συμβησόμενον. Etenim rogabat, uti legimus in versione, ecquid sua praesentia opus foret; nam VERTEBRAS ESSE VULNERATAS! Haud vidi magis. Cf. Artax. 17. Brut. 40.

Arat. 32. 1. Pellene stabat in aede Dianae virgo nobilis κάλλει καὶ μεγέθει σώματος εὐπρεπής, quae civium et hostium oculos in sese convertit. Itaque non ea fuit εὐπρεπής, sed ἐκπρεπής.

Arat. 50. 1. De Arati filio legimus: ἐδόκει δ' ὁ νεανίσκος ἐρᾶν τοῦ Φιλίππου· καὶ τότε λέγων εἶπε πρὸς αὐτόν, ὡς οὐκέτι καλὸς

Digitized by Google

ἔτι φαίνοιτο τὴν ὄψιν αὐτῷ τοιαῦτα δράσας. Nonne elegantius erit ψέγων εἶπε?

Arat. 53. 3: ῥόφιον οὐχ ὅλον λευκὸν ἀλλὰ μεσοπόρφυρον. Melius erit: ὁλόλευκον.

Galb. 2. 1: ὥσπερ εἴρηται. Itaque superiore capite Nymphidii nomen excidit; hic enim milites docuerat τοσοῦτον ἐλπίζειν ἐπὶ μεταβολῇ Καίσαρος ὅσον αὐτὸς ὑπέσχετο.

Galb. 3. 2: λέγεται δὲ σὺν ὀλίγοις ἐπαινεθῆναι. Lege: ἐν ὀλίγοις sicuti c. 19. 2: ἐν ὀλίγοις διεφθαρμένος.

Galb. 3. 2. Supplendum: τὸ δ' εὔκολον αὐτοῦ τῆς διαίτης — αἰτίαν ἔσχεν μικρολογίας, (δι') ἣν ἔωλόν τινα τάξιν εὐταξίας ἔφερε.

Galb. 5. 3: ἀκούσας ὅσα Νέρωνος ἦν ἐν Ἰβηρίᾳ κηρύττων εὕρισκε πολλούς προθυμοτέρους ὠνητάς. Lege: πολλῷ.

Galb. 11. 2: καὶ ὅλως αἴσθησιν αὐτοῦ κατὰ μικρὸν ὑπὸ τῷ Οὐινίῳ γενησομένου παρεῖχεν ὁ πρεσβύτης. Lego: ἐπὶ τῷ Οὐινίῳ.

Oth. 2. 2. Legimus de fato quo Tigellinus perierit: ἐδεήθη δὲ ὑπομεῖναι ἕως ἂν ἀποξύρηται τὸ γένειον καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαιμοτόμησεν. Supple: (ξυρὸν) λαβών.

Oth. 3. 5. Coenitabant apud Imperatorem octoginta senatores cum uxoribus suis; superveniunt Ostia milites ira in convivas accensi, quippe Caesaris inimicos. Eos Otho δι' ἑτέρας θύρας ἀφῆκε καὶ μικρὸν ἔφθησαν ὑπεκφυγόντες διὰ τῶν μισθοφόρων ὠθουμένων εἰς τὸν ἀνδρῶνα. Intelligi haec nequeunt, sed Tacitus Histor. 1. 82 lucem dabit: „militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus, quominus convivium inrumperent." Uti vides, milites irruperunt per (διὰ) *fores Palatii* et genetivus absolutus est: τῶν μισθοφόρων ὠθουμένων. Ipsum nomen quod Plutarchus usurpavit, non praestabo. Cf. Galb. 24. 2: διὰ τῆς Τιβερίου καλουμένης οἰκίας καταβάς.

Digitized by Google

Oth. 4. 4. Inundavit Tiberis πολὺ μέρος τῆς πόλεως, πλεῖσον δ' ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον. Tacitus loquitur tantum de inopia quaestus et penuria alimentorum; sed corruptorum verborum sententia pellucet. Multi correctionem tentarunt, sed nihil attulerunt quod mihi placeat. Commendabo: ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διατελοῦσι σῖτον ἀλοῦντες. Molendarii stationem habebant in Ianiculo et molas aquarias agitabat aqua ex lacu Sabatino derivata. Molas in ipso flumine Tiberi Belisarius demum navigiis iunctis collocavit, cf. Becker. Antiqq. Rom. V. 2. 31 et Iordan. Rom. Topogr. 2 p. 345. Disertus est Procopii locus Goth. 1. 19: τούτου δ' ἀντικρὺ τοῦ χωρίου ἐκτὸς τοῦ Τιβέριδος λόφον τινὰ μέγαν ξυμβαίνει εἶναι, ἔνθα δὴ οἱ τῆς πόλεως μύλωνες ἐκ παλαιοῦ πάντες πεποίηνται, ἅτε ὕδατος ἐνταῦθα πολλοῦ διὰ μὲν τοῦ ὀχετοῦ ἀγομένου ἐς τὴν τοῦ λόφου ὑπερβολήν, ἐς τὸ κάταντες δὲ ξὺν ῥύμῃ μεγάλῃ ἐνθένδ' ἰόντος. Molae erant, uti coniicio, magno numero aliae supra alias collocatae longa serie et credibile est inferiores tantum submersas fuisse, si quidem vere contendit Iordanus fuisse molinas olim ubi ad hunc usque diem perdurarunt. Quantum incrementi Tiberis aliquando capiat, Iordanus dicet 2. 135. Loca quae dixi plerumque secura, sed Tiberis supra solitum creverat. Auctor est Tacitus I 86: „proruto ponte sublicio ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca sed secura eiusmodi casuum implevit." Horrea cum Prellero et Iordano nolim intelligere, nam haec quidem magno numero erant, circa tercenta fortasse, et Plutarchus unum certum locum indicat. Nihil est cur de porticu Minucia cogitemus cum Iordano, p. 129.

Oth. 16. 1. Cocceii, fratris filii, adoptionem distulerat Otho, ὅπως συνάρχοι κρατήσαντος αὐτοῦ, μὴ προσαπόλοιτο πταίσαντος. Amat Plutarchus hoc dicere: παραπόλοιτο. Libri habent προαπόλοιτο, Schaeferi est προσαπόλοιτο, sed vide supra ad Artax. 22. 3.

Digitized by Google

QUISQUILIAE II.

SCRIPSIT

J. W. BECK.

PORRO = ANTEA, SUPRA, PRIUS.

Apul. Met. I 5: *verum quod inchoaveram, porro exordiar* (= supra repetam). His verbis Aristomenes hortante Lucio fabulam, quam coeperat, remetitur longius tamen repetens (cf. I 4 ex.: *sed iam cedo, tu sodes quam coeperas fabulam remetire*). Vocabulum porro (*πόρρω*) eius familiae est, quam Uehlenbeckius in lex. scr. tractavit s. v. páras, unde luce clarius apparet ex significatione 'verder', quae etiam in *porro* latet, posse oriri significationes 'vroeger' et 'later' [1]) (cf. *olim* in gindschen tijd, tum 'vroeger' tum 'later'). De sensu futuro ad Handii Turselinum relegare satis erit. Verum de hac significatione *antea, prius, supra* tacet et hic liber Handii et quotquot inspexi libros, qui de eiusmodi rebus tacere non debuerunt, etsi ne scriptoribus quidem optimae, ut ita dicam, aetatis ignota esse poterat neque fuit; Ovid. Fasti I 633:

> Porrima placatur Postvertaque, sive sorores
> sive fugae comites, Maenali diva, tuae.
> altera quod *porro* fuerat, cecinisse putatur,
> altera, versurum *postmodo* quicquid erat.

1) Cf. apud Uehlenb. l.l. parút, purás et purā. Constat igitur idg. *per-, *pər-, *pr̥- et ad tempus praeteritum spectare; e. g. voc. gotic. eiusdem radicis faírneis (oud), af faírniu jera = van 't *vorige* jaar. Inest autem in voc. *porro* por-, quod in l. Lat. his radicibus respondet. — Ne patrium sermonem omittam, adiungam nostrum 'over' (= post), quod nonnullis Hollandiae locis = *ante*.

Digitized by Google

Ovidium perperam explicasse naturam harum dearum statim videmus. Quamquam *porro* hoc loco de tempore praeterito dici nemo neget. Denique hanc significationem etiam invenisse mihi videor apud Cic. Sen. 13: *saepe audivi a maioribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium* ..... quem locum ita verto: die beweerden, dat zij het vroeger als knapen van bejaarde menschen hadden vernomen.

DISTENTARE VEL DISTENNARE.

Apul. Met. 1, 13 *At bona Panthia 'quin igitur' inquit 'soror, hunc primum bacchatim discerpimus vel membris eius destinatis virilia desecamus.'*

Ex Plauti Militis versibus 1395 et 1407 elucet in hoc opere plebem uti suis vocabulis: *facite inter terram atque caelum actutum sit: discindite* et vs. 1407: *dispennite hominem divorsum et distennite* [1]), quae a Plauto ex ore vulgi infimi excepta sunt. Hoc autem loco Panthia, comes illa Meroes cauponae cuiusdam, loquitur; quae, si dixisset 'membris eius *destinatis* virilia desecamus', neque recte neque vulgi ex consuetudine esset locuta [2]). Quid magis tali mulierculae dignum erat quam illa vox 'distentatis', quod, quia gravius sonat quam 'distentis', vulgo maxime placebat. (cf. et *detentare* C. Theod. VI 4, 21, 5; XI 20, 3). Sed veri similius est 'destinatis', quod hoc est loco, ortum esse ex 'distenatis' quam ex 'distentatis'. Habemus *dispendo — dispenno*, *grundio — grunnio* [1]), *distendo — distenno*, habemus *consternere — consternare, spernere — aspernari, στάνω — destinare;* nonne habere possumus *distennere — *distennare?*

---

1) G.L.K. I 370, 28. Seelmann, Ausspr. p. 312.

2) *destinare* nimirum est *vastbinden* (cf. Ap. Met. 6, 27 lorum, quo fueram destinatus, abrumpo). At hic crura non destinantur, sed distenduntur.

Digitized by Google

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ἐπιτάφιος λογος et ὑπερ ευξενιππου. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello περι γυμναστικης. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. C. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888. 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—99. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

Digitized by Google

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO ANTEHAC E. J. BRILL.

Digitized by Google

INDEX

	Pag.
De fragmentis Ennianis a Paullo Merula editis, scripsit P. I. Blok.	1—12.
Aedilem gero = aedilitatem gero, scripsit J. W. Beck .	12.
Ad Aeschyli Agam. vs. 25 sqq., scripsit I. C. Vollgraff.	13—15.
Apulei Floridorum fragmentum XVIum, scripsit J. van der Vliet.	16—23.
Ad Anthologiae Graecae librum VII, scripsit H. van Herwerden.	24—49.
Ad Tertullianum, scripsit J. W. Beck	49.
Thucydidea (*contin. e T. XXVI p.* 334), scripsit I. C. Vollgraff	50—61.
Ad Apuleium, scripsit J. W. Beck	61.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXVII pag.* 284), scripsit J. C. Naber S. A. fil.	62—84.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia, scripsit S. A. Naber	85—117.
Ad papyros Graecos, scripsit H. van Herwerden . . .	118—128.
Emendatur A P. VII, 495, 3, scripsit H. v. H.	128.
De prouinciis consularibus § 4, scripsit J. v. d. V.. . .	128.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia (*contin. ex pag.* 117), scripsit S. A. Naber	129—156.
Babriana, scripsit H. van Herwerden	157—175.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis, scripsit J. van IJzeren.	176—200.
Ad Aristophanis Equites observationes, scripsit J. van Leeuwen J.f.	201—225.

Digitized by Google

Pag.

Ad Tacitum, scripsit C. M. FRANCKEN . . . . . 226—227.
Pro M. Caelio § 5, scripsit J. v. d. V. . . . . 227.
De Heliaeis Atheniensibus, scripsit J. VÜRTHEIM . . . 228—236.
ΠΟΛΤΤΡΟΦΟC — ΠΟΛΤΦΟΡΟC, scripsit J. v. L. . . . . 236.
De Ezechiele poeta Iudaeo, scripsit K. KUIPER . . . . 237—280.
Varroniana, scripsit C. M. FRANCKEN . . . . . 281—297.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis (*contin. ex pag.* 200), scripsit J. VAN IJZEREN . 298—328.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia (*contin. ex pag.* 156), scripsit S. A. NABER . . . . . 329—364.
ΑΝΗΛΙΠΟ(Τ)Σ, scripsit B. v. H. . . . . 364.
De scytala Laconica, scripsit J. H. LEOPOLD . . . . . 365—391.
Ad Aristoph. Av. vs. 1247, scripsit J. v. L. . . . . 391.
Ad Aeschyli Eumenides, scripsit H. VAN HERWERDEN . . 392—395.
Praesensio veri, scripsit C. M. F. . . . . 395.
Ad titulos quosdam Rhodios nuper repertos, scripsit H. VAN GELDER . . . . . 396—403.
Ad Geoponica, scripsit H. VAN HERWERDEN . . . . . 404—421.
Varroniana (*contin. ex pag.* 297), scripsit C. M. FRANCKEN. 422—435.
Ad Xenoph. de Venat. VIII 1, scripsit J. v. L. . . . . 435.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag.* 84), scripsit J. C. NABER S. A. FIL. . . . . 436—451.
Ad Aristoph. Acharn. vs. 927, scripsit J. v. L. . . . . 451—452.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FEB 10 1900
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

Digitized by Google

INDEX.

Pag.

De fragmentis Ennianis a Paullo Merula edi[tis], scripsit P. I. Blok . . . . . 1—12.

Aedilem gero = aedilitatem gero, scripsit J. W. Beck . . . . . 12.

Ad Aeschyli Agam. vs. 25 sqq., scripsit I. C. Vollgraff . . . . . 13—15.

Apulei Floridorum fragmentum XVIum, scripsit J. van der Vliet . . . . . 16—23.

Ad Anthologiae Graecae librum VII, scripsit H. van Herwerden . . . . . 24—49.

Ad Tertullianum, scripsit J. W. Beck . . . . . 50—61.

Thucydidea (*contin. e T. XXIV p.* 334), scripsit I. C. Vollgraff. . . . . 61.

Ad Apuleium, scripsit J. W. Beck. . . . . 62—84.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXVIIpag.* 284), scripsit J. C. Naber S. A. fil. . . . . 85—117.

Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia, scripsit S. A. Naber. . . . . 118—122.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Ca[lendis] Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

DE FRAGMENTIS ENNIANIS A PAULLO MERULA EDITIS.

SCRIPSIT

P. I. BLOK.

HARVARD COLLEGE
FEB 10 1909

Robertus Fruinius noster, vir praestantissimus, de patriae nostrae historia unice meritus, Cobeti Pluygersiique intimus amicus, cum paulo ante mortem in diario c. t. „Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis" [1]) de Angeli Merulae egregii illius martyris, quem, sacrosancto ministerio Heenvlietiae prope Briliam functum, post diuturnum iudicium Inquisitio Montibus in Hannonia ad rogi ignem damnavit, tristissima ageret sorte, auctore usus est Paullo Merula, martyris fratris nepote, claro illo professore et bibliothecario Universitatis Leidensis. Hic enim libro nno 1604 edito, c. t. Historia Tragica, et patris sui et ipsius artyris schedis excussis, illius casus enarravit. Ex hoc ergo nte hauriens de Angelo Merula fuse accurateque disputavit ruinius, atque sic nata est suprema praeclari historici comentatio, quae quantum in illo fuerit acumen criticum egregie clarat.

Quam suis laudibus ornans v. d. Kan, Gymnasii Erasmiani ctor emeritus, tamen quaedam a Fruinio parum recte disputa contendit [2]): praesertim autem hac in re Fruinium errasse od Paulli Merulae libro fidem habuerit. Paullus enim Merula mnunc vulgo putatur finxisse Ennii fragmenta quaedam,

[1]) 3de Reeks X p. 205 sqq.

[2]) I. B. Kan, Paullus Merula, in „Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis" . I, p. 101 sqq.

Digitized by Google

quae sua Ennii editione (in lucem ea prodiit a. 1595) primus protulit.

Hoc autem crimen, quod Merulae moverant Hermannus, Ritschelius, Hochius alii, a Lawickio dissertatione „de fraude Merulae" pertractatum, subscribentibus postea Vahleno, Luciano Muellero, omnibus denique fere viris doctis, iam ante viginti annos Kanium moverat ut cum Fruinio in certamen descenderet. De Erasmi „Compendio Vitae" a Merula edito tunc agebatur: genuinum illud opus esse firmiter Fruinius defenderat, pertinaciter negabat Kanius. Nunc ultra iam Kanius progreditur, Merulamque, a quo ficta et Enniana fragmenta et Erasmianum Compendium censet, etiam in Historia Tragica conscribenda fraudem commisisse, lege Cornelia de falso teneri, nulla fide dignum esse, nisi quae tradat aliunde confirmentur, declarat.

Post mortem Fruinii nova haec Kanii disputatio in lucem est emissa; itaque ego, cui haec quaestio permagni esse momenti videretur — hoc enim quaerebatur validone an infirmo fundamento suprema Fruinii niteretur disquisitio — accurato eam subieci examini, quod et ad fragmenta Enniana et ad Historiam Tragicam et ad Compendium Vitae pertinebat [1]). In quo instituendo magno mihi uti licuit epistolarum numero, a Merula et ad Merulam partim Latine partim Belgice scriptarum, quae hactenus aut in tenebris latuerant aut certe parum innotuerant; servantur eae Leidae, Oxoniae, Amstelodami, Traiecti ad Rhenum, alibi. Quas omnes ut consulere possem (est earum numerus fere ad ducentas) amica opera viri doctissimi S. G. de Vries, Universitatis Lugduno-Batavae Bibliothecarii, et praestantissimorum virorum, quorum curis Bibliothecae Bodleiana et Amstelodamensis commissae sunt, quique Traiecti tabulario Cleresiae Episcopalis praesunt, multorum denique privatorum, qui nunc illarum nonnullas possident, benevolentia mihi contigit.

Nova ex his epistolis affulget lux, ad quam et ipsum illum Historiae Professorem Leidensem et studia eius multo melius quam antea cognoscere possumus. Facultatem enim nobis praebent — id quod in maiore mea disputatione, quam supra no-

1) Bijdr. 4de R. I, p. 115 sqq.

Digitized by Google

minavi, demonstrare conatus sum — discendi quam candidis sinceris placidis moribus fuerit vir ille, tot tantisque criminibus petitus, quanti et ipsum et doctrinam eius aequales posterique fecerint, quanta eius fuerit in disquirendo diligentia, quamque severa ratione semper usus sit. His epistolis perlectis sine ulla dubitatione (nam hoc illic demonstrasse mihi videor) respuere iam possumus crimen illud, quod ad Compendium Vitae pertinet; neque ulla, meo saltem iudicio, iam relinquitur causa idonea cur Historiae Tragicae, quam suspectam Kanius habet, fidem denegemus. Ad Enniana fragmenta quod attinet, quae de illis disputavi amicis meis, qui antiquis literis dant operam, eiusmodi visa sunt ut suum sibi in Mnemosyne locum habere deberent. Pergratum ergo mihi fuit quod Hartmanus, collega amicusque meus, illam commentationis meae partem, quae de Ennianis agit fragmentis, Latine vertendi negotium suscipere voluit. Qui ea quoque cognoscere cupit, quae de Compendio et de Historia Tragica disputavi, is diarium c. t. „Bijdragen" adeat: ibi omnia uno corpore comprehensa inveniet. Mnemosynae lectoribus disputationem de Ennii fragmentis offerre satis visum est. Haec enim fortasse aliquando efficiet ut philologus ille Batavus, qui iam per quinquaginta fere annos falsarius audit, aut in integrum restituatur, aut saltem ad novum perducatur iudicium. Hoc unum moneo me in Latinis literis non adeo versatum esse ut de sermone metroque fragmentorum quidquam ipse affirmem; quare hosce mihi fines statui ut illa praesertim perpenderem quae Kanius, Lawickius, Merulam mendacii arguentes, de illorum origine contenderunt. Plura, ut opinor, ab eo qui in Historia Patriae tabernacula posuerit neque posci neque exspectari possunt.

Hochio et aliis acerrimis Merulae adversariis concedendum fuit primum fragmentorum illum esse sermonem eosque numeros, ut hoc certe nomine in suspicionem vocari non possint. Quamquam Lawickius [1]) huius argumenti vim infringere conatur observando non difficile esse versus quamvis negligenter scriptos tamquam Ennianos iis probare quibus „arte rudis" Ennius

1) De Fraude Merulae p. 2.

Digitized by Google

videatur, et ipse sermonem numerosque fragmentorum Merulanorum aggreditur; deinde iamdudum apparuisse fontium, e quibus se nova hausisse fragmenta Merula narrat, quosque „obscuros" Lawickius vocat, unum alterumque minime turpi isto nomine dignos esse. Adest Cornuti (auctioris) codex Vulcanii, ad quem Merula provocat [1]); praesto est in Bibliotheca Leidensi inter Vulcanii codices, omnesque exhibet versus Ennii, quos inde se petiisse Merula declarat [2]). Servii editio quam a. 1600, ergo 5 annis post Merulae Ennium, curavit Danielus, omnia illa fragmenta habet, quae Danielis codici assignat Merula [3]).

Codicum ergo, quos tamquam fontes suos nominat Merula, duo supersunt etiam, atque hi testimonio suo eum adiuvant; licet ergo etiam in illis duobus aliquid spei reponere, qui latent etiam sed fortasse aliquando in lucem protrahentur: Calpurnium Pisonem dico et Glossaria Fornerii. Interea iam ex epistolis nostris proferre aliquid possumus, quod argumenta, quibus Merulae fragmenta in suspicionem vocantur, aut plane removet aut certe admodum labefactat. Neque Lipsius [4]), neque Scaliger, neque Heinsius neque Vossius, Scriverius, Vulcanius, nemo denique e viris illis acutissimis, qui ante Hermannum Lawickiumque Latinis literis per tantam annorum seriem vel in patria nostra vel apud exteros operam dederunt, vel levissima fraudis suspicione Merulam tetigerunt umquam. Quae res quamquam quaestionem nostram non dirimit, tamen admonere nos potest, ut crimina illa, quae nunc denuo a Kanio tam confidenter pronuntiantur, caute prudenterque accipiamus.

Iam hoc fere modo Merulae editio nata est.

Anno 1590 Iustus Lipsius, praeclarus ille historicus et litera-

---

1) Ad Ennium Comm. p. 66.

2) Kisselius, Specimen Criticum continens Auli Persii Flacci — collationem (Zalt-Boem. 1848 p. 5/6). Superest epistola in qua Merula a Vulcanio petit ut sibi illius codicis faciat copiam, his verbis: „lectio sola mihi deest ad absolvendos et in lucem mittendos Ennii Annales". Annus diesque hac epistola non indicantur, sed videtur esse anni 1594 exeuntis. (Bibl. Leid. ms. Vulc. 105 b).

3) Law. de Fraude Merulae p. 3.

4) Lipsii superest epistola, data die 20 M. Apr. a. 1605, in qua Merulae Ennius egregiis ornatur laudibus (Bibl. Leid. ms. B. P. L. 885).

Digitized by Google

rum Latinarum cultor, subito Leida in Neerlandiam Hispanicam profectus est, atque mox Lovaniae profiteri coepit. Tunc Paullo Merulae, qui hactenus Hagae Comitum „advocatus apud Aulam Hollandiae" fuerat, sed semper antiquitatis studia in deliciis habuerat, historiae professio mandata est. Qui statim se adcinxit ad aliquam editionem parandam, qua se dignum praestaret illa Academia, quae iam tum eximiis artis criticae laudibus florebat. Ex omnibus autem scriptoribus Ennium elegit [1]), iamque suam editionem prelo mandaverat, cum in manus eius venit idem poeta a Columna a. 1590 in lucem emissus. Quam editionem cum praestantissimam esse lubenter agnosceret, „iam coeptam lucem ab Annalibus Ennii amovere" (ipsius haec verba sunt in praefatione) volebat: sed ut opus inchoatum absolveret amici perfecerunt monentes non solum aliud esse ipsius consilium atque Columnae fuisset, sed etiam ipsi esse fragmenta „quae ab summo viro non omissa vel neglecta sed invisa" essent.

Haec Merula „ad Lectorem" sui libri. Contendunt autem viri docti illa antehac ignota fragmenta, quae ex Calpurnio Pisone et Glossariis Fornerii petita dicuntur, quaeque a. 1590 a Merula sunt edita, nulla unquam fuisse sed ficta esse a Merula ut Columnae palmam praeriperet.

Videamus ergo de utroque fonte suspecto quid ipse in epistolis nostris narret et quid dicant alii.

Pisonis codicem, qui quid continuerit in praefatione Merula ponit, sibi monstratum dicit circa annum 1584 a Wolfgangio Zindelin [2]), quem ipse vocat „Germanorum principum nomine Venetiis agentem" [3]); de quo homine et munere haud dubie etiamnunc indagari aliquid potest; is autem Merula teste in

---

1) Haud dubie vere anni 1592 Ennio operam dabat Merula (Beaumontius ad Merulam dd. 27 Martii 1592, in ms. Bibl. Leid. XVIII n° 747). Cf. etiam Gabbema Epist. clar. vir. p. 653, ubi Merula a D. Cantero petit ut si qua habeat Ennii fragmenta ad se mittat (13 April 1592). Apparet ex hac epistula „falsarium" nostrum eo tempore Ennium suum iamiam prelo mandaturum fuisse. Et quamquam de sua edendi ratione multus est, tamen de fragmentis a se repertis ne mussitat quidem. En laudabilem verecundiam hominis „vani et falsarii".

2) Falsarium movere quid potuit ut inventi codicis honorem non sibi vindicaret, sed alii permitteret?

3) Ad Ennium, p. 16.

Digitized by Google

bibliotheca St^{i} Victoris Parisiis illum codicem asservari dixerat. His ipse Merula addit „utinam religiosius; timeo enim illi a plagio, novi quorumdam criticorum mores".

Hic „manifestum en tenemus reum" Lawickius exclamat (huius enim argumenta in suam disputationem transfert Kanius), „iam retia sua tendit impostor". At ex epistolis nostris apparet quid sibi velint Merulae verba, quam longe ab eiusmodi suspicione sint remota.

Habemus enim epistolam Merulae autographam [1]), datam 22 April 1597, ad Conradum Rittershausen, notum illum iurisconsultum et „humanistam" Altdorfiensem, in qua legitur:

„L. Calpurnii Pisonis libri [2]) duo de continentia veterum poetarum (de quibus certi aliquid avet scire v. c. Obertus Gifanus) [3]) servabantur Parisiis in Bibliotheca S. Victoris, coniuncti Lucani aliquot libris de bello Pharsalico, quibus ad marginem adscripta erant nonnulla poetae illustrando, quae notae satis probae et grammatici, meo iudicio non indocti; sed, quos postea literis meis rogaram ut integrum authorem (unde ego carptim quaedam enotaram, quae in commentario meo ad Ennium pleraque [4]) leguntur) fideliter exscriptum mihi transmitterent [5]), significarunt Lucanum plane lacerum esse, in calce vestigia parere excisi nesciunt cuius (mihi est insignis ille Piso) scriptoris. Doleo sane optimum auctorem meo quasi indicio in plagiariorum manus incidisse, eorum praesertim qui omnia sibi nata et scripta persuadent non reipublicae literariae, qui, inquam, huiusmodi

---

1) Bibl. Leid. ms. XVIII n° 747.

2) In epistola autographa in margine annotatio legitur quam ipse Merula sua causa adscripsit: „L. Calpurnii Pisonis libri de continentia veterum Poetarum, quorum in commentario meo ad Ennium frequenter mentio". Ergone metuebat falsarius ne istud obliviscerétur? Immo, haud dubie ideo annotationem istam adiecit ut facilius ipse per epistolas suas viam invenire posset. Multas huiusmodi habemus epistolas autographas, quarum aliae, sicut haec, in aliarum epistolarum parte postica exaratae sunt, aliae deinceps scriptae in libro haud dissimili illis quibus nunc epistolarum nostrarum servamus exemplaria.

3) Hubert van Giffen, et hic professor iurisprudentiae Altdorfiae fuit et ut Rittershusius vir literatissimus (Biogr. Univers. in voce).

4) Plura ergo se habere Merula dicit quam in editionem suam recepit. Mirum hercle falsarium!

5) Haec spectant ad integram Pisonis editionem quam se daturum promittit M. in Ennii praefatione.

Digitized by Google

thesauris incubare solent ut pervigiles Dracones. Habent monachi D. Victoris quod gravissime conquerantur de Ludovico Carrione."

Tecte ergo Merula in turpissimum furti crimen adducit Carrionem, Professorem Lovaniensem, mortuum a. 1595, a quo alibi sibi quoque, cum una iter in Gallia facerent [1]), codices surreptos queritur. Et omnino male apud illius temporis viros doctos Carrio audiebat [2]) et propter ceteros mores et praesertim propter nimiam vitiosamque antiquorum codicum cupiditatem. Neque solus ille hoc tempore eiusmodi suspicionibus laborabat. Sic de Henrico Lindenbrogio, notissimo illo bibliothecario Gottorpiensi haec legimus: „estant à Paris et allant souvent à la Bibliothèque de S. Victor sous prétexte d'y étudier, (il) y deroboit toujours quelques manuscrits"; isque ob eam causam in vincula coniectus, a Claudio du Puy bibliothecario Parisiensi, quem hominis miserebat, inde liberatus est [3]). Lindenbrogius fraterque eius Fredericus, canonicus et polyhistor Hamburgensis, Leidae fuerant; habemus autem ipsius Merulae ad Fridericum [4]) illum epistolam, *quae eiusdem est temporis*: in illa queritur Merula quod sibi redditi non sint codices quidam, quos Frederico commodaverit. Nominat autem „Eunapium, qui gentis Hadriani Iunii fuerat" atque, quos e suo „Musaeo" prompserat: „Vincentium Lupanum ad posteriores imperatorum scriptores", „Godeschalcum Sterrichium ad Apuleium et Petrum Pythaeum, praesertim vero, „quo aegerrime carebam", ait, *Gulielmum Fornerium*. Eodemque modo Henricus Lindenbrogius interverterat „Hermenopulum manuscriptum et quem novisti, qui adpactus erat Animadversionibus Iunii." Haec quoque Merulae verba sunt, quibus hanc adiicit querimoniam: „Carriones non putabam in vitam rediisse." Istuc spectabat quod de Pisone dixit Merula in Ennii praefatione; falsa ergo est Lawickii Kaniique interpretatio, qua refutata simul magna pars fundamenti quo illi nituntur concidit.

---

1) Mss. Merula Cleresia Episc. Trai. Utor hac occasione ut pretiosissimi illius tabularii praefectis ex animi sententia gratias agam.

2) Cf. Burmanni Sylloge Epistolarum passim; Crenius, de Furibus literariis (Lugd. Bat. 1716), p. 64.

3) Struve, De doctis impostoribus (Ienae 1703), p. 75; Crenius l.l. p. 93.

4) Ms. Vulc. (Bibl. Leid.) 106, 1, dd. 14 Nov. 1595.

Digitized by Google

In Bibliotheca S. Victoris illo tempore latum patuisse furibus campum omnibus qui codices, quibus illa abundat, suis manibus versarunt oculisque perlustrarunt, notum est [1]). Quae autem Kanius [2]) de Bibliothecae publicae Parisinae codicibus Lucanum continentibus et e S. Victoris bibliotheca eo translatis narrat eiusmodi quidem sunt ut inde efficere tibi posse videaris nullum eorum esse posse Lucani codicem illum de quo Merula loquitur. Sed quidni ipse ille codex in eorum esse numero potuit qui surrepti sunt? Atqui hoc fieri non potuisse accusatoribus fuerat demonstrandum. Sed tantum abest ut fieri non potuerit ut revera factum esse admodum sit verisimile. An forte hoc credibile est eiusmodi aliquid mentitum esse Merulam de aliquo illius bibliothecae codice, quae quamquam privata erat tamen cuivis patebat viro docto, qui a noto aliquo homine commendatus eo veniebat? Illius bibliothecae quae Lutetiae erat, in urbe tam celebri? Atque hoc mendacium prelo divulgandum curasse? Credat ... Bertillon! Immo vero confutare istud poterant non solum St. Victoris monachi sed viri docti permulti tam Parisini quam peregrini. Praesto enim erat Lucani codex et consuli poterat de iis rebus quas a. 1597 scribebat Merula [3]). Ut doctorum illorum unum nominem, nonne Gifianus, cui Piso ille adeo curae erat, statim de eo scribere poterat vel ad monachos illos vel ad Carrionis heredes, penes quos esse illum tum Merula significabat?

Hic mihi etiam mentio facienda de Fornerii [4]) codice, quem — id quod ex epistola ad Lindenbrogium apparet — tunc Merula possidebat, quemque maximi faciebat. Hac re cognita caveant homines ne temere declarent Glossaria Fornerii, unde se Ennii fragmenta quaedam petiisse Merula dicit, nulla unquam fuisse.

---

1) Delisle, Cabinet des Manuscrits II, p. 231: „libros integros, tractatus, opuscula et caetera eiusmodi sibi grata visa *exsciderunt*, transtulerunt et rapuerunt". Sic ipse Sti Victoris bibliothecarius anno fere 1640 loquitur.

2) Kan in Progr. Erasm. Gymn. 1884/85. Sed vide quae infra leguntur.

3) In Weberiana Lucani editione plus 150 codices enumerantur; in illorum numero haud unum vidi, qui esse posset codex a Merula nominatus. Sed vide quae infra disputabuntur, e quibus apparebit in Bibliotheca Publica Parisina unum servari codicem de quo idem valeat.

4) Fornerius Aurelianis iurisprudentiam profitebatur. Cf. Mer. ad Enn. p. 165 et Biogr. Univ. in voce.

Digitized by Google

Notissimus enim Merulae Fornerius fuerat, quod et aliae epistulae demonstrant [1]).

Et quoniam hoc de Fornerio statuo, nunc simul de aliis videamus a quibus annotationes se accepisse, vel — atque haec res in Lawickii aliorumque disputationibus primarium locum obtinet — codices sibi commodatos Merula declarat. Etenim illorum haud paucos [2]) immatura morte raptos cum acerbo quodam risu adversarii eius observant: Fornerium, Wintgisium, Scharlakium. At hi — et hos solos adversarii proferunt — a Merula tamquam „superiore anno" vel „haud ita pridem" mortui nominantur: superstites ergo tum erant eorum cognati affinesque neque plane ignoti eorum codices. Ad Petrum Scharlakium quod attinet, etiam a. 1601 literarum fuisse commercium inter Merulam et quendam, cui illud nomen esset, ipsi Merulae cognatum, novimus [3]).

Eiusmodi aliquid etiam de Calpurnii Pisonis codice statui potest. Nusquam illum fuisse unquam aiunt; Kanius vero, in Bibliotheca Parisina Lucani codicibus duobus, qui a St. Victore translati ibi servantur etiam, diligenter excussis Pisonis in illis vestigium nullum invenit, neque ante eum Hamelius. At exeunte proximo saeculo Santenius sic loquitur: „Calpurnius *nunc* ex Lucani codice *avulsus et sublatus est* [4]), quae verba egregie concinunt cum St. Victoris monachorum testimonio, quod, in Merulae epistula commemoratum, *nunc demum* nobis innotuit: „Lucanum plane lacerum esse, in calce e. q. s." Nunc demum intelligimus qui Barthius a. 1648 ad Daumium scribere potuerit: „puto pridem totum periisse, non enim Parisiis mihi ostendi potuit" [5]).

En quam facile, Merulae ad Rittershusium epistola cognita,

---

1) In illarum numero est epistola ad Claudium Episcopium Aurelianensem chirurgum data 10 Ian. 1602 (in mss. Cleresiae Episcopalis), ubi una cum aliis viris nominatur quibus circa a. 1580 Merula Aurelianis utebatur.

2) Cf. Lawicki p. 6; Kan p. 114, „Bijdragen" 4de R. I. Minime tamen *de omnibus* statui illud potest; certe non de Vulcanio, Daniele aliis, a quibus et ipsis sibi codices commodatos Merula narrat.

3) Frederiks in Bibl. Advers. II p. 131 sq. in catalogo autographorum, quae sunt in villa cui nomen Den Bramel.

4) Kan progr. Erasm. Gymn. p. 4.

5) Ibid. p. 5.

Digitized by Google

Kanii suspicio removeri possit. An mentitum ista Merulam censeamus ut se Rittershusii Gifanique investigationibus subtraheret? At quanto, illud si vellet, facilius fuerat statim in Ennii sui praefatione eiusmodi proferre mendacium? Refutari enim non poterat nisi per St. Victoris monachos.

Quid vero si in St. Victoris Bibliotheca qui olim fuerunt Lucani codices, non omnes nunc in Bibliotheca publica Parisina adsunt, vel si eorum qui adsunt, quos excussit Kanius, unus nunc aliqua parte caret quae olim praesto erat? Ita res si se habeat, tota illa Kanii investigatio, qua tantam Merulae famae labem allatam ille censet, ad rem non pertineat et de hoc quoque Kanii argumento actum sit.

Revera autem ita res se habet.

Adest enim in Bibliotheca publica Parisina catalogus librorum codicumque, qui a. 1514 in monasterio St. Victoris aderant, auctusque is est annotationibus Picardi (a. 1604) et Bouetii bibliothecariorum de (ipsorum utar verbis) „absence ou présence de certains manuscrits, qu'on n'avait pas retrouvés lors des récollements de la bibliothèque" [1]). Hic catalogus (licet in illius aetatis catalogo *accurate* descriptos codices nemo exspectaverit) hic, aio, consulendus erat utrum hi tantum duo, de quibus nunc agimus, Lucani codices apud St. Victorem adfuissent an plures.

Adfuit autem tertius quidam qui his verbis describitur: „K.K.K. 12 Lucani poete de bellis Iulii Cesaris et Pompeii libri decem". Deinde in *eodem* volumine, quod codicem ms. lat. n° 15146, quem Kanius affert, continet leguntur: multae *ad Lucanum glossae* et *poeticus liber* quidam ignotus, quae omnia in codice [2]) his commemorantur verbis: „K.K.K. 26 Liber quorundam poetarum, scilicet Ysopus metrificatus. 1 *Pars eiusdam libri poetici metrificati* 9 *Glosule male littere et dilacerate super partem Lucani* et Ovidii de arte amandi et *de quibusdam aliis* 31 Lucanus poeta metrificatus, cuius sunt libri partiales

1) Biblioph. Iacob, Catal. de S. Victor p. 8. Catalogus, id quod Gideon Huetius Parisiis ad me scripsit, nunc numero: ms. lat. 14767 insignitus est; catalogi index habet numerum: ms. lat. 14768.

2) fol. 223ro.

Digitized by Google

decem etc." Ad *hanc* manuscripti *partem* in margine annotatur: „ista desunt" (nempe a. 1604 vel paulo post).

Videmus ergo primum quo tempore se in St. Victoris bibliotheca codices inspexisse Merula narrat (i. e. a. 1585) [1]) revera ibi *tres* fuisse codices, quorum unus *glossas* ad Lucanum *aliosque poetas*, praetereaque *alium quemdam ignotum librum poeticum* continebat. Deinde *ipsam illam* illius codicis partem circa annum 1604 iam periisse; quod concinit cum iis quae ad Rittershusium scribit Merula. Haec quoque verba: „glosulae — super partem Lucani" idem declarant atque id quod Merula scribit de *„ad marginem adiectis notis, rei non magnae"*, ad *„Lucani aliquot libros"* [2]).

Lubenter autem concedo in catalogo nostro nullam *L. Calpurnii Pisonis de continentia veterum poetarum* mentionem fieri, sed simul moneo minime accurate in eo codices describi. Et quidni istam „partem cuiusdam libri poetici (non „poetae") metrificati" nostrum Pisonem esse statuamus, qui tam multa e vetustis poetis affert? Postremo num forte *tertius* ille codex Lucani is fuit de quo Merula agit, atque huius quoque pars quaedam interiit? Utut est, quae reperta sunt hactenus nos admonent ne temere mendacii Merulam accusemus. Etenim ut fide dignus nobis ille videatur suadent.

Verum idem ille Barthii ad Daumium locus praeterea rem magni continet momenti, quae tamen Kanium fugit. Legimus enim „Piso neque ipse magnae rei opus fuit ut ex Delrii scriptis te nosse puto". Ex his enim verbis primum apparet Barthium, licet illum codicem Parisiis non inveniret tamen nunquam falsi suspectum habuisse Merulam. Deinde etiam Delrium Iesuitam, virum illum in Ennio aliisque vetustis poetis Latinis versatissimum, licet parvi Pisonem faceret, tamen numquam dubitasse quin aliquando adfuisset poeta ille [3]).

---

1) Fuit ibi Merula paulo ante iter in Angliam, ergo a. 1585 vel 1586. (Cf. Kirchmann, Oratio in funere Pauli Merulae, L. B. 1672, p. 28 sqq.).

2) Ad Ennium, p. 16. Vide autem in Ep. ad Rittershusium, hic p. 6.

3) Frustra illam Delrii sententiam quaesivi et in eius Syntagmate (cuius duae sunt editiones plane inter se similes, altera anni 1593, altera anni 1620), et in epistolis (Burmanni Sylloge) et in ceteris libris. An forte fallitur Barthius et Delrium scripsit pro Merula? Huius enim verba sunt „notae rei non magnae". V. supra.

Digitized by Google

Postremo observare lectores meos velim, quam verecunde in epistolis [1]) Merula semper de Ennio suo scribat; πάρεργον hoc illi est, delectatioque, qua a severis studiis historicis iuridicisque requiescat, quae uno hoc nomine alicuius esse pretii videatur quod suis sibi Ennii tragoediis dispersa quaedam assignet fragmenta. Quin etiam „nugas" et „quisquilias" vocat. Quae verba minime *vanum* produnt falsarium. Et tamen, Kanio auctore, vanitate praesertim motus falsarius factus est Merula.

Denique quae disputata sunt sufficere mihi videntur ad demonstrandum tandem aliquando Merulae adversariis non iam ut antea coniecturas tantummodo esse proferendas (quamquam acutissime eos hactenus coniecisse haud invitus fateor) sed certa maleficii indicia. Haec donec erunt allata, nullam in eo culpam fuisse nostro iure statuere nobis videmur. Adversariorum iam est reum fecisse probare. Epistolae nondum quidquam nos docuerunt eiusmodi ut sublestae eum fidei fuisse cum aliqua veri specie pronuntiemus. Immo vero probum sincerumque hominem ex iis cognoscimus. Nam multo antea iam Lucianus Müllerus, qui Ennii fragmenta a Merula ficta censebat, loco a Kanio citato miram sibi istam rem videri et vix credibilem, a cetera Merulae vita plane abhorrentem testatus est [2]).

1) Et alibi et ep. ad Oldenbarneveltium (Ms. Maatsch. v. Letterk. Lugd. n° 100, data 3 Mart. 1595): „famam inde non spero; si sequitur fugientem etiam, ferundum erit". In ep. ad Melissum data 30 Iunii 1601 (Ms. Cleresiae Episc.) iocatur Merula de aequalium diligentia in „consectandis literarum verborumque apicibus (nam circa id studium ars critica plurium versatur)".

2) Q. Enni Carm. reliq. Petersb. 1885, p. IX Adversariorum, Kan in „Bijdragen" I, p. 110.

AEDILEM GERO = AEDILITATEM GERO.

Apul. Met. I, 24: *'annonam curamus' ait 'et aedilem gerimus et siquid obsonare cupis'* ..... 'Aedilem gerere' proprie est 'se ferre aedilem' vel 'se gerere pro aedile.' Hoc loco tamen contra usum dicitur 'aedilem gero' pro 'aedilitatem gero' (cf. Plaut. Stich. 353). Iustinus 32, 3, 1: *Perseus ..... nec heredem regni, sed regem gerebat.* Val. Maximus 9, 1, 9 *eodem animo civem gerens quo patrem egerat.* Est Pythias aedilis, quod et testantur verba sequentia (c. 15 in.): *pro aedilitatis imperio.* J. W. B.

Digitized by Google

AD AESCHYLI AGAM. V. 25 SQQ.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

ἰοῦ ἰοῦ.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημανῶ τορῶς
εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος δόμοις
ὁλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι·
τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι
τρὶς ἓξ βαλούσης τῆςδέ μοι φρυκτωρίας.

Quem non torsit in nobilissimo loco, ubi cetera omnia ad intelligendum tam certa atque illustria sunt, miser ille versus tricesimus secundus? quem alii olim aliter, nonnulli autem sat ridicule vertebant: *nam dominorum res lapsas restitutas dabo.* Hodie, ut videtur, de corruptela ac sede vitii maxima concordia convenit inter omnes; verum longe abest ut et de remedio. Ecce animi causa ordine alphabetico varia dd. vv. inventa pulcherrima pessima:

(πεσόντ') ἀθρήσομαι, αἰσθήσομαι, ἐπῃσθόμην, ἐπίσταμαι, ἐπόψομαι, ἔφθην ἐμοί(!), ⟨εὖ⟩ θήσομαι, ἡσθήσομαι, ὀνήσομαι, (πεσόντα) θύσομαι, φήσομαι(!).

Nec mirum si unus et alter etiam de toto versu expungendo aut transponendo cogitavit.

Quamquam reiectis coniecturis levioribus omni probabilitate carentibus — ne Graeca quidem sunt ἔφθην ἐμοὶ et φήσομαι — paulo diligentius consideranda tria tantum restant:

I. τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θύσομαι coniecit Lowinski

Digitized by Google

interpretatus: *dominorum enim res bene gestas laete pieque celebraturus sum.* Correctio sane quam lenis quaeque primo aspectu habet quod placere possit. Quid enim vetat, dicat aliquis, hanc Aeschyli manum esse, cum γενέθλια, ἐπινίκια, σωτήρια, εὐαγγέλια θύειν sim. occurrant ubique locorum? Verum enimvero re bene perpensa nemo non sentiet magnificum illud diis immortalibus sacra faciendi verbum ne translatum quidem ullo pacto ferri posse in ore servili. Est aliquid inter regem vel principem in rep. virum vel cuiusvis condicionis liberum hominem unum e multis et custodem servum hero quantumvis fidelem!

II. Contra verendum est ne nimis humiliter, nimis dulice, ut est apud Plautum, loquatur bonus famulus, si cum Kaibelio reponamus: τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντ' ὀνήσομαι. Nonne perfectam οἰκέτου πιστοτάτου imaginem exprimere voluit poeta de domini successu unice solliciti, illius victoriae gaudio exultantis? a cuius certe persona alienissimum sit prosperum belli eventum continuo ad solum lucrum privataque commoda referre.

III. Complurium hominum assensum quondam tulit Simon Karstenius in editione sua corrigens: τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντ' ἀθρήσομαι. Quae scriptura hanc profecto habet commendationem haud vulgarem quod proxime ad codicis literarum ductus accedit et passim a librariis permiscentur tam θρ et θ quam τρ et τ. Veluti hoc ipso loco (vs. 29) ἐπορθριάζειν exhibet cod. Med., ἐπορθιάζειν recte apographa et editiones [1]). Est tamen quod attento lectori scrupulum maximamque dubitationem iniiciat nosque impediat quominus inventum Karstenianum cum plausu recipiamus in ordinem. Ut omittamus inusitatam istam futuri medii formam ἀθρήσομαι — exigua enim mutatio est cum Nabero (Mnem. N. S. IX p. 84) rescribere ἀθρήσομεν, siquidem futuri activi unum extat exemplum apud Naumachium (cf. Elmsl. ad Eur. Med. vs. 519) — at multo gravius est quod pro certo affirmare non dubito: loci nostri contextum videndi,

---

1) Errore plane contrario peccavit librarius Soph. *Electr.* vs. 683. Orestes, qui ludorum causa Delphos se contulerat:

ὅτ' ἦσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
δρόμον προκηρύξαντος οὗ πρώτη κρίσις κτέ.

quo loco male factum quod palmaris P. Faberi emendatio ὀρθρίων fugit novissimorum editorum diligentiam.

Digitized by Google

audiendi, cognoscendi sim. verborum *futurum* tempus omnino non admittere.

„Laetus dies nobis illuxit. Nunc est cantandum, nunc saltandum; ipse ego chorum ducere, saltationis exordium facere gestio. Nam regis nostri res felicissime evenisse VIDEBO." Quis, quaeso, qui recte cogitat cogitataque recte enuntiat, sic loquitur? Intelligeres, credo, ὁρῶ, ἀθρῶ, ἥκουσα vel eiusmodi quid; minime vero ἀθρήσω, ὄψομαι, ἀκούσομαι. Quis enim in talibus non summa constantia utitur aut *praesenti* aut *perfecto*? Quapropter fatendum erit ne Karstenium quidem rem acu tetigisse aliamque praestabit inire rationem.

Equidem non reperio quod simul et orationis contextui quam maxime consentaneum sit et proxime absit a codicis scriptura nisi:

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόνθ' ⟨ὡς⟩ ἥδομαι!

dominorum enim res tam bene cecidisse quantopere gaudeo!

Pone in libro archetypo, parva duarum literarum vocula ὡς casu omissa aut deleta, exaratum fuisse in hunc fere modum:

ταδεσποτωνγαρευπεσονθηδομαι,

dein correctorem τῶν Φαυλοτέρων τινά, ut laboranti metro succurreret, alteris duabus literulis alieno loco infertis (εὖ πεσόν⟨ΤΑ⟩), pro θηδομαι, quod nihil quidquam esse videretur, mutato δ in σ, fidenter dedisse θήσομαι.

Ad structuram, quam σχῆμα Ὡρωπικὸν vocabant veteres, cf. Soph. Phil. vs. 1314:

ἤσθην πατέρα τὸν ἀμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τέ με.

et Eurip. Hippol. vs. 1340:

τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ || θνήσκοντας οὐ χαίρουσιν.

Ceterum tu, mi lector, si quid novisti rectius istis, candidus imperti.

Scripsi Bruxellis mense Maio.

Digitized by Google

APULEI FLORIDORUM FRAGMENTUM XVIUM.

SCRIPSIT

J. VAN DER VLIET.

Quod fragmentum Floridorum Apuleianorum insignitur numero decimo sexto per se fere est perfectum et absolutum. Est autem gratiarum actio in [1]) conuentu quodam nobilissimorum Carthaginiensium habita propter statuam Apuleio decretam: (Krüger. p. 20. 1) *Priusquam uobis occipiam, principes Africae uiri, gratias agere ob statuam, quam mihi praesenti* [2]) *honeste postulastis et absenti benigne decreuistis.* Quod illam statuam principes ciues Carthaginienses postulauerant praesenti — quod suspicor, post orationem facunde pronuntiatam — eius rei memores fuerant in statua decernenda magistratus principesque decurionum (p. 25. 1) *ceterum meminerant optimi magistratus et beniuolentissimi principes mandatum sibi a uobis quod uolebant:* scilicet, ciues magistratibus et decurionum primoribus negotium dederant Apuleium statuae honore ornare, quod et ipsi quibus erat mandatum sane uolebant. Erat enim: *gratus populo, placebat ordini; probabatur magistratibus et principibus* (25. 7).

Aliquamdiu antequam hunc in modum gratum animum testificaretur Apuleius, quaedam eius recitatio — fortasse sicut Philemon (21. 8) in theatro uerba facere solebat [3]) — imbri

---

1) Conuentus ille complectebatur senatores, ciues clarissimos, necessarios oratoris cf. 25. 13 *quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox — gratias agam.*

2) Cum *honeste — benigne* cf. 24. 6 *in curia Carthaginiensium non minus splendidissima quam benignissima.*

3) cf. Apol. c. 73. p. 83. 5 (Kr.): *omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam,*

Digitized by Google

fuerat impedita et in posteriorem diem dilata. Eodem uero die orator in palaestra uehementer talum inuertit et dum ingenti plaga membrum luxatum *reconciliat*, i. e. in locum suum restituit, diutule [1]) uento fortasse frigidiusculo expositus, cum iam excercitationibus adfatim sudoro corpore fuisset, *obriguit* i. e. frigus collegit, unde acerbus intestinorum dolor coortus est, qui paene eum exanimauit. Sedato dolore ad aquas Persianas profectus est, ubi et bonam ualetudinem et gressum recuperaret. Vixdum sanatus, nam pes ad innitendum nondum satis ualidus atque ex luxu adhuc *fluxus*, i. e. imbecillus erat, Carthaginem rediit, redditum quod pepigerat, ut scilicet recitationem dilatam resumeret, quam simul arripit occasionem auditoribus gratias agendi. Gratiarum actioni intermiscet historiunculam de morte Philemonis, mediae poetae comoediae, qui et ipse, fabulam cum recitaret, imbre repente coorto deprehensus, reliquam recitationem in posterum reiecisset. Cum uero Athenienses audiendi cupidi in theatrum conuenissent, Philemon frustra diu expectatus, postremo requisitus, mortuus in lectulo inuentus est. *Vitae fabulam consummauerat, rebus humanis ‚ualere et plaudere' dixerat.* Haec autem narratio tertiam fere fragmenti obtinet partem.

Multis uerbis Apuleius honorem quo erat affectus, extollit, primum quia nullas ipse pro eo preces allegasset, quamquam magnitudo Carthaginis etiam a philosopho precem pro honore mereretur. Duplam igitur ciuibus debet gratiam, quod ornamentum sibi oblatum prorsus fuisset gratuitum. Neque tantum Carthagini statua in honorem Apulei surrectura erat, etiam alibi gentium et ciuitatium statuarum nec non alii honores illi fuerant decreti. Immo ne Carthago quidem una sola statua futura erat contenta, quippe Aemilianus Strabo, uir consularis, breui uotis omnium futurus proconsul, nudius tertius ante diem, quo uerba faciebat Apuleius, libello ad ordinem decurionum misso, locum celebrem statuae postulauerat, quam ipse suo sumptu Carthagini philosopho positurus esset. Quin etiam Aemilianus in curia sen-

qui locus auditorii erat, complentes cet. Suspicor originitus fuisse: *qui locus* ⟨ad instar⟩ *auditorii erat.*

1) 22. 7 *iamiam sudoro adfatim corpore diutule obrigui.* Aoristus cum aduerbio *diutule* compositus lacunae suspicionem mouet.

Digitized by Google

tentiam de honoribus Apulei dixerat, quam auctoritatem omnes secuti essent, libenter locum statuae decernentes. Alteram uero collocandam magistratus et principes (25. 2) rettulerant, deliberandam in proximam curiam distulerant, ut factum consularis sui non uiderentur aemulati sed secuti atque ut dies integer honori, quem ciuitas Apuleio esset habitura, reseruaretur. Alter uero ille dies, *altera illa curia*, quo tempore uerba faciebat noster, iam praeteriisse uidetur. Agit enim gratias non propter locum statuae, sed propter statuam sibi absenti decretam et imprimis ordini se beneficii memoria obligari profitetur, qui se in curia honestissimis adclamationibus decorasset. Nihil igitur superest illi ad statuae honorem, nisi aeris pretium et artificis ministerium, quae sibi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuerint, nedum desint Carthagini, in urbe locupletissima, ubi splendidissimus ordo etiam de maioribus rebus iudicare potius soleat, quam computare. Ubi uero de aeris pretio et de artifice decretum factum erit nec non statua erit perfecta, in dedicatione monumenti fusius oratione scripta ad gratiarum actionem est redituras: *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius gratias agam atque* (horum uerborum lectio incerta) *libro mandabo.* Eodem pertinent (25. 12): *sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius*, quae falso in corruptelae suspicionem uenerunt.

Est operae pretium animaduertere, ubi Apuleius gratias agendas memoret, illum subinde libri conscripti inicere mentionem. Praeter uerba modo citata (25. 14): *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto*, eiusdem memor est (23. 3): *sed nunc in praesentiarum libro iusto* (ita Rohdius, *isto* cdd.) *ad hunc honorem* (i. e. ad statuam decretam) *mihi conscripto, ita uti soleo, publice protestabor.* Denique (25. 6) mentio fit *libri, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat.* Honor ille non, quod nonnulli interpretes crediderunt, est ordo, locus summus, quem in ciuitate obtinebat Aemilianus, sed est eximius ille honor, quem statuam pollicitando Strabo Apuleio habuerat. Quae autem uerba cum locis modo adlatis cohaerent, summas interpreti exhibent molestias: in editione autem Kruegeriana hoc modo sunt constituta (23. 1): *duplam igitur uobis gratiam debeo, immo enimuero multiiugam, quam ubique equidem et semper*

Digitized by Google

praedicabo. sed nunc inpraesentiarum libro ad hunc honorem mihi conscripto, ita uti soleo, publice protestabor: certa est enim ratio, quA deCeat philosopho ob decretom sibi publice statuam gratias agere, a qua paululum demutaBit [*liber*], *quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commode posse conscribere, sULtis eum hodie nobis comprobarI.* Ex universa hac oratiuncula apparet, Apuleium solitum esse orationes, quas Carthagini haberet, conscriptas edere et peregre quoque mittere *cf.* 25. 14 *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius gratias agam atque libro mandabo, uti per omnes prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet.* Duos autem in hac occasione conscripsit libros, alterum, quo Carthaginiensibus, alterum, quo Aemiliano Straboni gratias ageret. Libri illi mihi quidem uidentur nondum fuisse conscripti quo tempore uerba faciebat orator. Nostra igitur oratiuncula, quam et ipsam litteris esse commissam apparet, tertium ‚librum' efficiet. Lego autem cum Rhodio *iusto* pro *isto*. Etiamsi uero quis uulgatam *isto* retinuerit, dicet orator librum iam conscriptum manu tenens (*isto* = *hoc*), se mox ea, quam teneret, oratione publice sensuum suorum testimonium esse perhibiturum (*protestabor*). Datiuus *mihi* suspicionem mouet uocabulum aliquod excidisse, nam ad *conscripto* nullo additamento opus fuit, sicut nullum supplementum huic uerbo adtributum est 25. 14 *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto.* Lego autem: *sed nunc inpraesentiarum libro iUsto ad hunc honorem mihi* ‹decretum› *conscripto, ita ut soleo, publice protestabor.* In libris sequentia ita leguntur: *certa est enim ratio, quae debeat philosopho ob decretam sibi publice statuam gratias agere.* Haec sana esse nullo modo possunt, neque multum refert, utrum cum Kruegero legamus: *qua deceat philosopho* an cum Colvio: *qua debeat philosophus.* Sententia in cdd. ita progreditur: *a qua* (sc. ratione) *paululum demutauit libere quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat.* Cum his conferenda quae leguntur p. 24. 7 Apologiae (c. 16): *quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet.* Sollemni confusione *b* in *u* abiit, quod iam Stewechius, uir ceteroquin sagacissimus, uidit. Kruegerus credit pro *libere, liber* scriptum fuisse, illud uero uoca-

Digitized by Google

bulum tanquam spurium damnat scribendo: *ratio — qua deceat, a qua paululum demutabit* [*liber*], *quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat.* Ita orietur constructio hercle haud elegantissima per pronomen relatiuum ter repetitum, neque tamen uel coniunctione uel figura asyndeti conligatum. Praeterea sequentia exigunt necessario uocabuli ‚liber' in praecedentibus mentionem: *quem librum sperabo me commode posse conscribere* cet. Habet autem Apuleius in deliciis constructionem ex lingua antiquiore et legali desumptam: *liber — qui liber.* Rediisse igitur satius erit ad uulgatam: *a qua paululum demutabit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat, quem librum* cet. Extrema pars loci, de quo agimus non minus praecedentibus difficultatibus laborat: *quam librum sperabo me commode posse conscribere scitis eum hodie uobis eum probare.* Haec libri, quae integra neutiquam esse queunt. Scripsit Kruegerus: *sultis eum hodie uobis comprobari*, quae quid sibi uelint, non intellego. Rohdius, ingeniosissimus Apulei interpres et emendator qui fuit: *quem librum spero alias me commode posse conscribere: satis eum hodie uobiscum probare.* Ne haec quidem mihi satisfaciunt: alibi mendum quaerendum esse uidetur. Nemo non uidet *scitis* esse corruptum neque dubium est, quin prior pars sententiae exigat in fine sensum condicionalem. His praemissis ex traditis elicio: *posse conscribere, ⟨si⟩ siritis eum hodie uobiscum* PARare. Blanditur orator auditoribus: ad commode laudandum Strabonem ipse per se impar est, nisi adiuuerint qui audiunt: *est enim* (*Strabo sc.*) *tantus in studiis, ut praenobilior sit proprio ingenio quam patricio consulatu.* Quae autem nunc uerba facit ad Strabonem extollendum sunt uelut praecursoria; praeparant illum ‚librum iustum', quem mox editurus est. *Parare* uero, quod nonnumquam et *pare* scribitur, et *pbare* parum inter se differunt et saepius confunduntur.

In illis porro quae nostrum locum praegrediuntur, pauca quaedam ad meliorem statum reddigi posse uidentur.

P. 20. (Kr.) 7 suo iure Koziolius post uerba *de repentino* inseruit ⟨me⟩; scripsit enim Apuleius *se differre = discedere* ad analogiam eius quod est *se conferre.*

ib. 9 optime Kruegerus uidit uerborum ordinem esse turbatum, sed ipse sententiam suam non ausus est exsequi. Edidit

Digitized by Google

enim: *quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, quam inprouiso pericula hominibus* [*subito*] *oboriantur, de Philemone comico.* Infeliciter Kr. scripsit *improuiso* pro codicum lectiône *improuisa* et exclusit *subito* tamquam interpretationem aduerbii, quod ipse sententiae obtruserat. Redeundum igitur ad id quod praebent FΦ: *quam inprouisa pericula hominibus subito oboriantur.* Verba tamen *eius rei* indicant aliquid in superioribus fuisse, ad quod ea referri possent. Neque procul quaerenda, quae requiruntur. Sententia suam recuperabit integritatem, ubi scripserimus: *quid igitur de repentino* ‹*me*› *ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, quam improuisa pericula hominibus subito oboriantur, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo de Philemone comico.*

Sine iusta causa Kr. lectionem et libris et ab editoribus traditam mutauit p. 20. 14 scribendo: *namque eum* (sc. Menandrum Philemon) *etiam uicit saepe: numer*UM *pudet dicere.* Optime se habet, quod codices exhibent: *namque eum etiam uicit saepenumero: pudet dicere.* Haud sine pudore confitetur noster, qua homines, ne Atheniensibus quidem exceptis, sint stultitia, meliorem saepius a sequiore esse uictum.

ib. 15. *reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias uitae congruentes* cet. Adnotat. Kr. ‚*adgnatos* FΦ corruptum', cui sententiae facile accedimus. Pro *adgnatos* cogitari potest de: *adgnationes* uel *adgnitiones*, sed proxime sequitur tradita et optime sensui satisfacit Colvi suspicio: *ac nodos. Argumenta* et *nodi* tam inter se sunt affinia, ut per *ac* copulentur, cum cetera sententiae membra per asyndeton iuncta sint.

Apud Philemonem solitae comoediae personae non deficiunt: *nec eo minus et leno periurus et amator feruidus et seruulus callidus et amica illudens et uxor inhibens et mater indulgens et patruus obiurgator et sodalis opitulator et miles proeliator, sed et parasiti edaces et parentes tenaces et meretrices procaces.* Haec nihil haberent, in quod offenderemus, nisi contra artificiosam suffixornm symmetriam committerent, quam, praesertim in Floridis, adfectat Apuleius. Quattuor enim triades suffixorum

Digitized by Google

inter se similium copulauit: *edaces — tenaces — procaces; obiurgator — opitulator — proeliator; illudens — inhibens — indulgens;* prima trias manca erit si cum cdd. scripserimus: *leno periurus et amator perfidus et seruulus callidus.* Pro *periurus* desideratur adiectivum in *idus*, quod habebimus scribendo cum A. Arlt (quem citat Teuffelius H. L. R⁴ p. 23): *perfidus. Periurus* irrepsisse potest ex Plaut. Capt. Prol. 57: *hic neque periurus lenost nec meretrix mala Neque miles gloriosus.* Confitendum est *periurus* esse sollemne lenonum conuicium cf. Cic. pro Rosc. comoed. § 20 *nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit, agit Chaeream.* Pseud. 352 *quid ais? quantum terram tetigit hominum periurissime.* ib. 355. *Periurauisti, sceleste.* B. *at argentum condidi.* Id uero ipse Ballio agnoscit, qui cum illi Pseudolus (us. 354) per ‚periure' maledicit, respondet: *uetera uaticinamini.* Eodem pertinent us. 1080 sqq. Simo. *Quid ait? quid narrat? quaeso quid dicit tibi?*

Ballio. *Nugas theatri, uerba quae in comoediis*
Solent lenoni dici, quae pueri sciunt;
Malum et scelestum et periurum aibat esse me.

Locus Plautinus ex Captiuis modo laudatus non opus est ut nos adducat, ut cum Traube (Mus. Rhen. 39. 4) pro *miles proeliator,* scribamus *m. gloriator.* Nam *proeliator* significat: pugnandi auidus uel qui se pugnandi auidum esse fingit: *vechtersbaas, Klopffechter.* Recte autem Bosscha: ‚*proeliator,* quia semper proelia iactat et uulnera enumerat, uel etiam proeliari semper studet, qualis apud Terentium Thraso'.

p. 21. 7. Describitur frequentia hominum qui Philemonem audire cupientes, in theatrum conuenerant: *ingens hominum frequentia conuenere; sese quisque exaduersum quam proxime collocat: serus adueniens amicis* (ita Wowerus, cdd. *amicus*) *adnuit, locum sessui impertiunt.* Rectissime Rhodius coniecit: *impertiant. Extimus quisque excuneati queruntur: farto toto theatro ingens stipatio: occipiunt inter se queri: qui non adfuerant percontari ante dicta, qui adfuerant recordari audita.* Admirationem mouet uerbum *queri,* praesertim cum modo praecessisset *queruntur;* neque habent homines adhuc querelae causam, nisi forte de stipatione theatri queruntur. Auditores uero qui nihil habeant, quod agant dulciter inter se fabulari incipiunt. Quid legendum

Digitized by Google

pro certo mihi non constat, sed requiritur huiusmodi uerbum: *loqui*, *colloqui*, *fabulari*, *confabulari*, *garrire* vel *nugari*.

p. 21. 20. Optime Rohdius pro *illi* scripsit *illis*, ut fiat: *hesternum illis imbrem lacrimas auspicasse*. Imber quo die hesterno recitatio Philemonis fuerat impedita, lacrimarum instantium fuerat augurium. Non uero ipse mortuus lacrimas fundere potuerat, ut qui subito esset extinctus, sed amicis et admiratoribus lacrimas reliquerat.

Orator postquam subitam Philemonis extinctionem narrauit ita loqui pergit: *haec ego ita facta, ut commemoraui, olim didiceram sed audies me meo periculo recordatus*. Hinc Kruegerus efficit: *sed audietis me meo periculo recordatum*. Primum locutio: *meo periculo* a tenore huius sententiae aliena est. *Meo periculo* dicitur, quando quis significat se bonam malamue fortunam, qua ex aliqua re oritura sit, ipsum esse incursurum. Hic autem potius requireretur *cum meo periculo*. Mihi uero cum Piccartio *audies* ex *ante dies* natum uidetur. *Ante* enim per abbreuiationem scribitur *añ*. Excidit uero siue numerus siue pronomen *hos*, quod etiam Piccartius addidit. Reliqua in hunc modum constituo: *sed ..... ante dies sum e meo periculo recordatus*.

p. 22. 22. Acceptum honorem magni aestimat Apuleius ideo, quia sine suis precibus statua sit ornatus: *‚neque enim'* inquit *‚aut leui mercede emit qui precatur, aut paruum pretium accipit qui rogatur. — id ego arbitror praecipue in honore obseruandum, quem qui laboriose exorauerit, sibi debet unam gratiam, quod impetrarit: qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam praebentibus debet, et quod non petierit et quod acceperit*. Verba (honorem) *qui laboriose exorauerit, sibi debet unam gratiam* aut nihil significant aut hoc: talem hominem duas, ut ita dicam, gratias debere, alteram illi a quo acceperit, alteram sibi, quod sane absurdius est. In codicibus uero non est *unam*, sed tantum *nam*, reliquiae, quod mihi uidetur, uocabuli *diuiduam*, quam antiquitatis quodam colore adspersam formam Apuleius et alibi adfectat: qui igitur honorem laboriose exorauerit sibi debet dimidiam gratiam, quod impetrarit.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

AD ANTHOLOGIAE GRAECAE LIBRUM VII.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Anthologia Graeca. Epigrammatum Palatinae cum Planudea edidit Hugo Stadtmueller vol. II pars prior. Palatinae librum VII Planudeae l. III continens. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri. MDCCCXCIX.

Post egregias Stadtmülleri curas, qui plurimas plurimorum coniecturas diligentissime a se collectas permultis suis auxit, nihilominus in corruptissimis carminibus hodieque multa superesse vitia aut nondum animadversa aut nondum probabiliter correcta nemo mirabitur.

Intenta igitur mente huius voluminis epigrammatis perlectis et exploratis, hos qualescumque mearum lucubrationum fructus lectorum iudicio subicere lubet.

Ep. 2, 5 καὶ τὸν Ἀχιλλείοις Φαρσαλίοις Ἕκτορα πώλοις
ὀστέα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.

Propriam verbi δρύπτειν vim spectanti apparebit melius Antipatrum Sidonium scripturum fuisse σάρκας. Procul tamen abest, ut traditam lectionem poetae eripiam.

Ep. 10, 3. De Bistonidibus Orpheum lugentibus scribit Damagetus ex nova recensione:

στικτοὺς δ' ἠμάξαντο βραχίονας ἀμφὶ μελαίνῃ
δευόμεναι σποδιῇ Θρηίκιον πλόκαμον.

Adnotat editor „ἀμφιμελαίνῃ A (i. e. m. pr. cod. P.), ἀμφὶ μελαίνῃ

Digitized by Google

C(orr.) Pl(an.), ἀμφιμελαίνῃ Heck. 6 ῥαινόμεναι et χευάμεναι Heck.; σειόμεναι (cf. V 272, 2)." Quam vera sit Heckeri correctio, nunc ipso codice stabilitam, apparet conferenti geminum Theodoridae epigramma 738, 3 κόνιν δέ σευ ἀμφιμέλαιναν | δέξαντ' κτέ., ubi noli fidem habere Harbertono pessime scribenti σοῦ ἀντὶ μέλαιναι, ut vel ex ipso sequenti Phaedimi epigrammate 739, 3 sq. patet. — Etiam δευόμεναι multo probabilius ab Heckero correctum est quam ab editore. Non enim loco quem affert V 272, 2 (ἡ πλοκαμῖδας σειομένη πλεκτάς) de lugentibus agitur, sed de superba quadam muliere.

Ep. 17

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰὼν, ξένε, μή με θανοῦσαν
τὰν Μιτυληναίαν ἔννεπ' ἀοιδοπόλον.
τόνδε γὰρ ἀνθρώπων ἔκαμον χέρες· ἔργα δὲ Φωτῶν
ἐς ταχινὴν ἔρρει τοιάδε λῃθεδόνα.
ἦν δέ με Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, ὧν ἀΦ' ἑκάστης
δαίμονος ἄνθος ἐμῇ θῆκα παρ' ἐννεάδι
γνώσεαι, ὡς Ἀΐδεω σκότον ἔκΦυγον.

Prava inest loco ita scripto oppositio. Manifesto enim poeta dicere voluit brevem monumenti cito perituri memoriam praetereunti viatori suggerere Sapphus mortem, contra carmina eius numquam interitura poetriae immortalitatem. Quocirca requiro:

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰὼν, ξένε, τόνδε, θανοῦσαν
τὰν Μιτυληναίαν ἔννεπ' ἀοιδοπόλον,

nec probare possum editoris coniecturam μή μ' ὑποδῦσαν sive μή με χαδεῖν γᾶν. In vs. 5 fieri potest, ut melius scribamus ἦν δέ γε Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, *sin vero Musarum gratiam exploraveris*, sed nihil affirmo. In δαίμονος parum eleganter adiecto fortasse non iniuria haesit Harberton, sed eius coniectura: λειμῶνος τῇμῇ parum probabilis videtur, quia ἄνθος abesse nequit.

Possis tamen: ὧν ἀΦ' ἑκάστης
λείμακος ἄνθος (ἄνθε'?) ἐμῇ θῆκα παρ' ἐννεάδι.

Ep. 19, 3 de Alcmane Leonidas:

τύμβος ἔχει Σπάρτας μεγάλαν χάριν, εἴθ' ὅ γε Λυδὸς
ἄχθος ἀπορρίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδαν.

Digitized by Google

Λυδὸς est Planudea lectio pro Palatino λοῖσθος, quod corr. in λύσθος. Verba ab aliis aliter tentata, nuperrime ab editore, qui εὖ δ' pro εἴθ' et Ἀΐδα proponens, ἰσοψηφίαν (de qua nihil traditur) ut restitueret (non tamen absolutam), non reputavit nihil esse cur poeta Alcmanem, summo honore Spartae qui floruit, ob mortem felicem praedicaret. Incerta loci correctio; coniecturis addo: ἔνθ' ὅ γ' ἐλυσθείς (porrectus), coll. Apoll. Rhod. I 254, 1034.

Ep. 38.

Θεῖος Ἀριστοφάνευς ὑπ' ἐμοὶ νέκυς· εἴ τινα πεύθῃ,
κωμικὸν (l. -κὸς cum Kaibelio), ἀρχαίης μνᾶμα χοροστασίης.

Probabilis est Stadtmülleri coniectura τέρμα, nec praeferendum σχῆμα (*ornamentum*), quod mihi in mentem venerat.

Ep. 45, 3. De Euripide dicitur:

πλεῖστα δὲ Μούσαις
τέρψας ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

ἐκ πολλῶν, quod a plerisque sollicitatur, tueri videtur ep. 60, 3:

εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον.

Apte ut singula singulis respondeant, expectes:

πλεῖστα δὲ ⟨πολλοὺς⟩
τέρψας ἐκ πολλῶν πλεῖστον ἔπαινον ἔχει.

Ep. 47.

Ἅπασ' Ἀχαιὶς μνῆμα σόν γ', Εὐριπίδη·
οὔκουν ἄφωνος, ἀλλὰ καὶ λαλητέος.

Ex coniecturis collectis et auctis ab editore nulla cum mihi satisfaciat, locum conclamatum sic tentare lubet:

Ἅπασ' Ἀχαιὶς μνῆμα σόν γ', Εὐριπίδη,
οὐ λίθος ἄφωνος, ἀένακον (s. ἄφθιτον) λαλεῖ κλέος.

in qua correctione λαλεῖ κλέος debetur Stadtmuellero. Huiusmodi saltem requiro sententiam. „Immortalem tuam gloriam proclamat omnis Achaia monumentum, non mutus lapis (sepulcri)."

Ep. 87

Σῶμα μὲν ἧρε (ἦθε Polak) Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ,
ὀστέ' (ὀστὰ δ' Cob.) ἔχει Σάλαμις, ὧν κόνις ἀστάχυες.

Digitized by Google

Suspicor *ἀνσταχύει*, *producit fruges*, coll. Apoll. Rhod. IV 271 *ἄλις προχοῇσι δ' ἀνασταχύουσιν ἄρουραι*. Plura verbi exempla dabit Stephani thesaurus s. v.

Ep. 98, 2. *Φεύγειν κατέγνων τοῦ Φίλου χάριν* Κύρου, sc. *πολῖται*. Correctionem *κατέγνον* propositam ab editore mihi vindico.

Ep. 105. *Καὶ σέο, Λακύδη, Φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρα καὶ σὺ*
Βάκχου ἐλὼν ἀΐδην ποσσὶν ἔσυρες ἄκροις.
Evidentem Cobeti emendationem *σὲ* — Βάκχου — *ἔσυρεν* merito probavit Duebner, contra ferri nequit editoris coniectura *ἔκυρσας*, qua admissa non amplius recte intelligi possunt verba *ποσσὶν ἄκροις*.

Ep. 106, 3. De Epicuri morte Diogenes Laertius:
θερμὴν ἐς πύελον γὰρ ἐσήλυθε καὶ τὸν ἄκρητον
ἔσπασεν, εἶτ' ἀΐδην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο.
Male abundare articulum sensit Stadtmüller, proponens *θερμὴν ἐς πύελον γὰρ ἐληλούθει τὸν ἄ.*, sed nescio an potius sedes vitii sit KAITON, sive latet *κῶνον*, sive *κᾶνδον*, sive *καί τότ'*.

Ep. 113 *Ἀνεῖλεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον*
ἰὸν ἔχουσα πολὺν
ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων
ἀλλ' ἀΐδην μέλανα.
Placet editoris coniectura *ἐμοῦσα*, sed praeterea dubito de sanitate vocis *ἄσμηκτον*, parum aptum veneni epitheton, quod in corpus penetrans detergeri non posse ultro liquet. Quia autem aspidem optime *θηρίον ἄμικτον*, i. e. *ἄγριον*, vocaveris, nescio fere an Diogenes dederit:
ἰὸν ἐμοῦσα πολύν,
ἄμικτος, οὐ στίλβουσα κτἑ.

Ep. 116, 2 *ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.*
Permire dictum pro *ἔ. μ. κύων ἄγριος ὀ.* aut *κυνὸς ἄγριος ὀδούς*. Locus vix sanus, quem emendare nequeo.

Digitized by Google

Ep. 137.

Μή με τάφῳ σύγκρινε (σύ γε κρ. Iacobs) τὸν Ἕκτορα
μηδ' ἐπὶ τύμβῳ
μέτρει τὸν πάσης Ἑλλάδος ἀντίπαλον.

Neque μετρεῖν τι ἐπί τινι pro nudo Dativo Graecum videtur neque ἐπιμετρεῖν usquam poni pro verbo simplici, ita ut non magis de tmesi cogitari possit. Verum hodieque puto quod olim correxi, sed afferre neglexit editor:

μηδέ τι τύμβῳ
μέτρει κτέ.

Ep. 147, 7

εἰ δέ σε μὴ τεύχεσσιν Ἀχιλλέος ὤπλισεν Ἑλλάς.

Optime ita traditum est, et plane otiosae sunt Stadtmuelleri coniecturae ἠγλάισ' et ἐστόλισ'.

Ep. 157

τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.

Astrologi, quos ita vocat poeta, clarius significati fuissent vocabulo ἀστέριοι, quoniam αἰθέριοι etiam (et facilius) contra mentem auctoris de auguribus intellegi poterat.

Ep. 167

παῖδα δὲ δαίμων
ἔφθασεν οὐδ' αὐτῶν εἴκοσιν ἡελίων.

Rectius scriberetur οὐ τελέων, *intra viginti dies non integros*. Sed praefero leniorem editoris coniecturam οὐδ' ἀντῶντ'.

Ep. 176, 5

ἦ ῥα κακῶν θανάτων τίς ἔφη λύσιν, ὀππότ' ἐμεῖο,
ξεῖνε, πόλει παθέων ὕστατον οὐδὲ τάφος;

Ita pro τις ἔφη dedit Stadtmueller adnotans „sciscitatur quis dixerit mortem malorum finem, scil. ut illum opposita sua sorte erroris conviucat." Ita vero scribens neglexit hac lectione omnem vim adimi voculis ἦ ῥα, quae pronomini interrogativo suapte natura antecedere nequeunt. Melius obtemperasset Iacobsio optime corrigenti τις ἐρεῖ, quod recepit Duebner.

Digitized by Google

Ep. 180 Ἠλλάχθη θανάτοιο τεὸς μόρος· ἀντὶ δὲ σεῖο
δέσποτα, δοῦλος ἐγὼ στυγνὸν ἔπλησα τάφον.

Minime praeferenda mihi videtur proposita ab editore coniectura στεγνόν. Nihil enim ad rem esse arbitror quod (quam rem virum doctum movisse suspicor) mox servus dicit οὐ βαρὺς ἡμῖν ἐστ' Ἀΐδης, qui eri amore ductus ita loquitur. *Horrendum* enim sepulcrum dicit defuncti monumentum in quod fodiens delapsus est, habita domini, non sui ipsius, ratione. — Felicior et nescio an vera sit elegans eiusdem correctio ep. 185

Αὐσονίη με Λίβυσσαν ἔχει κόνις, ἄγχι δὲ Ῥώμης
κεῖμαι παρθενικὴ τῇλε πάτρας ψαμάθων

pro τῇδε παρὰ ψαμάθῳ. Certe tradita lectio, si sana, misera est στοιβή, et arenae mentio non suburbium Romanum, sed Africam animo suggerit. Contulit ipse coniecturae auctor ep. 290, 2. IX 284, 4. 318, 2. App. Plan. 52, 8.

Ep. 195

Ἀκρίς, ἐμῶν ἀπάτημα πόθων, παραμύθιον ὕπνου,
ἀκρὶς, ἀρουραίη Μοῦσα κτέ.

Legitur μύθων in cod. Pal., quod vitium fluxisse videtur e sequenti παραμύθιον, sed corrector adscripsit γρ. πόθων, et ita Planudes. Kaibel coniecit μόθων, cui coniecturae obstat, quod μόθος semper sensu proprio, numquam translato, usurpari videtur. Si quid mutandum, malim μόγων = πόνων, quod vs. 5 sequitur:

ὥς με πόνων ῥύσαιο παναγρύπνοιο μερίμνης.

In vs. 4 ἐγκρούουσα Φίλοις (Φίλος cod.) ποσσὶ λάλους πτέρυγας acquiescendum arbitror huic leni Brodaei emendationi, nec praefero editoris tentamina ἀδινῶς et ἀφελής.

Ep. 205, 5

οὐ σέ, Φίλη πέρδιξ, Φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω,
ἀλλ' ἐπὶ σοὶ κτείνω τὴν σέθεν ἀντιβίην.

Iniuria sperni videtur correctio Planudea κτενέω.

Ep. 212, 3

πολλαῖς γὰρ νάεσσιν ἰσόδρομον ἄνυσε μᾶκος
ὄρνις ὅπως δολιχὸς ἐκπονέουσα τρίβον.

Digitized by Google

Feliciter Stadtmüller πτηναῖς reddidit Mnasalcae, coll. Pind. Ol. 9. 35 καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον καὶ νεὸς ὑποπτέρου. Aperte enim navium multitudo earum velocitatem non auget, nec πλωταῖς, de quo aliquis cogitet, sufficit. Πτανὸν ὄνειρον, quod traditum Phoen. 1539, est pseudodorismus, ποτανός contra genuinus.

Ep. 214, 7

ἦ γὰρ ἶσον πρηῶνι Μαλείης ὡς ἐκυκήθη
κῦμα, πολυψάμμους ὥσεν ἐπὶ ψαμάθους.

Ita codex. Editor cum Toupio scripsit πολυξάντους (πολυψήφους Salmasius) in adnotatione proponens

ἦ γὰρ ἶσον πρηῶνι Μαλειάων ἐκυκήθη
κῦμ', ὃ (cum Bernhardyo) πολυψάμμους ὥσέ σ'
ἐπὶ σπιλάδας.

Permirum sane *scopuli arenosi*, qui vereor ut in rerum natura occurrant! Melius olim Polak πολυψαμάθους — χθόνας proposuit.

Ep. 223, 7. Scribitur de Cybelae sacerdote defuncta:

κεῖθ' * *
ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

Queritur editor, quod Planudis coniecturae κεύθεται Αἴδῃ vix praestent recentiorum conamina, ipse in textu haud felicius supplens κεῖθ' ἅμα μίτραις „ut quae viva coronis abundavit, mortua taeniarum saltem ornatum retinere diceretur." Quam tamen debilis sit ista oppositio ipse, credo, sentiens addit „Malim tamen lemmatistae additamento (ἀ μυρίπνους) prorsus neglecto ὑπὸ τύμβῳ s. ὑπὸ πέτρῃ supplere, ut vetustis floribus saxi duritia opponatur." Mihi quidem non spernendum sed aptissimum videtur lemmatistae supplementum, modo reponatur, quod probante metro procul dubio voluit κεῖτ' ἀμυρίπνους, id quod etiam Headlamum video perspexisse. Simili sensu ἀμύριστος olim coniecit Iacobs. In sero poeta huiusmodi compositum ferri posse videtur.

Ep. 225, 3 ὡς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον, ὃ σχεδὸν ἀκτῆς
βαιὸν ἄπο ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.

Aegre concoquo abundans σχεδόν. Fortasse latet σταθὲν, *erectum*.

Digitized by Google

Ep. 233.

Αἴλιος, Αὐσονίης στρατιῆς πρόμος, ὁ χρυσέοισι
στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους,
νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
εἶδεν ἀριστείην ἐμφανὲς εἰς ἰδίην.
πῆξε δ' ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἐὸν ξίφος εἰπέ τε θνήσκων
Αὐτὸς ἐκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχῃ.

Aliorum coniecturis, quas vide apud Stadtmuellerum, adiutus suspicor:

τέρμα τ' ἄφυκτον
εἶδεν, ἀριστείην ἐμφανίσας ἰδίην,
πῆξεν ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἐὸν ξίφος,

nisi forte praeferendum ἠμφάνισ' ἄψ —, πῆξε δ' κτἑ., cl. 234, 3 sq.

Ep. 237.

Οὔρεά μευ καὶ πόντον ὑπὲρ τύμβοιο χάρασσε
καὶ μέσον ἀμφοτέρων μάρτυρα Λητοΐδην
ἀενάων τε βαθὺν ποταμῶν ῥόον, οἵ ποτε ῥείθροις
Ξέρξου μυριόναυν οὐχ ὑπέμειναν Ἄρην.
ἔγγραφε καὶ Σαλαμῖνα, Θεμιστοκλέους ἵνα σῆμα
κηρύσσει Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

Adeo languent sic scripta ultima verba, ut verissimam iudicem lenem Iacobsii, quam ipse repudiavit, correctionem:

Θεμιστοκλέους ἵνα λῆμα
κηρύσσῃ (cum Planude) Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

Ep. 243.

Φωκίδι πὰρ πέτρῃ δέρκευ τάφον· εἰμὶ δ' ἐκείνων
τῶν ποτε Μηδοφόνων μνᾶμα τριηκοσίων,
οἳ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον ἀμβλύναντες
Ἄρεα καὶ Μῆδον καὶ Λακεδαιμονίων.

Melius intellegam:

Ἄρεα ⟨τὸν⟩ Μῆδον ⟨τῷ⟩ Λακεδαιμονίῳ.

postquam martis Persae impetum marte Lacedaemonio fregerunt. Cod. Pal. Λακεδαιμονίαν, Plan. Λακεδαιμονίων, Iacobs Λακεδαιμόνιον. Alludit ἀμβλύνειν ad Martis epitheton ὀξύς.

Digitized by Google

Ep. 250, 3

— Πέρσαις δὲ περὶ Φρεσὶ (περίφροσι Bgk.)
πήματα πάντα
ἤψαμεν ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης.

Merito haesit editor apte coniciens πήματ' ἄλαστα. Aut hoc verum videtur, aut (quod litteris traditis etiam similius est) πήματ' ἄτλητα. Paullo neglegentius scriptum ΑΤΛΗΤΑ ab ΑΠΑΝΤΑ vix dignoscitur.

Ep. 260.

Μὴ μέμψῃ παριὼν τὰ μνήματά μου, παροδῖτα·
οὐδὲν ἔχω θρήνων ἄξια οὐδὲ θανών.

Quia μέμφεσθαι nusquam significat *miserari*, aut *deplorare*, si lectio sana est, elliptice ita dictum est pro μὴ μέμψῃ τὴν ἐμὴν τύχην. Clarius poeta scripsisset μὴ πένθει sive μὴ θρήνει.

Ep. 278, 7

μόχθων οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασεν, ἡνίκα μοῦνος
οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.

Vulgo recepta est haec speciosa, fateor, Planudis correctio pro tradita in cod. Pal. lectione με κατένευσεν, sed tamen scrupulum inicit insolita verbi constructio cum genitivo. Quare vide num forte vera sit correctio

μόχθων οὐδ' Ἀΐδης κατέπαυσέ με

cum hiatu ante diaeresin bucolicam, ut 502, 1 et saepius alibi.

Ep. 279.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῶδ' ἐπὶ τύμβῳ
αἰὲν (αἰαῖ Iac.) ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδίῃ.
ναυηγοῦ τὸ μνῆμα· τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης
αὖθις ἀναμνῆσαι τὸν κατὰ γῆς ἐθέλεις;

Adeo frigent ita posita verba ναυηγοῦ τὸ μνῆμα, ut vitium subesse existimem. Conieci

σποδίῃ,
ναυηγοῦ παράσημα, i. e. σύμβολα.

aut, si mavis, ἐπίσημα.

Digitized by Google

Ep. 296, 7 μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

Si hoc obscurum epigramma, de quo vid. adnotationem editoris, qui recte ἀλγῶν pro αὐτῶν proposuisse videtur, recentis est poetae, nescio an ultimus versus, multifariam sollicitatus, sanus sit atque integer. Interpretor: πληγεῖσα ἀμφοτέραις χερσὶ (terra marique) ὑπὸ τοῦ κρατεροῦ Πολέμου.

Ep. 305.

Ὁ γριπεὺς Διότιμος, ὁ κύμασιν ὁλκάδα πιστὴν
κὴν χθονὶ τὴν αὐτὴν οἶκον ἔχων πενίης,
νηγρετὸν ὑπνώσας τὸν ἀμείλικτον ἱκετοτο (s. ἱκσ.) * *
αὐτερέτης ἰδίῃ νηὶ κομιζόμενος κτέ.

In vs. 3 repraesentavi codicis Palatini scripturam, pro qua corrector dedit ἀμείλι[χ]ον et ἱκ[το γρ. ἀίδαν, unde Planudes ἀμείλιχον ἵκτο πρὸς ᾅδην, Iacobs ἵκετ' ἐς Αἴδου, Boisonade Ἀίδαν τὸν ἀμείλιχον ἵκτο et sic Hecker, nisi quod melius Ἀΐδην scripsit. Tandem Stadtmüller edidit τὸν ἀμείλιχον ‹εἰς μυχὸν› ἵκτο, praeterea εἰς λιμέν' proponens. Conspirant igitur omnes in admittenda neutiquam necessaria correctoris mutatione. Equidem antiquiorem codicis lectionem retinens corrigere malim:

νηγρετὸν ὑπνώσας τὸν ἀμείλικτον ‹μυχὸν› ἵκτο,

nisi forte praestat ἵκται, *venit* (potius quam *venerat*).

Ep. 316, 3

ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὁδόν. ἢν δὲ παρέλθῃς
σιγῇ, μηδ' οὕτως ἦν ἀνύεις τελέσαις.

Aeque apta mihi videtur Heckeri coniectura τανύεις atque inepta Stadmülleriana ἀλύεις. Melius idem σὺ νοεῖς sive potius νοέεις, sed minus leniter quam nostras.

Ep. 321.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις
πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων·
καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον σοι ἀνεστήριξεν (ἐν- Scaliger) ἐλαίης,
πολλάκι καὶ Βρομίου κλημασιν ἡγλάισεν κτέ.

Lenissime sane Kaibel, deleta virgula post ἐλαίης scribi iussit ἀείπρεμνον, at vocabulum hoc nusquam lectum quid significet

Digitized by Google

me quidem latet. Si *πρέμνον*, quae est correctoris (*γρ. πρέμνον*) et Planudis lectio pro ΠΕΠΛΟΝ, genuinum sit, coniciam potius *ἐύπρεμνον*, coll. A. P. VI 220, 10, quia tamen maior est codicis lectioni auctoritas, Heckeri correctionem *ἀειπΕΤΑΛΟΝ* probare non dubito. Cf. A. P. XI 54. XII 84, Ar. Thesm. 1000, al.

Ep. 330.

Τὴν σορόν, ἣν ἐσορᾷς, ζῶν Μάξιμος αὐτὸς ἑαυτῷ
θῆκεν, ὅπως ναίῃ παυσάμενος βιότου
σύν τε γυναικὶ Καληποδίῃ τεῦξεν τόδε σῆμα
ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κὴν φθιμένοισιν ἔχοι.

Vocula *ἵνα* vix quidquam est quam aut glossema coniunctionis *ὡς* aut ineptum lacunae supplementum, quo deleto suspicor:

ὡς τὴν ⟨εὔ⟩στοργον κὴν φθιμένοισιν ἔχῃ.

Lectionis varietatem et coniecturas vide apud Stadtm., vocabula novitia *εὔστοργος* et *εὐστοργία*, in Papiano lexico omissa, apud Stephanum in thesauro Dindorfii.

Ep. 334, 9 sq.

ἡ μὲν ἐμοὶ Φίλον ἦεν ἐΦ' (*ὑΦ'* Korsch) *ἀγνῶν ἡγεμονήων*
ἐμπρεπέμεν μύθοις ἀμΦὶ διδασκαλίαις.

Mire in carmine bene composito hoc distichon interrumpit orationem, artissime enim cohaerent verba praegressa *ἡ δ'* (mater defuncti) *ἐπ' ἐμοὶ πάντας ἔτλη καμάτους* cum sequentibus *ἀλλά μοι οὐ γενύων ὑπεδέξατο* (*ἐπεδ.* Duebner) *κούριμον ἄνθος κτέ.* Quocirca vide ne post vs. 10 unum plurave disticha interciderint, in cuius quorumve fine poeta ad matrem redierit.

Ep. 336.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' ὀρέγοντος
οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον κτέ.

Meineke apte coniecit *δυστυχίης ἔρυμα*. Sed fortasse traditum vocabulum servari poterit lenissima correctione:

δυστυχεῖ ἦρ' ἐράνου.

Ἦρα = *χάριν* (cf. Homericum *ἐπίηρα Φέρειν*), quod etiam substantive usurpatur, lectum iam apud Bacchylidem X 21 (ed. Bl.) saepius legitur apud sequiores poetas, vide in Thesauro Dind. IV p. 191 sq.

Digitized by Google

Ep. 339.

Οὐδὲν ἁμαρτήσας γενόμην παρὰ τῶν με τεκόντων,
γεννηθεὶς δ' ὁ τάλας ἔρχομαι εἰς Ἀΐδην.
ὦ μῖξις γονέων θανατηφόρος· ὤμοι ἀνάγκης,
ἥ με προσπελάσει τῷ στυγερῷ θανάτῳ.

Miror nondum quemquam, quod certe sciam, correxisse, id quod tamen, quia mortui verba sunt, necessarium videtur:

ἥ με προσπέλασεν τῷ στυγερῷ θανάτῳ.

Adnotat editor „προσπελάσει] σει ex συ videtur correxisse A" (m. pr. cod. Pal.).

Ep. 345, 7.

Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν οἷ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Parum satisfaciunt propositae coniecturae ἐμοὶ γὰρ οὐ καλά, ἐγὼ γὰρ οὐ κοινῶ (FGSchmidt), ἄναγνα δ' οὐκ οἶδα (Stadtmüller). Expectatur potius quod significet ἐμοὶ γὰρ οὐ Φροντίς, *non enim curo, contemno.* Nam forte eo sensu poeta dederat

ἐμοὶ γὰρ οὐ κῆδος?

Ep. 375, 3

οἷς ὑποφωλεύουσαν (aedibus terrae motu concussis) ὑπήλυθον αἱ κακόμοιροι
ὠδῖνες· σεισμῷ δ' ἄλλον ἔμιξα Φόβον.

Non displicet editoris coniectura ἔμιξαν ὄχλον, longe praeferenda me iudice alteri ἔμιξα σάλον.

Ep. 377, 6

ἤλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον, ὥστ' ἀγορεῦσαι
πηλὸν Ὀδυσσείην καὶ βάτον Ἰλιάδα.

Sordent me iudice novae ariolationes σποδόν, θολόν, βόλβιτον (deleto καὶ) prae lenissima Kusteri emendatione πάτον. Similiter Plautum Pers. III 1, 3 in conviciis *lutum* et *sterquilinium* iungere iam Iacobs observavit, neque temere in textum πάτον recepit Boissonade. Saepius et alibi editor, nimis ingenio indulgens, locos vere olim correctos novis sollicitat coniecturis, velut ep. 379, 6, ubi certa Reiskii emendatione: εἰ ταύτης (pro ἐπ' αὐτῆς) μέτρον

Digitized by Google

ἔχω λιμένα non contentus, pro μέτρον, quod sanissimum est, proposuit μείζον', quod sententiam corrumpit.

Ep. 388.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
ὦσεν, ὅτ' εἰς ἄκραν ἦλθε τυραννοφόνος.

Graecum non est ὠθεῖν i. κ. π., quod sentiens FGSchmidt proposuit ἰχθύσιν εἰς ποταμόν, quia tamen recte editor conferre videtur ep. 286, 6 ἰχθύσι καὶ πελάγει, vitii sedes non in priore, sed in posteriore versu quaerenda est. Quare collato eo ipso loco, ubi est ὤλεο μοχθήσας ἰχθύσι καὶ πελάγει, Bianorem scripsisse suspicor:

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
ὤλεσ', κτἑ.

nisi forte, quod multum dubito, praeferendum est δῶκεν. Stadtmülleri coniecturam ἄγραν pro ἄκραν non intellego. Tyrannicida, tyrannum interfecturus, in arcem ascenderat, sed ab eius satellitibus correptus et in flumen deiectus est. Quid quaeso simplicius?

Ep. 389.

Καὶ τίς ὃς οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον υἱέα κλαύσας;
ἀλλ' ὁ Ποσειδίππου πάντας ἔθαψε δόμος
τέσσαρας, οὓς Ἀΐδαο συνήριθμον ἥρπασεν ἦμαρ κτἑ.

Prima verba laborare videntur, nam desideratur acrior oppositio cum sequentibus. Fortasse poeta dederat:

Τίς ⟨μὲν ἕν'⟩ οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον υἱέα κλαύσας.

Reliqua sana videntur, nec cum editore requiro οὐκ ἐκάλει — κλαῦσαι; idque eo minus quod in tali sententia opus esset praesenti καλεῖ, aut futuro, quod extat eo ipso loco quem citat, IX 257, 6.

Ep. 398.

Οὐκ οἶδ', εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι ἢ Διὸς ὄμβρον
μέμψομ'· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι.
ἀγρόθι γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς
τύμβος ἔχει γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων.
κεῖται δ' Αἰολίδος Σμύρνης ἑκάς.

Quamquam nihil novaverim, subit tamen mirari poetam (Anti-

Digitized by Google

patrum), ubi sepulcrum situm esset, significasse potius nomine loci, a quo *procul*, quam loci a quo *prope* distaret, nec scripsisse Σμύρνης πέλας, idque eo magis si recte lemmatista Polyxenum Smyrnaeum vocavit, qui rediens (κατιόντα) ad urbem tristi fato occubuit.

Ep. 403.

Ψύλλος, ὁ τὰς ποθινὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
οὗτος ὁ θηρεύων ἀπαλόφρονας ἐνθάδε κεῖται,
αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος.
ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε
μήτ' ἄλλον πείσῃς· σῆμα λέλογχε νέκυς κτέ.

In ultimo versu apto sensu carent verba σῆμα — νέκυς, nam sepulcrum habere lenonem iam dictum est versu praegresso. Conieci igitur σεμνὰ (vel σέμν', ἄ) λέλογχε νέκυς, i. e. σέβειν χρὴ τοὺς τάφους.

Ep. 409, 6. εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
καὶ Ζεύς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ' Ἐνοσίχθων
τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος.

Manifesto nihil proficitur leni Bethii et Ludwichii coniectura ὑπάτου, quod sentiens editor coniecit ἀλλ' ἑτέρων ὕπατος. Quia tamen ita desideratur necessaria notio θεῶν, equidem praetulerim ἀλλ' ἀλίων ὕπατος.

Ep. 411. Θέσπιδος εὕρεμα — Αἰσχύλος ἐξύψωσεν, ὁ μὴ σμιλευτὰ χαράξας γράμματα —,
καὶ τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν. ὦ στόμα πάντων
δεξιόν, ἀρχαίων ἥσθά τις ἡμιθέων.

In loco conclamato hoc primum apparet vocabula ἥσθά τις infelix esse veteris lacunae supplementum. Epigrammatis enim auctor procul dubio noluit dicere ipsum Aeschylum unum ex veteribus heroibus fuisse, sed, ut ipse in Ranis Aristophaneis significavit, sermonem in scenam introduxisse antiquis heroibus dignum. His igitur deletis corrigendum suspicor

ὦ (an ᾧ?) στόμα πάντων
⟨κρεῖσσον κ⟩ἀρχαίων ἄξιον ἡμιθέων.

Digitized by Google

coll. 409, 2 ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων.
aut sensu eodem ⟨φέρτερον⟩, ἀρχαίων ἀ. ἡ. Cf. 426, 3 sq. Ἄξιον iam ab aliis coniectum est.

Ep. 413, 9

ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων ἄμιν Ἀταλάντας
τόσσον, ὅσον σοφίᾳ κρέσσον ὀρειδρομίας.

Displicet quod pro ἄμιν (dittographema videtur, nam initio vs. etiam ἄμι (ἄμι?) habet cod. Pal.) reposuit editor αἰών, quia *vitae ratio* (victus) potius quam *vita* a poeta significatur, nec illo sensu αἰών usurpari videtur. Praetulerim igitur Planudeum βίος ἦν, aut Heckerianum μνάμα, quod Duebner recepit, aut κάρρον λῆμ' ἦν, quae Iacobsii est coniectura.

Ep. 427, 1. Ἁ στάλα, φέρ' ἴδω, τίν' ἔχει νέκυν.
Si sanum est ἔχει, improprie pro τύμβος positum est στάλα, *cippus*. Cf. 434, 2. Sed fortasse genuina lectio est ἐρεῖ, *quem mortuum indicabit*, de quo futuri usu cf. 423, 6 (φάσει) aliosque locos ab editore ibi laudatos.

Ep. 424.

Μαστεύω τίς εὐ ἀγῆς ἐπὶ σταλίτιδι πέτρᾳ
Λυσιδίκα, γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον· κτέ.

Ita cod. Pal. Tantum non certa videtur lenissima Bosschii correctio τί σευ Ἄγις, scil. maritus defunctae, qui aut ipse lapicida fuit, aut, quod verisimilius, ab alio symbola in sepulcro effingenda curavit, itaque improbo graviorem editoris mutationem τί σευ ἄρδις, quam textui intulit. Cf. 425

ἔνθεν ὅμευνος
τοιάδ' ἐμᾷ στάλᾳ σύμβολα τεῦξε Βίτων.

Ep. 433, 7 mater Lacaena ad filium ignavum:

Ἔρρε, κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔρρε ποθ' Αἴδαν.

Σκυλάκευμα quamquam nove dictum pro σκύλαξ optime formatum est ad analogiam veterum substantivorum κήδευμα, λάλημα, δούλευμα, aliorum. Noli igitur conicere σκυβάλισμα.

Digitized by Google

Ep. 450, 5. εἰ δέ τις ἡμέας
αἰσχύνων λαμυρὴν ἔπλασεν ἱστορίην,
τοῦ μὲν ἀναπτύξαι χρόνος οὔνομα, τἀμὰ δὲ λυγρὴν
ὀστέα τερφθείη κληδόν' ἀπωσαμένης.

Calumniatae mulieri, in quam Dioscorides hoc epigramma conscripsit, non sufficiebat opinor si tempus nomen calumniatoris aperiret, sed sperabat fore ut iustis opprobriis et contemptui hominum illud traderet. Quapropter conicio:

τοῦ μὲν ἀποπτύσσαι χρόνος οὔνομα.

Ep. 454.

Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς
ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

Malim ἑλοῦσα. Ceterum mireris aut poculi capacitatem aut potatoris debilitatem aut denique vim vini Graeci antiqui.

Ep. 455. Μαρωνὶς ἡ Φίλοινος, ἡ πίθων σποδός, κτἑ.

Num haec locutio inde explicanda, quod dolia multum potando cito exsiccata pulvere intus teguntur? Hoc si ita est, minus feliciter Antipater VI 291 Leonidam imitatus est aliam bibulam mulierem vocans κυλίκων σποδόν, si quidem epota pocula identidem replentur bibentibus. Aperte Maronidis nomen fictum est e Marone illo Homerico in Odyssea.

Ep. 456, 1. Τὴν τιτθὴν Ἱέρων Σειληνίδα.

Genuina forma nominis antiqua est Σιληνίς, ut Σιληνός.

Ep. 462.

Ἀγχιτόκον Σατύραν Ἀΐδας λάχε, Σιδονία δὲ
κρύψε κόνις, πάτρα δ' ἐστονάχησε Τύρος.

Si ἀγχιτόκον vere est traditum, id argumento esse potest non fictum hoc epigramma esse, sed de cippo aliquo descriptum. Rarius enim brevi ante partum mulieres moriuntur, saepissime contra, imprimis olim, ἀρτιτόκοι, quod in mero lusu poeta procul dubio praetulisset. Cf. 729, 3. Sed subesse potest librariorum error, de quo iam Iacobsium video cogitasse.

Digitized by Google

Ep. 465, 1

γράμμα διακρίναντες, ὁδοιπόρε, πέτρον ἴδωμεν,
λευρὰ περιστέλλων ὀστέα φατὶ τίνος.

Multo aptior videtur commemorata a schol. lectio λευκά notissimum apud Homerum ossium defunctorum epitheton.

Ep. 466, 5. Queritur mater lugens filium:

βαίην εἰς Ἄιδος σκιερὸν δόμον· οὔτε μοι ἠὼς
ἡδεῖ' οὔτ' ἀκτὶς ὠκέος ἠελίου.
ἄ δείλ' Ἀντίκλεις, μεμορημένε, πένθεος εἵης
ἰητὴρ ζωῆς ἔκ με κομισσάμενος.

Scire pervelim, quod ignoro, an alia huiusmodi voti extent exempla, quo mortui manibus vis tribuitur ducendi vivos ad inferos. Facile enim fieri potest ut εἵη sit genuina lectio referenda ad Plutonem commemoratum in vs. primo. Dubito enim num in novitio poeta verbi medii κομισσάμενος usu quidquam demonstrari possit.

Ep. 468, 5 πένθος δ', οὐχ ὑμέναιον, ἀνωρύοντο γονῆες κτέ. Expectaveris cum editore θρῆνον δ', sed fortasse sufficit lenior correctio πένθιμα δ'.

Ep. 472, 3

τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ ὅσον ὅσσον
στιγμὴ καὶ στιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον.

Pro corrupto vocabulo Reiske proposuit ἀβληχότερον, aut, quod longe praestat, ἀμαυρότερον, sed fortasse verum est ἀδηλότερον, *minus conspicuum*. Sequitur:

μικρή σευ ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
ἡδεῖ', ἀλλ' ἐχθροῦ στυγνοτέρη θανάτου.

Cave cum Reitzio αὔτη corrigas, αὐτὴ enim dicitur *vita ipsa, per se spectata*, nulla habita brevitatis ratione. Non magis igitur legendum αὐγή, *lux*.

Sed praeter vs. 11 incerta coniectura restitutum ab editore laborare mihi videntur quae secuntur vs. 13:

ἠοῦν ἐξ ἠοῦς ὅσσον σθένος, ὥνερ, ἐρευνῶν
εἵης ἐν λιτῇ κεκλιμένος βιοτῇ, κτέ.

Formulam enim ὅσσον σθένος, quae significare solet *quantum*

Digitized by Google

potes, omni vi, vix recte interpretantur *quantulum sit tuum robur*. Aut fallor, aut poetae philosopho reddi oportet:

ἠοῦν ἐξ ἠοῦς ⟨τάδ'⟩ ὅσον σθένος, ὦνερ, ἐρευνῶν
εἴης κτέ.

ut τάδε referatur ad cogitationes de vitae brevitate et vanitate expressas in omnibus quae praecedunt.

Ep. 489, 3

ἅς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ
ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

Acute editor „vox σιδ. requirit participium velut ἅς ἀποκειραμέναι στάλᾳ sive ἅ καὶ ἐπὶ φθιμένᾳ σπῶσαι (cf. O. R. 1234 κόμην σπῶσα)." At posterior coniectura ferri nequit, quoniam σπᾶν σιδήρῳ τρίχας vix cogitari potest. Mihi vitii sedes potius alter versus esse videtur, et nescio an olim fuerit

ἅλικες ἱμερτὰν κρᾶτ' ἀφέλοντο κόμαν.

Ep. 494.

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ᾧ φίλα, Νηρεῦ,
δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ,
ἰχθυβολεὺς ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν, ἀλλὰ θάλασσα
οὔτι διακρίνει χείματος οὐδ' ἁλιεῖς.

Coniecturis accedat haec:

ἀλλ' ἀθαλάσσων
οὔτι διακρίνει χείματος οἷμ' ἁλιεῖς.

i. e. *sed a maris imperitis nequaquam distinguit tempestatis impetus piscatores*. Pulchre ita τὸ ἀθάλασσον opponitur τῷ συνήθες in vs. 2. Praeivit Reiske coniciens ἀλλ' ἀθαλάσσους, quod tamen aperte non sufficit.

Ep. 495, 3.

ἡιθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεῖστα πολυκαύτου κήδεα ναυτιλίης.

Inepte *adolescentibus* tribuitur quod de omnibus valet mortalibus, itaque corrigatur:

θνητῶν ⟨μὲν⟩ δακρυτὸς κτέ.

Quid sententia postulet iam sensit interpres Latinus apud Duebnerum, vertens „*Hominum* lamentabilis omnis mors".

Digitized by Google

Ep. 496.

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελεν Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐκ (ἐν Reiske, εἰς Heringa) Σκυθέων μακρὸν
ὁρᾶν Τάναϊν
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγκεα νειφομένης ἀμφὶ Μεθουριάδας.

Quia inauditum est πέλας iunctum cum accusativo, nec praeter volucres marinas quisquam dici potest ναίειν οἶδμα θαλάσσης, mendosum existimo verbum ναίειν. Intelligam: μηδὲ πέλας λεύσσειν Σκ. ο. θ., sed fortasse mutatione propemodum nulla emendandum est

μηδὲ πέλας γ' ἀίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης.

nec vero e propinquo audire tumidi maris Scironici sonitum.

Ep. 506, 3.

ἦ γὰρ ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος εἰς ἅλα δύνων
Ἰόνιόν θ' ὑγρὸν κῦμα κατερχόμενος
τὴν μὲν ἔσωσ' κτέ.

Invenuste Leonidas, si ita scripsit, duplici eiusdem fere notionis participio usus est, ubi unum sufficiebat. Quare suspectum habeo δύνων, pro quo expecto aliquod maris epitheton, velut δεινήν.

Ep. 514.

Αἰδὼς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῇσι Θεαίρου
ἀενάου στονόεντ' ἤγαγεν εἰς θάνατον
Θρηικίῳ κύρσαντα λόχῳ.

Imo vero 'γκύρσαντα, ut apud Homerum ἐνέκυρσε Φάλαγξι et similia alibi multa. Inauditus est dativus h. l. iunctus cum verbo simplici. Facillimam correctionem omnes, quod sciam, criticos hucusque fugisse permiror.

Ep. 529.

Τόλμα καὶ εἰς Ἀίδαν καὶ ἐς οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει.

Cf. 578.

Χθών σε τέκεν, πόντος δὲ διώλεσε, δέκτο δὲ θῶκος
Πλουτῆος· κεῖθεν δ' οὐρανὸν εἰσανέβης.

Digitized by Google

Ep. 534.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο μηδὲ παρ' ὥρην
ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
ἠπείγευ, Κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Elegans epigramma dedecoratur inutili repetitione vocabuli *ἔμπορος* in vs. quinto. Cogitavi de corrigendo schemate Homerico *ἄμμορος* (s. *πάμμορος*) *ὦ Κλεόνικε.*

Ep. 546.

Εἶχε κορωνοβόλον πενίης λιμηρὸν Ἄριστων
ὄργανον ᾧ πτηνὰς ἠκροβόλιζε χένας.

Ad suspectam formam pro *χῆνας* legitur haec editoris nota „*γρ. κίχλας* schol., quocum concinit Plan., *ἠκροβόλιζ' ἀγέλας non* poteris tueri cl. Hippol. 734 *ποταναῖς ἀγέλαις*, Ion. 106 *πτηνῶν ἀγέλας*". Voluit procul dubio *non* poteris *non* tueri. Aut hoc aut *κίχλας* verum videtur.

Ep. 555. *Ἐς πόσιν ἀθρήσασα παρ' ἐσχατίης λίνα μοίρης*
ἤνεσα καὶ χθονίους, ἤνεσα καὶ ζυγίους.

Adnotat editor „*ζυγίους* parum accurate [imo stupide] *οὐρανίους* interpretatur schol." Nisi forte ex antiquiore scholio male ita transcripsit pro *τοὺς γαμίους.*

Ep. 557.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες Μαίην χρόνος· ἐς τρία δ' ἄλλα
ἔτρεχεν.

Admodum neglegenter lemmatista: *Εἰς Μαίην τινὰ γυναῖκα τριάκοντα καὶ τρεῖς χρόνους ζήσασαν*, nisi forte (lemmata enim saepe corrupta sunt) post *χρόνους* excidit *οὐχ ὅλους.*

Ep. 560, 5.

πᾶσι γὰρ ἦσθα λίην πεφιλημένος οἷά τε πάντων
ξυνὸς ἐὼν κοῦρος, ξυνὸς ἐὼν ἕταρος.

Amasium intelligi posse vix credo, cum praesertim omnibus communia *παιδικά* fuisse puer parum honorifice diceretur. Valde igitur arridet editoris coniectura *κόσμος.*

Digitized by Google

Ep. 578, 5

αἰγανέη δὲ τάλαινα σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται
αἰαῖ, θαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

Vertunt *in terra iacent*, ut idem sit quod ἐπὶ χθονὶ κεῖται, suntque sane Byzantini in praepositionum usu parum diligentes. Cf. 680, 2. Hic tamen nescio an Agathias voluerit παράκειται (ἐν) χθονί, *humi adiacent*, ut haec in cippo tanquam symbola efficta putentur.

Ep. 579, 5. De Petri in theatri tecto delapsi obitu Leontius scholiasticus scribit:

τοῦτον ἔγωγε
ἄγριον οὐ καλέω, τὸν δὲ Φύσει θάνατον.

Iure mireris hoc perversum hominis iudicium. Expectamus enim ipsum contrarium ἥπιον. Cf. 603, 1

α. Ἄγριός ἐστι Χάρων. β. Πλέον ἥπιος. κτἑ.

An locum corrigi posse putas ponendo post θάνατον signum interrogandi, et explicari:

Num ego non hanc (violentam) *mortem, sed naturalem, crudelem dicam?* Vide tamen ne obstet verborum ordo. Sed aliorum expecto iudicium.

Ep. 604, 4 οἱ δὲ γόων πικρὸν ἔχουσι νέφος.

Cf. Eur. Med. 147 νέφος οἰμωγῆς, Herc. 1140 στεναγμῶν νέφος. Moneo propter otiosas Stadtmuelleri in *addendis* coniecturas μέρος et λάχος.

Ep. 614, 5 τὼς δὲ συνεύνως
ἔκτανε ⟨δὴ⟩ τήνας τῇδε βιησόμενος.

Voculam δή editor, ὡς Iacobs inseruit. Constabunt etiam numeri substituto Aor. pr. ἔκτεινεν.

Ep. 622.

Βόρχος ὁ βουποίμην ὅτ' ἐπὶ γλυκὺ κηρίον εἶρπεν
αἰγίλιπα σχοίνῳ πέτρον ἐπερχόμενος,
εἵπετό οἱ σκυλάκων τις ὁ καὶ βοσίν, ὃς φάγε λεπτὴν
σχοῖνον ἀνελκομένῳ χραινομένην μέλιτι·
κάππεσε δ' εἰς Ἀίδαο· τὸ δ' ἀτρυγὲς ἀνδράσιν ἄλλοις
κεῖνο μέλι ψυχῆς ὦνιον εἰρύσατο.

Digitized by Google

Quidni alii eodem modo rupe conscensa illud mel petere potuerint, non video. Quare vix dubito quin Antiphilus Byzantinus non ἄλλοις scripserit, sed ἄλλως. Verte „mel quod alia ratione ab hominibus colligi non poterat."

Ep. 636, 5.

Φῦλον ἐπεὶ νήριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν
ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς.

Agitur de maxima bestiarum copia in Africa iussu imperatoris spectaculorum causa capta. Certissima videtur Heckeri emendatio ἔθηκ' ἐν ὀπαῖς, sed laborare adhuc videtur ἐς μίαν, cui formulae vix locus est. Stadtmüller proposuit ἐς μέσον, equidem malim ἐς μόθον (i. εἰς μάχην) αἰχμηταῖς.

Ep. 650, 3

ἠπείρῳ γὰρ ἔνεστι μακρὸς βίος· εἰν ἁλὶ δ' οὕπως
εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

Ingeniose Stadtmüller ἐνδιάειν proposuit, at nihil facit ad vitae brevitatem coeli intemperies, cui nautae expositi sunt, et de solis agitur eorum per naufragia periculis; accedit quod praep. εἰς pro μέχρι usurpata, exceptis formulis quibusdam, dubiae est graecitatis; altera autem eiusdem coniectura ὃς π. ἤνθισ' ἰδεῖν κ. nimis artificiosa videtur et iusto violentior. Melius olim Iacobs ἄνδρας ἑλᾶν, sed displicet ἄνδρας. Malim:

εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἀνδρὶ μολεῖν κεφαλήν.

Ep. 652, 7.

Τιμάρης δὲ κενὸν τέκνου κεκλαυμένον ἄθρει̃ν
τύμβον δακρύει παῖδα Τελευταγόραν.

Multis coniecturis, quarum nulla mihi quidem satisfacit, addo κεκμημένον, *erectum*, coll. 653, 3:

ᾧ τόδε σῆμα
δακρύσας κενεὸν παιδὶ πατὴρ ἔκαμεν.

Ep. 654.

Αἰεὶ λῃσταὶ καὶ ἀλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;

Digitized by Google

ὡς καὶ ἐμὲ πλώοντα σὺν οὐκ εὐπίονι Φόρτῳ
Κρηταιεῖς ὦσαν Τιμόλυτον καθ' ἁλὸς
δείλαιον κτέ.

Vocabulum nusquam lectum εὐπίων non sollicitarem, nisi potius contraria notio expectaretur, quoniam magna praeda piratas magis allicit quam exigua. Cogitavi igitur de corrigendo:

σὺν οὐκ εὐδαίμονι Φόρτῳ,

scil. quod onus domino navis non felix, sed exitiosum futurum erat.

Ep. 667, 3

λῆγε γόων καὶ παῦε, πόσις, καὶ παῖδες ἐμεῖο
χαίρετε, καὶ μνήμην σώζετ' Ἀμαζονίης.

Olim παῦε e glossemate fluxisse putans corrigebam χαῖρε, nunc ambabus arripio lenissimam editoris emendationem παῖδας, qui acute praeterea coniecit ἐς ἀεὶ | χαίρετε.

Ep. 678.

Πληρώσας στρατιὴν Σωτήριχος ἐνθάδε κεῖμαι,
ὄλβον ἐμῶν καμάτων γλυκεροῖς τεκέεσσιν ἐάσας.

Quamquam poetae ὄλβον suum non eripio, melius, ni fallor, scripsisset καρπὸν ἐμῶν καμάτων.

Ep. 679, 7.

ἔργα δὲ θέσκελα πάντα λέγειν, ἅπερ ἐν χθονὶ τεῦξεν.
οὐδ' ἐμοῦ ἐστὶ νόου οὐδ' ἑτέρων στομάτων.

Malim aut οὔτ' — οὔτ', aut οὐκ — οὐδ', sed potius illud.

Ep. 692, 5 οὔθ' Ἑλλάδι στρωτόν ποτ' οὔτ' ἐν Ἀσίδι
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν.

Incredibile dictu est Harbertonum conicere potuisse τρωτόν, quod si legeretur, nemo non statim στρωτόν corrigeret, quod verum esse clamat totum epigramma. Cf. praeter ἀνέτραπεν, vs. 2 ὁ πλατὺς πόδας. Sed omnino in omnibus viri docti ariolationibus, quas diligentius quam merentur editor in h. v. prolegomenis p. LXXXVIII sq. collegit, praeter paucissima, quae ipsi non displicuerunt, vix quidquam reperies mentione dignum. Ferri tamen potest quod ep. 733, 1 proposuit αἱ φθίμεναι pro αἱ νόμιμοι.

Digitized by Google

Ep. 698, 11

ὤχετο μουσοπόλοισι ποθὴν πάντεσσιν ἐάσας,
οὓς ἐπόθει πατέρων φέρτερα γειναμένων.

Mire ἐπόθει legitur pro eo quod expectatur ἐφίλει. Sed haud scio an Christodorus dederit:

οὓς ποθέει (scil. nunc in Orco).

Reliquit sui desiderium omnibus, quos nunc ipse plus quam parentes desiderat.

Ep. 699.

Ἰκάρου ὦ νεόφοιτον ἐς ἠέρα πωτηθέντος
Ἰκαρίη πικρῆς τύμβε κακοδρομίης.

Doleas paene necessariam non videri elegantissimam editoris coniecturam ὀρνεόφοιτον. Cf. A. P. X 11, 1. Ipse merito defendit κακοδρομίης a Reiskii coniectura νεφοδρομίης, qui, si mutatione opus esset, πολοδρομίης proponere potuisset.

Ep. 700, 3

οὔτι μ' ἀνήρ, ὃ λέγουσι, κατέκτανεν ἐς γάμον ἄλλης
παπταίνων· τί μάτην οὔνομα Ῥουφιανός;

Frustra hucusque eruditi obscura verba τί — Ῥουφιανός explicare aut emendare conati sunt. Fortasse Rufianus falso crimine, quod uxorem necasset, damnatus et occisus fuerat. Quod si ita est, possis suspicari:

παπταίνων· τί μάτην ὤλετο Ῥουφιανός;

aut:

παπταίνων — τί μάτην ὤλετο; — Ῥουφιανός.

Ep. 711.

Ἤδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφᾳ
Κλειναρέτᾳ χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων,
καδεμόνες δ' ἤλποντο διωλένιον φλόγα πεύκας
ἄξειν ἀμφοτέραις ἀντιχόμενοι παλάμαις.

Ingeniose Stadtmüller traditum ἄψειν (edd. ἆψειν) ita correxit, coll. Eur. Bacch. 145 ἀνέχων φλόγα πεύκας — ἀίσσει. Nescio tamen an huic loco et his personis melius conveniat ἄξειν, scil. *sponsam in thalamum,* qui mos in his epigrammatis saepe tangitur. Ita, si opus sit, possis:

ἄξειν ‹σΦ'› ἀμφοτέραις κτέ.

Digitized by Google

Ep. 715, 3

ἀλλά με Μοῦσαι
ἔστερξαν, λυγρῶν δ' ἀντὶ μελιχρὸν ἔχω.

Pro μελιχρὸν requiro pluralem, quare corrigendum arbitror:

λυγρῶν δ' ἀντὶ μελίχρ' ἔλαχον.

Ep. 717, 3

ὡς ὁ γέρων Λεύκιππος ἐπ' ἀρσιπόδεσσι λαγωοῖς
ἔφθιτο χειμερίῃ νυκτὶ λοχησάμενος.

Extat eadem forma contracta in hymno Veneris vs. 212:

καί μιν Ζεὺς ἐλέησε, δίδου δέ οἱ υἷος ἄποινα
ἵππους ἀρσίποδας.

Iam vero ἀερσίπους constans est *equorum* epitheton, contra ἀργίπους apud Homerum Ω 214 de *canibus* usurpatur, apud Sophoclem Ai. 234 de *arietibus*, similiterque Phanias A. P. VI 299 ἀργιπόδης de *capris* dixit. Quare nostro loco expectatur potius ἀργιπόδεσσι.

Ep. 721

Τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσαι χέρες, ἶσα δὲ τεύχη
συμβάλομεν· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

Non male editor coll. Hom. Ξ 468 edidit ⟨Πλῆντ'⟩ Ἄργει κτέ. Incerta tamen correctio; quia enim τοῖς Ἄργει (= ἐν Ἄργει) pro τοῖς Ἀργείοις recte dictum videtur, reliquis coniecturis, quas vid. apud St., addi potest haec:

Τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσας χέρας, ἶσα δὲ (τε?) τεύχη
συμβάλομεν κτέ.

Harberton voluit Ἀργείοις Σπ.

Ep. 727.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου
εἶμεν, ὁ δὲ φθονερὸς κλαιέτω ἔσκε θάνῃ.
ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· εἷν Ἀΐδα γὰρ
Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

Notae execrandi formulae κλαιέτω mire additum est ἔσκε θάνῃ, et contra in prima sententia desideratur notio *per vitam*. Quare legendum arbitror:

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου
εἶμεν (ὁ δὲ φθονερὸς κλαιέτω) ἔστε θάνεν κτέ.

Digitized by Google

Usque ad mortem Phileas eximia illa sapientiae fama fruebatur, quae tamen ad inferos, ubi ἰσοτιμία viget, eum comitata non est.

Pro Μίνω perperam Hemsterhusius coniecit Νιρέως, non enim hic de forma agitur, sed de sapientia, Thersites autem heroibus Homericis desipere videbatur.

Ep. 742. Οὐκέτι, Τιμόκλεια, τεῶν φάος ὤλεσας ὄσσων
κούρους δισσοτόκῳ νηδύι γειναμένη,
ὄμμασι δ' ἐν πλεόνεσσιν ἀθρεῖς πυροβαλπὲς ὄχημα
ἠελίου προτέρης οὖσα τελειοτέρη.

Duebner, qui ceteroquin epigrammatis huius sententiam melius intellexit quam Iacobs, apposuit tamen in editione Didotiana hanc versionem „*Non*, Timoclea, tuorum lumen amisistis oculorum", cum deberet „*Non amplius* T. lumine oculorum orba eras". Scriptum enim est poematium (consolatorium) in mulierem caecam, enixam geminos.

Sequens huius editionis volumen simulac in lucem prodierit, in Anthologia Graeca pro viribus emendanda et illustranda deo volente pergam, modo Stadmülleri sagacitas et eruditio aliquid agendum mihi reliquerint.

De primo volumine egi in Mnemosynes vol. XXIII (1895) p. 1—14.

TERTULLIANUS.

Tertullianus, Apolog. c. 24: Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut Syriae Astartes ..... Romanis, ut opinor, provincias edidi, nec tamen Romanos deos earum, quia Romae non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam municipali consecratione censentur: *Casuensium Deluentinus*, *Namiensium Visidianus* ..... *Faliscorum* in honore (sic) patris Curis et accepit cognomen *Iuno*.

Oehlerus sic interpretatur: zur Ehre für den Pater Curis der Faliscer empfing die Iuno sogar den Beinamen Curis. Léonard: chez les Falisques, Curis, qu'ils honorent comme leur père (in honore patris sc. habitus), et de qui Iunon a reçu le nom qu'elle porte. Uterque perperam. Ego: *Faliscorum* in honore Patris Curis (et accepit cognomen) *Iuno* (Iuno Curitis). Respondent igitur genetivus et nominativus casibus qui antecedunt.

J. W. Beck.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXVI p.* 334.)

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1898.

II c. 5 § 4.

ὡς δ' ἤσθοντο οἱ Θηβαῖοι τὸ γεγενημένον, ἐπεβούλευον τοῖς ἔξω τῆς πόλεως τῶν Πλαταιῶν .... *ἐβούλοντο γάρ σφισιν, εἴ τινα λάβοιεν, ὑπάρχειν ἀντὶ τῶν ἔνδον, ἦν ἄρα τύχωσί τινες ἐζωγρημένοι.*

Verissime *εἴ τινας λάβοιεν* coniecit HUDIUS nec aliter scribere potuit Thucydides. Et hoc et contrario errore saepenumero a librariis peccari e cuiuslibet scriptoris lectionum varietate idoneis exemplis demonstrari potest. Lib. III c. 36 § 5: „Mytilenaeorum legati eo facilius prytanibus persuaserunt ut de sorte popularium iterum sententias rogarent quo et illis ipsis perspectum erat maiorem civium partem, utpote maxima de re, cupere denuo consultandi copiam sibi dari": *βουλόμενον τὸ πλέον τῶν πολιτῶν αὖθίς τινας* (imo *τινα*, ut suadet Reiskius) *σφίσιν ἀποδοῦναι βουλεύσασθαι.* Quam vellem Hudius (quem suspicor esse hominem non solum cauti et circumspecti iudicii, natura ab omni temeritate alienum, sed etiam nescio quomodo paullo timidiorem) talia atque alia complura quae certo certiora sunt, non in calcem relegasset sed fidenter recepisset in ordi-

Digitized by Google

nem [1]). Nisi forte existimandum sit legentibus vel sic satis bene consultum esse, si egregia nonnulla huius generis, nescio qua ratione selecta, tamquam gemmas in sterquilinio pravarum scripturarum acervo a docto editore hic illic admixta inveniant, quippe qui saepissime ad locos manifesto corruptos criticorum emendationes coniecturas suspiciones speciosissimas alto premat silentio. Equidem autem ita mecum ipse cogitabam: septem codd. Thucydideos incredibili labore totos cum pulvisculo excussit, unde in critico apparatu non satis habuit expromere habilem variantium lectionum delectum sed quam accuratissime notavit veterum scribarum et monachorum lapsus tralaticios sine exceptione omnes: vocabulorum, syllabarum, singularum literarum omissiones repetitiones ineptissimas; vitia orthographica qualia vel pueri corrigant; spiritum asperum pro leni positum et contra; pravum aut casu deletum accentum: nihil horum inutile duxit; nec iota nec apicem neglexit [2]). Forsitan ingrati

---

1) Lib I c. 95 § 5 Hudium tamen evidentem Classenii correctionem: ἐλθὼν δ' ἐς Λακεδαίμονα (ὁ Παυσανίας) τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινας (codd. τινα) ἀδικημάτων ηὐθύνθη κτέ. in textum admisisse lubens animadverto. IV c. 69 § 1 commendo: πρὶν ἐπιβοηθῆσαί τινα (codd. τινας).

2) ad I, 24. 6 v. c. (δεόμενοι ... τούς τε φεύγοντας ξυναλλάξαι σφίσι καὶ τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον καταλῦσαι) Hudius annotat: καταλύσαι Cod. B.

ad I, 50. 1 (τὰ σκάφη οὐχ εἵλκον): σκάφη B.

ad I, 53. 1 (ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐμβιβάσαντας): κελλήτιον G.

ad II, 31. 1 (πανδημεί): πανδημεῖ C. corr. c³.

ib. ib. 2 (καὶ οὕπω νενοσηκύας scil. τῆς πόλεως): νενοσηκυίας Codd.

ad II, 49. 5 (τὰ δ' ἐντὸς οὕτως ἐκάετο): ἐκάιετο C; ἐκαίετο G; (ἐκαίετο CG secundum Bekkerum).

ad II, 56. 6 (ἄραντες δὲ ... ἀφίκοντο ἐς Πρ.): αἴραντες EF.

ad III, 30. 2 (νεωστί): νεοστὶ E.

ad III, 34. 3 (ὥσπερ ἐσπείσατο): ἐσπίσατο C; corr. c³.

ad IV, 114. 1 (ἐξιέναι ἐκέλευεν ἐκ τῆς Ληκύθου ὡς οὔσης Χαλκιδέων); Ληκύνθου E; Λικύνθου M — οὔσης F.

ad IV, 129. 3 (ἄραντες ... ταῖς ναυσί): αἴραντες E.

ad IV, 133. 3 (ἐς Φλειοῦντα φεύγει): Φλιοῦντα C; Φλιοῦντα ABEFGM.

ad IV, 8. 7 (ὁπλίτας διεβίβασαν): διεβήβασαν B.

ad IV, 11. 2 (οἱ δ' ἄραντες ... τῷ ... στρατῷ): αἴραντες B.

ad IV, 11. 24 (ἐβόα [λέγων]): ἐβόαι B.

Haec tantum non omnia et eiusdem farinae alia sexcenta sciens praetermisisse et sprevisse videtur Immanuel Bekkerus. Ceterum de formis ἐκάιετο (sic), αἴραντες, ἐβόαι sim. dubitari licet num codicum lectoris potius quam ipsorum codicum errata sint. Notum est literae α saepe hamulum adhaerere qui primo obtutu ab

Digitized by Google

sint qui miram viri sedulitatem patientiamque vituperent; quin potius speremus eximium inde fructum aliquando captura esse studia Thucydidea. Sed enim qui ad manum scriptoris sui restituendam vel imperitissimorum hominum fortuitis discrepantiis erroribusque omne genus tantum tribuere videtur; qui quotiescumque in uno pluribusve membranis Πελσπονήσιοι invenit mendose exaratum pro Πελοποννήσιοι vel Μιτυληναῖοι pro Μυτιληναῖοι vel monstrum scripturae quale Ξευξιδάμου (III, 1 in.) id neutiquam negligendum ducit: quomodo fit ut idem excellentium criticorum varias lectiones adeo suspectas habere ne dicam aspernari videatur [1])?

---

unoquoque habebitur pro *ι* vel *υ*. Sunt libri in quibus *πᾶς* et *παῖς* vel intentissima acie vix distinguas.

1) Ecce aliquot exempla:

I, 1. 5 (*τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν ... σαφῶς μὲν εὑρεῖν ... ἀδύνατον ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι*). Accurate et exquisite de hoc loco disputavit COBETUS *Mnemos.* a. 1862 p. 337 seq. Qui coniecit *ὧν* scribae errorem esse pro *ὡς* verbumque *νομίζω* insiticium esse, quoniam prorsus incredibile videatur Th. dixisse: *quae tamen ex argumentis indiciisque* QUIBUS CREDO, *exigua fuisse arbitror*. „Si quis quid ex indiciis et argumentis collegisse se scribit, inepte addit se iis argumentis habere fidem". Dissentire et vulgatam tueri licet: non nego. At boni editoris est eorum quae a DOBRAEIS COBETIS aliis docte eleganterque observata sunt, rationem habere.

I, 20. 2. vv. *Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ* delenda esse animadvertit DOBRAEUS (Adv. I p. 45) cui astipulatus est COBETUS *Mnemos.* a. 1862 p. 344 mirificam oppositionem notans: *ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχεν, Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ*. Summorum virorum iudicium silentio praeterit Hudius.

I, 107. 4 (*τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες ἐπῆγον αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων κρύφα*). VALCKENAERIUS (laudatus COB. N. L. p. 370) collatis Thuc. I, 67; II, 21; IV, 24; VI, 15; VI, 61; VII, 18; VIII, 26; VIII, 78 reponendum esse observavit: *ἐνῆγον* (*sollicitabant*). Duorum locorum II, 85. 6 et VIII, 46. 1, qui soli in commentariis ad vulgatam tuendam afferri solent, prior eadem eget medicina; in posteriore (*καὶ βασιλεῖ ἐξεῖναι ἀεὶ ἐπὶ τοὺς αὐτοῦ λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν*) verbo *ἐπάγειν* alia (*immittendi*) sententia subiecta est. Coniecturam Valckenaerianam Hudius ne commemoravit quidem.

II, 8. 3 (*ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη, ὀλίγον πρὸ τούτων ... ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι· εἴ τέ τι ἄλλο τοιουτότροπον ξυνέβη γενέσθαι, πάντα ἀνεζητεῖτο*) Obtemperatum oportuit NABERO *Mnemos.* a. 1886 p. 92 pro *σημῆναι* quod librarii *σφάλμα* esse ostendit, *συμβῆναι* suadenti et contra II, 17. 2 (*καί μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι ἢ προσεδέχοντο*) *σημῆναι* commendanti. Apud Hudium nihil annotatum reperimus.

II, 15 in. (*ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο ... καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῆσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν*

Digitized by Google

II c. 8 § 4.

ἡ δ' εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως τε καὶ προειπόντων ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν.

In hac sententia naturalis verborum ordo turbatus est. Quomodo transponendum sit docet comparatio cum Dion. Cass. XLV, 11: ἡ δὲ δὴ σπουδὴ τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν Καίσαρα ἐποίει et App. B. C. I, 82: ἡ γὰρ εὔνοια τῶν ἀνδρῶν ἐς τοὺς ὑπάτους παρὰ πολὺ ἐποίει. Adde Thuc. VIII, 6. 3: οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων καὶ Τισσαφέρνους παρὰ πολὺ προσεδέξαντο μᾶλλον et repone: ἡ δ' εὔνοια τῶν ἀνθρώπων παρὰ πολὺ ἐποίει μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους κτέ.

Vocabulorum apud Th. absurde transpositorum magnus exemplorum numerus occurrit in apparatu critico Hudiano et complures istiusmodi errores deprehendit imprimis Cobetus (vide e. g. *Mnemos.* N. S. T. VIII).

II c. 15 § 1.

ἀπὸ a) γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο * * πρυτανεῖά τε ἐχούσας b) καὶ ὁπότε μή τι δεήσειεν c), οὐ ξυνῇσαν ὡς τὸν βασιλέα ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο.

a) codd. ἐπί: corr. Naber; b) codd. ἔχουσα: corr. Bloomfield; c) codd. δείσειαν: em. Halbertsma.

Unum vocabulum excidisse suspicor: requiro enim: πόλεις ... ⟨ἴδια⟩ πρυτανεῖά τε ἐχούσας καὶ ἄρχοντας: „oppida, quorum *sua cuique propria* curia et archontes erant." Nisi mavis scribere: ἰδίᾳ.

II c. 17 § 1.

οἱ δὴ πολλοὶ τά τε ἐρῆμα τῆς πόλεως ᾤκησαν καὶ τὰ ἱερὰ [καὶ τὰ ἡρῷα] πάντα πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κλῃστὸν ἦν.

Sunt qui vertant: plerique vero deserta urbis loca habitarunt

---

βασιλέα). Coll. VI, 41. 3 luce clarius est cum Halbertsma rescribendum esse: ὁπότε μή τι δεήσειεν (cf. *Adv. Crit.* ed. apud Brill, Lugd. Bat. 1896) In idem iam prius incidisse video Naberum *Mnemos.* a. 1886 p. 93. Hudius hanc emendationem aut non suo pretio aestimasse aut — quod credere malim — ignorasse videtur.

Digitized by Google

et templa *et omnia heroa* praeter arcem et Eleusinium." Satis absurde dictum, ut vides, pro „omnia templa atque delubra" vel simile quid. Nec tamen, ut nunc se habet locus, omnino alitere vertere licet propter articulum ante ἡρῷα positum. Cuius inepta repetitio [1]) indicio est tria ista vocabula καὶ τὰ ἡρῷα, a tribus antecedentibus singularum literarum figuris nihil aut non fere multum differentia, nata esse e dittographia. Non nescius sum a grammaticis quibusdam docte distingui solere inter ἱερὰ ac τεμένη quae proprie deorum et σηκοὺς atque ἡρῷα quae semideorum esse perhibent. Verum v. ἱερὸν apud probatissimum quemque scriptorem de utrisque promiscue dictum invenimus. Apud Herodotum (VI, 79), ut uno exemplo defungar, de Argo usurpatur et Atheniensibus τὸ Θησεῖον, quamquam profecto *heroum* erat, nihilo secius vulgo audiebat τὸ τοῦ Θησέως ἱερόν.

Itaque quae cum otiose tum vitiose addita sunt includenda esse censeo.

II c. 24 § 1.

Ἀναχωρησάντων δ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φυλακὰς κατεστήσαντο κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ὥσπερ δὴ ἔμελλον διὰ παντὸς τοῦ πολέμου φυλάξειν.

Longe praefero ἅσπερ.

II c. 29 § 4.

Τήρης δ' οὐδὲ ταὐτὸν ὄνομα ἔχων βασιλεύς [τε] [a]) πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο. οὗ δὴ * * ὄντα τὸν Σιτάλκην οἱ Ἀθηναῖοι ξύμμαχον ἐποιήσαντο κτέ.

a) τε exp. Classen.

Excidit vox trium literarum, qua aegre hoc loco caremus (cf. KÜHNERI *Gramm. Gr.* II, 1 § 418 b). Ecquid autem inter δH et ONτα facilius excidere potuit quam ὑόν?

II c. 32 in.

Ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπ' Ἀθηναίων [Φρούριον] τοῦ θέρους τούτου τελευτῶντος ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος, ἐρήμη πρότερον οὖσα κτέ.

1) Cf. RAPH. KÜHNERI *Gramm. Gr.* II, 1 § 463, 2.

Digitized by Google

Cf. Diod. Sic. XII, 44.

„Muris etiam cincta est Atalante ab Atheniensibus, *castellum* quae insula est apud Locros Opuntios etc.

Quis umquam sic locutus est?

Si Classenium audis „*Φρούριον* ist Prädikat: zu einem befestigten Platz, in dem eine *Φρουρὰ* liegen konnte." Qui de usu loquendi me quidem iudice frustra confert Thuc. III, 92. 1 (*Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν ... ἀποικίαν καθίσταντο*) et VIII, 62. 3 (*Στρομβιχίδης ... Σηστὸν ... καθίστατο Φρούριον καὶ Φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου*).

Dele otiosum interpretamentum, nam inter subiectum *Ἀταλάντη* eiusque appositum *ἡ ἐπὶ Λ ... νῆσος* tertio substantivo nullus locus est. Accedit, id quod nemo nescit, v. *Φρούριον*, ut et *πόλις, λιμήν, νῆσος, ὄρος* sim., haud raro ab eruditis magistellis in commodum lectoris scilicet textui adiectum esse. Thuc. II. 94. 3 *Φρουρίου* post *Βουδόρου* induxit Cobetus [1]).

II c. 40 § 1 (in Periclis oratione funebri)

Φιλοκαλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ Φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας· πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα, καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ [*αἴσχιον*]

„nec cuiquam turpe est," inquit, „paupertatem fateri, at non quantum fieri potest laborando elevare et evitare eam."

Verum iure quaerunt interpretes quam vim hic habeat *αἴσχιον*. Nonnullis — quod miror — plane idem esse videtur atque *μᾶλλον αἰσχρόν*, quippe qui vertant: „hoc *potius turpe* est." Classenius contra interpretatur: „nicht die Armuth bekennen ist unwürdig: *unwürdiger* ist est, sich nicht aus ihr herauszuarbeiten." Quod vereor ut satis recte cogitatum sit. Quorsum enim *turpius*, ubi nullam omnino turpitudinem habere dicitur

1) Non lituram sed aliam medelam requirit locus leviter turbatus qui legitur VI, 75. 1: *ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι πρός τε τῇ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος ... ὅπως μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὦσιν, ἐὰν ἄρα σφάλλωνται, καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο.* Quae ut sana sint transposuisse suffecerit: *καὶ τὰ Μέγαρα καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο φρούριον*: *murum instruunt prope urbem*: *Megara* (*castello*) *communiunt*; *alterum castellum in Olympico aedificant.*

Digitized by Google

paupertas? Nonne supervacaneum illum comparativum, qui non ornat sed onerat sententiam, ludimagistro potius quam Thucydidi deberi probabile est?

Ibidem § 2 seq.

ἔνι δὲ τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πολιτικῶν ἐπιμέλεια, καὶ ἑτεροῖα[a] πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι· — μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν — καὶ * αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα [ὀρθῶς][b] τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον [ἢ] ἐφ' ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν ⟨ἂν⟩[c] ἐπιχειρήσωμεν, ἐκλογίζεσθαι.

a) ἑτεροῖα scr. Herwerdenus in editione; ἕτερα Classenius: ἕτερα ⟨ἑτέροις⟩ vel ἑτέροις ⟨πρὸς ἕτερα⟩ alii: ἑτέροις codd.; b) ὀρθῶς! ut plausum, qui ex ora libri tollitur, damnat Halbertsma et certe melius abesset; c) περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν libri; em. Cobetus.

Qui sententiam aliquanto longiorem et intricatiorem diligenter considerare voluerit, haerebit, credo, paulisper in vv. καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα τὰ πράγματα: „atque *ipsi* res aut diiudicamus aut animo concipimus." Facile tamen agnoscet illa non pendere ab iis, quae proxime antecedunt — haec enim sermonis continuationi ut *sensus medius* interveniunt — verum a § 2 initio et duabus literulis revocatis legendum esse καὶ ⟨οἱ⟩ αὐτοί, iidem animadvertet. Quod pronomen cum articulo eadem fere sententia qua adverbium ἅμα (*simul*, *uno eodemque tempore*) usurpatum cum alibi passim occurrit, tum bis in vicinis (ἔνι δὲ τοῖς αὐτοῖς in initio; οἱ αὐτοὶ μάλιστα in fine periodi).

In proxime sequentibus autem necessario eliminanda est coniunctio ἤ. Verborum structura enim haec est: ἀλλὰ μᾶλλον μὴ πρότερον προδιδαχθῆναι λόγῳ ἐφ' ἃ δεῖ ἐλθεῖν ἔργῳ.

Totum locum Laurentii Vallae vestigiis ingressus ita fere verterim:

„Elegantiae enim studemus cum frugalitate et philosophamur „sine mollitie; opibusque libentius utimur quandocumque op„portuna datur rerum gerendarum occasio quam ad inanem „ostentationem. Nec cuiquam dedecori esse existimamus pauper-

Digitized by Google

„tatem confiteri, at non pro virili parte factis evitare pauper-
„tem. Atque inest in iisdem hominibus (i. e. in nobis Athe-
„niensibus simul cernitur) et rerum privatarum publicarumque
„cura et, licet ‹maximam partem› alii aliis diversae generis
„occupationibus implicati simus, probabilis tamen reipublicae
„administrandae peritia — nam hac in re a reliquis omnibus
„Graeciae gentibus differimus quod civem harum rerum plane
„rudem non tantum otiosum sed inutilem esse ducimus —
„*iidemque* quid ‹quoque tempore› agendum sit aut ultro
„propriis ingenii viribus concipimus aut saltem aliorum consilia
„diiudicare valemus. Nec verba rebus nocere opinamur, verum
„hoc potius: oratione si non antea nos doceri patiamur ad
„quas res gerendas accedendum sit. Scilicet hoc quoque nos
„prae ceteris eximium habemus, iidem ut et quidquid suscepturi
„simus consideratissime reputemus et ‹ubi iam agendum sit›
„maxime audeamus."

Ibidem § 3 s. f. legimus:

κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι [ἐκ][a] τῶν κινδύνων.

a) ἐκ del. Herwerdenus.

Quo loco sine controversia τὰ δεινά, ut ait Scholiastes, sunt *saeva belli* (cf. quae disputavimus *Mnemos.* Vol. 26 p. 329); verum quod addit: ἡδέα τὰ τῆς εἰρήνης, id quidem, etsi non illepide excogitatum, tamen sine exemplo novum atque inauditum esse videtur. Quae explicatio — quam recentioribus quoque nonnullis Thucydidis interpretibus non adeo displicere video — si nobis probanda foret, scriptor Periclem iam ea dicentem fecisset quae rerum veritati manifesto repugnant. Cautos enim providosque, non audacissimos (τολμηροτάτους, ὥστε μάλιστα τολμᾶν) evadere solere qui cum saeva certamina belli tum aureae pacis commoda meditentur, qua haud quidquam dulcius orbis habet, docet experientia. Quamquam noli καὶ ἡδέα, cum idoneam sententiam non praebeat, cum Badhamo (*Mnemos.* a. 1876 p. 376) quasi immedicabile vulnus recidere, siquidem satis erit prima litera mutata pro ΗΔΕΑ reponere ΑΔΕΑ. Nimirum in quovis belli genere ii procul dubio prae ceteris

Digitized by Google

intrepidi ducendi sunt et fortes qui — ut hodie coloni illi Africani, quos cordatos homines Deo confidentes honoris causa nomino — *quid metuendum sit, quid non sit* clare dispiciunt neque ob ea quae longa meditatione atque usu probe comperta habent, a periculis deterreri se sinunt.

Apud Th. conferre licet III, 37 in. (διὰ γὰρ τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεές) et III, 114 in. (καὶ ἐγένετο ... ἀδεεστέρα ἡ κάθοδος).

II c. 44 § 3.

καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, οἷς ἔτι ἡλικίᾳ τέκνωσιν ποιεῖσθαι· ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκέτ'[a] ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται, καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ ** ξυνοίσει.

a) οὐκέτ' em. Cobetus; οὐκ libri.

καρτερεῖν χρή (scil. τὰ παρόντα δεινά): „hoc tamen defunctorum filiorum desiderium" dicit Orator, „vobis patienter perferendum speque novae prolis, quotquot per aetatem liberos adhuc suscipere potestis, solandum est: namque et privatim futura suboles amissae vobis oblivionem parabit et reipublicae nostrae duplex inde commodum redundabit (διχόθεν ξυνοίσει): alterum quod non deserta relinquetur (ἔκ τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι): alterum quod otio et incolumitate (ἀσφαλείᾳ) ..... ‹AVGEBITVR› Latine suppleveris. Sentisne dativum ἀσφαλείᾳ in libris nostris aegre infinitivo suo carere unde pendeat? Quod sensisse certe videtur librarius cod. E (*Palatini Heidelbergensis*) qui pro ξυνοίσει maluit dare ξυνοίσειν, quemadmodum etiam in aliis quibusdam codd. non optimae notae secunda manu correctum invenimus. Sensit quoque GUILELMUS CANTERUS, cui — quod parum feliciter nunc nihil ad rem — in mentem venerat: ξυνοικήσειν.

Mihi bonorum librorum bonam lectionem ξυνοίσει sollicitare religio est, sed cum incurrat in oculos quam egregie τοῖς συμφραζομένοις *augendi* verbum conveniat, commendabo:

τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ ‹αὔξεσθαι› ξυνοίσει.

II c. 65 § 5 seqq.

Pericles et in pace, quamdiu αὐτοκράτωρ reip. Atheniensium praefuit, civitatem moderate rexit constanterque tutatus est

Digitized by Google

„ἐπεί τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ Φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν" ... postque obitum eius, ἐπὶ πλέον ἔτι ἐγνώσθη ἡ πρόνοια αὐτοῦ [ἐς τὸν πόλεμον] a). ὁ μὲν γὰρ ἡσυχάζοντάς τε καὶ τὸ ναυτικὸν θεραπεύοντας καὶ ἀρχὴν μὴ ἐπικτωμένους ἐν τῷ πολέμῳ μηδὲ τῇ πόλει κινδυνεύοντας ἔφη περιέσεσθαι· οἱ δὲ ταῦτά τε πάντα ἐς τοὐναντίον ἔπραξαν καὶ ἄλλα ἔξω τοῦ πολέμου δοκοῦντα εἶναι κατὰ τὰς ἰδίας Φιλοτιμίας καὶ [ἴδια] b) κέρδη κακῶς ... ἐπολίτευσαν.

a) ἡ ἐς τὸν πόλεμον codd. C et G; b) exp. Cobetus.

Et abesse posse et longe melius abesse vv. ἐς τόν πόλεμον post ἡ προνοία haud pauci erunt, ut opinor, qui mihi concedant. Quocirca admodum quidem probabile est hic, ut alibi sexcenties, interpolatori deberi quod bono scriptore indignum esse apparet, invictis argumentis tamen hoc et huius generis alia bene multa demonstrari non possunt.

Nec alia ratio eiusdem additamenti ἐς τὸν πόλεμον est in fine eiusdem sententiae:

Ibidem § 7.

ἃ κατορθούμενα μὲν τοῖς ἰδιώταις τιμὴ καὶ ὠφέλεια μᾶλλον ἦν, σφαλέντα δὲ τῇ πόλει [ἐς τὸν πόλεμον] βλάβη καθίστατο.

Quamquam quem aures non monent inclusis vocabulis orationis nervos infringi, eum hominem aures religiosas et teretes non habere crediderim.

Ibidem § 10.

Pericles in civitate facile princeps erat ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. οἱ δὲ ὕστερον ἴσοι [αὐτοὶ] μᾶλλον a) πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος γίγνεσθαι ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς b) τῷ δήμῳ [καὶ] c) τὰ πράγματα ἐνδιδόναι.

a) duo codd. C et G et Aristides habent μᾶλλον αὐτοί; b) <πρὸς τὸ> καθ' ἡδονὰς coniecit Badhamus; c) καὶ recte om. G.

In hac sententia v. αὐτοί, quod uncinis inclusi, vitiosum et sensu cassum est [1]). Sed remedium paratum habeo. Componam Thuc. VIII 89 s. f.:

---

1) Classenius frustra vertere conatur: „diejenigen, welche *an sich* (αὐτοὶ d. h. *in ihrem wahren Werthe*) sich gleich standen." Cui obloquitur Croisetus nihilo melius interpretans: „*chacun à l'égard des autres.*"

Digitized by Google

πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι

et ad hanc lucem transposito atque correcto pronomine αὐτοὶ rescribendum esse moneo:

οἱ δὲ ὕστερον ἴσοι μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ⟨αὐτὸς⟩ ἕκαστος γίγεσθαι.

πρῶτος ⟨αὐτὸς⟩ Herwerdeno quoque olim placuit (*Stud. Thuc.* p. 32): postea tamen in editione librorum lectionem retinuit.

II c. 79 § 3

οἱ δὲ ἱππῆς τῶν Χαλκιδέων καὶ * ψιλοὶ νικῶσι τοὺς τῶν Ἀθηναίων κτἑ.

Imo: καὶ ⟨οἱ⟩ ψιλοί.

II c. 102 § 5.

λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμέωνι τῷ Ἀμφιαράω, ὅτε δὴ ἁλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν Φόνον τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν κτἑ.

Recentiores interpretes Krügerum, Classenium, Croisetum alios si audias, infinitivus ille ἁλᾶσθαι, pro quo merito indicativum expectes, prorsus nullam difficultatem habet. Ne restet scrupulus, suffecerit, ut aiunt, paullo superius comparavisse II, 93. 3: οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφύλασσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν οὔτε προσδοκία οὐδεμία μὴ ἄν ποτε οἱ πολέμιοι ἐξαπιναίως οὕτως ἐπιπλεύσειαν, ἐπεὶ οὔτ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἄν, οὔτ' εἰ καθ' ἡσυχίαν διενοοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισθέσθαι. vel I, 91 § 4 seq.: Θεμιστοκλῆς ... ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη ... εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν [ἰέναι del. Classes] τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά. τήν τε γὰρ πόλιν ὅτ' ἐδόκει ἐκλιπεῖν [ἄμεινον εἶναι del. Badham] ... ἄνευ ἐκείνων [ἔφασαν del. Krüger] γνόντες τολμῆσαι, καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι (= ἐβουλεύοντο), οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι. Et mehercle exigua res est ex optimis scriptoribus tam Romanis quam Graecis ingentem huiusmodi exemplorum nubem afferre in quibus cunctis tamen ut et ll. laudatis quaecumque ἐν παρενθέ-

Digitized by Google

σεσιν occurrunt verba infinita, ex infinitivo modo in praegressa sententia commodam et naturalem habent explicationem. Quod nostro loco secus est. Quapropter operae pretium est in memoriam revocare quid HENRICUS STEPHANUS summus philologus ad hanc § annotaverit:

„Unde, inquit, pendere hunc infinitivum (ἀλᾶσθαι) dicemus? „Alter quidem certe infinitivus χρῆσαι pendet a verbo λέγεται: „sed hic quoque ab eo pendere, non video quomodo dici possit: „*praesertim cum haec velut per parenthesin interiiciantur*: ὅτε δὴ „ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν Φόνον τῆς μητρός. Quid si igitur verbum ξυνέβη a librario omissum dicamus?"

STEPHANUS meo quidem iudicio et loci, ut nunc habet, vitium acute perspexit et simul vidit quomodo tollendum esset... licet quasi per transennam. Cui bono enim erit cum Stephano inserere ξυνέβη vel simile quid, cum ipsa Thucydidis manus e librorum MSS. scriptura levissime tantum deformata tam clare pelluceat?

Ut sanata sit sententia satis est pro ὅτε δὴ reponere: ὅτ' ἔδει ἀλᾶσθαι αὐτόν, *cum ei post matris caedem vagandum esset.*

Quam frequenter η et ει a librariis inter se confundantur novimus omnes quotquot in arte palaeographica non plane hospites sumus. Iuniores, si tanti est, inspiciunto mihi apparatum Hudianum ad Thuc. II, 40. 3: διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τῷδε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα κτέ·

Codd. A et B exhibent δεῖ.

Scripsi Bruxellis mense Octobri anni MDCCCXCIX.

APULEIUS.

Apul. Met. V, 28: *Tunc indignata Venus exclamavit vel maxime*: ... Luetjohann (act. soc. phil. Lips. III p. 463) 'vel maxime' transposuit ante 'indignata'. Quem sequitur v. d. Vliet. Utrumque fugit sub illa voce *vel* (uł FΦ) latere *ut*; cf. c. 29 *quam maxime boans* et VI, 8 *statimque quantum maxime potuit exclamat.* De elocutione *ut maxime* (sc. potuit) hoc loco non dicam.

J. W. BECK.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXVII pag.* 284).

LXXXIV.

DE ACTIONIS DENEGATIONE.

Credit Bülow [1]) aliam esse vim et effectum actionis denegationis, quae fiat per magistratum, aliam absolutionis, quae fiat per iudicem. Si magistratus denegaverit actionem, *instantiam* tantummodo periisse, iterumque agi posse; sin iudex absolverit, iterum agenti obstare rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem. Quam doctrinam nullis confirmat argumentis, eadem statim concidit, reputantibus, cuius rei instantia [2]) periisse dicenda sit, si sequamur Oscari Bülow opinionem? Nam invenietur nulla. Aliud dicemus, si de novo iure quaesierimus, nam ibi perire potest instantia libelli vel denuntiationis cuius ea vis est, ut ad respondendum teneatur adversarius [3]), perierit autem, postquam hunc ab instantia iudex liberaverit, vel, cum Valentiniano [4]) et Iustiniano [5]) ut loquamur, *ab observatione iudicii relaxa(verit)*. Nam ipsum vocabulum absolutionis *ab instantia*,

1) *Lehre von den Prozessseinreden* (1868) p. 8, 274, 281.

2) *Instantia* est alia, quae in facto consistit (l. 32 pr. D. 22. 1: *repetendi debiti*, l. 33 pr. eod.; Iustin. c. 2 pr. C. 2. 58 s. 59), alia, quae in iure. Hanc solam perire posse, palam est.

3) Symm. Rel. 32 § 3.

4) c. 1 § 14 Nov. *de episcop. iudicio* (tit. 34).

5) c. 13 § 2*a* C. 3. 1.

Digitized by Google

quod hodie frequentatur, adeo ignorat Triboniani dominus, ut cum detrimento sententiae etiam hanc simpliciter *absolutionem* appellet [1]). Fuit quoque absolutio ab instantia edicti peremptorii [2]), si post edictum propositum is abesset, qui id impetrasset; quae instantia eo continebatur, ut in absentem valeret condemnatio. Sed denegationem actionis eandem vim habere atque plenam absolutionem, vel eo demonstratur, quod, *si controversia erit, id est, si ambigitur,* an teneat exceptio, iudicium constituitur sub exceptione, sin minus, ipse praetor statim denegat actionem [3]), erit igitur secundum Oscari Bülow sententiam melior condicio convicti calumniatoris, quam qui bona fide litiget. Accedit, quod *iudicatum est* non tantum *id de quo sententia lata est,* sed etiam de quo *decretum interpositum,* sive detur actio sive non detur [4]), nec *adversus ..... decreta ..... magistratuum remedium (u)llum est* [5]), quod quo pertineat dicat cui videatur integra res esse. Quamquam, ne quid dissimulemus, facit prima facie pro Oscari Bülow doctrina ab ipso praetermissus Ulpiani locus, ubi is ex auctoritate Servii negat actionem, quae exempta esse dicatur, restitui eam, quam *causa cognita* [6]) *denega(verit)* magistratus (l. 26 § 4 D. 4. 6). Videtur igitur tempore eximi posse, quae denegata sit, quod ut procedat, sumendum est ipso decreto actionem non consumi. Sed probabilius est Servium hoc dicere voluisse: clausulam *sive cui per magistratus sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur* ad ea tantum pertinere, quae tempore exempta sint quum per magistratum negotium traheretur, non etiam ad subvertenda magistratuum decreta porrigendam esse [7]).

---

1) c. 13 § 2*c* C. 3. 1: *actor contumax cadat omnimodo lite, si reus absolvetur,* id est (§ 2*a*), si reus ab observatione iudicii relaxabitur. Item (§ 5) *in sola ..... absolutione.*

2) L. 73 § 2 D. 5. 1 (cf. l. 23 § 3 D. 49. 1: ..... *edicti denuntiationem rumpere*).

3) L. 9 pr. D. 12. 2.

4) ad Herenn. II. 13 § 19.

5) Quinctil. Instit. V. 2 § 5. Non tollit his verbis appellationem sed sumit appellatum non esse. Cf. l. 23 § 1 D. 12. 6.

6) Cf. l. 97 § 2 D. 45. 1.

7) In superioribus clausulis est: *sive cuius actionis eorum cui dies exiisse dicetur* et mox: *actioneve qua solutus ob id quod dies eius exierit.* Ergo hic quoque tacite supplet: *ob id quod dies eius exierit,* sicut vocabulum *plurimi* Sabinus in tertio capite legis Aquiliae (Gai. III § 218).

Digitized by Google

Alioquin, denegata quae sit actio, periisse eam, indicat iurisconsultus, ubi monet (l. 19 D. 39. 1): *denegata exsecutione operis novi* [1]) *nihilominus integras legitimas actiones manere.* Licet enim duplex sit conceptus denegationis: strictior, quem *proprium* appellat Lenel [2]), ubi praetor copiam iudicis non facit [3]), latior ubi vel non facit vel facit quidem sed vincendi spem exceptione praecludit [4]), apparet tamen non posse denegationis conceptu ipsam denegationem excludi. Itaque consumitur actio, quum praetor formulam denegaverit. Quod perspexisse videtur Savigny, sed non recte docet in eam rem non sufficere rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem [5]), est enim *iudicatum* id de quo *decretum interpositum* sit sive detur actio sive denegetur [6]). — Potest magistratus ita actionem denegare, ut simul aliam decernat, cuius rei exemplum est apud Ulpianum l. 49 D. 10. 2: si quis *testatorem iussus a praetore sepelire* [7]), *servum* hereditarium *distraxit*, deinde conveniatur ex emto [8]) ad stipulationem duplae interponendam, *decernere praetor(em) debe(re) esse* [9]) *emptori adversus heredem existentem* [10]) *actionem ex emto, si res distracta fuisset evicta.* Cui speciei proxime accedit interlocutio, quam novimus adsidente Ulpiano prolatam esse in eius causa, cui, quum cautio ei extorta esset a Campanis, rescriptum erat: *posse eum a praetore in integrum restitutionem postulare.* Nam, quia nolebat ipse cognoscere [11]), decrevit praetor (l. 9 § 3

---

1) Intellegitur interdictum, quod appellare consuevimus *demolitorium*. Cf. l. 5 pr., l. 7 pr. D. 39. 1; l. 7 § 14 D. 2. 14; Stölzel, *die Lehre von der* op. nov. nunt. (1865) p. 201 sq.

2) *Das* edict. perp. p. 117*.

3) Exempla sunt in l. 9 pr., § 5 D. 12. 2; l. 23 D. 16. 1; l. 21 § 9 D. 4. 8 (*si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari aut exceptione tutum fore*).

4) Aliquot exempla collegit Lenel, *Ueber Ursprung und Wirkung der Exceptionen* (1876) p. 18-24. — Cf. praeterea l. 12 D. 4. 4; l. 7 § 4 (ia. § 6) D. 14. 6; l. 24 § 2 D. 5. 1 ia. l. 28 § 1 eod. (deleto, ut in Palingenesia, *Trebelliani*).

5) *System* VI § 284 not. *c.* Addit: »*indessen mag man doch irgend eine Form gefunden haben, um auch diesem abweisenden Decret die Rechtskraft zu sichern.*"

6) Locum supra dedimus (ad Herenn. II. 13 § 19).

7) Cf. l. 12 § 4, § 6 D. 11. 7.

8) Cf. l. 31 § 20 D. 21. 1.

9) I. e. futuram esse (cf. l. 5 D. 37. 4).

10) I. e. exstaturum.

11) Cf. l. 3 D. 4. 1.

Digitized by Google

D. 4. 2) *ut* [1]) *sive actione vellet adversus Campanos experiri esse propositam sive exceptione adversus petentes, non deesse exceptionem.* Est ex eodem genere decretum Q. Ciceronis, quod servavit nobis Marcus frater in pro Flacco oratione (21 § 49). Sed est notandum hunc petitori Heraclidae, dum alteram ei salvam facit actionem, illusisse magis quam decresse *pro sua aequitate prudentiaque*, quam palam commendans frater èt alios decepit èt Fridolinum Eisele [2]). Sed re perspecta cognoverimus hominis iracundiam, quam domi reprehendere solebat Marcus, qua *quum* eum *alicuius improbitas perversitasque commovisset, sic ..... animo incitab(atur), ut ab omnibus* ipsius *desider(aretur) humanitas* [3]). Postulaverat actionem Heraclides adversus Hermippum ad repetenda mancipia, quae ex causa iudicati eidem *vendidisset* [4]), quod recuperatores vi coacti falsum iudicavissent. Decernit Quintus, *ut, si iudicatum negaret, in duplum iret, si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores*, quo decreto permittebat adversae parti restitutis mancipiis ex integro mandati [5]), vel cum infitiante in duplum agere [6]). Itaque mirum non est Heraclidam neutrum fecisse, sed potius adiisse M. Gratidium, cui mandata erat iurisdictio, qui simpliciter, quod per ambages Quintus, *actionem se daturum negavit: re iudicata stari ostendit placere.* — Videamus, quis actionem denegare possit. Et scribit Ulpianus [7]): *eius es(se) actionem denegare, qui possit et dare.* Quod verum est, si quis ius Romanum spectat, quod fuerit post legem Aebutiam; nam, quod legis actiones aliquando praetores denegaverint [8]), quod factum esse potest formularum exemplo, eo sane non demonstratur ab initio hoc competivisse. Apud Graecos utique perinde dant actiones magistratus atque apud Romanos (cf. *Inscr. jurid. grecques* XI § 9: *τὸν καλειμένοι*

---

1) Nota *ut* (cum infinitivo).

2) *Abhandl. z. röm. Civilproz.* (1889) p. 161: "*Allem nach scheint es mir gerechtfertigt, wenn Cicero gelegentlich dieses Decrets von* aequitas *und* prudentia *seines Bruders spricht.*"

3) Ad Q. Fratrem I. 1. 13 § 37 sqq.

4) l. c.: in solutum dedisset (Eisele, op. cit. p. 160 not. 37).

5) Cf. Cic. pro Flacco 20 § 47.

6) Ex causa iudicati.

7) L. 102 § 1 D. 50. 17.

8) Valer. Max. VII. 7 § 5 (*Heredes lege agere passus non est*). Ex professo ea de re quaeremus cap. XCVI.

Digitized by Google

τὰν δίκαν δόμεν τὸν ἀρχὸν ἐν τριάϙοντ' ἀμάραις .....), vel certe introducunt in iudicium litigatores [1]), quod eodem redit, quid enim differunt introducere in iudicium, atque δοῦ(ναι) κατηγορίαν [2])? Unde dicuntur apud quosdam populos, velut Athenienses [3]) et Arcesinenses [4]), εἰσαγωγῆς, nec potest absque eorum interventu litigator *apud iudices intrare* (cf. § 6 Inst. I. 12; Tribon. l. 61 § 1 D. 23. 3), sicut est apud Demosthenem in Midiana (§ 3): κατηγορήσων, ἐπειδή τις εἰσάγει, πάρειμι. Hos tamen nusquam legitur veram denegandi iudicii habuisse potestatem, nam, quod scribunt Meier et Schoemann [5]) magistratus Athenienses potuisse privatorum actiones non admittere (μὴ ἀποδέχεσθαι), quin immo admissas circumducere (διαγράΦειν), utrumque verum est [6]); sed non suo arbitrio verum aut κατὰ συγχώρησιν τοῦ διώκοντος [7]), aut ex lege [8]), veluti quod τὰ πρυτανεῖα non solvantur. Quae, sicuti Romae sacramenta [9]), ita oportebat καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν διώκοντα καὶ τὸν διωκόμενον [10]), hoc solo discrimine, quod Romae victi tantum sacramentum publico cedebat, verum πρυτανεῖα utraque, ita tamen ut sua victor a victo reciperet [11]). Quodnisi τὰ πρυτανεῖα depo-

---

1) Apud Athenienses ipsis magistratibus iudicia dabant Thesmothetae, illi deinde privatos introducebant (Aristot. de rep. Ath. cap. 59 § 1: καθ' ὅ,τι γὰρ ἂν οὗτοι δῶσιν, κατὰ τοῦτο (αἱ ἀρχαὶ) χρῶνται).

2) καὶ ἀπολογίαν (Aristot. de rep. Ath. c. 55 § 4).

3) Apud Athenienses èt generale nomen est τῶν εἰσαγωγέων (Demosth. XXXVII § 33, 34) èt speciale eorum, οἳ τὰς ἐμμήνους εἰσάγουσι δίκας (Aristot. de rep. Ath. cap. 52 § 2).

4) Habet Arcesinense decretum (*Bull. de corr. hell.* XII (1888) p. 232) lin. 40: ἐσαγωγεὺς ἐσαγέτω. Editor (p. 234 not. 1) vertit „avoué," quia nimirum statim sequitur (lin. 43): ὁ ἐσαγωγεὺς ἑκάτερος ὀΦελέτω, sed legendum est: ἑκατέροις. — Praeterea commemorantur in: *Inscriptions jurid. grecques* V § 4, et sub Ptolemaeis qui iudicio chrematistarum interfuerint, sed ita ut de eorum officio non constet.

5) *der attische Prozess* (1824) p. 26 (Lipsius, p. 42), p. 599 sqq. (Lipsius, p. 795 sqq.).

6) Lys. X § 10 (οὐδ' ἂν τῶν ἑνδεκα γενόμενος ἀποδέξαιο); XIII § 86 (οἱ ἕνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην); Aristot. de Rep. Ath. 48 § 5 (οἱ δὲ θεσμοθέται, ἐὰν παραλάβωσιν, πάλιν εἰσάγουσιν); Demosth. XLVIII § 26 (διέγραψεν ὁ ἄρχων ..... τὴν τουτουὶ ..... ἀμφισβήτησιν).

7) Suid. v. διαγραφὴ δίκης. Cf. Endemann, *Civilprocessrecht* (1868) § 104.

8) Demosth. XLVIII § 26 (κατὰ τὸν νόμον).

9) Antequam scilicet sacramentorum nomine praedes dari coepti sunt.

10) Poll. VIII. 38.

11) Ergo victus ἀπεδίδου (= perdebat) τὸ παρ' ἀμφοτέρων δοθὲν (Poll. l.l.).

Digitized by Google

nebantur, *διέγραφον τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγῆς* [1]). Qua re cogebatur actor non sua tantum, sed adversarii quoque *πρυτανεῖα* deponere [2]), vel solius adversarii, si causa talis erat, ut ipsi actori *τὰ πρυτανεῖα* remittenda essent. Remittebant enim leges (*τῶν πρυτανείων τὴν*) *παρακαταβολὴ(ν)* [3]) iniuriarum agenti [4]), eaque causa est, cur Theophemus apud Demosthenem XLVII § 64 una *πρυτανεῖα* (triginta drachmas) exigat, id est, non sua [5]), qui iniuriarum egisset (§ 45), sed adversarii, quae prorogasset, *ἐπωβελίαν* autem, non quia *ἀντεγράψατο* [6]) — primum quia *τὴν ἐπωβελίαν* non sperat sed vitat *ὁ ἀντιγραψάμενος* [7]), deinde vero quia ne *ἀντεγράψατο* quidem, sed *ἀντιπροσεκαλέσατο* [8]) Theophemus — sed ideo, quia, opinor, in actione iniuriarum non ut in ceteris actionibus, quae quidem habeant *τὴν ἐπωβελίαν*, actori, sed reo hoc *ἐπιτίμιον* infligitur [9]). Nam hoc modo omnis difficultas evanescit, non eo qui placet Hermanno Ferdinando Hitzig [10]), in *ἀντιπροσκλήσεσιν* transire *τὴν ἐπωβελίαν*; novimus enim in actione iniuriarum favorabilem esse actoris causam (Isocr. XX § 2); altera sententia quas difficultates habeat, ne Hitzig quidem dissimulat [11]). Inciderant in aliud erroris genus Meier et Schoemann [12]), dum putabant *ἀντιπρόσκλησιν* (Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) p. 664[3]: *Gegenklage*) veram

---

1) Poll., l.l.

2) Hoc viderunt Meier et Schoemann, op. cit. p. 604 (Lipsius p. 800).

3) Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 617 (Lipsius p. 815).

4) Isocrat. XX § 2. Remittere Isocratem agenti (*„dem Kläger"*) *τὴν παρακαταβολήν*, vidit Hitzig, Iniuria (1899) p. 12, nam litigatoribus putabant Meier et Schoemann, op. cit. p. 613 (Lipsius p. 810 sq.). In *ἀντιπροσκλήσεσιν* quidem Hitzig (p. 22) reum liberat.

5) *Sua* putabat Hitzig, Iniuria (1899) p. 22; fuisse autem deponenda, quia *ἀντιπροσεκαλέσατο*.

6) Hoc putabant Meier et Schoemann, op. cit. p. 613, 653 (Lipsius p. 811, 858 sq.), eandem vero ob causam *πρυτανεῖα* fuisse deponenda.

7) Poll. VIII. 58. Vidit hoc Hitzig, Iniuria (1899) p. 21[2].

8) Interesse, statim demonstrabimus.

9) *εἰ μὴ μεταλάβοι τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων* (cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 730[2]; Lipsius p. 948 not. 518).

10) Iniuria (1899) p. 20 sq.

11) Ergo ad fictionem decurrit non probabilem: *„man sah ..... die Sache ..... so an, dass der Unterliegende ..... zugleich den ..... Prozess, in dem er Kläger war, verloren hatte."*

12) Op. cit. p. 652 (Lipsius p. 858).

Digitized by Google

esse ἀντιγραφήν (*Widerklage*), quos refellit Pollux (VIII. 58): ἡ παραγραφὴ ..... ἀντιγραφῇ (l. ἀντιγραφὴ . . , . . παραγραφῇ) ἔοικεν, quod non convenit τῇ ἀντιπροσκλήσει, et simul refellit Rudolphum Dareste [1]) existimantem veram ἀντιγραφὴν (*demande reconventionnelle*) iure Attico non esse, a quo caverant errore Meier et Schoemann [2]). — Ergo διαγράφουσι τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγῆς, quod τὰ πρυτανεῖα non solvantur. Διαγράφουσι praeterea, quod actor defuerit καλούντων αὐτὸν εἰς τὴν ἀνάκρισιν τῶν ἀρχόντων [3]) vel εἰς τὸ δικαστήριον [4]), vel quod actio non sit εἰσαγώγιμος, disceptant enim (ἐξετάζουσιν) magistratus, εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή [5]). Quamquam urguetur ideo sententia, quia videtur tolli hoc modo ius παραγραφῶν; ubi enim reus intendit μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, id est ubi παραγραφὴν obicit [6]) vel ἐξωμοσίαν [7]), debet hoc obstaculum removeri secundum ius priscum actoris διαμαρτυρίᾳ [8]) (εἰσαγώγιμον εἶναι), quod nisi fecerit, obiectionem reus confirmat per διαμαρτυρίαν (μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι) [9]), et erit actio propter διαμαρτυρίαν aut εἰσαγώγιμος aut οὐκ εἰσαγώγιμος, donec ipsa διαμαρτυρία convellatur ψευδομαρτυρίων δίκῃ. Licet enim rei διαμαρτυρίαν non constet obstitisse, donec testis ψευδομαρτυρίων damnatus sit [10]), tamen probabiliter ita ius fuisse coniciunt Meier et Schoemann [11]) exemplo quum pro actore διαμαρτυρίας (Lys. XXIII § 14), tum διαμαρτυρίας μὴ ἐπίδικον εἶναι, quae obicitur ἐπιδικαζομένῳ κλήρου ἢ ἐπικλήρου [12]). Ergo secundum ius vetus διαμαρτυρίᾳ omnis, nisi removetur, παρα-

1) *Plaidoyers civils de Démosthène* I (1875) p. 384 (18).

2) Op. cit. p. 651 (Lipsius p. 857).

3) Demosth. LVIII § 8.

4) Modo iudices pronuntient τῆς δίκης ἕνεκα ἀπεῖναι τοῦτον (Demosth. XLVIII § 25).

5) Harpocrat. v. Ἀνάκρισις.

6) Est enim omnis παραγραφὴ intentio eius quocum agitur, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην (Poll. VIII. 57).

7) Suid. v. ἐξωμοσία.

8) I. e. προβολῇ μάρτυρος (cf. Harpocr. Διαμαρτ., Isocrat. XVIII § 11).

9) Harpocrat. v. Διαμαρτυρία. Utriusque διαμαρτυρίας exemplum invenitur, pro actore apud Lysiam XXIII § 13; pro reo apud Isocratem XVIII § 11.

10) Damnari posse constat (Isocrat. XVIII § 11).

11) Op. cit. p. 640 (Lipsius p. 843).

12) Haec διαμαρτυρία, quia admittit αὐτὸν (μάρτυρα) ἐπιγράφεσθαι (Meier et Schoemann, op. cit. p. 642—644; Lipsius p. 846—848) proprie διαμαρτυρία non est, sed initio fuisse potest.

Digitized by Google

γραφὴ confirmatur, verum novo iure [1]) ipsa in iudicium deducitur [2]), ut declaretur iudicum sententia sitne principalis actio εἰσαγώγιμος necne. Ergo prisco iure res pendet ex eventu τῶν διαμαρτυριῶν et ψευδομαρτυρίων δίκης, novo iure ex iudicii exitu, quod de exceptione obiecta constituitur; ex neutro iure dirimitur cognitione magistratus. Rursus, quum sit sine dubio παραγραφὴ (περὶ) ὧν ἂν ἅπαξ γένηται δίκη [3]), tamen apud Demosthenem (XXIV § 55) legitur: ὁ μὲν (νόμος) ..... περὶ ὧν ἂν ἅπαξ γνῷ δικαστήριον ..... μηδ' ἐπιψηφίζειν φησὶ τῶν ἀρχόντων παρὰ ταῦτα μηδένα. Quid igitur est? Putant Meier et Schoemann [4]) potuisse magistratus εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή disceptare, sed [5]) ius eorum valde fuisse circumscriptum („*sehr beschränkt*"); accuratius dici potest, apud magistratum verbo tenus causam dicendam fuisse, quidni actio esset εἰσαγώγιμος [6]), — velut apud Isocratem (XVIII § 11): προβαλλομένου δ' ἐμοῦ μάρτυρα, ὡς οὐκ εἰσαγώγιμος ἦν ἡ δίκη διαίτης γεγενημένης et item apud Lysiam (XVII § 5): πέρυσι μὲν οὖν διέγραψάν [7]) μου τὰς δίκας ἔμποροι φάσκοντες εἶναι, — causa dicta magistratum cognovisse, essetne causa probabilis [8]), omni controversia vel de facto vel de legis interpretatione salva. Hactenus igitur concedo κατὰ διάγνωσιν τοῦ ἄρχοντος [9]) potuisse actionem et debuisse διαγράφεσθαι [10]), ipsius enim fuisse, quodsi ἡ παραγραφὴ videretur probabilis, (ταύτῃ διδόναι) χρῆσθαι atque simul διαγράφειν τὴν

---

1) De huius iuris origine cf. Isocrat. XVIII § 1, § 2.

2) In eo iudicio reus pro actore est (Demosth. XLV § 6: προλαβὼν δέ μου ὥστε πρότερον λέγειν διὰ τὸ παραγραφὴν εἶναι; Isocrat. XVIII § 1).

3) Poll. VIII. 57. Cf. Isocrat. XVIII § 11.

4) Op. cit. p. 631 (Lipsius p. 833).

5) Op. cit. p. 646 not. 38 (Lipsius p. 850 not. 234). Cf ibid. p. 600 (L p. 796).

6) Suid., v. ἐξωμοσία: ὅταν τις φάσκῃ ..... μὴ δεῖν εἰσάγεσθαι τὴν δίκην, εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν, ... εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν, ἐδίδοτο αὐτῷ ἐξωμοσία (= παραγραφῇ) χρῆσθαι.

7) Rescribendum non est διεγράψαντο (= remiserunt), sed vertendum circumduxerunt, quod fit quidem per magistratum, sed, ut fiat, efficit reus. Itaque διαγράφειν is quoque recte dicitur. Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 30 (Lipsius p. 45) not. 12, qui nihilominus p. 27 (Lipsius p. 42) not. 3 emendare cupiunt Lysiam.

8) Suid. l.l. εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν.

9) Ex emendatione Hemsterhusii (τοῦ ἄρχοντος pro τυχόντος).

10) Suid. v. διαγραφὴ δίκης.

Digitized by Google

δίκην [1]), actoris autem τὴν παραγραφὴν convellere. — Vetatur adhuc legibus magistratus δοῦναι τὴν ψῆφον, quum quis libellum conventionis (δίκης λῆξιν) porrexerit, nec testem vocationis adscripserit [2]), vel saltem sistat [3]). Quia enim iure Attico neque magistratus προσκαλεῖται, neque vocatus, nisi is forte peregrinus est [4]), ad tribunal statim sequitur, sed expectat (ἄρχοντος κλῆσιν) εἰς τὴν ἀνάκρισιν [5]), ideo iure Attico sicuti Salico [6]) *cum testibus* oportet *manni(ri)*, id est in ius vocari [7]). Proinde non videtur mentiri Hesychius (v. ἀπρόσκλητος δίκη), quum scribat, (ὅτι) ἡ μὴ τυχοῦσα ..... κλητόρων (δίκη) ..... οὐκ ἦν εἰσαγώγιμος, licet etiam verum sit testimonium Pollucis (VIII. 62): εἰ δὲ μὴ προσκαλέσαιτό (τις), ἀτελὴς ἡ δίκη, quia, quae ἀτελὴς, vel magis ea οὐκ εἰσαγώγιμος. Nihilominus inanis fuerit oportet querela Demosthenis de Stratone nec in ius vocato et condemnato [8]), quod sic colligo. Εἰσαγγέλλειν permittitur εἰς τοὺς διαιτητὰς, sive praestat πρὸς τοὺς δικαστάς [9]), quum quis a suo diaeteta (ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ) iniuriam passus sit [10]). Huius intentionis excipiendae causa omnibus diebus anni sui copiam sui ultro facere (ἔρχεσθαι) debent singuli diaetetae [11]), itaque quia aut in iure [12]) sunt aut pro praesentibus habentur, nulla

---

1) Scribit Pollux VIII. 57 (τὴν δίκην) ὑπὸ τῆς παραγραφῆς ἀναιρ(εῖσθαι) καὶ διαγράφεσθαι, Suidas autem (v. ἐξωμοσία) statim hoc fieri, quum probata sit ipsa excipiendi causa: εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν, ἐδίδοτο αὐτῷ ἐξωμοσία (= παραγραφῇ) χρῆσθαι, καὶ οὕτως διεγράφετο ἡ δίκη. In re simili cf. Isae. V § 17.

2) Demosth. XXI § 87 (κλητῆρ' οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος).

3) Hoc sufficere putat Lipsius, *Att. Prozess* p. 797[11].

4) Peregrinus πρὸς τὸν πολέμαρχον (ἕλκεται) (Isocrat. XVII § 12). Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 580 not. 20 (Lipsius p. 776 not. 84).

5) Demosth. LVIII § 8.

6) L. Salica (ed. Behrend 1897) I § 3.

7) Acute observat Heffter, *Athen. Gerichtsverf.* (1822) p. 284 sq.: „dies (*hātte*) *nicht sein* können (l. *brauchen*), *wenn die Ladung* (*entweder*) *unmittelbar von dem Archonten ausgegangen, oder der Beklagte sofort zu ihm geführt worden wäre.*"

8) Cf. Lipsius, *Att. Prozess* p. 335 (not. 385).

9) Διαιτητάς nunc est apud Aristotelem, sed legit δικαστάς Harpocratio. Quod si vera est Harpocrationis lectio, intelligendi sunt οἱ τετταράκοντα.

10) Aristot. de rep. Athen. 53 § 6, Harpocrat. v. εἰσαγγελία.

11) Ergo Midias, quum Stratoni insidias strueret, expectavit τὴν τελευταίαν ἡμέραν τὴν τοῦ Σκιροφοριῶνος (= τοῦ ἐνιαυτοῦ), εἰς ἦν ὁ μὲν ἦλθε τῶν διαιτητῶν, ὁ δ' οὐκ ἦλθε. Cf. Lys. XXVI § 6.

12) Cf. Demosth. LVII § 12 (ἐν τῇ ἡλιαίᾳ).

Digitized by Google

in ius vocatio desideratur, quasi se obtulerint. In iudiciis enim oblatitiis, quae in usu *provocationes* appellantur [1]), id est, in quibus reus actori se offert vel certo, quae provocatio *specialis* dici solebat [2]), vel omni, quae *generalis* dicitur [3]), palam est actori in ius vocationem remitti, aut, ni remittatur, dicis causa tantum iri interpositum. Quomodo enim imperari potest *ut in ius ea(t)*, qui ultro venit? Inveniuntur autem iudicia oblatitia iure Attico quamplurima, unde maior iniquitas fuit Alcibiadi non dandi [4]). Quae diriguntur omnia [5]) in actorem incertum, non, ut apud Romanos et Germanos [6]), partim in actorem certum partim in omnem. Licet enim percrebruerit opinio apud Romanos oblatitia iudicia incognita fuisse [7]) — postquam demonstratum est [8]) non inesse provocationem c. 5 C. 7. 14 — attamen habent *generalem* provocationem c. 6 C. 8. 25 (26) et c. 11 pr. C. 11. 59 (58), habet *specialem* c. 4 C. 5. 56, quam putamus nos, licet scripta sit de *actione tutelae*, tamen ad omnes omnino actiones porrigendam esse. Nec negligendum est in duplum revocationem, quae adversus iudicati exsecutionem interponi solet, natura sui habere iudicii oblationem [9]). Ex diverso l. 29 § 2 D. 4. 4 (cf. Savigny, *System* § 337 (VII p. 231) not. *h*) in hunc censum non venit, siquidem *ad agendum* ibi intelligi debet *ad respondendum* (sicut l. 11 § 1 D. 2. 1 et l. pr. D. 2. 13). Solebat apud Athenienses, ubi causa erat iudicii oblatitii, κήρυγμα interponi, veluti quum probarentur magistratus [10]) et quum rationes redderent [11]): 'τουτου βούλεται τις κατηγορεῖν' et post λῆξιν aut κλήρου aut ἐπι-

1) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 103.

2) Iam enim sublata est (Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 134 not. 5).

3) Germanis hodie quidem „*Aufgebotsverfahren*" (*Civilprozessordnung* (1879) § 823 sqq.).

4) Thuc. VI. 29.

5) Omitto Proti provocationem Zenothemidis ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν τῶν Συρακοσίων (Demosth. XXXII § 18).

6) De Germanis cf. inprimis Planck, *Gerichtsverfahren* I (1879) p. 624.

7) Endemann, *Civilprocessrecht* (1868) § 103[a].

8) Glück, *Erläuterung* § 533*a* (VI p. 484 sq.).

9) Cf. supra (cap. LXXX).

10) Aristot. de rep. Athen. 55 § 4.

11) Aesch. III § 23

Digitized by Google

κλήρου, εἴ τις ἀμφισβητεῖν βούλεται [1]), quo praeconio tunc quoque utebantur [2]), quum pupilli heredis patrimonium elocaretur, optima sane ratione, quia haec locatio pro adiudicatione hereditatis cedit [3]). Quin immo maiorem vim habet οἴκου μίσθωσις, quam directa hereditatis adiudicatio, siquidem in hac specie licet non adesse [4]) atque postea via ordinaria ab adiudicatario semper vel ab herede eius intra quinquennium hereditatem vindicare [5]), in illa vero post τὴν μίσθωσιν nulla permittitur ἀμφισβήτησ(ις) [6]). Sicut in illis causis κήρυγμα, ita programma adhibetur [7]), quum aut fundus aut domus alienatur [8]) et vult emptor tutus esse *adversus futuram calumniam* (cf. c. 4 C. 5. 56), alioquin rata est privata emtio [9]) sed periculosa [10]). Sive autem προγραφαῖς sive προκηρύξεσιν agatur, plus non interest, quam quod illae facilius in omnium notitiam perveniunt [11]). Itaque κλήρων et ἐπικλήρων λήξεσιν praescriptum erat, ut salvo προκηρύξεων iure, etiam (ἀναγιγνώσκοιντο ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ) ὅπως μηδένα λά(θοι) μηδὲν ἔρημον γενόμενον [12]). Potest nihilominus sine ullo programmate praeconiove ipsis rebus et factis provocatum videri [13]), veluti

---

1) Demosth. XLIII § 5; Meier et Schoemann, op. cit. p. 592 sq. (Lipsius p. 788 sq.).

2) Isae. VI § 37.

3) Nondum animadversum videtur. Aperte tamen docet Isaeus VI § 37 (ἀπεχειροτόνησαν οἱ δικασταὶ μὴ μισθοῦν) ia. § 45 (εἶναι κληρονόμους ..,... ὑμεῖς ἀπεχειροτονήσατε). Hinc illustratur Isae. XI § 34.

4) Non adesse licere hodie pignoris vel bonorum venditioni scribit Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 103 (p. 381), § 257 (p. 1017), § 290 (p. 1127), § 297 (p. 1150), quia scilicet ius nominis retinetur (§ 290 not. 3). Sed perit ius pignoris (§ 258 not. 16), si competebat. Ergo non prorsus liberum est.

5) Isae. III. 58 ia. VI § 4.

6) Isae. VI § 45.

7) Athenis quidem, alibi κήρυγμα. Ex iure Romano cf. c. 6 C. 8. 25 (26): *programmate*; c. 11 pr. C. 11. 59 (58): *edictis*.

8) Theophrast. περὶ συμβολαίων (ediderunt cum commentario et Hofmann, *Beiträge z. Gesch. des griech. und röm. Rechts* (1870) p. 76-79, et Thalheim, *Rechtsalterthümer* (1884) p. 128-134).

9) Demosth. XL § 58, 59. Cf. quoque Hitzig, *Zeitschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 177.

10) Ex diverso αἱ προγραφαὶ non fiebant gratis sed quadragesima posita (ὅπως) ὁ δικαίως ἐωνημένος φανερὸς ᾖ τῷ τέλει, quod explicat Thalheim, *Rechtsalterthümer* (1884) p. 128 not. 1, adhib. Demosth. XXXII § 18.

11) Nov. 112 c. 3 pr.

12) Aristot. de rep. Ath. 43 § 4.

13) De iure Saxonico cf. Planck, l.l.: *-d(as) Erbieten ..... kann ausdrücklich*

Digitized by Google

quum res φαίνονται [1]) ut hostiles [2]). Habere similiter videtur provocationis instar omnis ἀπογραφὴ δημευομένων, quapropter τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημευομένων perinde ut τὰς λήξεις τῶν κλήρων καὶ τῶν ἐπικλήρων (ἀναγιγνώσκειν δεῖ ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ) [3]). Sed ceterarum quidem rerum, si quis suas esse dicit, iudicium constituitur [4]), τὰ (δ'), ἀπογραφόμενα χωρία καὶ οἰκίας omnimodo (οἱ ἕνδεκα) εἰσά(γουσιν) εἰς τὸ δικαστήριον [5]), ut constet iudicum sententia δημόσια εἶναι [6]), neque propterea contradictoris causa fit deterior [7]). Extra iudicia oblatitia non est πρόσκλησις peregrini, quia in ius ductio pro vocatione cedit [8]), sicuti servi in ius ductio apud Romanos [9]), quatenus is conveniri potest, id est ex delictis suis [10]). Sed ne civis quidem est πρόσκλησις in quibus causis cives ex vinculis causam dicunt, id est ἀπαγωγαῖς, ἐφηγήσεσιν, ἐνδείξεσιν, εἰσαγγελίαις, quae fiant εἰσαγγελίαι πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον [11]), vel certe dicis gratia tantum in talibus ἡ πρόσκλησις interponetur [12]). Quo modo enim imperari potest *ut in ius ea(t)*, cui eundi arbitrium ademptum est [13])? Actoris autem vincula τὴν πρόσκλησιν

---

erfolgen, ... versteht sich aber nach .... S(sp.) II 6 § 4 *ohnedies als ei(n) still-schweigendes von selbst.*" Atheniensium iure etiam fingi provocatum esse, supra demonstravimus.

1) Isocrat. XVII § 42.

2) Aristoph. Acharn. 819 sq.; 912 (et 914). Apud comicum clarius elucet, quam apud Lipsium (*Att. Proz.* p. 297 not. 286) aliam esse personarum φάσιν, rerum aliam.

3) Aristot. de rep. Athen. 43 § 4.

4) Hoc modo litigatum videtur Nicostratum inter et Apollodorum de mancipiis publicatis (Demosth. LIII).

5) Ibi προκήρυξιν interpositam esse, credibile est.

6) Aristot. de rep. Athen. 52 § 1. — Hoc genus διαδικασίαν agi puto a Lysia XVII, ubi tamen iudicio praesunt (§ 10) οἱ σύνδικοι. Qua de re cf. Lipsius, *Att. Prozess* p. 124.

7) Fieri putat Lipsius, *Att. Prozess* p. 309[3][10].

8) Hoc modo explicatur Demosthenes XXXII § 29: ἅμ' ἂν αὐτὸν προσεκάλου καὶ κατηγγύας πρὸς τὸν πολεμάρχον.

9) L. 3 pr. D. 2. 7.

10) L 14 D. 44. 7. De iure Graeco cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 572 sq. (Lipsius p. 766 sq.).

11) Meier et Schoemann, *Att. Prozess* p. 580 sqq. (Lipsius p. 775 sqq.). Ceterum neque in ἐνδείξεσιν (Meier et Schoemann p. 584 not. 24, Lipsius p. 780 not. 89) neque in εἰσαγγελίαις (Lipsius p. 781 not. 89) semper ex vinculis causa dicitur.

12) Exemplum est in vita Antiphontis § 23. Batavus lector conferat: *Wetb. v. Strafv.* (1838) art. 146 (et Pols, *Leiddraad* (1890) § 120, § 164).

13) Vidit hoc ὁ Τυανεὺς (Philostr. VII 29).

Digitized by Google

non tollunt [1]), potest enim in ius eius nomine vocare alius [2]). — Vidimus, quibus de rebus lex vetaret δοῦναι τὴν ψῆφον, in ceteris igitur cogebatur magistratus δέχεσθαι τὴν λῆξιν [3]) metu poenae, dabatur enim Athenis τοῖς ἰδιώταις εἰσαγγέλλειν ἣν ἂν βούλωνται τῶν ἀρχῶν μὴ χρῆσθαι τοῖς νόμοις [4]), et erat similiter apud ceteros Graeciae populos provisum, ne magistratus de suo iudicium quodcumque denegarent, veluti in lege Locrensium (*Inscr. jurid. grecques* XI), quam supra quoque laudavimus, ita est (§ 9): ..... αἴ κα (τὰν δίκαν) μὲ διδῶι ..... ἄτιμον εἶμεν καὶ χρέματα παματοφαγεῖσται. Qualis actio apud Romanos invenietur nulla [5]), sed comminatio sola in ὑβριστοδίκας: *quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur*, atque praeterea maioris iudicis appellatio [6]). Graecorum magistratuum similis causa fuit atque τῶν τὰς δίκας εἰσάγοντων [7]) apud Romanos postea extitit, quam in secretariis ius dici consuevit. Spectavit enim exinde vel principem officii [8]) vel cornicularium vel cetera capita [9]) cura litigatorem advoca-

---

1) Demosth. XXIV § 31.

2) Ipse potest καταστήσας ἐγγυητάς (Andoc. I § 17), nisi hoc fieri aliqua lege prohibetur (Meier et Schoemann, op. cit. p. 585 not. 27; Lipsius p. 781 not. 92).

3) Testis est Demosthenes XXXIX § 17.

4) Aristot. de rep. Athen. 45 § 2.

5) Meram fabulam narrat Wlassak, *röm. Prozessges.* II (1891) p. 336: „*missbrauchte (der Praetor) sein Recht der Denegation, so musste er wohl eine Anklage (wegen Justizverweigerung) fürchten*." Hoc si fuisset, nullum fuisset ius honorarium.

6) c. 18 pr. C. Th. 11. 36 (cf. quoque Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 132 not. 59). Ex hodierno cf. *Code civ.* art. 4, *Code de procéd.* art. 505, *Code pénal* art. 185 (deque eius origine: du Cange v. *Defectus iustitiae*).

7) Nov. 119 c. 4, c. 5. — Similiter Interpr. c. 8 C. Th. 2. 1: *qui negotia intromittunt*.

8) c. 7 C. Th. 1. 16; c. 5 pr. C. Th. 1. (29); c. 4 C. Th. 6. 28 (= c. 1 § 1 C. 12. 21 s. 22).

9) Hos addit c. 5 C. Th. 6. 26 (= c. 3 C. 1. 48 = c. 2 C. 11. 19). De *capitibus* sive primatibus cf. Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 142[a-e]. Docet autem Lydus (de magistrat.) in iudicio praefecti praetorio τὰς χρηματικὰς ὑποθέσεις introducere solitos τοὺς *ab actis* (III 20), commentarienses τὰς ἐγκληματικὰς ἐξετάσεις (III 16), principi competivisse ex concessione cornicularii τὴν τῶν μονομερῶν ἐντυχιῶν (cf. adnotatio editoris et Steph. sch. 1 ad Bas. 25. 1. 4) εἰσαγωγήν (III. 24). Similiter in foro Aegyptio introduxisse docet Lucianus (ἀπολ. τῶν ἐπὶ μισθ. συνόντων 12) τὸν γραμματέα, cui similem fuisse demonstrat Mommsen, *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 181-189 τὸν προσοδοποιόν, quem offendit in pap. Berol. 888. — Cf. etiam c. 32 § 2, § 4*a* C. 7. 62; Cassiod. Var. XI. 6 § 8.

Digitized by Google

tumve [1]) apud iudicem vel primum vel appellationis [2]) inducendi, ad quem libera ingrediendi facultas praeter eos *qui ex* ipso *officio ingrediuntur secretarium* [3]) salva tunc erat iis tantum, quibus id pro privilegio concessum esset [4]), et defensori civitatis [5]). Debebantur quidem certae sportulae pro ingressu litis [6]), quod *ἐνδουκέντον* appellaverunt Byzantini [7]); ceterum nemo dixerit apparitori iudicis denegandi ius [8]) fuisse, qui gravem poenam luere iubetur, *si cessaveri(t) ..... causa(m) instructa(m)* iudici *offerre* [9]). Unde apparet officialem *instruxisse* litem, quam iudici oblaturus esset, quod etiam *praepara(re)* dicitur quum imperatori Iustino [10]), tum in codice Carolino [11]) papae Paulo: *cum (Desiderio) rege ..... constitit* [12]), *ut nostris eiusque missis per diversas civitates progredientibus ipsae praeparatae fuissent iustitiae.* Idem *defini(re)* dicitur (c. 8 C. Th. 1. 5) et *παρασκευάζειν* (Nov. 82 c. 7) et *τρακτεύειν* [13]) et in papyro quodam [14]) *χρηματίζειν* [15]), apud Lucianum [16]) autem *τάξιν* [17]) *ἐπιτιθέναι*. Neque aliud apud Athenienses significari putabant Meier et

---

1) Testem denique (c. 14 C. 4. 20).

2) c. 5 § 4 C. 7. 63.

3) c. 8 § 3 C. Th. 2. 1.

4) Locos dabit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147[12], quibus add. c. 6 C. Th. 1. (32); c. 2 § 1 Nov. Theod. tit. XV. Erat hoc in quaestu (Liban. (ed. Reiske) II p. 107; 596 sq.).

5) c. 4 C. 1. 55.

6) Ammian. Marcell. XXX. 4 § 18 (*vendibiles introitus*); c. 15 C. 3. 1; c. 12 § 1 C. 12. 19; c. 8 § 8 C. 12. 21 (22); c. 4 § 2 C. 12. 25 (26); c. 3 § 2 C. 12. 29 (30); c. 18 § 2*a* C. 12. 35 (36); Nov. 49 c. 1. — Add. c. 5 pr. C. Th. 1. (29), quod emendabitur.

7) Bas. VIII. 1. 34 (i. f.).

8) Facti, non iuris, *δύναμιν* tribuit Lydus, de magistr. II. 18 (i. f.).

9) c. 3 C. 3. 2. Potest quidem ex causa introductioni poena esse statuta (c. 8 C. Th. 2. 1, ibique Gothofr. comment. i. f.).

10) c. 26 § 6 C. 2. 7.

11) Epist. (apud Muratorium) 26. — De codice Carolino cf. Savigny, *Gesch. des röm. Rechts* (1834) § 109 not. *a*.

12) I. e. convenit.

13) Lyd. III. 20. — Cf. Tac. German. 11: *ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est apud principes pertractantur.*

14) Taur. III lin. 38/9.

15) (*ἔντευξιν*) *εἰς κρίσιν*.

16) *Ἀπολ. τῶν ἐπὶ μισθ. συνόντων* 12.

17) (*ταῖς δίκαις*) *τὴν προσήκουσαν*.

Digitized by Google

Schoemann [1]) verbo *ἀνακρίνειν*, sed errabant; est enim *ἀνάκρισις ἡ πρὸς τῷ ἄρχοντι* [2]), perinde ut *δίαιτα*, non litis instructio sed iusta lis, itaque tam archon [3]) quam *διαιτητής* sententiam pronuntiat, qua stabitur, nisi appelletur. Nec differunt genere *δίαιτα* et *ἀνάκρισις*, sed persona cognoscentis, eaque causa est, cur non possit eadem lis quum *διαιτᾶσθαι* tum *ἀνακρίνεσθαι* [4]). Scilicet iudicium primum utraque hac appellatione continetur, postquam èt Solon dedit a magistratuum sententiis (*τὴν*) *εἰς τὸ δικαστήριον ἔφεσι(ν)* [5]), èt posterior legislator [6]) ordinariis iudicibus, id est *τοῖς τὰς φυλὰς δικάζουσιν* [7]) ipsam *ἀνάκρισιν* eripuit commutavitque eam *τῇ διαίτῃ*, id est cognitionem magistratus privato iudicio. Mansit igitur *ἡ ἀνάκρισις* specialibus iudicibus, veluti *τῷ ἄρχοντι* vel *τῷ πολεμάρχῳ*, ab ordinariis eadem ad arbitrum translata *δίαιτα* coepit appellari. Ipsum vocabulum *ἀνάκρισιν* etiam Marcianus adhibet [8]) significando *cognitionem magistratus*. — Litem praeparare quid sit, quibusdam [9]) interpretationem non magnopere flagitare videtur; sed observat Bethmann-Hollweg [10]) dictu difficile esse ac ne vix quidem apparere, apud Romanos quid proprie in causae praeparationem venerit [11]), quid ad ipsam cognitionem pertinere creditum sit; sed ne apud Gallos quidem hoc satis exprimitur [12]), nisi quod

---

1) *Att. Proc.* p. 622, 698 (Lipsius p. 823, 906).

2) Cf. Isae. VI § 12.

3) Isae. VI § 32 (Lipsius, *Att. Proc.* p. 43 not. 5 i. f.).

4) Non fieri docent Meier et Schoemann, op. cit. p. 623 sq. (Lipsius p. 825).

5) Aristot. de rep. Athen. 9 § 1. Ante Solonem *κυρί(ους)* fuisse dicit (3 § 5 i. f.) magistratus *καὶ τὰς δίκας αὐτοτελῶς κρίνειν καὶ οὐχ ὥσπερ νῦν προαν ακρίνειν.* Mansit antiqua potestas *μέχρι δέκα δραχμῶν* ordinariis utique iudicibus (53 § 1).

6) Lys fr. 16 (44) i. f.: *οὐδὲ δίαιταν ἐπιτρέψαι (ᾐθέλησεν) ἕως ὑμεῖς τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν διαιτητῶν ἔθεσθε.* Quamquam aliter de hoc loco sentit Lipsius, *Att. Prozess* p. 1011 sq.

7) Aristot. de rep. Athen. 53 § 1. Ergo, quia de publicis maleficiis speciales iudices sunt, *ἐν (ταῖς σανίσι) ταῖς τῶν τετταρακόντα* haerere necesse est *τούς τ' ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἀδικοῦντας καὶ τοὺς μὴ δικαίως ἐγκαλοῦντας* (Isae. XV § 237).

8) L. 6 § 1 D. 48. 3. Cf. Evang. Luc. XXIII 14; Act. apost. XII 19; XXV. 26.

9) E. g. Henrico Hallam, *Europe during the middle ages* I (Paris, 1840) p. 142.

10) *Civilprozess* III p. 158 (§ 142) lin. 3-8.

11) Aliquid ad eam rem proficere pap. Berol. 388, opinio est Theodori Mommsen, *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 182.

12) *Code de procéd. civ.* art. 452: *„sont réputés préparatoires les jugements rendus pour l'instruction de la cause."*

Digitized by Google

excludit horum legislator testium interrogationem, tabularum inspectionem [1]), quemadmodum nominatim excludit Ulpianus [2]) diei constitutionem et prolationem [3]). Et verum est non posse ex aliqua generali definitione discerni inter praeparationem et ipsam cognitionem, sed apud alios aliter fines regi solitos. Itaque pro locorum et temporum diversitate *a cottidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis* hoc petendum est. Fines autem regi tunc quidem maxime interest, quum sit alius litis praeparator *(juge d'instruction)*, alius terminator, sed potest interesse, licet praeparator et terminator idem sit [4]). — Ex publicis auditoriis [5]) exve foro, ubi desertum id non erat [6]), in praetoria et secretaria sua recipere quando se coeperint iudices Romani [7]) tam *publicas* ibi *notiones* quam *civiles controversias audituri* (c. 6 C. Th. 1. 16), quaestionis est [8]). Videamus inprimis, quid sit secretarium; apud auctores enim definitio eius rei non exstat. Sed fuerit privatum auditorium, id est quo non cuivis patebat aditus [9]), sive id habebatur extra iudicis aedes [10]) sive in aedibus iisque aut *οἰκείαις* [11]), id est propriis, aut *ὡρισμέναις*, id est statis, quae utraque appellantur praetoria [12]);

---

1) De iurisdictionis aestimatione cf. *Code d'instr. crim.* art. 416. 2.

2) L. 19 §2 D. 4. 8.

3) Eadem videntur l. 14 D. 42. 1 opponi *sententiis*.

4) L. 19 §2 D. 4. 8; l. 14 D. 42. 1; *Code de proc. civ.* art. 31, 451; *Code d'instr. crim.* art. 416.

5) In auditoria inrisdictio quando migraverit, docebit Tacitus, dial. 39. De iudicum *auditoriis* locos congessit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 79 not. 31 (ubi laudandum erat Act. XXV, non XV), 33, 34. Decedere tamen debent l. 78 §4 D. 23. 3 et l. 1 §4 D. 40. 15 (Bremer, *Rechtslehrer und Rechtsschulen* (1868) p. 21) atque l. 41 D. 4. 8.

6) Cf. pap. Oxyr. 237 VII. 20: *ἐπὶ τοῦ ἐν τῇ ἀγορᾷ βήματος* (anno 128); Berol. 361 II. 12; Mommsen, *Strafr.* p. 360[4].

7) Caesarum sua causa est.

8) Cf. inprimis Mommsen, *Strafrecht* (1899) p. 359, 362.

9) Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147 (p. 189): „*geschlossene(r) Gerichtssaal.*" Alio sensu *secretaria* dicuntur *publica* (c. 7 C. Th. 2. 4), quod ibi res aguntur publicae.

10) Liban. (Reiske) III p. 75: *ἐμπιμπλάντες τὴν καταγωγήν, ... τῶν δικαστηρίων ἀπέχονται*, ia. II p. 596 sq. (quae gemina est oratio), ne quis putet publicum auditorium.

11) Lyd. de magistr. II. 20 (*ἐπὶ τῶν οἰκείων ἑδρῶν*).

12) Lyd. de magistr. II. 20 (*καταγώγιον ὡρισμένον*) ia. ind. B. *δ'* (*πραιτώριον ὡρισμένον*).

Digitized by Google

erant autem stata, si fides habenda est Lydo [1]), οὐκ ἐπὶ τῆς πρώτης [2]), οὐκ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς βασιλίδος ..... ἄχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς Λέοντος [3]), sed in provinciis tantum. Ergo, qui in praetorio iudicat, is utique in secretario, qui vero in secretario, is non utique in praetorio. Ex diverso tribunal et secretarium (vel praetorium) opponuntur [4]), opponebantur utique ante Magni Theodosii tempora [5]), tunc enim ut ipsa decreta in secretariis fieri possent [6]), tribunalia in secretariis poni coeperunt [7]) ibique manserunt [8]). Ergo vetustioribus [9]) ἔξω cognoscere et ἐπὶ βήματος idem est. De tempore autem quaeritur. Et ostendit quidem Ioannes Pilatum in praetorio cognoscentem (XVIII § 28, § 33; XIX § 9), ἐπὶ βήματος post cognitionem pronuntiantem (XIX § 13-16). Nihilominus recens mos in praetorio cognoscendi videatur necesse est reputanti, apud Matthaeum omnia, nisi species fallit, ἐπὶ τοῦ βήματος agi (XXVII § 19 ia. 27), agi certe in actis apostolorum praeside Festo (XXV § 6 ia. XXIII § 35) et in veteribus martyriis [10]), atque praeterea docere Philostratum [11]) sub Severis, proprium hoc esse praefecturae, ut habeat ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾧ περὶ τῶν μεγίστων ἡ ἀρχὴ αὕτη ἀφανῶς δικάζει [12]). Generalis mos in secretariis cognoscendi

1) De magistrat. II. 20.

2) Ergo apud Ammian. Marcell. XXVIII. 1 § 36 *praetori(um)* intelligendum est οἰκεῖον.

3) Sub Leone datum commemorat ὡρισμένον praetorium praefecturae, quod appellare videtur (III. 18; III. 57) τὴν πραιτωρίαν αὐλήν.

4) Liv. XXVII. 19 (i. f.); evang. Matth. XXVII § 19, § 27; Ioann. XIX § 9, § 13; act. Apostol. XXV § 6 (ia. XXIII § 35); Lactant. de mort. persecut. 15.

5) Ultimum opponuntur in c. 9 C. Th. 1. 16 (anni 364).

6) L. 3 § 8 D. 37. 1; l. 2 § 1 D. 38. 15; c. 4 C. 8. 11 (Pernice *Ztschr. der Sav.-St.* XIV (1893) p. 154 not. 10).

7) Liban. (Reiske) III p. 74-76 ia. II p. 596 sq. (quae gemina est oratio) ne quis publicum putet auditorium.

8) Lyd. II. 16 (ia. III. 11); Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147[7].

9) Veluti Ioanni XIX § 13. Simiter epitomator actorum S. Perpetuae (*Texts and studies* I no. 2), quae facta legerat *ad forum*, facta tradit *pro tribunali*.

10) Cf. Martyrium Carpi (*Texte und Untersuchungen* III, 1888) § 30 et adnotatio editoris. Celebratum est sub Marco.

11) Vit. Apollon. IV. 44 § 2 (cf. VII. 17).

12) Similiter Africae proconsul de martyribus Scillitanis sub Severo (*Texts and studies* I no. 2, p. 112), de Cypriano sub Valeriano et Gallieno (Corp. script. eccl. lat. Vindob. III. 3. p. CX) *in secretario* iudicat (cf. Mommsen, *Strafrecht* p. 362 not. 3), quod non oportet ad exemplum trahi.

Digitized by Google

sub Diocletiano demum extitisse videtur [1]), surrexit utique adversus morem Constantinus Magnus, qui primo rem prohibuit [2]), quia tollere videbatur, sicuti tollit, *adeundi* liberam *facultatem* [3]), mox vetare contentus fuit, ne pro ingressu litis *de civilibus causis* sportulae exigerentur [4]). Posthac in secretariis rursus negotia, criminalia etiam, transigi solita, documento est Iulianus Caesar *Numerium Narbonensis paulo ante rectorem, accusatum ut furem, inusitato censorio vigore pro tribunali admissis omnibus audiens* [5]). Simile spectaculum post aliquot annos urbanae turbae edidisse legimus Apronianum, urbi praefectum, *unde quibusdam atrox esse visus est, in amphitheatrali curriculo undatim coeunte aliquoties plebe causas dispiciens criminum maximorum* [6]). Quibus exemplis [7]) contrarius mos convincitur. Sed refregerunt secretariorum fores Valentinianus et Valens, dum constituunt *et civiles et criminales controversias* audiendas esse aut *apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus*, aut *pro tribunali*, ideo *ne congruae ultionis adimadversio cohibeatur* [8]), id est ne quis a postulando vel privatam [9]) vel publicam actionem prohibeatur. Voluerunt igitur, sicut Constantinus, liberam adeundi facultatem litigantibus renovare. Quam frustra fuerint, ipsi demonstrant, dum sex annis post rescribunt [10]), salubriter esse constitutum [11]), *ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii* [12]) *beneficio fruatur, ne ..... cum ultionem posceret, vexaretur dum ob se(pem)* [13]) *liminis ..... princeps* [14]) *praemiis*

1) Ab hoc imperatore frequens incipit secretariorum mentio (Mommsen, *Strafrecht* p. 362 not. 3. Laudat C. I. L. VI. 31959).

2) c. 6 C. Th. 1. 16. — Cf. quoque c. 1 C. Th. 1. 12.

3) Cf. l. 1. § 9 D. 49. 14; Bruns (1893) no. 83 lin. 10.

4) c. 7 C. Th. 1. 16.

5) Ammian. Marcell. XVIII. 1 § 4.

6) Ammian. Marcell. XXVI. 3 § 2.

7) Cf. praeterea Ammian. Marcell. XXII. 3 § 2, § 9.

8) c. 9 C. Th. 1. 16.

9) *Ultionis* vocabulum etiam ad privatas actiones pertinere, demonstratur eorundem imperatorum c. 5 pr. C. Th 1. (29), de qua statim.

10) c. 5. pr. C. Th. 1. (29). Omnino adhibendum est apographum.

11) Respiciunt ad c. 2. C. Th. 1. (29) = c. 1 C. 1. 55.

12) Intelligitur iurisdictio *defensoris* (c. 3 C. 1. 55).

13) In apographo est *se*, deinde incerta litera, deinde litura unius vel duorum vel trium elementorum. Itaque coniecimus *sepem*.

14) Officii.

Digitized by Google

exoratur etc., ubi *se(pem) liminis* intelligimus *cancellorum ..... septa* [1]), quod lexicographi ceterique grammatici Graeci vel κιγκλίδα vertunt vel δρυφάκτους [2]), idque interpretantur: θύρα(ν) δικτυωτή(ν), adduntque: μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τοιαῦται ἦσαν [3]). Alibi quidem δρυφάκτους interpretantur τοὺς ἀπὸ ξύλων περιορισμούς [4]) nec iam iudicii fores sed τὸ παρατεινόμενον ..... ξύλον τοῖς δικασταῖς [5]), veluti quas hodie *barras* vocant [6]). Ergo Meier et Schoemann [7]) difficultatis eludendae causa κιγκλίδα vertunt θύραν δικτυωτὴν (*Gitterthür*) δρυφάκτους autem barras (*Schranken*). Ceterum apud Romanos eadem est confusio; alias enim *cancellos* intelligere iubemur ipsas *lucidas fores, claustra patentia, fenestratas ianuas* [8]), alias *pro foribus* quasi munimentum quoddam exterius [9]), ideo positum, ὅπως μὴ χύδην ἅπασι τοῖς βουλομένοις ὡς (τὸν ἄρχοντα) εἰσιτητέα [10]) εἴη [11]). Tertio modo Lydus (de magistr. III. 37): διάφραγμα ξυλουργὲς ..... ἐπὶ μέσου (διατεῖνον) τοῦ δικαστηρίου, χωρίζον τὸν ἄρχοντα τῶν ὑπ(η-κόων) et videtur credi velle (ia. § 11) etiam adsessores extra sedisse, quod qui potest de iis, οἷς ἡ κοινωνία τοῦ θρόνου (Liban. (Reiske) III p. 76)? Narrat autem rem auditam, non visam, si quidem τὸ διάφραγμα, ipsius testimonio, ex praefecti auditorio tunc sublatum iam erat, atque praeterea palam est apud

---

1) Ammian. Marcell. XXX 4 § 19.

2) Coniungit utramque versionem Anon. Bekkeri (I p. 271 ima): κιγκλίδες· δρύφακτοι, οἱ νῦν καλούμενοι κάγκε(λ)λοι. Occurrunt autem δρύφακτοι, apud Aristophanem et Xenophontem (H. G. II. 3 § 50), κιγκλίδες apud Aristophanem et Demosthenem (XXV § 23).

3) Etym. Magn. v. κιγκλίς. Θύρας δικτυωτάς ideoque διαφανεῖς dixit Polyb. XV. 30 § 8.

4) Etym. Magn. v. Γεράνδρυον..

5) Sch. Vesp. 830. — Cf. praeterea Poll. VIII. 124; Suid. Hesych., Harpocrat. v. κιγκλίδες, Etym. Magn., Suid., Hesych., Moeris, v. δρυφάκτοι; Etym. Magn. v. δρυφάκτους; Sch. Vesp. 124, 386, 552; sch. Equit. 641. Vertunt δρυφάκτους etiam ταβλώματα vel ταβλωτά (sch. Eq. 675, sch. Vesp. 386), idque interpretantur τὰ τῶν οἰκοδομημάτων ἐξέχοντα ξύλα ..... ἐνταῦθα δὲ ..... τοῦ δικαστηρίου.

6) Du Cange v. *Barra*.

7) *Att. Proz.* p. 149 (Lipsius p. 182).

8) Cassiod. XI 6 § 5 (regis Ostrogothorum describit aulam).

9) Liban. (Reiske) I p. 651: προσπίπτουσιν (ἔξωθεν) τῇ τοῦ ἄρχοντος κιγκλίδι, καὶ ταῖς μετ' ἐκείνην θύραις; Sidon. Apoll. (Sirmond) ep. I 2 (de aula Visigothorum regis).

10) I. e. εἰσιτητά.

11) Agath. Hist. I. 19.

Digitized by Google

Ammianum Marcellinum (XXX 4 § 19) et in constitutione quam exscribebamus [1]), alterius generis cancellos intelligendos esse, id est vel fores vel forium propugnaculum. Habuerunt pristina quoque iudicia cancellos [2]), sed ubi positos, in quem finem, cum ceteris [3]) nescio; hodierna habent eo quo Lydus docet modo, non ab introitu privatos arcendi sed separandi causa iudicis ab advocatis. Quod semper ita fuisse putat Laurière [4]) sed refellit eum Lydi testimonium. — Diximus non obtinuisse Valentinianum et Valentem, ut semper cognosceretur *apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus* aut *pro tribunali*; non obtinuisse demonstravimus ipsorum constitutione [5]). Vicit igitur officii causa, et in tantum vicit, ut paucos post annos etiam cautum sit [6]), *ne ignorante principe* [7]) causarum patroni *ullam postulationem introduc(erent) neve sub unius persona recepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertent(arent)*, id est, ne certi clientis nomine intromissi, huius negotii occasione, aliorum quoque desideria exponerent in sportularum fraudem. Posthac clusis foribus causas audiri perseverasse èt aliae constitutiones demonstrant [8]), èt quas laudavimus de iure ingrediendi [9]), èt Libanii testimonium hoc in quaestu fuisse [10]), èt Symmachus in causa Scirtii [11]) *cum defensoribus admitt(ens) iurgantes* èt Lydus [12]) ἔθος ἀρχαῖον contestans, μηδὲν ἔξωθεν πράττεσθαι τοῦ τῆς δίκης ἱεροῦ [13]) ὃ καλεῖται σήκρητον. Neque clusis tantum foribus aditu praecluso, sed etiam velo demisso perceptione prohibita [14])

---

1) c. 5 pr. C. Th. 1. (29).

2) Cic. pro Sestio 58 § 124; de Orat. I. 12 § 53.

3) Sitne Mommsen excipiendus, ideo incertum est, quia neque vox *cancelli* neque Ciceronis loci in indicibus operis praeclari (*römisches Strafrecht*) comparent.

4) Loysel, *Instit. coutum.* (éd. 1846) no. 702: „*il y a toujours eu, dans les tribunaux, des barres, pour séparer les avocats des juges.*"

5) c. 5 pr. C. Th. 1. (29).

6) c. 4 C. Th. 6. 28 (= c. 1 § 1 C 12. 21 s. 22).

7) Officii.

8) c. 7 C. Th. 2. 4; c. un. § 14 Nov. Valent. tit. XXXIV.

9) Deve testium introductione (c. 14 C. 4. 20).

10) Ibidem id indicavimus.

11) Relat. 28 § 6.

12) De magistr. III. 11.

13) Alibi τέμενος appellat (III. 27, 65, 76).

14) Ianua enim *fenestrata* perceptionem non tollit.

Digitized by Google

ut cognosceretur in usum venisse èt auctores [1]) evincunt èt constitutiones altera Constantini simplicem rei commemorationem habens [2]), altera Honorii *de submersis navibus ..... ut levato velo ..... cognosc(a)tur* [3]). Et videtur quidem Constantinopoli sine velo haud ita raro iudicatum esse [4]), multo tamen frequentius sub velo, siquidem adeo id tempus a publica cognitione abhorrebat, ut etiam (τοῖς) διαιτηταῖ(ς) (τοῖς) διηνεκῶς ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς [5]) τῶν ἐπὶ χρήμασι δικῶν ἀκροωμέν(οις) [6]) tributi sunt in quibus iudicarent οἰκίσκοι [7]), id est secretariola quaedam [8]). Praeterea Pilatum quidem apud Ioannem post in praetorio cognitionem tamen ἐπὶ βήματος pronuntiantem vidimus; sed illis temporibus, tribunalibus in secretaria translatis, ne sententiae quidem dicendae velum levabatur, quum visum sit Triboniano utique sufficere, *si officio eius ..... praesente* iudex sententiam proferat [9]), quam deinde formam subiecit Caro, Carino et Numeriano [10]): *cum sententiam praesidis irritam esse dicis, quod non publice* [sed in secreto loco officio eius non praesente] *sententiam suam dixit, nullum tibi ex his, quae ab eo decreta sunt, praeiudicium generandum esse constat* [11]). Notat interpolator — siquidem interpolatorem deprehendimus — iudices eos qui iam non in secretario sed κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Καππα-

---

1) Basil. Magn. epist. 223 (79) c. 6 (retineo ἐφέλκονται); Ioann. Chrysostom. in Matth. hom. 56. (57) c. 4; id. in II Timoth. hom. 5. c 4 (cf. Gothofr. ad. c. 1 C. Th. 1. 7); Sidon. Apoll. (Sirmond) epist. I 2 (describit aulam regis Visigothorum). Regis Ostrogothorum aula velum habuit nullum (Cassiod. XI. 6 § 5, ubi requitur *mea* [non] *emendaris*, negatione delenda).

2) c. 7 C. Th. 1. 16.

3) c. 6 C. Th. 13. 9 (= c. 5 C. 11. 6); cf. c. 20 C. Th. 11. 7; c. 1. C. Th. 14. 4.

4) Agath. IV. 1 (i. f.); Ioann. Chrysost. in Matth. hom. 56 (57) c. 4; de Lazar. hom. 4 c. 1 (ἐν ἀγορᾷ μέσῃ).

5) Nov. 82 c. 3.

6) Lyd. de magistr. III. 65 (i. f.); cf. Agath. III. 1.

7) Nov. 82 c. 3.

8) Ergo fallitur Bethman-Hollweg, *Civilprozess* § 147 (post not. 14): „*ob jedoch — wissen wir nicht.*"

9) Cf. c. 10 C. Th. 1. 16, ubi iudices vetantur *libellos* accipere vel *super ..... causis ..... pronuntia(re), quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint.* Ergo apud Lydum, de magistr. III. 30 Hephaestus, praef. praet., decretum recitat πάσης τῆς τάξεως παρούσης.

10) c. 6 C. 7. 45.

11) Cf. quoque c. 5 C. 7. 43.

Digitized by Google

δόκου [1]), alterius Verris, cum solis adsessoribus [2]), officio remoto [3]), ἐν κοιτῶνι τινὶ, id est *in secessu domus* (c. 9 C. Th. 1. 16) iudicare sibi sumebant [4]). Quamquam de ipso Cappadoce, auctoris vitio, non constat: qui enim docet ἐν κοιτῶνι eum ius dixisse (Lyd. de magistr. II. 17) atque ἐπὶ τῆς κλίνης (II. 21), idem in secretario (III. 65) atque ἐπὶ τοῦ βήματος (II. 17). — Hodie ubique fere ad exemplum Gallorum [5]) in publico auditorio [6]) palam admissis omnibus cognoscitur, postquam est cohibita avaritia apparitionis, quae claudere conata est (*Receuil général des anciennes lois* IV no. 128 (ann. 1344) I § 6: *gardent se li huissiers de vendre l'entrée du parlement* etc.), nec tamen iudicem adeundi libera est facultas aut, quod praescripserat Constantinus (c. 6 C. Th. 1. 16): *cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint* iudices *audientiam* ..... *frequens praeconis* ..... *adsolet fieri inclamatio*, quis praeterea *postulare voluerit.* Perinde enim ac si in secretario iudex sedeat, non potest ulla sine principis officii, quem scribam vocant, interventu civilis audiri causa. Hic enim vectigali constituto [7]) rem in rotulos, quos dicunt [8]), quorum custos est [9]), ex quibus causae civiles

---

1) Videndum, utrum leges istae ad iurisdictionem (III. 65 (i. f.): δικασταὶ δὲ προβάλλεται ἐπὶ τῆς βασιλέως στοᾶς), an ad sedem pertinuerint.

2) Lyd. II. 16: τῶν συνεδρευόντων (cf. III. 11) μόνον ἐν παραβύστῳ μετὰ γέλωτος τῶν περιεστηκότων ..... δικῶν ἀκροωμένων. Sed περιεστηκότες quinam? Nam qui pro privilegio ingrediuntur, cum iudice *sedent*. Apud Ioann. Chrysost. in Matth. hom. 56 (57) c. 4 apparitores sunt οἱ παρεστῶτες, nec minus apud Lydum οἱ περιεστηκότες, et ipsa narratio sui refutatio.

3) Lyd. II 21: πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς τάξεως, ὡσεὶ πονηροὺς οἰκετὰς πρὸ τοῦ κοιτῶνος παραφυλάττειν ἐγκελευόμενος. Ergo posthac τάξις οὐδεμία (II. 16).

4) Lyd. II. 17 (cf. Cic. Verr. II. 3. 23 § 56; 5. 11 § 27). Τὸν κοιτῶνα describit II. 21.

5) Bar in *Holtzendorff's Encyclopaedie* I (1873) p. 569 (lin. 1): „*nach dem Vorbilde des französischen Prozesses.*"

6) Cf. tamen *Code de proc. civ.* art. 808.

7) Hoc apud nos totum scribae datur, apud Gallos fisco decima minus, quae scribae relinquitur (*loi portant établissement des droits de greffe*, 21 *ventôse* (*an* VII) art. 19).

8) Idem apud Romanos dictum videtur *alb(um)* (Pap. Berol. 611 II 14), *numer(us)* (c. 5 C. 7. 66), *ord(o)* denique (Pap. Berol. 628 I 14; Mitteis Herm. XXXII (1897) p. 637) *cognitionum*; apud Graecos ἀριθμ(ὸς) (Aristot. de rep. Athen. p. 33 lin. 25), deinde τάξις (Pap. Oxyrh. no. 237 VIII. 20). Nam τὸν καταχωρισμὸν (cf. Mitteis Herm. XXX (1895) p. 571, 573 not. 4) diversum puto, sicut eum *ord(inem)* (cf. Mitteis, Corp. Rain. I p. 79 not. 1), quem praescribit Ulpianus l. 9 § 4 D. 1. 16.

9) *Décret contenant règlement pour la police et la discipline des cours et tribunaux* (30 *mars* 1808) art. 92.

Digitized by Google

dumtaxat [1]) citantur [2]), recipere debet Gallorum legibus [3]) et Batavorum; huic, non praesidi, Germanorum lege [4]), libellus conventionis porrigendus est, diem praeses ut constituat [5]). Quae consuetudo, licet Atheniensibus cognita (Demosth. LVIII § 8: *ταύτην τὴν Φάσιν, ὦνδρες δικασταί, ἔδωκε μὲν οὗτος προσκαλεσάμενος τὸν Μίκωνα, ἔλαβε δ' ὁ γραμματεύς*), tamen improbanda est eoque magis, quia scriba hodie non est in potestate praesidis iudicumve — lege Batavorum quasi magnum praesidi permittitur scribam commonefacere, idque apud Gallos datum video praesidibus mandato summi sigillarii (*instruction du garde des sceaux*), quod laudat Rivière (in editione maiore) ad decreti disciplinarii [6]) art. 102 — esset autem improbanda etiamsi scriba subiectus esset iudicis potestati, quod de Germania affirmat Endemann [7]), multoque praestat id, quo sub Ptolemaeis usi sunt instituto iudices *χρηματισταί*, qui non *εἰσαγωγεῖ* suo hoc delegabant, sed *ἀγγεῖον* proponebant, in quod petitores libellos suos (*τὰς ἐντεύξεις*) inicerent [8]). Adeo cum damno civium vetera exempla hodie ignorant praeclari legum latores.

Scribebam Traiecti ad Rhenum, mense Novembri 1899.

---

1) Similiter fiebat apud Athenienses teste Aristotele (de rep. Athen. p. 33 lin. 23 sqq.): *εἰσκαλοῦσι ..... τοὺς ἰδίους (ἀγῶνας) τῷ ἀριθμῷ ..... τοὺς (δὲ) δημοσίους ..... καθ' ἕνα.* Atqui apud Romanos crimina quoque *τῷ ἀριθμῷ* audiri solita, docebit Mommsen, *Strafrecht* p. 398/9.

2) „*dans l'ordre du placement*" (*loi portant établ. des droits de greffe*, art. 3; cf. *Recueil général des anc. lois* IV no. 126 § 1, § 2; no. 128 IV § 2). Talem legem, quam salutiferam appellat Laferrière, *Principes de la révolution* (1850/1) p. 408, apud Romanos fuisse nullam, demonstrat l. 9 § 4 D. 1. 16.

3) *Décret pour la discipline* (30 *mars* 1808) art. 55 (ia. *loi portant établ. des droits de greffe*, art. 4).

4) *Civilprozessordn.* (1879) § 193.

5) Apud Gallos et Batavos actor diem constituit.

6) 30 *mars* 1808.

7) *Civilprozessrecht* (1868) § 36 (p. 117): „*hinsichtlich seiner Dienstpflichten steht der Gerichtsschreiber unter der Disciplin des Richters.*"

8) Rem post Amadeum Peyron accurate exposuit Frantz in C. I. G. III p. 295. Cf. Wilcken, *Gött. gel. Anz.* 1895 p. 151.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

De Liberis Educandis p. 4 D: ἐνιότε γὰρ εἰδότες, αἰσθόμενοι δὲ καὶ ἄλλων τοῦτο λεγόντων, τὴν ἐνίων τῶν παιδευτῶν ἀπειρίαν ἅμα καὶ μοχθηρίαν, ὅμως τούτοις ἐπιτρέπουσι τοὺς παῖδας. Non quaero nunc quid praeterea in his verbis imperite enunciatum sit; sed hoc tamen mihi videor intelligere ferri non debere ἐνιότε ... ἐνίων. Lene remedium est: τὴν τῶν ὠνίων παιδευτῶν ἀπειρίαν.

Ibid. p. 8 D: πόλεμος δὲ ἐσκιατραφημένην σωμάτων ἕξιν οὐ δέχεται, ἰσχνὸς δὲ στρατιώτης πολεμικῶν ἀγώνων ἑτοίμως ἀθλητῶν καὶ πολεμίων φάλαγγας διωθεῖ. Quod Παπαγεώργιος ἐν Ἀθηνᾷ I p. 469 commendat ἐσκιατραφημένων, non est magnum et Bernardacis coniectura καὶ ἀθλητῶν πολεμίων nihil proficitur. Quod liquido apparet, opponuntur milites diligenter exercitati hostibus luxuria diffluentibus. Color autem quaesitus est ex Platonis verbis quae leguntur Rep. VIII p. 556 D: ὅταν πολλάκις ἰσχνὸς ἀνὴρ πένης, ἡλιωμένος, παρατεταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατραφηκότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδῃ ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστόν, ἆρ' οἴει αὐτὸν οὐχ ἡγεῖσθαι κακίᾳ τῇ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους; Uti vides, hic quoque sermo fit de bello inter pauperes sed fortes et divites sed imbelles et

Digitized by Google

ignavos. Neque ille miles πολεμικῶν ἀγώνων ἐθὰς nullo negotio ἀθλητῶν Φάλαγγας διωθεῖ· nulla enim hic cernitur oppositio, sed miles alacer et forti animo ἀηθῶν καὶ πλουσίων Φάλαγγας διωθεῖ. Doctae sunt et laboriosae Wyttenbachii adnotationes, sed quod exemplis haud nimis necessariis stabilivit, apud Graecos nimium palaestrae studium saepe obfuisse et aliis liberalibus studiis et bellicis exercitationibus, id verum quidem est, sed observatio prorsus nihil facit ad loci intelligentiam.

Ibid. p. 8 E: Φαίνῃ τῆς μὲν τῶν πενήτων καὶ δημοτικῶν παραμελῶν ἀγωγῆς, μόνοις δὲ τοῖς πλουσίοις ὁμονοεῖς τὰς ὑποθήκας διδόναι. Cum Wyttenbachio hic praestare dixerim infinitivum παραμελεῖν, sed est praeterea absurda lectio ὁμονοεῖς. Wyttenbachius incidit in correctionem ὁμολόγους, Bernardaces dubitanter coniecit ἐμμελεῖς, sed haud satis scio an non lenius corrigi possit γεγονόσιν.

Ibid. p. 11 E. Non concoquo: τὰ μειράκια προήγαγον ἐπί τε παιδείαν καὶ δημαγωγίαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν τρόπων. Malim: εὐαγωγίαν, quod vocabulum vide p. 13 E et adiectivum εὐάγωγος p. 15 B.

Ibid. p. 11 F Euripidis fragmentum est 388:

ἀλλ' ἔςι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.

Nonne praestat δίκαιος?

Ibid. p. 12 B. Adulescentium peccata sunt ἀμετρία γαςρός, κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων καὶ κύβοι καὶ κῶμοι, alia. Quid requiram ostendet p. 124 F: Φυλακτέον δὲ τῆς περὶ ταῦτα Φιληδονίας καὶ γαςριμαργίας. Emendandum est, uti vides, γαςριμαργίαι καὶ κλοπαί. Similiter p. 69 B: ψέγοντι μὲν συνουσίας καὶ πότους αὐτοῦ, ψέγοντι δ' ἀργίαν καὶ ἀγυμνασίαν καὶ λουτρὰ συνεχῆ, ex codicibus enotantur lectiones γυμνάσια, γυμνασίαν et Meziriaci coniectura est ἀγυμνασίαν, quae et ipsa in Veneto libro invenitur, si quidem Wyttenbachii notulam bene intelligo. Idem tamen aliquot annis post in Animadversionibus significavit se malle γυναιμανίαν vel γυναικομανίαν, sed multo

Digitized by Google

lenior correctio est: *ψέγοντι δὲ γαστριμαργίαν καὶ λουτρὰ συνεχῆ*. Itidem evidens correctio est in Nicolai fragmento apud Stobaeum Flor. XIV. 7:

πάντα γὰρ πρόσεσί μοι
ὅσαπερ ἔχειν τἀλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ
λιμὸς, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ἀργία,

ubi *τὸν τἀλλότρια* reposuit Hirschigius et *γαστριμαργία* Badhamus. Sic solent interdum composita et conglutinata verba in partes suas a librarii dissecari. Invenio apud Achillem Tatium p. 40 B: *ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος πατρίς, ὄνομα Κλειτοφῶν, πατὴρ Ἱππίας, ἀδελφὸς πατρὸς Σώστρατος*· malim *πατράδελφος*, coll. Lobeck. ad Phryn. p. 304. Apud Plutarchum p. 632 C.: *τὸν εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαριτικὸν, κίμβικα καὶ κύμινον προσαγορεύων*, corrigit Xylander *κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην*· malim equidem: *κυμινοκίμβικα*, coll. Eust. p. 1828. 10: *κίμβιξ· ὁ ῥυπαρὸς ἀπὸ κιβδήλου χρυσίου καὶ ἀργυρίου. καὶ λιμοκίμβιξ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ κυμινοκίμβιξ διὰ σμικρότητα*, cet. Cf. Phot. v. *κίμβικα*.

Quomodo adulescens poetas audire debeat, p. 15 A: *ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς ὁδοῖς παιδαγωγίας δεομένους*. Iteranda videtur praepositio: *ἢ 'ν ταῖς ὁδοῖς* Cf. p. 34 C: *ἵνα τοῦτο καὶ περὶ δόξης καὶ περὶ ἡγεμονίας καὶ περὶ λόγου δυνάμεως εἰρῆσθαι νομίζωσι*.

Ibid. p. 20 C: *οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες*. Mutandum *πράγματα* in *παραδείγματα* idque post correctionem eliminandum. Scribe praeterea: *ταὐτά*.

Ibid. p. 20 E: *μὴ ἀχθομένους τῷ ποιητῇ μηδὲ χαλεπαίνοντας, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις*. Secundum Wyttenbachii versionem haec significant: „neque poetae succensendum aut irascendum est, sed iis quae moribus personisve accommodata et per iocum dicta sunt." Verum quid hoc est iis succensere quae per iocum dicta sunt? Haec quum intelligeret Bernardaces absurde commendari, rescripsit: *μηδὲ χαλεπαίνοντας*

Digitized by Google

ἀλλ' ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς δεχομένους, nec tamen vitii sedem agnovit. Confusa fuerunt ΑΛΛΑ et ΛΙΑΝ et ausim corrigere: μηδὲ χαλεπαίνοντας λίαν τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις.

Ibid. p. 21 E. Laudatur versiculus: ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἀ πονηρία. Delendus articulus, ut fiat ποτὶ πονηρον, quemadmodum recte editur p. 534 A. Est septenarius trochaicus, fortasse Epicharmi.

Ibid. p. 23 A: ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς Φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. De hoc usu ante triginta annos quaedam collegi in *Lance Satura*. Photius ex Aelio Dionysio excerpsit: καλῶς· ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν τιθέασι καὶ ὅτε καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῖντο. Itidem Phrynichus habet Anecd. Bk. p. 49. 20: κάλλισα· τοῦτο τιθέασιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις ἀντὶ τῆς οὐ ἀρνήσεως ὅταν τι παραιτῶνται. Cobetus eundem usum attigit *Mnem.* 1856 p. 84. Hoc sensu κάλλις', ἐπαινῶ legitur in Arist. Ran. vs. 508, nam qui τὴν κλῆσιν ἐπαινεῖ gratias agit, sed simul significat se non adfuturum. Similiter apud Horatium *Benigne* usurpatur et *Bene vocas; tam gratiast* apud Plautum et *Optime* apud Ciceronem de Divinatione I 23. 47. Alia sunt apud Wyttenbachium p. 236 et res est hodie in vulgus nota. Unum est quod corrigendum manet: apud Plutarchum commendo: ὅταν μὴ δεχώμεθα.

Ibid. p. 25 C. Stoici μήτε τι Φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ πάντως μὲν ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶναι τὸν ἀμαθῆ, περὶ πάντα δ' αὖ κατορθοῦν τὸν ἀστεῖον. Itaque secundum Stoicos τοῖς ἀμαθέσιν opponuntur οἱ ἀστεῖοι, h. e. probi, sapientes, elegantes. Hic usus confirmatur p. 29 B, ubi pugnant ὁ ἀστεῖος et ὁ Φαῦλος itemque p. 29 F invenio: Ἑλληνικὸν καὶ ἀστεῖον ἡ πρόνοια, βαρβαρικὸν δὲ καὶ Φαῦλον ἡ θρασύτης. Pariter p. 35 F quae Φαῦλα et βλαβερὰ non sunt, vocantur ἀστεῖα et χρηστά. Addere possum p. 1060 C et alios multos locos in iis quae Plutarchus scripsit ut Stoicorum doctrinam impugnaret. Erat Themistocles ἀστεῖος ἄρχων in Vita c. 5. 7 aliaque dabit Wyttenbachius in Indice. *Urbanitas* virtus est Stoicorum secun-

Digitized by Google

dum Ciceronem Epist. ad Fam. III 7, i. e.: ἀϛειότης. Hic commode mihi in mentem venit Actorum Apostolorum VII. 20: ἐγεννήθη Μωυσῆς καὶ ἦν ἀϛεῖος τῷ θεῷ, ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός, sed minime probo Cramer. Anecd. Oxon. vol. I p. 31. 26, ubi ἀϛεῖος esse dicitur ὁ δι' ἦθος χρηϛὸν ἐπαινετός, nam nunc quidem ut saepe alias Moses simpliciter *formosus* infans est. Vide modo Exod. II 2: ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀϛεῖον, ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς et Epist. ad Hebr. XI. 23: εἶδον ἀϛεῖον τὸ παιδίον. Pluribus eandem rem persecutus est Flavius Josephus Antiqq. Jud. II § 231: πολλοῖς συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερομένῳ συντυγχάνουσιν ἐπιϛρέφεσθαι μὲν ὑπὸ τῆϛ ὄψεως τοῦ παιδός, ἀφιέναι δὲ τὰ σπουδαζόμενα καὶ τῇ θεωρίᾳ προσευσχολεῖν αὐτοῦ. Quocirca Cobetum non sequar, cui Moses non fuit ἀϛεῖος τῷ θεῷ, sed δεκτὸς τῷ θεῷ. Acutam coniecturam esse concedo, sed Moses fuit *formosus* supra reliquos infantes omnes et quod additur τῷ θεῷ, uti audio, Hebraismus est, eodem plane sensu quo Nimrod erat κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ. Item Gen. 6. 11: ἐφθάρη δ' ἡ γῆ ἐναντίον τοῦ θεοῦ.

Ibid. p. 26 E: ὁ Ἀγαμέμνων ἐν μὲν τοῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν γιγνομένοις καὶ λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ καταγέλαϛός ἐϛιν. Corrigam παρὰ τὴν ἐκκλησίαν et expungam dittographiam γιγνομένοις καί.

Ibid. p. 26 F. Quod omnes norunt, Aristarchus quatuor versiculos ex nono Iliadis libro expunxit: ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη Φοβηθείϛ. Ut confirmarem quod suspicatus sum *Mnem.* 1899 p. 204, legendum esse δυσωπηθείϛ, adscribere potueram Zonarae testimonium p. 585: οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ κρίνειν καὶ ἐλέγχειν τὴν λέξιν λαμβάνουσιν.

Ibid. p. 36 C. Est Euripidis fragmentum 960, quod Nauckius ita edidit:

τιμᾶν τὰν τέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργάσασθαι δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθ' ἄνολβοι.

Primum leve est cum Nauckio κάθησθ' rescribere et uniuscuiusque est corrigere κατεργάσεσθαι, sed quid est τιμᾶν τὰν τέτασθε? Prorsus nihil proficitur Musgravii suspicione τιμάν

Digitized by Google

τ' ἀντέτασθε vel Nauckii τιμὰν πέπασθε. Corrige: Ὦ τί μάταν τέτασθε. Poeta alibi: ὦ πόλλ' ἀκοντίζοντες ἄνθρωποι μάτην. Quid brevi fortes iaculamur aevo, uti ait Horatius.

De recta ratione audiendi p. 38 C. Ni adulescens diligenter instituatur, διαστρέφοιτ' ἂν πρὸς κακίαν, ὥσπερ ἐκ χώρας ἀκινήτου καὶ ἀργῆς ἄγρια πολλὴ τῆς ψυχῆς ἀναδιδους. Deleta praepositione scribam: ὥσπερ χώρας ἀκινήτου καὶ ἀργῆς ἄγρια πολλὰ τῆς ψυχῆς ἀναδιδούσης.

Ibid. p. 39 D: δεῖ τῶν νέων μᾶλλον ἐκπνευματοῦν τὸ οἴημα καὶ τὸν τῦφον ἢ τῶν ἀσκῶν τὸν ἀέρα τοὺς ἐγχέλι τι βουλομένους. Quod in fine adscriptum est χρήσιμον, ex margine in textum illatum fuit.

Ibid. p. 41 F: αἱ μὲν γὰρ (στεφανηπλόκοι) ἐπιοῦσαι τὰ ἀνθηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων συνείρουσι καὶ διαπλέκουσιν. Hanc lectionem unde Bernardaces arripuerit, non comperi; Wyttenbachius certe edidit: ἐπινοοῦσαι, quod satis leniter refingi poterit ut fiat: ἐπιλέγουσαι.

Ibid. p. 42 B. Est paulo longior sententia quae omissis minus necessariis ad constructionem expediendam ita audit: οὐ γὰρ ἐκ κουρείου μὲν ἀναστάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραστῆναι, — ἐκ δ' ἀκροάσεως ἀπιόντα καὶ σχολῆς οὐκ εὐθὺς ἀφορᾶν πρὸς ἑαυτόν. Molestum est quod inseritur χρὴ post ἀφορᾶν.

Ibid. p. 43 C: οἱ παρὰ τοῦ λέγοντος (πρὸς) ὃ μὴ πέφυκε μηδ' ἥσκηκεν αἰτοῦντες. Praepositio, uti vides, excidit.

Ibid. p. 44 B: σιγῇ καὶ βαρύτητι καταπλάστῳ καὶ σχηματισμῷ θηρώμενος δόξαν εὐσταθοῦς ἀνδρός. Ut numerosa oratio fiat, addendum erit epitheton ei quod est σχηματισμῷ. Nimirum propter ὁμοιοτέλευτον excidit μοχθηρῷ· σχηματισμῷ (μοχθηρῷ) θηρώμενος δόξαν.

Ibid. p. 46 D. Dicitur adulescens illiberalis et inverecundus ὥσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει τῇ ψυχῇ μώλωπα μὴ λαμ-

Digitized by Google

βάνειν. Delenda est coniunctio καί· est quasi dicas: ἐν τυλώδει τῇ ψυχῇ ὥσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκί. Hanc dicendi elegantiam saepe venatur Plutarchus.

Quomodo adulator ab amico internoscatur p. 50 C: μὴ τοὺς αὐτοληκύθους τούτους λεγομένους καὶ τραπεζέας καὶ μετὰ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ ἀκουομένους ὥς τις εἶπε κόλακας νομίζωμεν. Comici poetae locus quem Plutarchus ante oculos habuit, periit; tantum intelligo ἀκουομένους corruptum esse. Lepide poeta quisquis fuit parasitos appellare potuit: τοὺς μετὰ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ αὐτομόλους vel fortasse αὐτομάτους. Notum est quid scurra aliquando exclamarit, cum non vocatus venisset ad coenam: Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, qui etiam lepidius iocari potuit sic: βορὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.

Ibid. p. 50 D: τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους. Malo: ἐγκαλινδουμένους.

Ibid. p. 53 A. Adnotavit Wyttenbachius: „Haec adulatoris responsa redolent quid Menandreum et oratione et modorum reliquiis: βραδέως πεφώρακας τὸν ἄνθρωπον et πάλαι γ' ἐχρῆν θορύβων ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι καὶ φθόνων." De modorum reliquiis nihil affirmare audeo et nunc quoque apparet quam parum exercitatas aures Wyttenbachius habuerit; sed Menandrum agnosco. Id dubites fueritne Plutarchus usus ipsis poetae comoediis in hoc opusculo consarcinando an Theophrasto, in cuius characteribus permulta inveniuntur eadem forma ac stilo. Ipse fatetur p. 62 E se alios auctores habuisse quos sequeretur: εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν Φίλου μὲν ἐκείνην εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν.

Ibid. p. 54 C. Itidem Menandreum sonat: ἀκαίρως ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. Adverbium ipsi quoque Wyttenbachio displicuit, sed quod coniecit εὐχερῶς stare non potest. Quidni scribimus: εὐκαίρως.

Ibid. p. 55 A. Si quis graviter aegrotat, medicus consuetis ac lenibus remediis missis, καιρίου ἐνέσεισεν — ἤ τινα ἐλ-

Digitized by Google

λεβορον ἐκπιεῖν τρίψας ἠνάγκασεν. Ad extremum moribundo datur καταπόριον, vide modo p. 69 B et 73 E; sed quid est ἐνέσεισεν? Non castoreum est sed lene admodum remedium ἐνέπισεν, nempe παρὰ τὸ ἐμπιπίσκειν. Librarii scribere solebant ἐνέπεισεν, vide Schol. ad Iliad. Υ 9.

Ibid. p. 58 A. Mithridates rex medicinam factitabat et inter aulicos erant adulatores qui se principi secandos tradebant, ut re ostenderent quanti eum facerent; dicitur sine sensu τὸ γένος τῶν ἀρνουμένων ἐπαίνων. Rescribam: τῶν ἐνεργουμένων ἐπαίνων.

Ibid. p. 59 E. Iracundus dominus excandescit ἂν σκεῦος ἀμελῶς ἴδῃ κείμενον, ἂν οἰκοῦντα Φαύλως, ἂν ὀλιγωροῦντα κουρᾶς ἡ ἀμπεχόνης, sed proclive est restituere διακονοῦντα Φαύλως.

Ibid. p. 60 D. Scribit Plutarchus de adulatore quodam qui acriter in senatu invectus fuerat in Tiberium Caesarem, quod sui nimis negligens esset, dum perpetuo reip. commodis invigilaret. Tum Cassius Severus perspecta hominis astutia, αὕτη, inquit, ἡ παρρησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ. Non tulit hoc Sauppius, qui solus loci sententiam assecutus est, itaque coniecit negatione inserta: οὐκ ἀποκτενεῖ, sed parum elegans coniectura est. Usurpavit, credo, orator ambiguum *tollendi* verbum et Plutarchus iocum utcumque potuit Graece vertit scripsitque: ἐπεκτενεῖ.

Ibid. p. 61 A: ἂν δὲ πρὸς ἑταίραν ἢ μοιχεύτριαν ἐρωμένην κνησμός τις ἐξ ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐγγένηται. Interest aliquid inter κνησμός et κνισμός, quemadmodum inter κνᾶν et κνίζειν. Iunguntur verba κνᾶν καὶ γαργαλίζειν p. 61 E et κνησμοὶ καὶ γαργαλισμοί p. 167 B. Κνίζειν *pungere*, est et κνισμός in re amatoria locum habet, veluti Arist. Plut. 974. Iam Wyttenbachius apud Plutarchum κνισμός praetulerat, sed Bernardaces vulgatum servavit. Vocabulum Plutarchus ceteroquin non usurpavit, sed satis est praesidii in analogia.

Digitized by Google

Ibid. p. 61 C: οὐδ' ὁ Βίας ἀπεκρίνατο καλῶς — ἀποκρινάμενος. Participium eiiciendum.

Ibid. p. 63 C: ἡ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Φίλου χάρις ὥσπερ ζῷον ἐν βάθει τὰς κυριωτάτας ἔχει δυνάμεις. Mihi plausi, fateor, corrigenti ᾠόν, sed sero veni, nam Meziriacus idem iam viderat. Docte, ut solet, contradicit Wyttenbachius, sed ipsi loci quos laudat, Diogen. Laert. VI. 40 et Sext. Empir. adv. Mathem. VII. 18. 19, magis ducunt ad ᾠὸν quam ad ζῷον. Bernardaces animadversiones Wyttenbachianas non accuratissime excerpsit; veluti p. 66 D omisit dicere Meziriacum pro κατηγορίαν acute correxisse κακηγορίαν. Sed de Bernardace critici tum βάρβαροι tum Ἕλληνες ita dixerunt ut satius sit ei parcere, nec mirum si in longo opere somnus aliquando obrepserit.

Ibid. p. 63 E: μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστάς. *Absolutionem* malo ἀποψήφισιν appellare, quamquam norim in foro Attico ἀποψήφισιν alio fere sensu dici solere. Sed Plutarchus non habuit pretium ius Atticum pernoscere; veluti quam ridicule dictum est paulo supra: ἀπ' εἰσαγγελίας φεύγοντι δίκην Κηφισοκράτει.

Ibid. p. 64 A. Non probo: ζωγράφημα περίεργον ἀναιδέσι φαρμάκοις — ἐναργείας φαντασίαν ἐπαγόμενον. Malo: ἀνταυγέσι.

Ibid. p. 67 C. Venit aliquando Plato et rogavit Dionysium ut convenire liceret isque potestatem dedit οἰόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἔχειν μέμψασθαι τὸν Πλάτωνα καὶ διελθεῖν. Supplendum in fine: ἐθέλειν.

Ibid. p. 71 C: Ἀριστομένης ὁ Πτολεμαίου καθηγητὴς ὅτι νυστάζοντα πρεσβείας παρούσης ἐπέσησεν ἐξεγείρων, λαβήν τινα παρέσχε τοῖς κόλαξιν. Quod ad rem ipsam attinet, fuit hic Ptolemaeus V Epiphanes; ceterum ἐπέσησεν est vulgata lectio, quam Wyttenbachius sequitur, qui praeterea adnotavit in plurimis libris legi ἐπάτησεν, ἐπάταξεν autem in Codice Parisino D. Quod Herwerdenus in Plutarcheis p. 3 commendavit ἔπαισεν

Digitized by Google

vel ἐπάταξεν, id magno opere miror. Scilicet „ex ipsis sequentibus προσφέρειν τὰς χεῖρας tam liquido constat Plutarchum dedisse ἔπαισεν vel ἐπάταξεν, ut vix credam me primum hac de re monere." Nec sane primus fuit, nam, uti dixi, ἐπάταξεν lectio est Parisini Codicis, nec tamen mihi persuadeo Aristomenem somnolentum regem, ut excitaret, ausum fuisse πατάξαι, quod non comiter admonentis est sed inferentis iniuriam. Bernardaces qui edidit ἐπάταξεν, aliquot annis ante in *Symbolis Criticis* commendarat ἐπέσησεν, quod mihi nimis languere videtur. Quod omnes consentiunt, Aristomenes Ptolemaeum *fecit attentum*: verum quomodo? Rem indicat scriptor ipse: προσήνεγκε τὴν χεῖρα et arrepta manu regem κατενεχθέντα *concussit*, i. e. ἔνυξε vel ἔσεισε vel ἐκίνησε τῷ ἀγκῶνι, quemadmodum est apud Platonem Amator. p. 132 B. Synonymum verbum est quod proxime abest ab eo quod est ἐπάταξεν, nempe ἐτάραξεν. Hoc sensu legitur Arist. Eqq. 358: λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας καὶ Νικίαν ταράξω et vs. 840: ἢ πολλὰ πράγματ' ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων et medium verbum est apud Homerum Θ 199: σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ. Bonus Aristomenes fecit quod in tali occasione quivis faceret, sed aulici calumniis suis fecerunt ut rex miserum hominem ad mortem adigeret.

Ibid. p. 71 D: Ἀριστοφάνης δὲ καὶ τὸν Κλέωνα τοῦτ' ἐγκαλεῖν φησιν ὅτι ξενων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγει καὶ παροξύνει τοὺς Ἀθηναίους. Correxit Cobetus παροξύνειν· est hoc quidem aliquid, sed non est satis; nam non fuit haec calumnia Aristophanis sed Cleonis; quocirca scribendum: Ἀριστοφάνει δὲ καὶ τὸν Κλέωνα τοῦτ' ἐγκαλεῖν φασιν. Praeterea vide an non praestet παροξῦναι.

Ibid. p. 73 B: παυσάσθω κυβεύων καὶ τἆλλα θαυμαστὸς ἡμῖν ἄνθρωπός ἐστιν. Praestat: ἔσται, sed non est operae pretium talia minuta vitia sedulo adnotare. Idem mendum repperi p. 70 D.

Ibid. p. 73 E: Φίλος ἐπιεικὴς καὶ πατὴρ χρηστὸς καὶ διδάσκαλος ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ ψόγῳ χαίρει. Adiectivum excidit et fortasse supplendum est: διδάσκαλος (οὐ σκαιός).

Digitized by Google

Quomodo quis suos in virtute sentiat profectus p. 75 D: τοὺς ταῦτα γε λέγοντας οἶσθα δήπου πάλιν πολλὰ παρέχοντας αὐτοῖς πράγματα. Otiosum est πάλιν et facili opera corriges: πάμπολλα.

Ibid. p. 83 A. Hic Plutarchus suis verbis exsequitur quod apud Platonem legerat Rep. IX p. 571 C. Ipsa quoque somnia scelerata sunt et arguunt hominis nequitiam qui utitur noctu ταῖς ἐπιθυμίαις οἷον λελυμέναις, ἃς μεθ' ἡμέραν ὁ νόμος αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ καθείργνυσιν. Plane requiritur: ὁ λόγος. Pariter apud Platonem ipsum minime immundo somnia visu sunt, ὅταν ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν ἐγείρας.

De capienda ex inimicis utilitate p. 86 B.: ὁρῶ μὲν ὅτι τὸν πραότατον, ὦ Κορνήλιε Ποῦλχερ, ἄτερ πολιτείας ἥρησαι τρόπον. Iam Xylander expunxit illud supervacaneum ἄτερ· equidem latere arbitror ἄρτι.

Ibid. p. 92 B. Periti agricolae iuxta rosas et violas solent plantare allia et cepas; ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ τροφῇ δριμὺ καὶ δυσῶδες. Similiter etiam inimicus prodesse poterit: οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περιέπων τὸ κακόηθες καὶ βάσκανον εὐμενέστερόν σε παρέξει τοῖς φίλοις. Simplex est sententia, sed quid est περιέπων? Contuli p. 96 B: οἱ φίλοι πολλάκις φθονοῦσί τε καὶ ζηλοτυποῦσι καὶ περισπῶσιν, p. 143 B: τὴν τῆς μητρὸς (εὔνοιαν) μὴ περισπᾶν μηδ' ἐλαττοῦν, p. 160 C: οὐδενὸς περισπῶντος οὐδ' ἀπάγοντος. Eodem modo pro περιέπων requiro περισπῶν. Non minus quam ipsum verbum crebro legitur nomen περισπασμός. Cf. praeterea p. 289 B, 326 F, 341 E, 528 B.

De amicorum multitudine p. 94 A. Is demum vere amicus est τὸν θρυλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἁλῶν συνεδηδοκὼς μέδιμνον. Pervulgatum proverbium est propter Ciceronem, qui itidem contendit verum illud esse quod dicitur multos modios salis simul edendos esse ut amicitiae munus expletum sit. Alibi quoque Plutarchus, p. 482 B, τὸν θρυλούμενον τῶν ἁλῶν μέδιμνον

Digitized by Google

appellavit et alios locos ab Wyttenbachio indicatos iam recensuerat Erasmus in Adagiis p. 1489. Verum quid est χρένῳ? Cobetus in *Mnem.* 1873 p. 363 suspicatur in margine adscriptum fuisse XP, i. e. χρησόν idque vocabulum male fuisse expletum et in textum invectum fuisse. Equidem haud scio an non praestet: χονδρῶν ἀλῶν συνεδηδοκὼς μέδιμνον.

Ibid. p. 94 E: φίλος πονηρὸς ἢ σύνεσι λυπῶν καὶ λυπούμενος (sed Hercherus maluit λυμαινόμενος) ἢ βίᾳ μετ' ἔχθρας καὶ δυσμενείας ὥσπερ χολή τις ἐξέπεσε. Nescio quomodo hoc displicet et commendo: ὥσπερ χολήν τις ἐξήμεσε.

De Fortuna p. 98 A: ποῖον οὐ καταλύεται συνέδριον βασιλέως, εἰ ὑπὸ τῇ τύχῃ πάντ' ἐσίν. Praefero: ἐπὶ τῇ τύχῃ.

Ibid. p. 98 E: ἡδύτατον ἰχθὺς καὶ πολύσαρκον ὗς. Superlativus pro ἥδιστον sine exemplo usurpatus est: corrigam: ἡδυφάγον, quod adiectivum eodem modo formatum est quo ἡδύποτον. Pariter in Aristoph. Eqq. 539: ἀπὸ κραμβοτάτου σώματος μάττων ἀσειοτάτας ἐπινοίας, Kiehlius meus in *Mnem.* 1852 p. 49 rescripsit: κραμβοφάγου. Crates poeta κραμβοφάγος fuit, quemadmodum Cratinus ταυροφάγος Ran. 357 et Acharn. 872: ὦ χαῖρε, κολλικοφάγε βοιωτίδιον.

Ibid. p. 98 F: κατ' Ἀναξαγόραν σφῶν τ' αὐτῶν χρώμεθα καὶ βλίττομεν καὶ ἀμέλγομεν. Hic solito infelicior fuit Madvigius qui coniecit πόνῳ, nec tamen arduum est verum invenire, nam animalium *carne* vescimur, h. e. σαρξίν τ' αὐτῶν χρώμεθα. Conferatur si opus videbitur p. 86 B: ὠφελοῦνται σαρξὶ τρεφόμενοι.

Consolationis ad Apollonium p. 104 D: ἡ τύχη δεινὴ παρελέσθαι τὰ προπεπονημένα καὶ μεταρρῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν. Satis rarum verbum est μεταρρῖψαι· legitur v. c. apud Simonidem: ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ πάντα μεταρρίπτει θεός, sed de hoc fragmento quod servatur apud Theoph. ad Autolyc. II 54 p. 257, Dielsius conferatur in *Museo Rhenano* XXX p. 180, qui ostendit quam exiguae auctoritatis sit. Verum utcumque

Digitized by Google

hoc est, apud Plutarchum certe requiro verbum quo omnes utuntur: κατερεῖψαι.

Ibid. p. 105 B. Philippo Olympias ἄρρεν παιδίον ἐκύησεν. Equidem teneo quod me Phrynichus docuit p. 48. 4 Bk. κύειν καὶ τεκεῖν διαΦέρει· τὸ μὲν γὰρ κύειν κατὰ γαστρός ἐστιν ἔχειν, τὸ δὲ τεκεῖν τέλος ἔχειν τῇ κυήσει. Pepererat Olympias: est hoc ἀπεκύησεν.

Ibid. p. 108 D: ὥς' εἰ καὶ προσέοικε μετάγειν εἰς ἕτερον τόπον ὁ θάνατος. Vitium odoratus est Cobetus, quum προσέοικε idem sit quod ὅμοιός ἐστιν itaque correxit: προσέοικε μεταγωγῇ εἰς ἄλλον τόπον· sed nec satis lenis correctio est et praeterea molestissimus est hiatus; quocirca malo: εἰ καί πως ἔοικε.

Ibid. p. 108 E. Quaedam Plutarchus sciens omittet dicere, Φειδόμενος τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος. Eadem locutio recurrit p. 114 B: Φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου συμμετρίας. Intellexit Wyttenbachius *parcendi* verbum mire usurpatum esse et docte locum illustravit, sed nihil attulit quod satisfacere possit. Cobeto res non magis successit; agnovit corruptelam, sed nihil certi ei reperire contigit. „Φείδεσθαι," inquit, „in ea re absurdum est: aut ϛοχαζόμενος aut simile quid dicendum." Herwerdenus tentavit: κηδόμενος, sed, ut reliqua taceam, estne satis verisimile bis hoc verbum corruptum fuisse ut fieret Φειδόμενος? Integrum est, uti coniicio, participium Φειδόμενος, sed mendum est in nomine συμμετρίας, pro quo olim circumferebatur varia lectio ἀμετρίας. Hoc manu ducit ad: Φειδόμενος τῆς ἀσυμμετρίας τοῦ συγγράμματος et Φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου ἀσυμμετρίας. Sic Bentleius correxit p. 353 D: οὐκ ἀναγκαῖον οὐδ' ἀπερίεργον ὄψον, pro eo quod in libris est περίεργον. Sed fortasse contortam locutionem esse dices et duplicem negationem carere elegantia: at p. 434 D τὴν πίϛιν nominavit ἀσθένειαν ἀπιϛίας et loquacitas p. 502 C ἀσιγησία est. Praeierat denique ipse Plato, ex cuius Gorgia tam multa in hunc libellum translata sunt p. 525 A: ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρότητος γέμουσαν τὴν ψυχήν. Eodem sensu est ϛοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας, Diod. Sic. I 8. 10 et I 9. 4. Ceterum etiam p. 1125 F recurrit Φειδόμενος τῶν ἀξίων ὀνομάτων.

Digitized by Google

Ibid. p. 111 E: ἐπισήσαντες ὅτι ἐν οὐδενὶ κακῷ τυγχάνουσιν ὄντες· malo fere: πισεύσαντες.

Ibid. p. 112 F. Ex Platone, Rep. IX p. 604 B, derivata verba sunt: ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι περὶ τὸ ἰᾶσθαι. Melius hoc quam quod apud Platonem invenitur πρὸς τὸ ἰᾶσθαι.

Ibid. p. 115 A: εἰ λογίζοιντ' ὅτι παύσεταί τινος γενομένου (scil. τὸ πένθος), προσαναλογίσαιντ' ἂν χρόνου δηλαδή τι ποιήσαντος. Sensit Madvigius p. 621 vitium, sed infelix coniector fuit; etenim rescribit: προσαναλογίσαιντ' ἄν. Χρόνου δηλαδή. Τί ποιήσαντος; Nec Graecum colorem haec habent ac multo minus Plutarcheum. Emendandum est: προσαναλογίσαιντ' ἄν· Χρόνου δηλαδὴ τί ποιήσοντος.

Ibid. p. 116 B. Paulo gravior corruptela est in hisce: ἔχομεν τὸ ζῆν παρακαταθεμένοις θεοῖς. Scribit in Animadversionibus Wyttenbachius malle se credere excidisse participium ἀποδώσοντες, nam quindecim annis ante in textus margine adnotarat dativum esse absolutum pro genetivo. Neutra suspicio probari potuit Bernardaci idque recte. sed quod divisim scripsit: παρὰ καταθεμένοις θεοῖς, nec coelum, aiunt, nec terram tangit. Ipsa τὰ συμφραζόμενα satis ostendunt unice verum esse: ὀφείλομεν τὸ ζῆν παρακαταθεμένοις θεοῖς.

Ibid. p. 119 D. Antigonus Gonata, audita morte filii, exclamavit: ὦ Ἀλκυονεῦ, ὀψίτερον μετήλλαξας τὸν βίον· mitto secundum Photium hanc improbandam formam esse pro ὀψιαίτερον, nam circa talia Plutarchus nimis incuriosus est. Sed quaenam est illorum verborum sententia? Secundum interpretem patris vox fuit: „serius opinione nostra occubuisti"; sed plane contrarium requiritur quod praestabit: ὀξύτερον μετήλλαξας τὸν βίον. Opponuntur inter sese adverbia ὀξύτερον et βραδύτερον in Platonis Theaeteto p. 190 A.

Ibid. p. 119 E. Patrem Apollonium ut consolaretur, laudarat Plutarchus Menandri senarium: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει

Digitized by Google

νέος. Verum repones, inquit, tuum filium Apollini carum, aptum, consecratum esse et aequum erat filium patris magis aliquando exsequiis interesse quam contra. Hic Wyttenbachius multa moliendo nihil prorsus promovit. Graeca verba sunt: ἀλλ' ἴσως ὑποτυχὼν ἂν φαίης· σφόδρ' ἦν ἐπιτεταγμένος ὁ νεανίσκος Ἀπολλωνι καὶ Μοίραις καὶ σὲ ἔδει ὑπ' ἐκείνου τελείου γενομένου κηδευθῆναι μεταλλάξαντα τὸν βίον. Madvigius rectissime correxit: Ἀπόλλωνι καὶ Μούσαις, sed non probo quod in participio secutus est veterem lectionem ἐπιτετευγμένος· recte tamen vidit adolescentem Apollini et Musis *aptum* fuisse, h. e. uti suspicor, liberalibus studiis operam dedisse. Unde Bernareaces habeat ἐπιτεταγμένος, dixit *Mnem.* 1896 p. 391; sed hoc video verum esse: ἀποτεταγμένος, h. e. *destinatus* vel *devotus*. Eodem sensu brevi post legitur p. 120 B: χῶρός τι ἀποτεταγμένος ἐν ᾧ διατρίβουσιν αἱ ψυχαί.

Ibid. p. 120 B. Apollonii filius adulescens obiit, πρὶν εἴς τινα παροινίαν ἐμπεσεῖν τὴν τῷ μακρῷ γήρᾳ παρεπομένην. Hoc vitio iuvenes magis tenentur quam senes. Corrigo: παράνοιαν.

De tuenda sanitate p. 124 A. Qui una conveniunt cum strenuis potatoribus dicuntur βαδίζειν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἱκανῶς ἔχουσι καὶ συμπίνειν. Aut fallor aut hic periit nota locutio: τοῖς καλῶς ἔχουσι πρὸς τὸ πίνειν. Plurimis exemplis hunc usum stabilivit Cobetus *Mnem.* 1855 p. 304.

Ibid. p. 125 D: ὅταν τι τῶν σπανίων ἀπολαυσμάτων ἢ ἐνδόξων παραγένηται. Verum delectabiles cibi non sponte proveniunt, sed magno dispendio parantur; unde corrigam: παραφέρηται.

Ibid. p. 126 B. Etiam in novissima editione est molestum typothetae vitium ἡδονάς pro ἡδοναί, iam repetendum ab Wyttenbachii editione.

Ibid. p. 127 C. Duo sunt aperta vitia in verbis quae sequuntur: δεῖ μὴ καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι πολλὰ δι' ἀπειρίαν ἐμβαλόμενοι, τοὐντεῦθεν ἤδη διατελοῦσιν ἀντλοῦντες καὶ ὑπεξαιροῦντες τὴν θάλασσαν, οὕτως κτέ. Non boni navicularii sunt

Digitized by Google

qui nesciunt quantum oneris navis capere possit, sed quam maxime imperiti. Infelix admodum est suspicio Bernardacis, qui coniecit: οἱ ἄπλοοι ναύκληροι, quod, uti arbitror, ne ipse quidem dicere potuit quid esset. Verum monstrabunt p. 6 F, ubi malus pictor ζωγράφος ἄθλιος appellatur et p. 60 A, ubi mala scriptio σύγγραμμα ἄθλιον est. Est triplex error ex uncialium literarum usu repetendus (ΑΘΛΙΟΙ-ΛΓΑΘΟΙ). Τὸ λάμβδα factum est ἄλφα, τὸ ἰῶτα γάμμα atque sic transpositis literis pro ἄθλιοι exiit absonum illud ἀγαθοί. — Alterum vitium latet in participio ὑπεξαιροῦντες, nam sic scripsit Wyttenbachius, quum in libris esset ὑπεξαίροντες. Facile vincam sinceram scripturam esse ὑπεξερῶντες. Idem verbum Lobeckius ad Phryn. p. 64 bis Plutarcho reddidit, nimirum p. 52 D μετερώμενον et p. 692 C διερωμένου, nam calamitosa vox est, quae tantum non semper in αἴρειν abiit vel αἶρειν. Simplex verbum nisi fallor non legitur, sed composita apud Plutarchum ubivis obvia: κατερᾶσαι, ἐξερᾶσθαι, διερᾶσθαι, ἀπέρασις, διέραμα, κατερᾶν, μετερᾶν, ἀντιμετερᾶν, alia fortasse. Addam ex Isaeo locum Orat. V § 17: ἐξαιρεθεισῶν τῶν ψήφων· at adversus multiplicem fraudem suffragia ex sitella non *eximuntur*, sed primum *effunduntur*, deinde numerantur, postremo pronunciantur. Hinc *Mnem.* 1877 p. 405 multis praeterea locis laudatis correxi ἐξεραθεισῶν. Postea vidi eandem coniecturam iam placuisse Dobraeo, quam tamen Buermannus non ausus est in textum inferre. Flagitium est ἐξαιρεῖν τὰς ψήφους, vide modo Isocr. Orat. 17. 35.

Ibid. p. 133 D: (τοὺς ἀθλητὰς) τῶν βιβλίων ἐξελόντες ἀεὶ διημερεύειν ἐν σκώμμασι καὶ βωμολοχίαις ἐθίζοντες. Quaerit Wyttenbachius an non praestet ἐξελῶντες· equidem non assentior, sed arridet ἐξειλοῦντες.

Coniug. Praecept. p. 138 E: πολλαὶ τῶν νεογάμων δυσχεράναται διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους. Quae sunt illa *prima*? Legam equidem: διὰ τὰ πόρρητα. Vide hoc ipsum apud Xenophontem Ephesium p. 392. 12: κάλλιον εἶναι νομίζουσα εἰπεῖν πάντ' αὐτῷ τὰπόρρητα. Itidem apud eundem p. 360. 22: τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος ὀδοποιεῖ φιλήματα καὶ ψαύσματα· ineptum hoc est quasi dicas: τὰ πρῶτα ὀδοποιεῖ τὰ πρῶτα et haud sine specie

Digitized by Google

coniicio: τὰ ἀπόρρητα τοῦ ἔρωτος. Nec magis feram p. 338. 17: περιφύντες ἀνεπαύοντο καὶ τὰ πρῶτα τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων ἀπέλαυον· expunxit Hercherus τῶν ἐρώτων, sed non hoc satis est, nam amantes, uti vides, pervenerant magis ad τὰ ὕστατα quam ad τὰ πρῶτα τῶν ἐρώτων. Hic quoque τὰ ἀπόρρητα mihi plurimum arridet. Ceterum apud Plutarchum τἀπόρρητα pudenda sunt p. 284 A et 495 D.

Ibid. p. 139 B: τὴν Πασιφάην ἀπισοῦσι βοὸς ἐρασθῆναι βασιλεῖ συνοῦσαν. Hoc miratur Plutarchus quum multas mulieres videat non minus stulte insanientes; hinc supple: (πῶς) ἀπισοῦσι.

Ibid. 141 B. Captus erat rex Philippus Thessalae mulierculae amore; eam arcessivit Olympias et desiit mirari; erat enim εὐπρεπής. Mirum ni ἐκπρεπής fuit.

Ibid. p. 142 A: οἶμαι δὴ καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων, ἵν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῇ καὶ μὴ ὀργιζομένη ὅτι σωφρονεῖ. Agnovit Wyttenbachius in participio vitium, sed veram lectionem ei reperire non contigit. Unice aptum est θρυπτομένη (ΘΡΤΠΤΟΜΕΝΗ — ΟΡΓΙΖΟΜΕΝΗ). De huius verbi usu omnia nota, sed ulterius quaerendum erit de p. 733 C.

Ibid. p. 143 B. Saepe odium est inter socrum et nurum: ἔστι δὲ ζηλοτυπία τῆς μητρὸς ὑπὲρ εὐνοίας πρὸς αὐτήν. Manifesto supplendum: ὑπὲρ (υἱέος) εὐνοίας.

Ibid. p. 143 F: τότ' οὖν δεῖ — φυλάττεσθαι τὸν ψιθυρισμόν, ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται. Praestat: δέχηται.

Ibid. p. 144 D: δεινὸν ἦν — δι' ἡδονὴν αὐτῶν βραχεῖαν οὕτω κακουμένας περιορᾶν. Facile vincam verum esse: δι' ἡδονὴν οὕτω βραχεῖαν αὐτὰς κακουμένας περιορᾶν.

Ibid. p. 144 D. Apes δοκοῦσι δυσχεραίνειν καὶ μάχεσθαι τοῖς μετὰ γυναικῶν γενομένοις. De ipsa superstitione satis est lecto-

Digitized by Google

rem ad Wyttenbachium ablegare, ne eius scrinia compilasse videar; sed corrigendum est: τοῖς ἀπὸ γυναικῶν γενομένοις, quam locutionem ex Herodoto novimus, etiamsi ceteroquin quantum commemini praepositiones ἀπό et μετά rarius confundi soleant.

Ibid. p. 144 F: ὁ Πλάτων τοῖς πρεσβύταις μᾶλλον παρήνει αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Supple: (παντὸς) μᾶλλον. Platonis locus legitur in Legibus V p. 729 B.

Ibid. p. 145 D: παιδίον μὲν γὰρ οὐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρός, τὰ δ' ἄμορφα κυήματα καὶ σαρκοειδῆ καὶ σύσασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα μύλας καλοῦσι. Supple: (ἃς) μύλας καλοῦσι.

Septem sapientum Conviv. p. 146 D: μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ προεμένης τὸν βίον ἑκουσίως. Est sermo de incesto amore in filium quo deflagravit Periandri mater; quem amorem scriptor vix sic simpliciter nominare potuit et supplendum videtur: μετὰ γὰρ τὸν (ἄγριον) ἔρωτα. Vides quam facile post ΓΑΡΤΟΝ excidere potuerit ΑΓΡΙΟΝ. Historiola est apud Parthenium in Eroticis c. 17.

Ibid. p. 146 D. Invitarat Periander sapientes ad coenam ἐν τῷ περὶ τὸ Λέχαιον ἐσιατορίῳ itaque iusto tempore τῶν κεκλημένων ἑκάστῳ συνωρὶς ἱκανῶς κεκοσμημένη προσήχθη· parum decore pro tyranni opibus: restitue καλῶς. Fateor p. 150 D, Periander τότε πρὸς τοὺς ἄνδρας ἐκαλλωπίζετο λιτότητι καὶ σωφροσύνῃ διαίτης, sed hic tantummodo spectantur coenae apparatus minime Persici. Vitium est longe frequentissimum et sexcenties confunduntur καλῶς et ἱκανῶς Veluti brevi post, p. 148 B, spectat Thales τούς τε δρόμους καὶ τὰς παλαίστρας καὶ τὸ ἄλσος τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς διακεκοσμημένον· ne sordida parsimonia sit, corrigam: καλῶς.

Ibid. p. 147 D. Scio quidem interdum Plutarchum ad hiatum evitandum naturalem verborum ordinem permutare; sed cavit, ne quid inde oreretur obscuri vel contorti. Hinc displicet: ἃς

Digitized by Google

δὲ Θρασύβουλος αὐτῷ κολούσεις τῶν ἄκρων οὐμὸς πολίτης ὑφηγεῖται μὴ προσιέμενος et libenter expungam proprium Thrasybuli nomen.

Ibid. p. 147 D: γεωργοῦ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος οὐδὲν διαφέρει τύραννος ἀνδραπόδων μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνδρῶν βουλόμενος. Haec ita ediderat Wyttenbachius, sed in Animadvertionibus, recte requiritur, inquit, malae herbae et frumenti nocentis significatio, indeque coniecit: αἶρας καὶ ὀροβάγχας. Prius illud αἶρας ab omnibus receptum fuit, quum praeterea a codicibus aliquid commendationis habeat; ὀροβάγχας ita placet ut statim te provocet ad inquirendum numquid verisimilius reperire possis. Itaque Hercherus αἶρας καὶ αἰγίλωπας dedit, Doehnerus αἶρας καὶ ὀνωνίδας, Bernardaces in *Symbolis* p. 53 κνίδας καὶ ὀνωνίδας, sed postea in editione Plutarchi Doehnerum secutus est. Equidem sicuti dixi probo αἶρας, sed ad emendandum id quod est ὄρνιθας, conferre iuvat Aristid. Vol. II p. 405 Df.: τὰ θαυμασὰ σοφίζονται σκιᾷ τινι λόγους ἀναστῶντες, ἕως ὦ Σοφόκλεις, τὸν ἀνθέρικον θερίζοντες, τὸν ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκοντες, οὐκ οἶδ' ὅντιν' ἰσὸν ἀναλύοντες. Quatuor sunt, uti vides, proverbia, quorum tria satis nota sunt, quartum, ἀνθέρικον θερίζειν, novum accedit ad nostras aures, nam praeterea nusquam legitur: usurpatur autem non ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου sicuti interpretatur Aristidis Scholiasta, sed ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων. Itaque placet apud Plutarchum: αἶρας καὶ ἀνθερίκους ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν. Est autem ἀνθερίκος asphodeli caulis quo pauperes vescebantur. Scribit Theophrastus in Histor. Plaut. 7. 12 esse asphodelum ex genere τῶν βολβωδῶν, πολλὰ εἰς τροφὴν παρεχόμενον χρήσιμα· καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος ϛαθευόμενος καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον· πάντων δὲ μαλιϛα ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου καὶ πλείϛην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον. Alia complura de hoc argumento vide apud Henricum Stephanum, quae describere nihil opus est, nam forte fortuna in hoc ipso dialogo paucis paginis post, p. 158 A, ipse Plutarchus demonstravit τοῦ ἀνθερίκου naturam, usus eodem illo Hesiodi versiculo quem Theophrastus respexerat: ὅσσον ἐνὶ μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. Est secundum Periandrum ἀγαθὴ μὲν ἡ μαλάχη βρωθῆναι, γλυκὺς δ' ὁ ἀνθέρικος, unde sequitur, quod

Digitized by Google

tamen non disertis verbis declaratur, secundum tyrannum ἀτφοδέλου nomine Hesiodum voluisse indicare ἀνθέρικον, i. e. caulem. Illa quoque consideranda sunt quae continuo sequuntur: in lustratione insulae Deli Epimenides οὐχ ἱερόησεν εἰς τὸ ἱερὸν κομιζόμενα τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα μετ' ἄλλων εὐτελῶν καὶ αὐτοφυῶν μαλάχην καὶ ἀνθέρικον, ὧν εἰκός ἐστι καὶ τὸν Ἡσίοδον προξενεῖν ἡμῖν τὴν λιτότητα καὶ τὴν ἀφέλειαν. Οὐ ταῦτ', ἔφη, μόνον, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν λαχάνων ἑκάτερον ἐπαινεῖται. Sunt igitur illi caules ad stomachum conducibiles, sed vili pretio prostant et ridiculus est agricola qui satis habet ex agro collegisse lolium et ἀνθέρικον. Cf. Neumann. et Partsch. *Physikal. Geogr. v. Griechenl.* p. 448.

Ibid. p. 148 D. Diligentius excuti debuerant Wyttenbachii animadversiones; veluti διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυχόντας, Wyttenbachius fere suspicatur verum esse διαμιλλᾶται, quam probabilem suspicionem omisit adscribere Bernardaces. Mox. p. 149 E: οἶμαι δ', εἶπεν, ὦ Διόκλεις, καὶ πέρας εἶχε τὸ σημεῖον edidit idem, cum in libris sit ἔχει praeter Codicem Vossianum ex quo Wyttenbachius enotavit ἔχειν, quod recipiendum.

Ibid. p. 148 C. Sedebat Anacharsis καὶ παιδίσκη προεισήκει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διαπλέκουσα. Immo: παρεισήκει.

Ibid. p. 150 B: ἡ δ' Εὔμητις ἐκάθισε παρὰ τὸ δεῖπνον. Dixi *Mnem.* 1899 p. 300 quibus argumentis mihi persuaserim legendum esse παρὰ τὸν Λίνδιον. Haud multum dissimilis corruptela est Aristoph. Acharn. 1137, quam sanavit Herwerdenus.

Ibid. p. 151 D: Φραζέτω τοίνυν τῷ Αἰθίοπι τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς τὰ πελάγη ποταμοὺς ἐπισχεῖν, ἕως αὐτὸς ἐκπίνει τὴν νῦν οὖσαν θάλασσαν. Coniicio: ἕως ἂν ἐκπίῃ.

Ibid. p. 152 A. Secundum Biantem rex vel tyrannus inter reliquos clarus fieret, εἰ πρῶτος χρῷτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος· exstat tamen apud Stobaeum lectio εἰ τρόποις χρῷτο, unde Ber-

Digitized by Google

nardaces exsculpsit atque adeo in textum intulit: *εἰ ἀτρόποις χρῷτο*, planissime contra Graecitatis usum. Nihil latet nisi: *εἴπερ χρῷτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος.*

Ibid. p. 152 D: *σὺ γάρ, ἔφη ὁ Αἴσωπος, οὔπω γέγραφας ὅτι ὅμοιον οἰκέτας μὴ μεθύειν, ὡς ἔγραψας Ἀθήνησιν οἰκέτας μὴ ἐρᾶν μηδὲ ξηραλοιφεῖν.* Reiskius voluit eiicere molesta verba *ὅτι ὅμοιον*, quae nimis expedita ratio est, e textu eliminare quae non satis intelligas. Sed simplicissimus est librarii error et legendum: *ὅτι ἄμεινον οἰκέτας μὴ μεθύειν.*

Ibid. p. 156 B: *ὑφάντης γὰρ ἄν, οἶμαι, χλαμύδα ποιήσαιτο μᾶλλον ἔργον αὐτοῦ καὶ ἱμάτιον ἢ κανόνων διάθεσιν ἢ ἀνέγερσιν ἀγνύθων.* Si quis forte ignorat quales sint *ἄγνυθες* quae vocantur, ei abunde satisfacere poterit doctissimus Χατζηζωγίδης in amplo commentario *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* 1898 p. 541. Sed quamnam Plutarchus appellat *ἀγνύθων ἀνέγερσιν*? Hoc quidem existimare difficile est, nam *αἱ ἄγνυθες*, *pondera* simpliciter Romani dicebant, non *ἀνεγείρονται*, sed *annectuntur*. Proclive est coniicere *ἄνερσιν* idque Wilamowitzius occupavit emendare. Dixit de ea emendatione Bernardaces Vol. IV p. XXXV utiturque his verbis: „Pro *ἀνέγερσιν* scribi iussi Wilamowitzius *ἄνερσιν* quod inauditum est. Melius *ἔνερσιν* Herwerden. Sed quoniam *ἄγνυθες* non *ἐνείρονται* magis quam *ἀναρτῶνται*, praeferendum videtur *ἀνάρτησιν*." Malo equidem Gottingensi professori aurem praebere quam Mytilenaeo; etenim pondera appenduntur, annectuntur et rectissime dici poterunt *ἀνείρεσθαι*, longe melius quam *ἐνείρεσθαι*. At *ἄνερσις* substantivum inauditum est? Quid hoc ad rem quum *ἄνερσις* secundum analogiam certam formatum sit? Sed ne hoc quidem concesserim inauditam formam esse. Legitur in sexto Bekkeri lexico p. 401. 29: *ἀνέρσει· ἀναρτήσει, κρεμάσει·* hoc quo spectet, apparet p. 396. 22: *ἀνείρειν· ἀναπείρειν· ὅθεν καὶ ἡ ἄνερσις παρὰ Θουκυδίδῃ·* deinde quod sequitur *χρυσῶ σεφάνω ἐνέρσει*, id certe scribendum: *χρυσῶν τεττίγων* itemque *ἀνέρτει*, ne sibi ipse grammaticus obloquatur. Confirmatur lectio *χρυσῶν τεττίγων ἀνέρσει* etiam testimonio magni Etymologi p. 106. 34, qui praeterea affert Platonis Comici locum: *σχοίνους λαβὼν ἀνεῖρε τὰ κρέα.* Quod nunc obiter addo, de

Digitized by Google

τεττίγων forma et usu docte disputavit Franciscus Studniczka post Classenii Thucydidis editionem 1897 I p. 335 sqq., sed nondum mihi omnis exemta dubitatio utra scriptura apud Thucydidem praestet et parum abest quin χρυσῶν τεττίγων ἀνέρσει omnino praeferam. De Plutarchi loco minime ambigo.

Ibid. p. 159 D: ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον συνεκτεμεῖν ἀδικίᾳ κοιλίαν καὶ στόμαχον καὶ ἧπαρ, ἃ καλοῦ μὲν οὐδενὸς αἴσθησιν ἡμῖν οὐδ' ὄρεξιν ἐνδίδωσι, σκεύεσι δὲ μαγειρικοῖς, οἷα κοπίδες καὶ λέβητες, τὰ δὲ μυλωθρικοῖς καὶ καμίνοις καὶ Φρεωρύχοις καὶ μακτηρίοις ἔοικεν; Viderunt, uti arbitror, omnes absurde mentionem fieri de putei fossione, sed manus abstinuerunt, quum probabilis correctio non suppeteret. Incidi equidem in κρεουργικοῖς, quod facile intellectu est.

Ibid. p. 160 E: οὐκοῦν λεκτέον εἰς ἅπαντας, μᾶλλον δ' ἀκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους ὑπερφθεγγόμενον ὃν ἥκεις λόγον ἡμῖν κομίζων. Secundum Wyttenbachium locus sanus quidem est, sed subobscurus; nec tamen in criticis adnotationibus nec magis in animadversionibus quidquam attulit quod faceret ad plenam intelligentiam. Primus post eum aliquid molitus est Madvigius, qui correxit: μᾶλλον δὲ κρακτέον ἐστί, τοὺς νέους τούτους διθυράμβους et sententiam ita interpretatur: „Dicenda nobis apud omnes aut proclamanda est, quam affers, oratio, ita ut sono vincat novos hos dithyrambos." Malim equidem: μᾶλλον δ' ἐλκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους. Sed vel sic tamen remanet quod praeterea desideres.

De Superstitione p. 165 E: μόνη γὰρ οὐ σπένδεται πρὸς τὸν ὕπνον οὐδὲ τῇ ψυχῇ ποτε γοῦν δίδωσιν ἀναπνεῦσαι. Quod Madvigius correxit τότε γοῦν, id mihi satis esse non videtur; lego: οὐδὲ τῇ ψυχῇ ποτε γρῦ δίδωσιν ἀναπνεῦσαι. Compendium est quo fit ut inter γοῦν et γρῦ exiguum intersit discrimen.

Ibid. p. 166 D: ἔστι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι. Subridebis ad Wyttenbachii adnotationem, qui hoc sibi videtur intelligere. Unusquisque mihi dabit ἐλευθερίαν

Digitized by Google

ἀπογνῶναι hic quidem absurde dici. Quaesivi quid tandem lateret et suspicatus sum lege concessum fuisse servis alium dominum quaerere, si ne extrema quidem senectute miseriarum finem exspectarent. Εὐγηρίαν ἀπογνοῦσιν humanitatis erat concedere δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον. Cf. Lucian. p. Merc. Cond. 24.

Ibid. p. 168 D: ἂν δ' ἄρισα πράττῃ καὶ συνῇ πράῳ δεισιδαιμονίᾳ, περιθειούμενος οἴκοι κάθηται καὶ περιματτόμενος. Maximo opere offendor adiectivo πράῳ, quod certe πραείᾳ dictum oportuit, sed difficile est praeterea existimare quaenam sit πραεῖα δεισιδαιμονία. Emendatio perfacilis est, nempe: γραώδει δεισιδαιμονίᾳ et simul vides unde sit natum vitium. Praeterea codicum lectio est περιθυόμενος, quam Hercherus correxit, sed scribendum non περιθειούμενος, sed περιθεούμενος. Etenim Menandri locus est quem Plutarchus ante oculos habuit:

περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ
καὶ περιθεωσάτωσαν.

De correpta vocali in καταλεαίνω ex λεῖος formato, de ἐπιθεάζειν ex θεῖος iuxta ἐπιθειάσαι, de τελεοῦν ex τέλειος sim., Cobetus egit *Mnem.* 1858 p. 280.

Regum et Imperatorum Apophthegm. p. 173 D. Artaxerxes πρωτοβολεῖν ἐκέλευσε τῶν συγκυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους. Ridicule ut nihil supra; lege: δεομένους.

Ibid. p. 182 D. Refertur Antigoni dictum. Ἀθηναίων δοῦλον αὐτοῦ τιμώμενον εἰς τὴν πολιτείαν ὡς ἐλεύθερον ἐγγραψάντων, οὐκ ἂν, εἶπεν, ἐβουλόμην ἕνα Ἀθηναῖον ὑπ' ἐμοῦ μασιγοῦσθαι. Correxit Cobetus γενόμενον et μεμασιγῶσθαι, sed praeterea requiro: ὄντα Ἀθηναῖον.

Ibid. p. 182 E. Idem ille Antigonus pater Demetrii ῥήτορος ἀκούων λέγοντος, ὅτι χιονοβόλος ἡ ὥρα γενομένη λιποβοτανεῖν ἐποίησε τὴν χώραν, οὐ παύσῃ μοι, εἶπεν, ὡς ὄχλῳ χρώμενος. Intelligitur frigus illud, ut videtur, quod fuit anno 307 vel brevi post, de quo frigore Plutarchus retulit in vita Demetrii 12. 2. Sed in Antigoni dicto periit aculeus, quem fortasse

Digitized by Google

recuperabis scribendo: ὡς ὀχετῷ χρώμενος. Vide ὀχετὸν similiter usurpatum p. 91 F.

Ibid. p. 183 C. Lepida est de Demetrio fabula: ἀποσάντων τῶν Ἀθηναίων ἑλὼν τὴν πόλιν ἤδη κακῶς ὑπὸ σιτοδείας ἔχουσαν, εὐθὺς ἐκκλησίας αὐτῷ συναχθείσης, ἐπέδωκε δωρεὰν σῖτον αὐτοῖς· δημηγορῶν δὲ περὶ τούτων ἐβαρβάρισε· τῶν δὲ καθημένων τινὸς ὡς ἔδει τὸ ῥῆμα λεχθῆναι παραφωνήσαντος, οὐκοῦν, ἔφη, καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ταύτης ὑμῖν πεντακισχιλίους ἐπιδίδωμι μεδίμνους. Huius loci immemor fui in Photio edendo v. θεριῶ, qui ita narrat: δανείζω, δανείσω, οὐκέτι δὲ τὸ δανειῶ, βάρβαρον οὕτως ὥςε καὶ τοὺς Ἀθηναίους φασὶν ἀθρόως εἰς ἐκκλησίαν συναθροισθέντας ἐπὶ τῶν διαδόχων, ἐπειδὴ εἰς ἀπορίαν καθεισήκεσαν χρημάτων, ἔπειτά τις αὐτοῖς τῶν πλουσίων ὑπισχνεῖτο ἀργύριον, οὕτω πως λέγων ὅτι ἐγὼ ὑμῖν δανειῶ, θορυβεῖν καὶ οὐκ ἀνέχεσθαι λέγοντος διὰ τὸν βαρβαρισμὸν καὶ οὐδὲ λαβεῖν τὸ ἀργύριον ἐθέλειν, ἕως αἰσθανόμενος ὁ μέτοικος ἢ καὶ ὑποβαλόντος αὐτῷ τινος, ἔφη· δανείσω ὑμῖν τοῦτο τὸ ἀργύριον· τότε δὲ ἐπαινέσαι καὶ λαβεῖν. Nunc quoque factum est, quod semper fit, et fama crevit eundo.

Ibid. p. 184 A. Audita fratris morte Antiochus Ἱέραξ cognomine θεὶς τὴν προφύραν φαιὸν ἱμάτιον ἀνέλαβε. Displicet compositum ἀνέλαβε et reponam: ἀντέλαβε. In eadem re simplex verbum legitur p. 489 A, sed malo id quod dixi.

Ibid. p. 189 E. Lycurgus summam commendavit in aedificando simplicitatem, αἰσχύνεσθαι γὰρ εἰς οἰκίας λιτὰς ἐκπώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς εἰσφέροντας. Lege: αἰσχυνεῖσθαι.

Ibid. p. 190 A: Θεόπομπος ἔν τινι πόλει πρὸς τὸν ἐπιδεικνύμενον τὸ τεῖχος αὐτῷ καὶ πυνθανόμενον εἰ δοκεῖ καλὸν ναὶ ὑψηλὸν εἶναι, οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν, ἥν. Displicuit haec scriptura Cobeto in *Collectaneis* p. 485: „Haec quidem verba," inquit, „nihil significant et sententia dicti ex similibus locis quos Wyttenbachius adscripsit, est elicienda. Simplicissimum est rescribere: εἶναι; καλὴ γυναικωνῖτις, εἶπεν." Ad quem finem laudavit p. 230 C, ubi in simili fabula est: νὴ τοὺς θεούς, ὦ ξένοι, καλὴ

Digitized by Google

γυναικωνῖτις. Novi tamen rationem aliquanto simpliciorem: nempe γυναικῶν mutato accentu scribendum est γυναικών. Ipsum illud vocabulum Platoni quoque reddidi in Timaeo p. 70 A in *Mnem.* 1893 p. 27, ubi pluribus egi περὶ τῶν περιεκτικῶν in -ών. Similiter pro μελιττῶν apud Xenophontem in Hellenicis restitui μελιττών in *Mnem.* 1896 p. 357.

Ibid. p. 191 F: Νικίας εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δ' ἀδικεῖ, ἐμοὶ ἄφες. Hoc quidem recte, sed expungam quod additur: πάντως δ' ἄφες. Redit vitium p. 209 F.

Ibid. p. 192 B. Quod Epaminondas aliquando iecit in obesum militem: μόλις αὐτοῦ σκέπουσι τὴν γαστέρα ἀσπίδες τρεῖς ἢ τέσσαρες, δι' ἣν οὐχ ἑόρακεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον, quam eleganter expungi poterit id quod est τὴν γαστέρα.

Ibid. p. 193 E. Epaminondas παραινῶν ἔλεγεν· ἔτι βουλεύσασθε. Quidni παριών.

Ibid. p. 193 F. Athenienses καινοῖς κεκοσμημένοι ὅπλοις Peloponnesum intrarant; tum Epaminondas, τί οὖν; inquit, Ἀντιγενίδας στένει καινοὺς Τέλληνος αὐλοὺς ἔχοντος; Optimus autem tibicen erat Antigenidas, pessimus contra Tellen. Est igitur absurda lectio στένει· quivis intelliget ὑστερεῖ.

Ibid. p. 194 D. Pelopidae verba sunt: ἀναγκαῖα τὰ χρήματα νὴ Δία τούτῳ Νικοδήμῳ, δείξας χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον. Praefero: τουτωί· Νικόδημον δείξας.

Ibid. p. 200 A. Est paulo gravior corruptela in hisce: μὴ σὺ τὴν διὰ μέσου θάλασσαν — τοῦ Πολυβίου συμβουλεύοντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς. Secundum Wyttenbachium pro μὴ σὺ vetus et sana lectio videtur fuisse εἰς, quam expulit hoc μὴ σύ ortum quomodocumque ex proximo μέσου. Hoc si teneas, non difficile erit verum invenire quod fuit: εἰς τὴν μεταξὺ θάλασσαν. De ipsa re idem Wyttenbachius dixit in Animadversionibus.

Digitized by Google

Ibid. p. 204 B. Coram Lucullo contendit Pompeius μᾶλλον γέροντι τὸ τρυφᾶν ἢ τὸ ἄρχειν εἶναι παρ' ἡλικίαν. Prorsus necessario supplendum est: ἢ (νέῳ) τὸ ἄρχειν.

Ibid. p. 204 F: ἀντὶ τοῦ Κικέρωνος ἐρέβινθον ἐτόρευσε. Lege: ἐνετόρευσε· vide modo in Ciceronis vita c. 1.

Apophthegm. Lacon. p. 208 D. Quaerit Wyttenbachius sintne Ἀποφθεγμάτων Collectiones ipsius Plutarchi nec ne; deinde, multis in utramque partem disputatis, p. 1042 suum cuique iudicium liberum relinquit, ipse tamen genuinos libros esse pronunciat p. 1146: „Est profecto," inquit, „hic libellus — Ἀποφθέγματα sunt Λακωνικά — non magis spurius censendus quam proxime antecedens." Mihi propemodum miraculo est praeclarum virum, qui Plutarchi scripta penitus nosset ad tam improbabilem opinionem delabi potuisse. Magna pars horum acute dictorum ex Plutarchi Vitis consarcinata est; sed quod praeterea aliunde corrasum fuit, saepe egregie absurdum est. Veluti quod legimus ea pagina quam supra indicavi, Agesilaum ἔτι παῖδα ὄντα βασιλέα ἀποδεδεῖχθαι, crassus hic error est qui non cadit in ipsum Plutarchum, nam alia omnia narravit in Regis vita. Sed cum alii tum Cobetus rem in clara luce posuit *Mnem.* 1873 p. 367 et Christius eandem sententiam tuetur in *Historia Literarum Graecarum* p. 655.

Ibid. p. 210 A. Victus simplicitatem Agesilaus commendans, ταύτης, ἔφη, τῆς διαίτης τὴν ἐλευθερίαν ἀμώμεθα. Et ἀμώμεθα illud displicet, nec multo magis placet quod Valckenaerius coniecit: μώμεθα. Incidi equidem in: μνώμεθα, quod verbum plus semel apud ipsum Plutarchum invenitur eo sensu quem hic locus requirit.

Ibid. p. 221 F: ἰδὼν τὸ Φιλίππου στρατόπεδον ἐν Ἰσθμῷ τὰ στενὰ κατειληφότος. Lego: κατειληφός.

Ibid. p. 223 A: Κλεόμβροτος ὁ Παυσανίου, ξένου τινὸς διαφερομένου πρὸς τὴν πατέρα περὶ ἀρεσῆς, μέχρι τούτου, εἶπεν, κρείσσων σού ἐστιν ὁ πατήρ, μέχρι ἂν καὶ σὺ γεννήσῃς. Necessario

Digitized by Google

restituendum futurum ἔσαι et supplendum: μέχρι ἂν καὶ σὺ (υἱόν) γεννήσῃς.

Ibid. p. 225 F. De duobus catulis fabula est, quam omnes norunt. Lycurgus eos ἀγαγὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔθηκεν ἀκάνθας καὶ λιχνείας τινάς, ἀφῆκε δὲ καὶ λαγών. Hic malo certe Wyttenbachii ἔθηκε λεκάνας, quam Bernardacis τενθείας, sed arridet correctio paulo lenior πιθάκνας, quales Spartani habebant teste Polemone apud Athen. XI p. 483 D: ἐν Λακεδαίμονι κατὰ τὰς ἑορτὰς ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις καὶ Φιδιτίοις ἐν πιθάκναις, quas propterea e ligno fuisse putem, quamquam ex argilla sint Lucian. Quom. hist. 4. Demosthenes vocabulum usurpavit Onetor. I § 28, ad quem locum respicit Grammaticus in quinto Bekkeri lexico p. 290. 23: Πιθακνῶν· τῶν μικρῶν πίθων, ἐν οἷς εἰσὶν ἰσχάδες καὶ τὰ τοιαῦτα.

Ibid. p. 232 E: Ἐπαινοῦντός τινος τοὺς ἀρίστους μαχητάς, Λάκων εἶπεν· Ἐν Τροίᾳ Prorsus sine sensu; sed quam lepide, quum quidam laudaret τοὺς Ἀργείους μαχητάς, Laco potuit reponere: ἐν Τροίᾳ. Notabile est in uno vocabulo triplex vitium (ΑΡΓΕΙΟΥΣ — ΑΡΙΣΤΟΥΣ). Sed sero veni; iam enim idem Leeuwenius vidit *Mnem.* 1892 p. 223.

Ibid. p. 234 D: Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς εἰ ἀσφαλὴς ἡ εἰς Σπάρτην ὁδός, εἶπεν· ὁποῖος καθίσῃς· οἱ μὲν λέοντες βαδίζοντι ἄπο καλέοντι, τὼς δὲ λαγὼς ἐπὶ τᾷ σκηνᾷ θηρεύομες. Absurdum est καθίσῃς, sed praeterea reliqua quoque descripsi ut appareret scriptorem, quisquis fuit, hic certe Dorica dialecto fuisse usum. Hinc Bernardaces elegantissime emendavit: οἱ μὲν γὰρ λέοντες βαδίζοντι ὅπα κα λέωντι, nisi forte malis λῶντι. Atque sic facile pellucet vera lectio: ὁποῖος κα ἴῃς.

Lacaen. Apophthegm. p. 241 A. Nescio unde Bernardaces habeat quod apud Wyttenbachium deest: ἄλλη ἀκούσασα τὸν υἱὸν ἐν παρατάξει πεσόντα ἔφη· δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς καὶ ἱλαρὰ θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον. Latet distichon:

Digitized by Google

Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

Interpolatum est, uti vides καὶ ἱλαρά.

Ibid. p. 242 A. Audita morte filii Spartana matrona, κάτθετε αὐτὸν, ἔφη, ἀναπληρωσάτω δὲ τὴν ἐκείνου τάξιν ὁ ἀδελφός. Palam est rescribi oportere: θάπτετε αὐτόν.

Mulier. Virtut. p. 244 E: ἐγάμει τις ἐν Χίῳ τῶν δοκούντων γνωρίμων εἶναι. Nonne verius est γεωμόρων vel fortasse γαμόρων? Apud Samios certe illi notissimi sunt, cf. Valck. ad Herod. VI 22, Ruhnk. ad Tim. p. 67, Wyttenb. ad Moral. p. 303 E. Eandem corruptelam odoratus sum in Xenophontis Hellenicis II. 2. 6, cf. *Mnem.* 1896 p. 353.

Ibid. p. 250 A: Ταρκύνιον — ἐξήλασεν ὕβρις καὶ ἀρετὴ Λουκρητίας. Inseram: (υἱός) ὕβρις.

Ibid. p. 250 F: ἀγασθεὶς ὁ Πορσίνας ἐκέλευσεν ἵππον ἀχθῆναι κεκοσμημένον εὐπρεπῶς. Non est hoc regale donum et Cloelia equum accepit κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς. Confusio horum vocabulorum saepe recurrit et supra iam exemplum habuimus. Nec probo quod p. 282 B Sophocles fragmentum 787 ita editur:

ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη
χῶταν περ αὐτῆς εὐπρεπεστάτη Φανῇ
πάλιν διαρρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Sed plena luna est, credo, αὐτῆς ἐκπρεπεστάτη. Ultimum vocabulum scripserim: κἀπὶ μηδὲν οἴχεται.

Ibid. p. 251 F. Processerunt coronatae sacerdotes et conspecto Aristotimo ἔςησαν τὸ πρῶτον σιωπῇ ὁσίως προϊσχόμεναι τὰς ἱκετηρίας. Displicet adverbium ὁσίως et praeterea hiatus molestus est; malo: κοσμίως.

Ibid. p. 252 C: φειδόμενοι παιδαρίων καὶ γυναικῶν. Plane requiro: γυναίων. Hoc quoque mendum minime rerum rarum est, veluti apud Lucianum Deor. Dial. 24. 2: οἱ μὲν Ἀλκμήνης

Digitized by Google

καὶ Σεμέλης υἱοί, ἐκ γυναικῶν δυσήνων γενόμενοι. Mercurius Alcmenen et Semelen cum contemtu mulierculas appellavit et legendum: ἐκ γυναίων.

Ibid. 255 E. Aretaphila ἀρετὴν καὶ πρᾶξιν ἐνάμιλλον τῇ βουλῇ τῶν ἡρωίδων παρέσχεν. Intelligam: τῇ βελτίστῃ.

Ibid. p. 256 D. De eadem illa Aretaphila socrus Calbia tormentis vehementissime quaesivit καὶ διεφύλαττεν αὐτὴν ἀήττητον ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἄχρι καὶ τὴν Καλβίαν ἀποκαμεῖν ἄκουσαν. Cur invita scelesta mulier destitit? Quidni κακοῦσαν?

Ibid. p. 256 E: ἦν γὰρ αὐτῇ θυγάτηρ ἀνδρὸς ὥραν ἔχουσα καὶ τὴν ὄψιν ἱκανήν. Nimis tenuis ea laus est, nam sunt tales virgines inter καλὰς et αἰσχράς mediae; habeant *beauté de diable*; sint proprio sensu *plainfaced*; sed nihil ultra. At illa fuit τὴν ὄψιν καλήν, ut δέλεαρ esse posset μειρακίῳ πρὸς ἡδονὴν εὐαλώτῳ. Idem offendimus vitium in *Amatorio* p. 749 D, ubi quaedam mulier νέα καὶ ἱκανὴ τὸ εἶδος occurrit, quae tamen inter paucissimas καλὴ erat secundum p. 755 D.

Quaest. Rom. p. 264 E: τῷ κεράμῳ προσβαίνοντες εἴσω καθιᾶσιν αὐτούς. Infra scriptor καθίμησιν appellat et praestat καθιμῶσιν. Iam Papabasilius hoc vidit ἐν τῇ Ἀθηνᾷ X p. 179.

Ibid. p. 265 B: πότερον, ὡς οἱ πλεῖστοι νομίζουσιν, ἀπειρημένον ἦν πίνειν οἶνον ταῖς γυναιξίν. De constanti more delendum id quod est ἦν.

Ibid. p. 265 D: πρότερον γὰρ οὐκ ἐγάμουν τὰς ἀΦ' αἵματος, ὥσπερ οὐδὲ νῦν τηθίδας οὐδὲ ἀδελΦάς. Mirum nondum correctum fuisse ἀδελΦιδᾶς. Non reperti fuerunt qui Imperatoris Claudii exemplum sequerentur, ut scribit Suetonius in Vita c. 26.

Ibid. p. 270 F: οὐ γὰρ ἧττον ἔστι πρὸς τὸ μέλαν ἢ τὸ ἀλουργὸν εἰπεῖν· δολερα μὲν τὰ εἵματα, δολερὰ δὲ τὰ χρώματα. Quod unusquisque videt, scripsit haec Plutarchus Herodoti memor, apud quem sunt III. 22 verba Aethiopum regis: δολεροὺς μὲν

Digitized by Google

τοὺς ἀνθρώπους, δολερὰ δ' αὐτῶν τὰ εἵματα. Sed est operae pretium duos praeterea Plutarchi locos conferre, nempe p. 862 D: δολερὰ μὲν τὰ ἀλείμματα, δολερὰ δὲ τὰ εἵματα τῶν Περσέων, quae verba diserte ex Herodoto afferuntur, ut fere suspicer aliud quid scriptorem in suo codice invenisse quam quod hodie in omnibus Herodoti codicibus circumfertur. Non multum recedit p. 646 B: δολερὰ εἵματα καὶ χρίσματα κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου φωνήν vel Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 344: τὸ μύρον καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι δολερὰ μὲν τὰ ἵματα, δολερὰ δὲ τὰ χρίματα ὑπολαμβάνοντες ὀρθῶς. Hisce omnibus in unum collatis, de Herodoto, sicuti dixi, etiamnunc ambigo, sed apud Plutarchum p. 270 F pro χρώματα tuto reponere licebit χρίσματα vel, si id mavis, sinceram et antiquam formam χρίματα, de qua Cobetus saepe dixit et primum in *Variis Lectionibus* p. 85.

Ibid. p. 272 F: τὸν θεὸν προυκαλεῖτο διαβαλέσθαι τοῖς κύβοις πρὸς αὐτόν. Melius intelligam: διαμιλλᾶσθαι. Vide supra ad p. 148 D.

Ibid. p. 273 C. Quaeritur διὰ τί τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμιςαι περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ καὶ μήτε προσκυνεῖν μήτ' ἐπισκευάζειν. Solus inter omnes Bernardaces integram scripturam esse perhibet; sed iam Wyttenbachius recte adnotarat: προσκυνεῖν sine dubio corruptum. Addit autem: „forte scriptum fuerat προσκαινοῦν, vel προσκονιᾶν, quorum illud etiam Xylandro in mentem venerat." Quod haec verba nusquam praeterea leguntur, id parum fortasse ad rem: servent modo critici in novis vocabulis fingendis certam ac notam analogiam, venia iis dari poterit ipseque mox aliud verbum commendabo quod frustra quaeres in Stephani Thesauro. Sed illud urgeo, quod in his compositis non pellucet vis praepositionis πρός nec magis simplicia verba καινοῦν vel κονιᾶν hic commodam explicationem habent. Evolvamus Wyttenbachii Animadversiones neque inutile fuerit ipsos describere locos ab summo viro indicatos. „Spolia refecta," inquit, „neque nos legere meminimus. Ad Romani moris observationem in tropaeis pertinet illud Flori III. 2. 6: „Domitius Ahenobarbus et Fabius Maximus

Digitized by Google

ipsis quibus dimicaverunt in locis saxeas erexere turres et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere: quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Numquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam suam exprobravit." De Graecis magis notum est." Nempe hi τρόπαια statuebant quidem, sed τὴν Νέμεσιν, uti arbitror, fugientes duratura monumenta esse nolebant. Hinc ipse quoque Plutarchus: οὐδὲ γὰρ παρ' Ἕλλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον ἢ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον εὐδοκιμοῦσι. Imprimis Macedones eum morem vehementer improbabant. Narrat Pausanias IX. 40. 4: Φίλιππος οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτ' ἐνταῦθα, οὔθ' ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν· οὐ γὰρ τι Μακεδόσιν ἰσάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. — Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος οὐκ ἀναστήσας οὔτε ἐπὶ Δαρείῳ τρόπαια, οὔτε ἐπὶ ταῖς Ἰνδικαῖς νίκαις. Sed Chaeroneae duo sunt τρόπαια ἃ Ῥωμαῖος καὶ Σύλλας ἔστησαν, Τάξιλον καὶ στρατιὰν τὴν Μιθριδάτου κρατήσαντες Hoc igitur monumentum lapideum vel aeneum fuit, quod tamdiu perduravit. Imprimis apparet quae fuerit veterum Graecorum de eiusmodi innovatione sententia ex exemplo rhetorico quod Cicero habet de Inventione II. 23: „Cum Thebani Lacedaemonios bello superassent et fere mos esset Graecis, cum inter se bellum gessissent, ut ii qui vicissent, tropaeum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in praesentia declarandae causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret, aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas, i. e. apud commune Graeciae consilium." Hic Graecos meos admiror et diligo et apparet quid iudicaturi fuissent de aeneo leone apud pagum Waterloam. Adoravissent, credo, τὴν Νέμεσιν et leniter adrisissent, si ungues animadvertissent resectos. Disertum est Diodori Siculi testimonium XIII. 24: τίνος χάριν οἱ πρόγονοι πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον νίκαις κατέδειξαν οὐ διὰ λίθων, διὰ δὲ τῶν τυχόντων ξύλων ἰσάναι τὰ τρόπαια; ἆρ' οὐχ ὅπως ὀλίγον χρόνον διαμένοντα ταχέως ἀφανίζηται τὰ τῆς ἔχθρας ὑπομνήματα; Itaque praeclare Germani quum, non in Alsatia, sed in dextra Rheni ripa, Germaniam suam constituerent, monumentum esse voluerunt concordiae inter cives et caritatis qua omnes, virile ac muliebre secus, communem patriam prosequebantur; sed in imaginibus nihil est quod referri possit ad Francorum iniuriam et ignominiam.

Digitized by Google

Ipse adfui, quum nescio quis Gallus Lutetia oriundus et peritus iudex splendidum opus meritis laudibus extolleret.

Verum quid est extra oleas vagari nisi hoc est? Redeo in meum angulum. Tropaeorum formam optime novimus, nam Romae in arcubus marmoreis uti et in nummis saepe repraesentantur. Conficiebantur ex arboribus quas, amputatis minoribus ramis, hostium spoliis ornabant. Ipse Virgilius diserte morem descripsit, Aen. XI. 5:

> Ingentem quercum decisis undique ramis
> Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
> Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum
> Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas,
> Telaque *trunca* viri, et bis sex thoraca petitum
> *Perfossumque* locis: clipeumque ex aere sinistrae
> Subligat atque ensem collo suspendit eburnum.

Ita est: tropaeum refert armati militis speciem. Trunco induunt loricam, superimponunt galeam, quasi sinistrae manui adaptatur scutum, dextrae autem duae hastae; alligatur denique gladius. Sed quod ex Virgilio nobis iam apparuit, omnia illa arma et tela confracta erant, perfossa, mutila, nulli umquam usui futura. Noli mirari: caesorum hostium spolia, sicuti Mezentii, non integra dominum mutarant et si quid forte inter reliquam praedam integrum reperiretur, trunco tamen non ante adaptassent quam inhabile reddidissent ad usum. Iam adnotavit magnus Animadversor ad Athenaeum p. 47: „Fuit moris olim, consecrandam numini alicui vestem findere ne manibus tagacibus esset obnoxia. Hesychius: *οἱ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτά, ἵνα μὴ ἀρθῶσι.*" Et ad hunc usque diem barbarae gentes eundem morem servant in sepulcralibus monumentis; hoc enim solum est adversus latrones praesidium.

Quod iam ab initio non valebat, brevi tempore, quum praesertim accederet negligentia, corruebat, dilabebatur et nemo *ἐπεσκεύαζεν*. Verum quid latet apud Plutarchum sub obscuro illo *προσκυνεῖν*? Vide nunc quid coniiciam: ex quanam materia spolia illa constabant? Respondere facile est: ex ligno hastae erant et ex ferro arma: haec quidem funibus alligare trunco et *ἐπισκευάζειν* expeditum erat. Sed lorica, quae pars in tropaeis maxime conspicua est, ex corio confecta erat. Collapsa vetustate, mul-

Digitized by Google

tipliciter fissa, discissa, clavis trunco *appangi* poterat. Et quomodo hoc Graece dici potuit? De soleis notum verbum est καττύειν et quid mirum προσκαττύειν nusquam legi, cum ipsum *appangendi* verbum, quo modo usus sum, vix semel inveniatur? Nunc nihil praeterea requiro: τὰ σκῦλα νενάμιςαι περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ καὶ μήτε προσκαττύειν μήτ' ἐπισκευάζειν. Θώρακα συγκεκαττυμένον Lucianus appellavit Quom. hist. 23.

Ibid. p. 281 F: ὅρα δὴ μὴ καταμαθὼν τὸ παρὰ μικρὸν ἀεὶ τῆς τύχης μέγα δυνάμενον καὶ ὅτι τῷ γενέσθαι τι μικρὸν ἢ μὴ γενέσθαι τι πολλάκις ὑπῆρξεν ἐνίοις τυχεῖν ἢ διαμαρτάνειν τῶν μεγίςων, μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο. Reponam: (παρὰ) μικρόν, quam locutionem Wyttenbachius docte illustravit ad p. 85 E. Idem illud Isocrati reddere volui Orat. 21. 13, cf. *Mnem.* 1879 p. 85.

Ibid. p. 283 C. Prorsus stultum est quod legitur de Curione: τὸν δὲ δήμαρχον, ὡς Γάιος Κουρίων ἔλεγε, καταπατεῖσθαι δεῖ καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει. Quis hic non meminit gubernatoris illius apud Sophoclem, qui ὑΦ' εἵματος κρυβεὶς πατεῖν παρέσχε τῷ θέλοντι ναυτίλων? Sed facilis est ac certa correctio, nam mox sequitur: ὅσῳ δὲ μᾶλλον ἐκταπεινοῦντα τῷ σχήματι, unde emicat: ἐκταπεινοῦσθαι.

Ibid. p. 284 A: ὑποδημάτων δὲ καὶ δακτυλίων καὶ κεκρυφάλου διερριμμένων χωρὶς ἄλλων ἀλλαχόθι. Praefero: ἀλλήλων.

Ibid. p. 285 E: καὶ γὰρ οὗτος αὐτῷ (Herculi) ἀεὶ πολλὰ πράγματα παρέσχε καὶ ὁ Κέρβερος. Malo: ὡς.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. G. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1900. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
MAY 4 1900
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM. PARS II

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad papyros Graecos, scripsit H. VAN HERWERDEN	118—128.
Emendatur A. P. VII, 495, 3, scripsit H. v. H.	128.
De prouinciis consularibus § 4, scripsit J. v. D. V.	128.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia, (*contin. ex pag.* 117) scripsit S. A. NABER	129—156.
Babriana, scripsit H. VAN HERWERDEN	157—175.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis, scripsit J. VAN IJZEREN	176—200.
Ad Aristophanis Equites observationes, scripsit J. v. LEEUWEN J.F.	201—225.
Ad Tacitum, scripsit C. M. FRANCKEN	226—227.
Pro M. Caelio § 5, scripsit J. v. D. V.	227.
De Heliaeis Atheniensibus, scripsit J. VÜRTHEIM	228—236.
ΠΟΛΥΤΡΟΦΟΣ — ΠΟΛΥΦΟΡΟΣ, scripsit J. v. L.	236.

Digitized by Google

tipliciter fissa, discissa, clavis trunco *appangi* poterat. Et quomodo hoc Graece dici potuit? De soleis notum verbum est καττύειν et quid mirum προσκαττύειν nusquam legi, cum ipsum *appangendi* verbum, quo modo usus sum, vix semel inveniatur? Nunc nihil praeterea requiro: τὰ σκῦλα νενόμιςαι περιορᾶν ἀΦανιζόμενα τῷ χρόνῳ καὶ μήτε προσκαττύειν μήτ' ἐπισκευάζειν. Θώρακα συγκεκαττυμένον Lucianus appellavit Quom. hist. 23.

Ibid. p. 281 F: ὅρα δὴ μὴ καταμαθὼν τὸ παρὰ μικρὸν ἀεὶ τῆς τύχης μέγα δυνάμενον καὶ ὅτι τῷ γενέσθαι τι μικρὸν ἢ μὴ γενέσθαι τι πολλάκις ὑπῆρξεν ἐνίοις τυχεῖν ἢ διαμαρτάνειν τῶν μεγίςων, μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο. Reponam: (παρὰ) μικρόν, quam locutionem Wyttenbachius docte illustravit ad p. 85 E. Idem illud Isocrati reddere volui Orat. 21. 13, cf. *Mnem.* 1879 p. 85.

Ibid. p. 283 C. Prorsus stultum est quod legitur de Curione: τὸν δὲ δήμαρχον, ὡς Γάιος Κουρίων ἔλεγε, καταπατεῖσθαι δεῖ καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει. Quis hic non meminit gubernatoris illius apud Sophoclem, qui ὑΦ' εἵματος κρυβεὶς πατεῖν παρέσχε τῷ θέλοντι ναυτίλων? Sed facilis est ac certa correctio, nam mox sequitur: ὅσῳ δὲ μᾶλλον ἐκταπεινοῦντα τῷ σχήματι, unde emicat: ἐκταπεινοῦσθαι.

Ibid. p. 284 A: ὑποδημάτων δὲ καὶ δακτυλίων καὶ κεκρυΦάλου διερριμμένων χωρὶς ἄλλων ἀλλαχόθι. Praefero: ἀλλήλων.

Ibid. p. 285 E: καὶ γὰρ οὗτος αὐτῷ (Herculi) ἀεὶ πολλὰ πράγματα παρέσχε καὶ ὁ Κέρβερος. Malo: ὡς.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

AD PAPYROS GRAECOS.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

I.

In altero volumine papyrorum Oxyrynchicorum, quos ediderunt Grenfell et Hunt, p. 11 sqq. reperitur fabulae Menandreae, Περικειρομένη inscriptae, fragmentum constans versibus LI e dramatis parte extrema satis emendate scriptum neque adeo lacerum, ut non commode universa eius sententia intellegi possit, exaratum in papyro, ut editoribus videtur seculi primi exeuntis aut secundi ineuntis a. Chr. n. Fabulae argumentum fuit huiuscemodi: *Polemo* miles, qui zelotypia motus *Glycerae* amatae, quam infidelem sibi esse immerito suspicabatur, capillos detonderat, unde fabulae nomen, et male mulcatam repudiaverat, deinde specie se deceptum fuisse intellexit, fratrem enim Glycerae esse eum, quem amatorem esse crediderat, et mulierem, quam semper adhuc amabat, se tanta contumelia affecisse adeo eum poenitebat, ut mortem sibi sua manu consciscere decerneret. Sed *Doris*, militis ancilla, despondentem consolatur et spe erigit, sese effecturam pollicita, ut cum Glycera, quae interea felici casu patrem *Pataecum*, civem Atheniensem ditissimum, invenerat, in gratiam rediret. Stetit promisso Doris, finiturque fabula duplici matrimonio, Polemonis cum Glycera et fratris illius cum filia *Philini* cuiusdam.

Adscribam fragmentum, ut Angli a Blassio adiuti emendarunt et expleverunt, adnotaturus quaedam et propositurus quae non leguntur apud illos.

Digitized by Google

ΠΟΛ. [1]) ἵν' ἐμαυτὸν ἀποπνίξαιμι. ΔΩ. μὴ δὴ [Φληνάφα.
ΠΟΛ. ἀλλά τι [π]οήσω, Δωρί; πῶς βιώ[σομαι
ὁ τρισκακοδαίμων, χωρὶς ὢ[ν τῆς Φιλτάτης;
ΔΩ. ἄπεισιν ὡς σέ. ΠΟΛ. πρὸς θεῶν οἷ[ον λέγεις.
ἐὰν προθυμηθῇς, ἀκ[ό]πως [ἄξω τάχα.
ΠΟΛ. οὐκ ἐνλίπο⟨ι⟩μ' ἂν οὐθέν, εὖ τοῦ[τ' ἴσθ'. ΔΩ. ἰδού.
ΠΟΛ. ὑπέρευ λέγεις· βάδιζ'· ἐγὼ δ' ἐλ[ευθέραν
αὔριον ἀΦήσω, Δωρί, ⟨σ'⟩· ἀλλ' ὃ δε[ῖ λέγειν
ἄκουσον. εἰσελήλυθ'· οἴμοι, [Γλυκέριον,
ὡς κ[α]τὰ κράτος μ' εἴληΦας. ε[ἰδέναι παρῆν
ἀδελΦόν, οὐχὶ μοιχόν· ὁ δ' ἀ[λάστωρ ἐγὼ
καὶ ζηλότυπος ἄνθ[ρ]ωπος α [⏓ – ⏑ –
εὐθὺς ἐπαρῴνουν. τοιγαροῦν ἀπωλόμην,
καλῶς ποῶν. τί ἐστι, Δωρὶ Φιλ[τάτη; [2])
ΔΩ. ἀγαθά· πορεύσεθ' ὡς σέ. ΠΟΛ. κατεγέλ[α γέ σου.
ΔΩ. μὰ τὴν ἈΦροδίτην, ἀλλ' ἐνεδύετ[ο στατόν,
ὁ πατὴρ ἐπεξ[ήτ]αζε· χρῆν σε νῦν π̣ά̣[λαι
εὐαγ⟨γ⟩έλια τῶ[ν] γεγονότων ποθ[ουμένων
[θύειν], ἐκ[εί[νης εὐτυχηκυίας [τόδε.
ΠΟΛ. νὴ τὸν Δί', ὀρθῶς γὰρ λέγεις· ὁ δ'[– ⏑ –
μάγειρος ἔνδον ἐστί· τὴν ὗν θυέτω.
ΑΩ. κανοῦν δέ ποῦ, καὶ τἄλλ' ἃ δεῖ; ΠΟΛ. κα[νοῦν μὲν οὖν
ὕστερον ἐνάρξετ'· ἀλλὰ ταύτην σΦ[αττέτω.
μᾶλλον δὲ κἀγὼ ⟨σ⟩τέΦανον ἀπὸ βω[μοῦ ποθεν
ἀΦελὼν ἐπιθέσθαι βούλομα[ι]. ΔΩ. πιθα[νώτερος
πολλῷ Φανεῖ γοῦν. ΠΟΛ. ἄγετε [– ⏓ – ⏑ –
ΔΩ. καὶ μὴν ἔμελλεν ἐξιέναι δ[ὴ χὠ πατήρ.
ΠΟΛ. αὐτός; τί γὰρ πάθῃ τίς; ΔΩ. ὦ τά[λαιν' ἐγώ. [3])
ε . . . . . ακο̣ν̣τ̣ο̣σ̣ε̣. ι[.̣]ην θ̣[ύ]ραν [
εἴσειμι καὐτὴ σ[υ]μποήσουσ', [εἴ τι δεῖ.
ΠΑΤΑΙΚΟΣ. πάνυ σου Φιλῶ τὸ „[σ]υνδιαλλαχ[θήσομαι",
ὅτ' εὐτύχηκας, τότε δε[δέχθ]αι τὴν δί[κην —
τεκμήριον τοῦτ' ἔσ[τιν Ἕλλ[ηνος τρ[όπου.
ἀλ[λ' ἐκκ]αλείτω τις α̣[. . . .]ν' αὐτ[ὸν ⏑ –

---

1) Nomina addiderunt editores praeterquam vs. 35 et 46, ubi praefixit librarius, ceteris locis ponens paragraphum.

2) ἐξέρχεται Δωρίς (mg.).

3) εἰσέρχ(εται) Πολέμων superscr. verbis ὦ — ἐγώ.

Digitized by Google

[ΠΟ]ΛΕΜ. ε[ἶμ' ἐνθάδ', ἀ]λλ' ἔθυον [ὑ]πὲρ εὐ[πραξίας,
[Γλυκέραν ὕπ]αρ εὑρηκ[υ]ῖαν οὖς [οὐδ' εἶδ' ὄναρ
π[υθό]με[νο]ς. ΠΑΤΑΙΚ. ὀρθῶς γὰρ λέγεις, [ἃ δ' [οὖν ἐγὼ
[μ]έλλω λέγειν, ἄκουε· ταύτην γν[ησίων
παίδων ἐπ' ἀρότῳ σοι δίδωμι. ΠΟΛ. λ[αμβάνω.
ΠΑΤ. καὶ προῖκα τρία τάλαντα. ΠΟΛ. καὶ καλῶ[ς γ' ἔχει.
ΠΑΤ. τὸ λοιπὸν ἐπιλαθοῦ στρατιώτης [ὤν, ὅπως
προπετὲς ποιήσῃς μ[η]δὲ ἓν [⏑ – ⏑ –
ΠΟΛ. Ἄπολλον, ὃς καὶ νῦν ἀπ[ό]λωλα πα[ρ' ὀλίγον,
πάλιν τι πράξω προπετ[έ]ς; οὐδὲ μ[ήποτε.
Γλυκέρα, διαλλάγηθι, Φιλτάτη, μό[νον.
[ΓΛΤ]ΚΕ. νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχὴ [πραγμάτων
ἀγαθῶν τὸ σὸν πάροινον. ΠΟΛ. ὀρθῶ[ς, νὴ Δία.
ΓΛΤΚ. διὰ τοῦτο συγγνώμης τετύχηκας ἐξ ἐμοῦ.
ΠΟΛ. σύνθυε δή, Πάταιχ'. ΠΑΤΑΙΚ. ἑτέρους ζη[τητέον [3])
ἐστὶν γάμους μοι· τῷ γὰρ υἱῷ λαμβάνω
τὴν τοῦ Φιλίνου θυγατέρ'. ΓΛΤΚ. ὦ γῆ [καὶ θεοί.

V. 1. *ἵν' ἐμαυτὸν ἀποπνίξαιμι.* In versu praecedenti fuisse videtur *ἐπριάμην βρόχον* sive *σχοινίον*. Vide Jacobii comicae dictionis indicem sub utroque substantivo.

V. 6. *οὐθέν*. Hinc apparet apud Menandrum Mein. F. C. IV, 324 recte tradi *οὐθέν μέλει μοι*, nec falli Meinekium ad fr. 288 scribentem „Pro *οὐδὲν* libri hic et multis aliis locis *οὐθέν* (iniuria edidit *οὐδὲν*), quae forma in novae comoediae poetis fortasse ferenda est". Fortasse potius his poetis ubique reddenda est. Omnino conferatur Meisterhans, Gr. d. Att. Inschr. [2], p. 80 et 216. 217. Formae *μηθείς*, *μηθέν* apud comicos reperiri non videntur, certe Jacobi non commemorat. Neque omnino Graecum videtur *οὔτε ἕν* aut *μήτε ἕν* pro *οὐδὲ ἕν* et *μηδὲ ἕν*, quod legitur vs. 41. Causam agnovit Meisterhans l.l., ubi non dici *οὔτε μία* nec *μήτε μία* observat.

V. 8. Quid dicendum esset Glycerae et patri, optime noverat ipsa Doris, itaque aurem non praebens admonituro domino

3) Πολε. *δίσ(ε)ισι* in textu.

Digitized by Google

properat ad aedes Pataeci in scena proximas, unde cum bono nuntio redit vs. 10. Parepigraphen adscribere priori loco iure neglexit librarius, quia ipse poeta dixit εἰσελήλυθε.

V. 10. ε[ἰδέναι παρῆν. Malim fere εἰδέναι μ' ἐχρῆν vel μ' ἔδει.

V. 12. Suppleverim: καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος [αὐτὴν ὑπονοῶν, *suspectans* Glyceram, quod rem haberet cum viro quodam, quem postmodo eius fratrem esse rescivit.

V. 14. ποῶν papyrus habet contra normam titulorum Atticorum, quae ante sequens ο (ω οι ου) litteram iota in hoc verbo servari iubet. Cf. Meisterhans², p. 44. Normae respondet ποήσω vs. 2, συμποήσωσι vs. 30, non respondet ποιήσῃς vs. 42. — καλῶς ποῶν, *merito*. Editores conferunt Ar. Eccl. 804 διαρραγῶ . . . καλῶς ποιήσεις.

V. 15. πορεύσεθ', sc. Glycera. Cf. vs. 27.

V. 17. ὁ πατὴρ ἐπεξήταζε, explorabat filiae vestitum. Hoc compositum ignorant lexica, sed habent substantivum ἐπεξέτασις (Thucyd). Ad ultimum h. vs. vocabulum editores annotant „ΠΑ[ΛΑΙ is extremely doubtful. The first letter may be Τ. The vestiges of the second letter suit Α, Δ ον Λ better than any thing else". Accedit quod male coire in hac sententia videntur vocabula νῦν πάλαι, nam si πάλαι verum esset, expectares ἤδη πάλαι. Fuisse puto: χρῆν σε νῦν τα[χὺ || εὐαγγέλια — θύειν.

V. 18. τῶν γεγονότων ποθ[ουμένων, si recte expletum, est genetivus absolutus: „quoniam quae acciderunt votis respondent"; non enim licet vertere „propter ea, quae ex voto acciderunt", quia non dicitur εὐαγγέλια θύειν τινός, sed ἐπί τινι.

V. 20. cogitavi de supplendo ὁ δ' [ἀπὸ τύχης] || μάγειρος ἔνδον ἐστί, sed displicet hyperbaton. Possis ὁ δ' [ἀπ' ἀγορᾶς, sed nihil certi reperio.

V. 24 sq. στέφανον — ἐπιθέσθαι βούλομαι. Fallebatur olim

Digitized by Google

Cobet, contendens Atticorum usum requirere *στέφανον περιτιθέναι* (*-τίθεσθαι, -κεῖσθαι*). Utrumque dicebant.

V. 26. *ἄγετε*. E plurali numero apparet non soli Doridi Polemonem aliquid dicere: „*tu cum conservis tuis*". Quid dixerit suspicari non possum; mediocriter enim placet *ἄγετε* [*δεῦρο τὴν φίλην*], quod in mentem venit propter versum insequentem, at enim ipsa Glycera ventura erat, necdum aderat ad fores. Ἄγετε igitur adverbiale esse videtur.

V. 28. ΔΩ. *ὦ τά*[*λαιν' ἐγώ*. Parum aptum mihi hoc supplementum videtur, nam ut optime intelligimus Polemonem metuere Pataeci, cuius filiam adeo laeserat, adventum, ita prorsus obscurum est, quid Doris, quae hominem benevolum esse sciret et ipsa eum venturum esse nuntiasset, subito reformidaret. Potius igitur suppleverim *ὦ τά*[*λαν* ⏑ –, dictum ad Polemonem, cuius timorem ancilla rideat, v. c. *ὦ τάλαν, τί δρᾷς*; sed quaenam fuerit clausula scire nequimus propter desperatam conditionem versus sequentis.

V. 31—34. Manifesto Pataecus filiae haec dicit.

V. 34. *ἀλλ' ἐκκαλείτω τις ἀ*[. . . .]*ν αὐτ*[*ὸν* ⏑ –
Quid supplendum? Quod expectamus *ἀνύσας* tam litterarum numero quam littera N finali excluditur. Cum vero in apographo p. 14 vocalis initialis A utpote incerta puncto notata sit ab editoribus, suspicor pro ea in papyro fuisse Π et supplendum esse:

ἀλλ' ἐκκαλείτω τις Π[*ολέμω*]*ν' αὐ*[*τὸν ταχύ.*

V. 40. sq. sic constituerim:

τὸ λοιπὸν ἐπιλαθοῦ στρατιώτης [*ὤν, ὅπως*
προπετὴς ποιήσῃς μηδὲ ἓν [*ποθ' ὕστερον.*

II.

In eodem libro II, p. 20 sqq. e papyro, ex editorum sententia medii seculi secundi p. Chr. non antiquiore, vulgatum

Digitized by Google

est fragmentum comoediae veteris, fortasse Aristophaneae, quae cur Thesmophoriazusae alterae esse *possit*, vide apud ipsos. Fragmentum, nunc quoque Blassii auxilio usi, sic constituerunt, fragmentum (a) dico in columna II, pauca enim vocabula vocabulorumve partes, quae in col. I leguntur et in fragmentis (b) et (c), negligo.

A. ὑβριζόμεναι. B. μὰ Δί' ἀλλ' ἐγὼ [⏑ – ∪ –
ἣν νοῦν ἔχωμεν, σκεψ[όμεθα ⏑ – ὅπως
μηδὲν πλέον τούτου στ[ένωσιν – ∪ –
A. τί οὖν γένοιτ' ἄν; B ἔχ', ἀ[πόκριναί μοι τόδε·
5 τί ἐστι τοῦθ' ὃ λέγουσι τ[ὰς ⏑ – ∪ –
παίζειν ἐχούσας, ἀντιβολῶ, [τὸ – ∪ –;
A. Φλυαρία καὶ λῆρος ὕβρεω[ς ἔκγονος?
κἄλλως ὄνειδος καὶ κατ[αγέλως – ∪ –.
τούτῳ γὰρ ὥσπερ τοῖσι[ν ᾠοῖς χρηστέον
10 τ[οῖς] ἀνεμιαίοις, ὅτι νεότ[τι' οὐκ ἔνι.
εὐ[χὴ] δὲ καὶ τοῦτ' ἔστιν· ευ[⏑ – ∪ –
ἐς [τοῦ]το χρήσει· καὶ πονο[⏑ – ∪ –
B. κα[ὶ μ]ὴν λέγεταί γ' ὡς ἐσθ' [ὅμοιον – ∪ –
ἀλη[θ]ινῷ κ[αὶ τ]οῦτο. A. νὴ Δ[ί', ὦ Φίλη?
15 ὥσπερ [σ]ελήνη γ' ἡλίῳ· τὴν μὲν χρόαν
ἰδεῖν ὅμοιόν ἐστι, θάλπει δ' οὐ[δαμῶς
B. οὐκ ἄξιον γάρ ἐστι. A. διὰ τοὐπὸν [∪ –
B. Φέρ', εἰ [δ]ὲ τοῖς θεράπουσι κοινωσ[αίμεθα
τὸ πρ[ᾶ]γμα, τί ἂν εἴη; λάθρᾳ [⏑ – ∪ –
A. ἐγὼ μ[ὲ]ν οὔτε πιότερον [aut πρότερον pap.] αὐτῆς [∪ –

„The speakers" praefantur editores „are probably women (cf. col. I, 5 γύναι. II, 1 ὑβριζόμεναι; but the subject of their conversation is extremely obscure". Ingenuas esse mulieres (fortasse ἀστὰς) apparet e servorum mentione vs. 18. Obscuritatem argumenti augent misera conditio et caligines versuum mutilatorum plurimorum.

Nihilominus premere nolo suspicionem, quamvis fortasse non plane certam, probabilem tamen, ut arbitror, quae mihi nata est ex iis quae leguntur vss 5—10 et imprimis 13—16, mulieres colloqui de *turpissima* eademque *sterili nec cum coitu virili*

Digitized by Google

comparabili libidine Milesia, olisbi dico usum, de quo instrumento praeter locos Aristophanis Lysistr. 108 sq. Thesmoph. II fr. 320 K, et Cratini fr. 316 K. agit integer Herondae mimiambus VI, ubi *βαυβών* vocatur. Cf. Suidas s. v. et Crusius in Philologo LII 1, 12, 569 sqq.

Quae si quid veri habet suspicio, vs. 5 sq. sic possis explere:

τί ἐστι τοῦθ' ὃ λέγουσι τ[ὰς Μιλησίας
παίζειν ἐχούσας; ἀντιβολῶ, [τοῦτ' εἰπέ μοι

ubi non veras Milesias intellego, sed mulieres infami ista Milesia libidine fruentes, dudum enim hanc in Atticam introductam esse novimus. Verbi *παίζειν* obscoena significatio in vulgus nota est.

Milesiae, ut opinor, eiusmodi feminae eodem iure dicerentur, quo Lesbiae, quae Lesbia libidine fruebantur, audiebant.

Deinde vero scripserim:

A. *Φλυαρία καὶ λῆρος ὕβρεω[ς ἔμπλεως?,*
κἄλλως ὄνειδος καὶ κα[ταγέλως δὴ πολύς·
τούτῳ γὰρ ὥσπερ τοῖσι[ν ᾠοῖς χρῶντ' ἀεὶ
τοῖς ἀνεμιαίοις, ὅτι νεότ[τι' οὐκ ἔνι.

tum vs. 13 sq.:

B. *καὶ μὴν λέγεταί γ' ὡς ἐσθ' [ὁμοιότατον πέει*
ἀληθίνῳ καὶ τοῦτο κτἑ.

V. 15 sq. Cf. Herond. VI, 19.

Quo tamen pacto cum hoc argumento vss. primi et postremi cohaereant in praesenti eorum conditione perdifficile est videre. Fac tamen fuisse:

– *ὑβριζόμεναι*; B. *μὰ Δί' ἀλλ' ἐγώ [τί σοι Φράσω·*
ἣν νοῦν ἔχωμεν, σκεψ[όμεθα νῦν τοῦθ', ὅπως
μηδὲν πλέον τούτου σθ[ένωσι τἄνδρε νῷν

hos versus sie licet interpretari, ut duae matronae Atticae, male habitae (ut sibi saltem videntur) a maritis, disputent de ratione qua ab eorum tyrannide liberentur, ita tamen ut abstinentes ab eorum coitu libidine, qua carere nequeant, nihilominus fruantur. Primum igitur in hoc fragmento (nam plura eiusdem argumenti praegressa videntur, cf. vs. 11) altera mulier proponit olisbi usum, sed tam validis argumentis ab altera refellitur, ut ipsa quoque eum repudiet verbis (17): *οὐκ ἄξιον γάρ ἐστιν*. Ita vero repulsa amicae suae proponit, ut cum servis contra maritos conspirent, quod consilium utrum illa probet necne sciri vetat

Digitized by Google

misera verborum λάθρᾳ — αὐτῆς conditio et subito abrupta huius responsio. — Roganti autem quid μηδὲν πλέον τούτου significet respondeo ea necessario significare *vix quidquam*, sive τούτου referendum ad virum aliquem imbecillum, cuius in proxime praegressis facta fuerit mentio, sive potius δεικτικῶς accipiendum, ut muliercula haec dicens crepet digitis, qui pronominis usus et alibi et in notissimo Sardanapalli epitaphio apparet. De corrigendis et interpretandis vss. 11 sq. desperare me confiteor, nisi quod verba prima εὐχὴ δὲ καὶ τοῦτ' ἔστιν significare videntur *sed etiam hoc* (quod mihi proponis) *votum* (i. e. vanum, inane) *est*. Cf. Plato Rep. p. 499 C, 450 D. 540 D. Legg. p. 887 C, Soph. p. 249 B. Universum autem aenigma an solvere mihi contigerit, me doctiorum esto iudicium. Feci quod potui.

III.

Ibidem p. 31 in fragmento philosophico, col. II l. 8, legitur δέος δὲ μὴ πρόσαγε ἐνταῦθα μηδ' ὑπόληψιν χαριστωνείας θεοῖς ὅτι ταῦτα πράττεις κτἑ. Novum vocabulum non ita scribendum, sed χαριτ-ωνίας, i. e. *gratiae emptionis*. Memoria digna nova vox μεθέτερα = ἕνια (cf. Herodoteum μετεξέτεροι) in *Dionysiae petitione* ibidem p. 161 (col. VII, 41).

IV.

In fragmento fabulae romanensis, Christo ut videtur antiquioris, quod e papyro Aegyptiaco edidit U. Wilcken in Mus. Rhen. a. 1893 p. 161 sqq, A II, vs 36 sqq. legitur: Νόμος δὲ βλάπτει με οὐ γεγραμμένος, ἄλλως δὲ ἔθει Φλυάρῳ πληρούμενος κτἑ. Absurda lectio pro Φλαύρῳ quin operarum errori, non librarii, tribuenda sit vix dubito; non enim probabile est virum doctissimum, si in papyro legeretur, non emendaturum fuisse.

V.

In Papyris Berolinensibus Vol. I n° 93, 24, in epistula pravissime scripta sec. II aut III p. Chr., legitur: καὶ τὸ μαδικιν

Digitized by Google

διαπέμψαι μοι ὁμοίως, ubi editor vocabulum ignorans non imposuit accentum. Sed procul dubio epistulae auctor voluit ⟨δελ⟩μάδικιν = δελματίκιον, ut passim in Aegypto confunduntur mediae, tenues, aspiratae. Cf. ibidem l. 6 καλῶς ποιήσεις διαπέμψας αὐτῇ τὴν δελματικήν, i. e. *dalmaticam.*

Ibidem n° 316, 14 (a. 359 p. C.) Ἀργουντιν — γέν[ε]ι Γαλλον, ὄντα ὡς ἐτῶν τεσσάρων μικ[ρό]πλεον, κτέ. Num vocabulum graecum est (in indice notatur μικρόπλεος), an supplendum ⟨ἢ⟩ μικ[ρῷ] πλέον = πλεόνων? Mox l. 16 scribitur χρυσίνων δεσποτικῶν διζῴδων. Nonne necessarium est διζῳδ⟨ί⟩ων, *duplici imagine insignium?*

In eiusdem operis vol. II, n° 362 X, 9 (a. 215 p. C.) traditum est τειμῆς πλίνθου ὠμῆς σὺν παραγωγῇ μετὰ τὰς ἐκβεβηκυίας ἐκ τοῦ καταστοῦ. Pro vocabuli monstro corrigatur κάτασπ⟨ασμ⟩οῦ, sive librarii error est sive operarum. Cf. l. 4 οἰκοδόμοις γ' καταστπῶσι καὶ ἀνοικοδομοῦσι.

Ibidem 401, 10 (a. 618 p. C.): ὁμολογῶ ἐγγυᾶσθαι —, τοῦ λοιποῦ μὴ καταγνωσθείη (scil. Νειλαμμὼν) μήτε κρυπτῶς μήτε φανερῶς συνομέχων μετὰ Θεοδώρας. Imo συνομ(ιλ)ῶν.

Ibidem 405, 10 (a 348 p. C): Ἐπειδὴ λίθον σιτοκόπτην καὶ σιταλετικὴν μηχανὴν πατρῷα ἡμῶν ὄντα ἐκληρώθημεν, κἀγὼ μὲν τὸν λίθον ἤρκα καὶ πέπρακα εἰς τὸ ερουν μοι μέρος. Editor scripsit ἐροῦν, adnotans „l. αἰροῦν für αἰρούμενον." Quod prorsus incredibile. Num forte fuit εἰς τὸ ἐλθόν (= ἦκον) μοι μέρος?

Ibidem 469, 3 (a. 160 p. C.) ὁμολογῶ πεπρακέναι σοι κάμηλον — κεχαραγμένον ἐπὶ τῷ (το pap.) δεξιῷ μηρῷ σίμμα καὶ παράσημον ἐπὶ τῷ (το pap.) αὐτῷ μηρῷ καὶ δεξιῷ τραχήλω σγῖμα κτέ. In hic σγῖμα pro σῖγμα (σίγμα) scriptum videtur, sed quid sibi vult σίμμα? Vix sufficere videtur σῆμα. An στίγμα? De camelis litteris notatis saepe agitur in papyris.

Ibidem 531 II, 9. Τὰ περιγεινόμενα ἐνοίκια πρὸς ἕκαστον ὄνομα τῶν τρυγώντων γραΦήτω, ἵνα .[.]ν ἐξοδευθῶ, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ .[...] ἐμΦ[υ]λουργί[ου] περιγεινομένων κτέ. Corrigatur ἐμ Φυτουργί[ωι], i. e. ἐν Φυτουργείῳ.

Digitized by Google

Ibidem 538, 16 sq. (c. 100 p. C.): *τούς τε χωματισμοὺς καὶ [.....]οὺς καὶ βοτανισμοὺς καὶ σιφονολογείας* (ita pap. pro *σιφωνολογίας*) *καὶ τὴν ἄλλην γεωργικὴν ὑπηρεσίαν πᾶσαν ἐν τοῖς δέουσι καιροῖς κτἑ.* Miror neminem e gemino loco 644, 31 lacunam explevisse scribendo *καὶ [ποτισμ]οὺς.*

Ibidem 544, 1 cum perverso accentu editur: *Φαρμακηρὰ τριωτὰ χαλκᾶ τρία* pro *τρίωτα*, i. e. vasa cum tribus ansis.

Ibidem 644, 24 (a. 69 p. C.): *πάντων μέτρ[ῳ] δρόμῳ τετραχοινίκ(ῳ) θησαυροῦ συνθεως ἀπόδος ἐκφορίου Παῦνι μηνὶ κτἑ.* An *συνθέτως* = *ἐκ συνθέτου*, *e contractu*? Ceterum verba non satis intelligo.

Ibidem 661, 10 (a. 140 p. C.): *βούλομαι μισθώσασθαι παρὰ σοῦ — ἀρούρας πέντε — ἐκφορίου τοῦ παντὸς κατ' ἔτος ἕκαστον πυροῦ ἀρταβῶν εἴκοσι, παραλαμβάνοντός μου τὰς δημοσίας αγελασμενας ἱερ..[.].α... ἐπιτελέσω τὰ καθήκοντα γεωργικὰ κτἑ.* Non posse latere participium manifestum est itaque ab *ἀγέλας* separandas esse litteras *μενας*, quidquid latet sub reliquis.

In voluminis tertii n° 759 (a. 125 p. C.) narrat Pamynis quidam se *ἐν τοῖς ἀπὸ βορρᾶ μέρεσι τῶν ἀλώνων ποιμαίνοντα θρέμματα* a maleficis quibusdam *λῃστρικῷ τρόπῳ* irruentibus male mulcatum esse: (l. 13) *πληγὰς πλείστας ἐπέθηκάν μοι, κολλωρόβοις πλήξαντες τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος.* Quid est *κολλώροβος*? E vocabuli compositione suspiceris esse palum, *ᾧ προσκολλῶνται οἱ ὄροβοι*, i. e. cui ciceres surgentes se applicant.

In eodem volumine n° 781 (sec. I p. C.) continet vasorum catalogum. Legitur autem col. IV, 1 *ἄλλα μεικρὰ λανκλεια* (sine accentu editur) *χρυσέμπαικτα*, sed scribendum *λάγκλια* (*lanciculae*) *χρυσέμπαιστα*. Nota enim sunt hac in re vocabula *ἔμπαιστος, ἐμπαιστική, ἔμπαισμα* a. v. *παίειν*, non *παίζειν*. Cf. col. V, 17 *λάγκλα* (lanx) *μετὰ θήκης*. Deinde l. 10 commemorantur *μησυλαι* (hic et alibi editur sine accentu) *τετράγωνοι ἀνά[γλυπται μὴ* sic] *ἔχουσαι*, ubi l. *ὠτία* s. *ὠτάρια μὴ ἔχουσαι*, l. 15 *ἄλλαι ἀνάγλυπται στρογγύλαι*, 17 *ἄλλαι κεντηταὶ — ὡς*

Digitized by Google

τριπόδια, 19 ἄλλαι ἀνάγλυπται στρογγύλαι et Col. V, 3 ἄλλαι ὠτάρια ἔχουσαι τετράγωναι (l. -νοι), 4 ἄλλαι ἀνάγλυπται ὠτία μὴ ἔχουσαι τετράγωνοι, 6 ὠάρια, ἃ καί ἐστιν μησυλαι — ὧν εἰσὶν στρογγύλαι δ' etc., 14 ἄλλαι κεγχρωταὶ δ'. Procul dubio scriptor ita Graece scripsit vocabulum latinum *mensula*, quod tamen, quantum scio, apud auctores Latinos nusquam de *vase* adhibetur. Etiam alia in hoc catalogo apparent nomina Latina, velut col. VI, 3 et 16 λίνχλα, i. e. *ligula* (cochlearis species), ib. l. 2 πάτελλον, *patella*.

EMENDATUR A. P. VII, 495, 3.

Ἠιθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίης.

Nuper in hoc volumine pag. 41 pro corrupto ἠιθέων proponebam θνητῶν ⟨μὲν⟩, sed multo simplicior correctio in promptu est. Legendum enim ἠθείων, *amicorum*, ut olim in Studiis Criticis in epigrammata Graeca a. 1890 (E. J. Brill, Leidae) p. 39 ἠθείοις pro ἠιθέοις restitui in epigr. Kaib. 364 b, vs. 3.

H. v. H.

DE PROUINCIIS CONSULARIBUS § 4.

Ita gentes eae, quae, ut pace uterentur, uim argenti dederant praeclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos replere possent, pro empta pace bellum nobis prope iustum intulerunt. Vix Cicero sic nude nullo epitheto addito scripsit: *uim argenti*, sed addidit *magnam*, uel *maximam*, uel *infinitam*, uel *innumerabilem*. Mergueti lexico auctore paucis modo locis in orationibus uocabulo *uis* hoc sensu usus est, qui est *multitudinis*, idque nunquam non addito adiectiuo: Verr. II. 176. *uim mellis maximam;* IV. 54. *hanc tantam uim emblematum;* 131. *uim maximam uasorum Corinthiorum;* V. 39. *maximam uim criminum;* 123. *maxima uis frumenti;* pro Sestio. 55. *quantam uim omnium remediorum;* Har. resp. 22. *uis innumerabilis seruorum.* Magnam autem cum loco nostro habet similitudinem: Imp. Pomp. 22. *Mithridates fugiens maximam uim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium — in Ponto omnem reliquit.*

J. v. D. V.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 117).

Quaest. Graec. p. 302 A. Regium insigne apud Lydos erat securis, quae postquam pervenit ad Candaulen, res ἀπαξιώσας ἑνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν· ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποσὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτόν, ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλασσέων ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως καὶ τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει, καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων. Impedita narratio est: minime apparet quis ille Gyges fuerit qui ab rege defecit; deinde non intelligo quid ad rem pertineat securim ante ab rege amico cuidam traditam fuisse, nam victorem regium insigne secum in Cariam abstulisse consentaneum est et miramur propemodum scriptori rem dignam mentione fuisse visam, quae per se satis intelligeretur. Quanto haec commodius dicta forent, si legeremus ipsum Gygen, cui securis esset tradita, spe elatum ab rege Candaule defecisse, auxilio venisse Carum regem Arselin, qui Lydis devictis cum reliqua praeda in patriam abstulisset pignus imperii non hosti sed socio ereptum, ut omnes Lydi sentirent hoc amisso praesidio se Caribus stipendiarios esse factos. At repugnant quae narrantur. Arselis τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει. Sed ante pedes posita est correctio: τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν στρατόν (CTPATON-ΘTAIPON). Sic omnia sese rectissime habebunt.

Digitized by Google

Parallel. Graec. et Rom. p. 305 D. Est Aristides Milesius, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν ἔμαθε Διονύσιος. Malo: ἔλαβε.

Ibid. p. 306 B: ἠρεμίας δ' ὑπαρχούσης. Immo: ἐρημίας.

Ibid. p. 306 F: Διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ῥέων ὁ Τίβερις διὰ μῆνιν Ταρσίου Διὸς μέγιστον ἀπέρρηξε χῶμα. Primum χάσμα corrigendum est, deinde Ταρπηίου Διός, nam Iovem Tarsium nemo novit. Iunonis verba sunt apud Ovidium Fastor. VI, 34: Iunctaque Tarpeio sunt mea templa Iovi.

Ibid. p. 314 C: ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος καὶ — ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν. Corrigo: καθῆκεν.

De Fortuna Romanorum p. 319 E. Fortuna Augustum ἐπιθεῖσα Κικέρωνι καὶ Λεπίδῳ καὶ Πάσσᾳ καὶ Ἱρτίῳ καὶ Μάρκῳ Ἀντωνίῳ, ταῖς ἐκείνων ἀρισείαις καὶ χερσὶ καὶ νίκαις καὶ σόλοις καὶ πολέμοις καὶ στρατοπέδοις γενόμενον πρῶτον εἰς ὕψος ἄρασα καὶ καταβαλοῦσα τούτους, δι' ὧν ἀνέβη, μόνον κατέλιπεν. Hic sane tanti non est corrigere τοὺς δι' ὧν ἀνέβη, sed remanet alterum mendum longe gravius. Numquid debet Augustus Ciceronis ἀρισείαις? Numquid χερσί? Numquid, ut verbo dicam, bellicae virtuti? Res per se apparet et pergit Plutarchus perorare: ἐκείνῳ γὰρ ἐπολιτεύετο Κικέρων καὶ Λέπιδος ἐστρατήγει καὶ Πάσσας ἐνίκα καὶ Ἵρτιος ἔπιπτε καὶ Ἀντώνιος ὕβριζεν. Hinc satis tuto corrigi poterit: ταῖς ἐκείνων πολιτείαις. Quo compendio πολιτεία scribatur, Bastius dicet.

Ibid. p. 320 C: τοῦ τυράννου ζητοῦντος ἀνελεῖν. Scriptura Reiskio debetur, nam in libris est αἰτοῦντος, quod longe facilus in ἀξιοῦντος commutari poterit.

Ibid. p. 321 A: βασίλεια καὶ ναοὶ καὶ θέατρα καὶ περίπατοι καὶ ἀγορὰ καὶ ἀρχεῖα. Proclive est restituere ἀγοραί, sed multa eiusmodi minuta vitia mitto adnotare. Veluti p. 320 D inserendus articulus est: ἑκατέρου (τὸ) σόμα τῇ χηλῇ διοίγων et in nova Lipsiensi editione duo sunt molesta typothetae menda p. 319 B ἀνήρθη pro ἀνήχθη et p. 320 C προσβλύζουσα pro προσκλύζουσα.

Digitized by Google

Ibid. p. 324 B: ὁ δὲ Ῥωμαίων μέγας δαίμων οὐκ ἐφήμερος πνεύσας οὐδὲ καιρὸν ἀκμάσας βραχὺν ὡς ὁ Μακεδόνων, οὐδὲ χερσαῖος μόνον ὡς ὁ Λακώνων, οὐδ' ἐνάλιος ὡς ὁ Ἀθηναίων, οὐδ' ὀψὲ κινηθεὶς ὡς ὁ Περσῶν, οὐδὲ ταχὺ παυσάμενος ὡς ὁ Κολοφωνίων. Mira atque incredibilis est Colophoniorum mentio. Wyttenbachius aliquid affert ut receptam scripturam tueatur, quod melius videbis apud ipsum. Bernardaces commendat Καρχηδονίων, neque Herwerdeni memor fuisse videtur qui coniecit Βαβυλωνίων. Verum nec celebratur Colophoniorum imperium nec Carthaginiensium nec Babyloniorum imperium prae ceteris ταχὺ ἐπαύσατο. Equidem *Mnem.* 1896 p. 369 idoneis argumentis mihi commendasse videor coniecturam: ὡς ὁ Φωκέων, quorum imperium cito defloruit. Ut correctionem etiam palaeographicis rationibus confirmarem, Thucydidem contuli, apud quem ἐς τὸν Κωφὸν λιμένα abiit in εἰς τὸν Κολοφωνίων λιμένα. Sed aut haec certa emendatio est aut nihil in re critica satis certum est.

Ibid. p. 326 C. Laudat Plutarchus Homeri versiculum:

οὐ γὰρ ἀναιμωτί γε διακρινθήμεναι οἴω.

Legitur autem apud Homerum ipsum σ 149: διακρινέεσθαι ὀΐω, quod ducit ad eam lectionem quam Plutarchus ante oculos habuit:

οὔ κεν ἀναιμωτί γε διακρινθήμεναι οἴω.

De Alexandri M. fortuna p. 330 E. De Antigono Demetrii patre ita legimus: σοφιστοῦ τινος αὐτῷ σύγγραμμα προσφέροντος περὶ δικαιοσύνης, ἀβέλτερος εἶ, εἶπεν, ὃς ὁρῶν με τὰς ἀλλοτρίας πόλεις τύπτοντα λέγεις περὶ δικαιοσύνης. Haec est vulgata lectio quae magis ducit ad προσδιδόντος quam ad id quod Bernardaces habet προσδόντος. Nec praeterea concoquo participium τύπτοντα· unum novi quod sententiae convenit: κλέπτοντα.

Ibid. p. 331 A: τῶν δ' Ἀλεξάνδρου φωνῶν ἂν ἀφέλῃς τὸ διάδημα καὶ τὸν Ἄμμωνα καὶ τὴν εὐγένειαν, Σωκράτους — σοι φανοῦνται. Unice probo: τὴν θεογένειαν, nec multum me movet quod vocabulum praeterea nusquam legitur.

Ibid. p. 332 F: Δαρεῖον ἰδὼν κατηκοντισμένον οὐκ ἔθυσεν οὐδ'

Digitized by Google

ἐπαιάνισεν. Absonum est ἔθυσεν· rescribam: ἐΦύβρισεν, quae vox Plutarcho in deliciis est.

Ibid. p. 334 A: Ἀλέξανδρος δ' ὁ Φεραίων τύραννος (ἔδει δὲ τοῦτο μόνον αὐτὸν καλεῖσθαι καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν ἐπωνυμίαν). Haec commode intelligi non poterunt, nisi suppleas: (τῇ ὁμωνυμίᾳ) τὴν ἐπωνυμίαν.

Ibid. p. 334 C. Sermo fuerat de regibus Musarum osoribus: τίς ἂν οὖν παρὰ τοιούτοις βασιλεῦσιν αὔξησις ἢ τιμὴ τέχνης γένοιτο καὶ Μούσης τοιαύτης; ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις ἐθέλουσιν εἶναι καὶ διὰ τοῦτο βασκανίᾳ καὶ δυσμενείᾳ τοὺς ἀληθῶς τεχνίτας καθαιροῦσιν. Deinde res illustratur Dionysii exemplo, qui Philoxenum poetam ad lautumias detrusit. Quaero quid sit quod reges perhibentur nolle παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις εἶναι· nam quod adnotavit Bernardaces sana verba esse, non, uti arbitror, dixisset, nisi ipse sensisset locutionem lectoribus necessario offensioni esse. Sed legendum est: ἀλλ' οὐδὲ παρ' αὐτοῖς ἀντιτέχνους ἐθέλουσιν εἶναι.

Ibid. p. 339 E. Ancilla quaedam quam Philotas deperibat, erat τὴν ὄψιν ἱκανή. Iniuria fit mulierculae et denuo oberratur eadem chorda; erat enim τὴν ὄψιν καλή.

Ibid. p. 340 F. Alexander θάλατταν μαχομένην ἔπλευσε. Quid hoc sit, nescio. Intelligam: θάλατταν ἀχθομένην.

Ibid. p. 342 A: χρυσὸς ὑπὸ μυρίων καμήλων περικομιζόμενος. Melius erit: παρακομιζόμενος, cf. p. 364 E.

De Gloria Atheniensium p. 345 E. Xenophon fuit qui scripsit ἃ ἐστρατήγησε καὶ κατώρθωσε καὶ Θεμιστογένη περὶ τούτων συντετάχθαι τὸν Συρακόσιον. Vitium in aprico est, sed quod correctum fuit Θεμιστογένει — τῷ Συρακοσίῳ, facilior et verisimilior correctio est συντεταχέναι.

Ibid. p. 347 B. Laudantur Thucydidis verba quae inveniuntur VII 71: ὁ ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμΦοτέρων ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας

Digitized by Google

καθεσηκυίας ἄλασον ἀγῶνα καὶ σύντασιν τῆς γνώμης ἔχων, ubi in ipsius Thucydidis libris scripturae sunt πολὺν τὸν ἀγῶνα et ξύσασιν. Dukero et aliis Plutarchi illud σύντασιν magis placuit, adeo ut ipsi Thucydidi eam lectionem reddendam esse existimarent. Itidem Dio Cassius qui Thucydidem perpetuo imitatur, scripsit XLIII 37: τῇ τῆς ψυχῆς συντάσει συνεῖναι εἵλοντο, sed obstat XLIX 9: ἰσορρόπῳ καὶ αὐτοὶ συσάσει τῆς γνώμης συνέσχοντο. Quod ad alteram scripturae diversitatem attinet, neque ἄλασον probari poterit et nimis languet quod in Thucydidis libris est πολὺν τὸν ἀγῶνα. Latere dixerim: ἄπλετον ἀγῶνα, nec negligendum adiectivum, cuius significatio hic optime convenit, Dioni Cassio in deliciis esse, cf. *Mnem.* 1886 p. 421. Idem Plutarchus habet p. 563 F, 565 E et 685 E.

Ibid. p. 347 F. Notum est quod amicus aliquando Menandro dixisse fertur: ἐγγὺς οὖν Μένανδρε τὰ Διονύσια καὶ σὺ τὴν κωμῳδίαν οὐ πεποίηκας; Corrigam: ἐγγὺς δὴ Μένανδρε et οὔπω πεποίηκας.

Ibid. p. 350 A: ταῦτα τὴν πόλιν ἤγειρεν εἰς δόξαν. Dicitur hoc magis ἦρεν.

De Iside et Osiride p. 354 E. In Aegypto Pythagoras θαυμασθεὶς καὶ θαυμάσας τοὺς ἄνδρας ἀπεμιμήσατο τὸ συμβολικὸν αὐτῶν. Secundum Herwerdenum sacerdotes Aegyptii peregrinos non solebant admirari, quare participium θαυμασθεὶς nihil aliud esse putat quam variam lectionem pro θαυμάσας. Contradicit Bernardaces in *Symbolis* p. 70 et ostendit revera secundum Iamblichum Aegyptios Mnesarchi filium admiratos fuisse. Fieri potest et tamen mihi quoque θαυμασθείς displicet, quod non eiiciam sed corrigam ut fiat: ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας. Solet Plutarchus synonyma coniungere.

Ibid. p. 354 F: δοκῶ — δ' ἐοικέναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἱδρυμένοις καὶ δρωμένοις νὴ Δία καὶ γραφομένοις. Incaute Reiskius quum aliquid ad sententiae integritatem intelligeret deesse, eiicere voluit καὶ δρωμένοις. Quid requiram, ostendet p. 352 C: τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα vel p. 359 D: λεγομένων καὶ δεικνυμέ-

Digitized by Google

νων. Itaque malo: δεικνυμένοις καὶ δρωμένοις. Hoc quoque exemplo esse poterit Plutarchum synonyma solere cumulare.

Ibid. p. 355 D. Legimus Mercurium cum dea Luna lusisse et παίξαντα πέττια ex singulis anni diebus septuagesimam partem surripuisse, unde quinque dies integro anno accessisse. Sed quid est πέττια? Nonne praestat πεττεῖαν?

Ibid. p. 364 E. Librorum manuscriptorum lectio est: τίνα μᾶλλον ἢ σὲ γιγνώσκειν, ὦ Κλέα, δὴ προσῆκόν ἐςιν, ἀρχικλαμένουσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, κτέ. In cauda monstri iam mature agnitum fuit μὲν οὖσαν, sed quid est ἀρχικλά? Meziriacus coniecit ἀρχηγόν probantibus Bentleio et Wesselingio, Salmasius ἀρχιέρειαν. Alias vide aliorum suspiciones in Animadversionibus apud Wyttenbachium p. 219. Sed nihil horum habet aliquam palaeographicam evidentiam. Satis tamen notum est quo compendio βασιλεύς scribi soleat et proclive est coniicere: ἀρχιβασίλειαν μὲν οὖσαν.

Ibid. p. 367 D. Sunt qui existiment τὸν ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλπειν τε καὶ καταυαίνειν τὰ φυόμενα καὶ τεθηλότα. Coniecit Wyttenbachius καὶ σκληροτάτῳ, Madvigius καὶ σκληρῷ καταθάλπειν. Etiam lenius erit: καὶ ἐσκληκότι.

Ibid. p. 370 A: θεοὺς εἰς ᾠὸν ἔθηκεν. Immo: ἐνέθηκεν.

Ibid. p. 380 F. Λήμνιοι (ἐτίμησαν) κορύδους τὰ τῶν ἀττελάβων εὑρίσκοντας ᾠὰ καὶ κόπτοντας. Praestat: κάπτοντας.

De E *apud Delphos* p. 386 B: ἀλλὰ ταυτὶ μὲν παντάπασιν ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας. Haec verba quid significare debeant, non ambigitur: recte ad sententiam interpres vertit: „verum isthaec plane sunt inepta et trivialia"; sed videndum unde locutio traxerit originem. Mendici sunt qui tabellam pictam gestant ut praetereuntium commiserationem commoveant, quemadmodum hodie sunt qui musicum ὄργανον περιΦόρητον circumferant. Repraesentabatur, credo, quando quave occasione esset crus confractum, confossus oculus vel abscissa manus. Et de

Digitized by Google

hoc tabularum genere coniecturam sequor, nam veterum testimonia non ad manus sunt, sed πινάκια ὀνειροκριτικὰ novimus. Disertum est quod Alciphron habet III 59: Παρ' ἕνα τινὰ τῶν τὰ πινάκια παρὰ τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων καὶ τοὺς ὀνείρους ὑποκρίνεσθαι ὑπισχνουμένων, βούλομαι ἐλθὼν τὰς δύο ταύτας δραχμάς, ἃς οἶσθα ἐνέχυρόν με ἔχοντα, καταβαλών, τὴν Φανεῖσαν ὄψιν μοι κατὰ τοὺς ὕπνους διηγήσασθαι. Eodem pertinent Aristophanis verba Vesp. 52:

εἶτ' οὐκ ἐγὼ δοὺς δύ' ὀβολὼ μισθώσομαι
οὕτω σ' ὑποκρινόμενον σοφῶς ὀνείρατα;

Hinc quoque lucem accipit quod Demetrius Phalereus tradidit apud Plutarchum in Vita Aristidis c. 27 de Lysimacho illo, qui genus ducebat ab Aristide, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε, sed de illo Lysimacho quantum satis erat, iam dixi in *Mnem.* 1899 p. 177. Etiam conferre poterimus Aristid. et Cat. Mai. Comp. 3. 5: τῆς δ' Ἀριστείδου γενεᾶς ἡ πολλὴ καὶ ἄπορος πενία τοὺς μὲν εἰς ἀγυρτικοὺς κατέβαλε πίνακας, τοὺς δὲ κτέ. et Moral. p. 1108 D: (ὁ Κωλώτης) ὥσπερ ἀγορὰν ἢ πίνακα τεράτων συντίθησι τὸ βιβλίον. Erant igitur in illis tabulis τέρατα, veri nihil, omnia ficta. Et hoc quidem iam expeditum est; verum quid significat ἐκ πυλαίας?

Primum considerandum est quod Photius habet in Lexico: Πυλαϊσάς· τοὺς μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγοντας μήτε πράσσοντας διὰ τὸ παραγίγνεσθαι τοιούτους τινὰς ἀνθρώπους εἰς τὸν προειρημένον τόπον. Est autem in glossa quae proxime praecedit: Πυλαία· τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. Sed vide quid Cobetus de eo loco habeat *Mnem.* 1859 p. 66: „Πυλαία apud veteres appellatur locus, quo homines nequam et fraudulenti coibant, sed cuiusmodi fuerit illud flagitiorum et mendaciorum conciliabulum adhuc frustra quaesivi. Hoc solum video absurdum esse et ridiculum credere Amphictyonum ad Thermopylas concilium dici, quoniam illuc ex diversis civitatibus multi confluerent. Nil commiserunt boni Amphictyones cur eorum conventus nugarum et praestigiarum congeries et colluvies vulgo diceretur. Et quid facias noto Plutarchi loco in Instit. Lacon. p. 239 C, ubi νεανίσκος ἐκ τοῦ γυμνασίου increpatur, ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίσατο. Vides eam Πυλαίαν non apud Thermopylas, sed aliquanto propius

Digitized by Google

urbem Spartam fuisse. Itaque Stephano nil crediderim, quum Plutarchi locum in Pyrrho c. 29: ταῦτα μέν ἐϛι Πυλαϊκῆϛ ὀχλαγωγίαϛ interpretatur: *haec Thermopylarum ineptias redolent.* Meliora igitur quaerenda sunt, quo πυλαία, πυλαΐζειν et πυλαϊϛαί referantur." Est hic locus paulo longior, sed quoniam tam est luculentus, integrum descripsi; sciendum tamen est iam Wyttenbachium ad p. 239 C intellexisse non Amphictyones intelligendos esse, sed πυλαίαν dictam esse pro *compito, trivio, foro.*

Experiar possintne dari paulo certiora. Primum conferamus urbem Romam. Illic certe mendici congregabantur extra portam, urbe pulsi, uti coniicio. Parasiti apud Plautum Captiv. I 1. 21 verba sunt: Ire extra portam trigeminam ad saccum licet. Disertum quoque est quod invenio in Trinummo 2. 4. 21:

Pol opinor affinis noster aedes vendidit.
Pater cum peregre veniet, in porta est locus.

Considebant etiam in pontibus et saepe clivus Aricinus memoratur, veluti apud Iuvenalem IV 116 et XIV 134. Quantum eo convectum fuerit malarum mercium, videre est apud Martialem XII 32, ubi epigramma est in Vacerram, qui alio migrarat. Vidi, inquit poeta, Vacerra, sarcinas tuas, vidi; Migrare clivum crederes Aricinum. Ibat tripes grabatus et bipes mensa, Et cum lucerna corneoque cratere(?) Matella curto rupta latere meiebat, et quae sequuntur. Denique sic perorat:

Quid quaeris aedes villicosque derides,
Habitare gratis, o Vacerra, cum possis?
Haec sarcinarum pompa convenit ponti.

Est, uti vides; in tanta hominum turba forum erat rerum venalium, sed praeter scruta nihil. Si quid erat vetustate collapsum, usu detritum, lacerum ac vile, id omne prostabat; nec deerant carnes putridae et pisces olentes, nam aediles prohibebant ne quid tale importaretur in urbem. Idem Athenis moris erat; docebit hoc Aristophanes in Equitibus vs. 1246. Rogat Cleon isiciarium:

καί μοι τοσοῦτον εἰπέ· πότερον ἐν ἀγορᾷ
ἡλλαντοπώλειϛ ἐτεὸν ἢ 'πὶ ταῖϛ πύλαιϛ;

Respondet autem alter:

ἐπὶ ταῖϛ πύλαιϛιν, οὗ τὸ τάριχοϛ ὤνιον.

Digitized by Google

Est ut isiciario isiciarius sapidiora farcimina venditet; Cleonis autem adversarius non nisi pessimum genus ante portam solebat extrudere. In ea hominum congerie, quod aliter fieri non potuit, non deerant malefici, λωποδύται, furunculi, rapaces, tagaces: si negas, testem afferam Zenobium Provv. 436: οἶδεν Πυλαία ταῦτα καὶ Τυττυγίας· ὁ Τυττυγίας ἀνδραποδιστὴς ἦν· ἐπώλει δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ τὰ ἀλλότρια. Τάττεται δὲ ἡ παροιμία κατὰ τῶν τἀλλότρια ἁρπαζόντων καὶ πωλούντων. Unaquaeque urbs suam habebat Πυλαίαν et plures fortasse. Quod legitur in Instit. Lacon. p. 239 C: τὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου νεανίσκον ἐπετίμων, ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίστατο, stricto sensu Sparta non habebat Πυλαίαν, h. e. locum vacuum relictum *extra portam*, cum urbs moenibus non esset circumdata nec portas haberet, sed corruptis moribus et neglecta Lycurgea disciplina inde ab Lysandri temporibus potissimum simul cum auri sacra fame etiam paupertas Laconiam invasit dataque fuit necessario Πυλαίας licentia eo utique loco ubi non amplius continenter habitabatur. Scripsit Alexis comoediam Πυλαίαν, cuius fragmentum Athenaeus servavit p. 225 F. Proclive est coniicere duos esse πυλαϊσάς — *Eckensteher* dicas — inter sese colloquentes. Prior indignabundus exclamat:

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἀλλ' ἐγὼ τεθαύμακα
τοὺς ἰχθυοπώλας, πῶς ποτ' οὐχὶ πλούσιοι
ἅπαντές εἰσι, λαμβάνοντες βασιλικούς
φόρους·

Cui alter:

φόρους μόνον; οὐχὶ δεκατεύουσι γὰρ
τὰς οὐσίας ἐν (ἐπὶ?) ταῖς πόλεσιν (πύλαις?) καθήμενοι,
ὅλας δ' ἀφαιροῦνται καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Hoc substantivum πυλαϊσής non adnotavisset Aelius Dionysius vel Pausanias, nam illinc sua Photius habet, nisi alicubi invenisset et quidem pluralis numeri quarto casu, nam in lemmate scriptum est πυλαϊσάς. Videor mihi nosse locum ubi hodie sub corruptela delitescit. In Olynthiaca II § 19 queritur orator in Philippi cohorte inesse λῃστὰς καὶ κόλακας καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Hic multi multa moliti sunt: Reiskius tentavit δεικελισάς, Valckenaerius γελοιασάς, Bakius ἀλάσορας·

Digitized by Google

quaero equidem an non lateat πυλαϊσάς. De scelestis Philippi sodalibus acerbissime scripsit Theopompus apud Athen. IV p. 166 F.

Est igitur proprie Πυλαία loci nomen ante portam; deinde refertur ad ipsas personas quae eo congregantur; denique fit nomen rerum venalium sed vario nomine vitiosarum; scruta sunt quae prostant tunicato popello, uti apud Horatium est. Non est sane haec metonymia inaudita. Nec nunc alii tres loci difficiles intellectu sunt: Pyrrh. 29: ταῦτα μέν ἐσι πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας. Artax. 1: εἰ καὶ τἄλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν. Moral. p. 924 C: τοιούτων μέντοι καὶ τοσούτων παραδοξολογιῶν οὐ μόνον πήραν ἀλλὰ θαυματοποιοῦ τινος ἀποσκευὴν καὶ πυλαίαν κατανωτισάμενοι καὶ παρέλκοντες. Vide quae praeterea habet Bernardaces in *Symbolis* ad calcem.

De Pythiae Oraculis p. 398 E. Sermo est de Pompeis et Herculano dirutis: ταυτὶ τὰ πρόσφατα καὶ νέα παθη περί τε Κύμην καὶ Δικαιάρχειαν. Coniungere solet Plutarchus adiectiva πρόσφατα καὶ νεαρά. Veluti p. 146 B: ἐπὶ προσφάτοις οὕτω καὶ νεαροῖς λόγοι ψευδεῖς συντεθέντες ἔχουσι πίσιν, alibi. Etenim Sibylla iam praedixerat ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου καὶ ζέσεις θαλασσίας καὶ πετρῶν καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναρρίψεις καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων καὶ τηλικούτων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθοῦσιν ἄγνοιαν εἶναι καὶ ἀσάφειαν ὅπου κατῴκηντο τῆς χώρας συγκεχυμένης. Est hoc notabile testimonium.

Ibid. p. 400 E: ἠκούομεν. Necessarius est singularis numerus ἤκουον.

Ibid. p. 403 B. Pollicitus est Atheniensibus Apollo βοηθήσειν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος καὶ ἀπαράκλητος. Eadem scriptura apud Dionem Cassium LVII 7 legitur, quam reddendam arbitror Thucydidi I 118, ubi ἄκλητος in libris est. Cf. *Mnem.* 1886 p. 87.

Ibid. p. 403 B: προστέταξε τὴν ἐξ Ἐρυθρῶν ἱέρειαν ἀνάγειν τῆς Ἀθηνᾶς· ἐκαλεῖτο δ' Ἡσυχία τὸ γύναιον. Quoniam ἡσυχίαν

Digitized by Google

ἄγομεν, non ἀνάγομεν, praestabit simplex verbum ἄγειν idque Plutarchus usurpavit in Vita Niciae c. 13, ubi eandem historiolam refert.

Ibid. p. 403 C. Thrasybulus ἐν ϛάσεσι καὶ πολέμοις γενόμενος χρόνον οὐ πολὺν ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. Aliquid excidit et scribendum: (μετὰ) χρόνον οὐ πολύν.

Ibid. p. 403 D. Procles Epidauri tyrannus Cleandrum Aeginetam iusserat hospitis quem interemerat cadaver storea inclusum demittere in mare: ἐκέλευτε καταθέσθαι, quod καθέσθαι dictum oportuit.

Ibid. p. 403 F. In Phocide aedes quaedam est Herculis μισογύνου, in qua νομίζεται τὸν ἱερώμενον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ γυναικὶ μὴ ὁμιλεῖν. Infelix est suspicio Meziriaci ἐν αὐτῷ, nam semper et ubique flagitium est in aede cum muliere rem habere. Legam: ἐντὸς ἐνιαυτοῦ.

Ibid. p. 404 A. Forte adulescenti qui ancillae amore tenebatur, hoc sacerdotium obtigerat καὶ τὸ πρῶτον ἔφευγε τὴν ἄνθρωπον, ἀναπαυομένῳ δ' αὐτῷ ποτε μετὰ πότον καὶ χορείαν προσπεσοῦσαν διεπράξατο. Impedita constructio est et procul dubio legendum erit: προσπεσοῦσα. Ipsa mulier non vocata noctu per quietem iuvenem aggressa est et διεπράξατο, quo sensu verbi causa invenitur in Ecclesiazusis vs. 634: ὅταν ἤδη 'γὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν. Sic etiam melius intelligimus cur Apollo sine mora peccati veniam dederit, etenim ἅπαντα τἀναγκαῖα συγχωρεῖ θεός.

Ibid. p. 405 C: ἡ νῦν τῷ θεῷ λατρεύουσα γέγονε μὲν εἴ τις ἄλλος ἐνταῦθα νομίμως. In ea locutione, uti vides, servatur masculinum genus: εἴ τις ἄλλος, non εἴ τις ἄλλη.

Ibid. p. 406 F. Sophocles Apollinem appellavit, fragmentum est 704 apud Nauckium:

σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί,
σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἀν βραχεῖ διδάσκαλον.

Digitized by Google

Teneo quod olim correxi: κἂν βράχῃ. Stulti nihil intelligent, etiamsi deus Stentorea voce inclamaverit. Ceterum Plutarchus Sophoclem laudavit ut tanquam gemmula orationem suam distingueret et exornaret, nam ad id quod probare instituit, poeta, verum ut dicam, nihil confert, immo evertit potius quam confirmat. Melius fuisset locum adscribere non p. 406, sed p. 409, ubi illa leguntur: ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἦσαν οἱ τὴν λοξότητα τῶν χρησμῶν καὶ ἀσάφειαν αἰτιώμενοι, καὶ νῦν εἰσὶν οἱ τὸ λίαν ἁπλοῦν συκοφαντοῦντες.

De defectu Oraculorum p. 432 E: τὸ δὲ μαντικὸν ῥεῦμα καὶ πνεῦμα θειότατόν ἐστιν καὶ ὁσιώτατον ἄν τε καθ' ἑαυτὸν δι' ἀέρος ἄν τε μεθ' ὑγροῦ νάματος ἀφαιρῆται. Bernardaces scribit ἀναφέρηται, sed elegantius corrigetur: ἀρύτηται.

An virtus doceri possit p. 440 A: οἱ Σκύθαι, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς οἰκέτας ἐκτυφλοῦσιν ὅπως παραδῶσιν αὐτοῖς. Respicitur mirifica atque incredibilis fabella quae apud Herodotum legitur IV 2; sed quid est παραδῶσιν? Canterus coniecit παραμένωσιν vel γάλα δονῶσιν· acute ut omnia Canteri, ita tamen ut pergamus aliud quid quaerere verisimilius. Veluti Papabasilius ἐν τῇ Ἀθηνᾷ X 187 proposuit παραζῶσιν, quod equidem non praeferam Canteriano παραμένωσιν. Incidi vero in παραδιακονῶσιν. Vide hoc verbum prorsus eodem modo usurpatum apud Aristophanem Av. 838. Commonstrabit Gardthausenus p. 251 quo compendio scribatur id quod est διάκονος· hinc vitium repetendum.

Ibid. p. 442 F: οὐ τῇ κρίσει μόνον ἐπιτίθεται τὸ λυποῦν καὶ δάκνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα — ἀνατροπαὶ ναυτιώδεις ἴσχουσι. Non satis capio verbum ἐπιτίθεται· intelligam: ἔπεται.

De cohibenda Ira p. 454 A: οἱ πολιορκίαν προσδεχόμενοι συνάγουσι καὶ παρατίθενται τἀπιτήδεια τὰς ἔξωθεν ἐλπίδας ἀπεγνωκότες. Imo plane contrarium faciunt, nempe ἀποτίθενται.

Ibid. p. 454 F: ὁ τῷ θυμῷ προσέχων ἐν ἀρχῇ καὶ κατὰ μικρὸν

Digitized by Google

ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους ὁρῶν καπνίζοντα καὶ διακαόμενον οὐ μεγάλης δεῖται πραγματείας. Quid est διακάεσθαι? Sed neque per se hoc obscurum est et mox habemus p. 457 A: ἔοικε τοῖς δήγμασι τῶν ἑρπετῶν, ὅταν διακαῇ καὶ περιώδυνα γένηται, ut appareat malum initio καπνίζειν, deinde flammae instar gliscere et διακάεσθαι. Sequitur autem continuo p. 454 F: οὐδὲν οὕτω τῶν παθῶν συλλεγόμενον καὶ διακινούμενον ἔχει τὴν γένεσιν ἐμφανῆ. Hinc omnino malim: καπνίζοντα καὶ διακινούμενον.

Ibid. p. 455 C: αἴ τε τοῖς πενθοῦσιν ἐφέσεις τοῦ ἀποκλαῦσαι. Praeferam: αἴ τ' ἐν τοῖς πένθεσιν.

Ibid. p. 456 D: κουφοτάτου πράγματος λόγου βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν. Eundem Platonis locum Plutarchus respicit p. 505 C et 634 F. Conferunt interpretes Legg. IV p. 717 D: κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία, quae verba aliquatenus conveniunt, sed Plutarcho obversabantur ea quae leguntur Legg. XI p. 935 A: ἐκ λόγων, κούφου πράγματος, ἔργῳ μίση τε καὶ ἔχθραι βαρύταται γίγνονται. Hoc igitur loco ex Plutarcho reddendum censeo Platoni: ἐκ λόγων, κουφοτάτου πράγματος. Priore loco positivus adiectivi gradus se recte habet.

Ibid. p. 456 D: ταῦτ' οὖν ὁρῶντί μοι καὶ παραφυλάττοντι συμβαίνει τίθεσθαι καὶ διαμνημονεύειν, κτἑ. Intelligam: πείθεσθαι.

Ibid. p. 461 C: δεινὸν οὐδὲν ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς τροφῆς σιωπῇ χρήσασθαι τοῖς παρατυγχάνουσι καὶ πολλὰ χολουμένους καὶ δυσκολαίνοντας ἀτερπέστατον ὄψον ἐμβαλεῖν ἑαυτοῖς καὶ φίλοις τὴν ὀργήν. Coniecerat olim Bernardaces πόλλ' ἀχθομένους, sed nunc praefert vulgatam lectionem. Verumenimvero, quantum commemini, Plutarchus poeticum verbum χολοῦσθαι numquam usurpavit, ne in hoc quidem libello qui totus est de cohibenda ira. Exstat sane apud eum: κεχολωμένοι τοῖς Ταραντίνοις Vit. Fab. 22, Marc. 21 et Moral. p. 195 F, sed tres loci aliunde depromti unius instar sunt. Corrigam autem: πόλλ' ἀσχολουμένους καὶ δυσκολαίνοντας. Ceterum cf. p. 468 E, ubi itidem coniun-

Digitized by Google

guntur ἀχθομένους καὶ δυσκολαίνοντας, quod sane facit ad Bernardacis suspicionem corroborandam.

De tranquillitate Animi p. 470 F. Satis omnibus notum est quid amicus aliquando cum Socrate collocutus sit: μνᾶς ὁ Χῖος οἶνος, ἡ πορφύρα τριῶν μνῶν, τοῦ μέλιτος ἡ κοτύλη πέντε δραχμῶν. Est hoc vini pretium insane magnum; sed de ipsa re satius est lectores ablegare ad Boeckhium; malo autem: μνᾶς ὁ Χῖος ὤνιος, nam in communi vita fere omitti solebat id quod est οἶνος appellabaturque ὁ Χῖος, ὁ Θάσιος, ὁ Μενδαῖος, ὁ Πεπαρήθιος sim. Hermippi fragmentum est apud Athenaeum I p. 29 E:

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοί
ῥώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων, μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.

Primus versiculus nondum certa correctione sanari potuit, sed est tamen locus idoneus ad probandum id quod dixi, neque hic usus obscurus est. Eubuli fragmentum est apud Athen. p. 23 D: καὶ μὰ Δία πέπωκ' ἐγώ Μενδαῖον. Anaxilas apud Athen. XII p. 548 C:

Ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων
χλανίδας θ' ἕλκων, βλαύτας σύρων,
βολβοὺς τρώγων, τυροὺς κάπτων,
ᾠὰ κολάπτων, κήρυκας ἔχων,
Χῖον πίων, καὶ πρὸς τούτοις
ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι Φορῶν
Ἐφεσήϊα γράμματα καλά.

Cf. praeterea Mehlerus ad Xen. Conviv. IV 41.

Ibid. p. 471 D. Hunc locum Wyttenbachius ita edidit: οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀρότρῳ βουλόμενος καὶ τῷ βοῖ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν, δυσυχής ἐστιν· οὐδὲ τῷ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἷς δαίμων ἐναντιοῦται μοχθηρός, ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. Sentit unusquisque quam graviter hic locus corruptus sit, nec multum profici Reiskiano invento ἐπιχειροῦσαι vel ἐπιχειροῦσα. Bernardaces

Digitized by Google

autem coll. *Mnem.* 1896 p. 379, habet: *οὐδ' ὁ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνων οὐδ' οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται μοχθηρός, ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μωρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσα*, quae sane paulo meliora sunt, sed impedita constructio est nec ferenda duplex negatio: *οὐδ' οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται.* Facile tamen remedium est, ad quod viri docti nescio quomodo nondum attenderunt: nimirum eliminandum illud *οὐδ'* et reliqua clara luce splendebunt: *οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται μοχθηρός, ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μωρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσα.*

De Fraterno Amore p. 478 C. Fratres concordes hodie homines *θαυμάζουσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς Μολιονίδας ἐκείνους, συμφυεῖς τοῖς σώμασι γεγονέναι δοκοῦντας.* Profecit Plutarchus ex Aristarchi disciplina, quod luculenter arguitur collato scholio ad Ψ 640: *Ἀρίσαρχος δὲ διδύμους ἀκούει, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ νοοῦμεν οἵοι ἦσαν καὶ οἱ Διόσκουροι, ἀλλὰ τοὺς διφυεῖς δύο ἔχοντας σώματα, Ἡσιόδῳ μάρτυρι χρώμενος, καὶ τοὺς συμπεφυκότας ἀλλήλοις· οὕτως γὰρ καὶ τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτῶν σαφηνίζεσθαι ἄρισα.* Itaque sibi repraesentavit Actoris filios, quales patrum memoria fuerunt gemini Siamenses. Sic diserte legimus p. 1083 C fuisse eos *τοῖς μὲν ἡνωμένους μέρεσι τοῖς δ' ἀποκεκριμένους.* Plura alia vide apud Mehlerum ad Mnaseam p. 79. Probabili coniectura multo plura de Aristarchi Studiis Homericis conquiri poterunt, quam Lehrsius fecit. Ecquis dubitare potest unde Iosephus habeat quod disputat adversus Apionem II § 155, ubi vult demonstrare Graecorum legislatores valde esse recentes, si cum Mose comparentur, *ὅπου γε μηδ' αὐτὸ τοὔνομα πάλαι ἐγιγνώσκετο τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, καὶ μάρτυς Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος.* Etenim Iosephus multum studii posuerat in Homero cognoscendo, qua de re dixi *Mnem.* 1885 p. 355. Illinc memorabile quoque est quod legimus adv. Apionem I § 12: *ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον, οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωικῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος, καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας*, qua de re etiam rectius hodie iudicare possumus cum lacera quaedam fragmenta in Aegypto

Digitized by Google

provenerint Aristarchea recensione antiquiora. Satis autem credibile est Aristarchum hoc argumentum pertractavisse quum in Homero interpretando pervenisset ad locum de Bellerophonte; sed nimis sunt exilia quae Aristonicus servavit in scholiis ad Z 169 et H 175 et 187. Verum, ut ad Plutarchum redeam, in iis quae de Homero habet p. 410 D, illa certe ad veterum Alexandrinorum studia referam: *ὑμεῖς οὐ μικρὸν ἀποδείκνυτε πρᾶγμα, λεαίνεσθαι ξυρῷ τὰ σώματα τοὺς ἥρωας, ἐντυχόντες παρ' Ὁμήρῳ ξυρὸν ὀνομάσαντι· καὶ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ὅτι που χρέος ὀφέλλεσθαί φησιν οὔτι νέον οὐδ' ὀλίγον, ὡς τοῦ ὀφέλλεσθαι τὸ αὔξεσθαι δηλοῦντος.* Item p. 675 A agitur de varia lectione *ῥήμονας*, Iliad. Ψ 886. Sed haec obiter nunc dixisse satis habeo.

Ibid. p. 479 C. Est Menandri fragmentum quod apud Meinekium invenitur IV 240:

οὐκ ἐκ πότου καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
ζητοῦμεν ᾧ πιστεύομεν τὰ τοῦ βίου,
πάτερ; οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι
ἀγαθὸν ἕκαστος ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν;

Sic enim Cobetus correxit, qui pro *οὔ περιττόν* rescripsit *οὐ περιττόν* addiditque in fine signum interrogandi. In ea quidem correctione summus criticus me facile habebit adsentientem, sed non satis demirari possum itidem post *πάτερ* eum pariter signum interrogandi posuisse non semel sed ter adeo: *Var. Lect.* p. 380, *Mnem.* 1855 p. 274 et 1873 p. 363. Deinde post eum Madvigius in *Adversariis* ipse quoque scripsit *πάτερ*; Hiscere vix audeo adversus duumvirum auctoritatem; tamen re apud animum meum saepius pensitata, dixerim pessumdari simplicium verborum sententiam et in contrarium converti, si ita interpungantur. Qui hic loquitur *negat* compotores et congerrones nobis quidquam prodesse ad vitam sapienter instituendam; *affirmat* autem interrogando maximum esse in certo amico praesidium. Tutum ac fidele consilium est et Menandri scena dignissimum, sed quale patres filiis, non filii patribus propinare solent. Hinc offensio est in vocativo *πάτερ* et scribam:

οὐκ ἐκ πότων καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
ζητοῦμεν ᾧ πιστεύσομεν τὰ τοῦ βίου.

Digitized by Google

ἀτὰρ οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι
ἀγαθὸν ἕκασος ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν;

Sic coniunctio ἀτὰρ persaepe in comoedia versuum initiis usurpata fuit.

Ibid. p. 481 B. Incerti poetae versiculi sunt:

φίλων γε μέντοι χρῆσις ἡ πρὸς αἵματος
μόνη κακοῦ ῥέοντος ὠφελεῖν φιλεῖ.

Nauckius coniecit παρόντος· cogitaram equidem de ῥέποντος.

Ibid. p. 482 C: ξένων ἀνθρώπων — ἁμαρτήματα ἔνιοι φέροντες καὶ ἡδόμενοι, δύσκολοι καὶ ἀπαραίτητοι πρὸς τοὺς ἀδελφούς εἰσιν. Malo ἐκδεχόμενοι. Vide hoc verbum p. 482 E, 490 F, 535 F, alibi.

Ibid. p. 483 A: ἁπλότητα μὲν τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν ἀδελφῶν ὀνομάζουσιν, ὀρθότητα δὲ τὴν σκαιότητα, τὸ δὲ φιλόνικον ἀκαταφρόνητον. Opponuntur inter sese τὸ σκαιόν et τὸ ὀρθόν et nemo poterit τὴν σκαιότητα recte appellare ὀρθότητα. Verum esse dixerim: τὴν εἰκαιότητα.

Ibid. p. 483 C. Imprimis mortuo patre fratres fugere debent ὑπονοίας θεραπόντων καὶ διαβολὰς ἑταίρων ἑτέροις αὐτοὺς προσνεμόντων. Aut fallor aut substituendum erit: ἑκατέροις.

Ibid. p. 483 E: οἱ δὲ καὶ τίτθας ἀποσπῶντες ἀλλήλων καὶ συντρόφους καὶ συνήθεις παῖδας ὑπερβαλλόμενοι τοῖς διωγμοῖς, ἀπίασιν ἀνδραπόδου τιμὴν πλέον ἔχοντες. Emperius correxerat διαλογισμοῖς, deinde Bernardaces se malle scribit διωσμοῖς = διωθισμοῖς. Est haec quidem infelix suspicio; sed Emperii correctionem non amplectar. Praestare videtur simplex λογισμοῖς. Cf. Herwerdenus ad p. 498 E et p. 526 F.

Ibid. p. 486 A: Κρατερὸς Ἀντιγόνου βασιλεύοντος ἀδελφὸς ὢν καὶ Κασάνδρου Περίλαος ἐπὶ τὸ στρατηγεῖν καὶ οἰκουρεῖν ἔταττον αὐτούς. Craterus non Antigoni sed Antipatri frater fuit, secun-

Digitized by Google

dum Reiskium; esto hoc, sed nihilo minus absurdum est verbum στρατηγεῖν. Quid faciebant Craterus et Perilaus domi sedentes, οἰκουροῦντες? Praestabant id quod solum poterant, nempe contrahebant copias quibus Antigonus et Casander bello uterentur. Inerit hoc in verbo στρατολογεῖν.

Ibid. p. 487 F: Ἑλλήνων οἱ καθ' ἡμᾶς δυνατώτατοι περὶ σπουδὰς ὀρχησῶν εἶτα κιθαρῳδῶν διαστάντες. Ita recte Wyttenbachius, nec video unde Bernardaces habeat lectionem διαναστάντες, quae idoneo sensu caret. Ceterum mirum est quod ibi traditur de Aedepso et qui homines fuerint qui illic διεφθάρησαν πάντων ἀφαιρεθέντες ὑπὸ τοῦ τυράννου. Quem Plutarchi aetate tyrannum illic fuisse putabimus? Non me extrico et frustra probabilem correctionem quaesivi.

De Amore Prolis p. 495 A. Propter φιλοστοργίαν animalia exemplo nobis esse debent quod intueamur: ταῦτ' οἰόμεθα τὰ πάθη τούτοις ἐνειργάσθαι τὴν φύσιν, ἀλεκτορίδων ἐπιγονῆς καὶ κυνῶν καὶ ἄρκτων προνοοῦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς δυσωποῦσαν καὶ τιτρώσκουσαν; Hic quantum video interpretes nihil adnotarunt, nec tamen dubium potest esse quin ultimum vocabulum graviter corruptum sit. Unusquisque videt quid sententia postulet, nimirum νουθετοῦσαν vel simile quid; sed multum quaerendo unum tantum vocabulum reperire potui, quod traditis literarum ductibus aliquatenus conveniat: προασκοῦσαν.

An vitiositas ad infelicitatem sufficiat p. 499 A. Referuntur Vitiositatis verba ad Fortunam: Τύχη, πενίαν ἀπειλεῖς; καταγελᾷ σου Μητροκλῆς, ὃς χειμῶνος ἐν τοῖς προβάτοις καθεύδων καὶ θέρους ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν ἱερῶν τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ εὐδαιμονίας εἰς ἀγῶνα προυκαλεῖτο. Cur ille inter oves dormiebat? Nemo hoc verisimile dicet esse itaque secundum Bernardacem Usenerus commendavit ἐν τοῖς πριβάτοις i. e. in balneis privatis. Sed minime ferenda in hac scriptione vox Latina et praeterea superest rogare cur pauperculus homo magis privata quam publica loca adierit. Sed ipsa loci sententia nisi veram certe verisimilem lectionem suppeditabit. Quo pauperes sese flante

Digitized by Google

Borea conferebant? Etiam Homerus hoc ostendere poterit σ 328: *οὐδ' ἐθέλεις εὖδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν ἠέ ποθ' εἰς λέσχην.* Ad quem locum adscripta scholia sunt: *χαλκήϊον ἐς δόμον· εἰς ἐργαστήριον χαλκέως* ac deinde *ἐς λέσχην· τόπον ἀθύρωτον, δημόσιον, ἔνθα συνιόντες λόγοις καὶ διηγήμασιν ἀλλήλους ἕτερπον. ὠνόμασαι δὲ παρὰ τὸ λέχος, ἐπεὶ ἐκεῖ ἐκοιμῶντο οἱ πτωχοὶ παρὰ τὸ πῦρ.* Hic conferri poterunt Casaubonus in Animadversionibus ad Athenaeum p. 337 et Valckenaerius ad Ammonium p. 211. Imprimis est operae pretium Hesiodum inspicere Ἔργ. καὶ Ἡμερ. vs. 493: *πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρα ἔργων ἰσχάνει.* Ad quem locum Proculi adnotatio est: *ὅτι ἀλεεινοὺς οἴκους οἱ πένητες κατελάμβανον, ἐν οἷς συγκαθήμενοι ἐν λαλιαῖς ἦσαν, δῆλον καὶ ὅτι λέσχας ἐκάλουν τούτους· καὶ γὰρ ἐν Ἀθήναις ἦσαν τοιοῦτοι τόποι καὶ ὠνομάζοντο λέσχαι ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι.* Hoc modo *χαλκεῖον* dicitur apud Plutarchum p. 600 E. Sed duo sunt loci prae ceteris luculenti apud Alciphronem. Prior invenitur III 42: *χαλεπῶς καὶ λάβρως ἐπαιγίζων ὁ βορρᾶς δίεισί μου τῶν πλευρῶν ὥσπερ βέλος. ἐς Κυνόσαργες ἴσως οἰχητέον. ἢ γάρ τις τῶν ἐκεῖ νεανίσκων κατοικτείρας ἀμφιέσει με ἱματίοις ἢ καταλήψομαι ἐγγύθεν τὰς καμίνους καὶ τῷ πυρὶ ὁ δύσηνος θάλψομαι.* Alter nobis etiam utilior erit, I 23: *ὁ κρυμὸς δ' εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστέων. ἐβουλευσάμην οὖν Ὀδύσσειον βούλευμα δραμεῖν εἰς τὰς θόλους ἢ τὰς καμίνους τῶν βαλανείων. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖσε συνεχώρουν οἱ τῶν ὁμοτέχνων περὶ ταῦτα ἀλινδούμενοι. καὶ γὰρ αὐτοὺς ἡ παραπλησία θεὸς ἠνώχλει, πενία. ὡς οὖν ἠσθόμην οὐκ εἶναί μοι εἰσιτητόν, δραμὼν ἐπὶ τὸ Θρασύλου βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὗρον τοῦτο κενὸν καὶ καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων κατασήσας ἐθερόμην.* Est locus, fateor, paulo longior, sed integrum descripsi, quoniam tam est accommodatus ad rem quam ago. Etenim quid Metrocles facere solebat, qui certe non dormituriebat inter oves, *ἐν προβάτοις*? Illuc intrabat quo dabatur accessus ut calefieret, gratis si posset, munusculo dato si deberet. Hoc inerit in: *ἐν τοῖς προσβατοῖς καθεύδων.*

Vix tamen est operae pretium diu immorari levi opusculo, quod Plutarchi ingenio plane indignum est. Ecquis aequo animo ferre poterit quod de Decio traditur p. 499 C: *τῶν στρατοπέδων*

Digitized by Google

ἐν μέσῳ πυρὰν νήσας τῷ Κρόνῳ κατ' εὐχὴν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκαλλιέρησεν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας.

Ibid. p. 499 D: τίνας οὖν ταῦτα κακοδαίμονας ποιεῖ; τοὺς ἀνάνδρους καὶ ἀλογίστους, τοὺς ἀθρέπτους καὶ ἀγυμνάστους, τοὺς ἐκ νηπίων ἃς ἔχουσι δόξας φυλάττοντας. Correxit Wyttenbachius ἀτρίπτους idque Bernardaces etiam in textum recepit. Equidem incidi in: μαμμοθρέπτους, de quo vocabulo Lobeckius egit ad Phrynichum p. 299.

Animine an corporis affectiones sint peiores p. 501 A: τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων τὰ μετ' ἀναισθησίας χείρονα, λήθαργοι, κεφαλαλγίαι, ἐπιληψίαι, ἀποπληξίαι. Hoc quidem stultum est, nam omnium minime capitis dolor μετ' ἀναισθησίας coniunctus est. Λήθαργοι sunt, ἐπιληψίαι, ἀποπληξίαι· quinam praeterea λιποψυχοῦσιν? Habemus exemplum in Xenophontis Anabasi IV 5. 8: καταλαμβάνων τοὺς πίπτοντας τῶν ἀνθρώπων ἠγνόει ὅ τι τὸ πάθος εἴη. ἐπειδὴ δ' εἶπέ τις αὐτῷ ὅτι σαφῶς βουλιμιῶσι κἄν τι φάγωσιν ἀναςήσονται, εἴ που τι ὀρφὴ βρωτόν, διεδίδου καὶ διέπεμπε διδόντας τοὺς δυναμένους παρατρέχειν τοῖς βουλιμιῶσιν. ἐπειδὴ δέ τι ἐμφάγοιεν, ἀνίςαντο καὶ ἐπορεύοντο, ut appareat frigus imprimis causam esse βουλίμου, qua de re ipse dixit Plutarchus in Quaestionibus Convivalibus p. 694 C. Quid igitur? reponam βουλιμίαι pro κεφαλαλγίαι? Haudquaquam, ne quidvis pro quovis restituere videar. Sed apud Hippocratem substantivum est κενεαγγίη et verbum κενεαγγέειν. Apud Antatt. Bk. p. 104. 8 invenio: κεναγγίαν· τὴν πεῖναν. Πλάτων Συμμαχίᾳ. Apud Pollucem VI 30: Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ κεναγγίαν εἴρηκεν, Ξενοφῶν δὲ βούλιμον. καὶ Ἀριςοφάνης δέ· τὸν Πειραιᾶ δὲ μὴ κεναγγίαν ἄγειν, de qua locutione Cobetus dixit *Mnem.* 1856 p. 186. Sed ipsi lectores iam existimare poterunt quo iure pro κεφαλαλγίαι reponendum censeam κεναγγίαι.

De Garrulitate p. 503 D: ὥσπερ γὰρ ὁ πυρὸς εἰς ἀγγεῖον κατακλεισθεὶς τῷ μὲν μέτρῳ πλείων εὑρίσκεται, τῇ δὲ χρείᾳ μοχθηρότερος. De caseo hoc verum est, non de tritico: lege: ὁ τυρός. Eadem correctione utendum p. 635 D: οὐ μόνον μάζας καὶ

Digitized by Google

ὄσπρια καὶ ἄρτους καὶ πυρούς, ἀλλὰ καὶ κρέα ζῴων· vide modo p. 523 F: ἵν' ἄλφιτα πρίηται ἢ τυρὸν ἢ ἄρτον ἢ ἐλαίας.

Ibid. p. 504 B: οἱ φιλόσοφοι τὴν μέθην λέγουσιν εἶναι λήρησιν πάροινον. Scribe παρ' οἶνον. Sic continuo sequitur: ὁ μὲν οὖν μεθύων ληρεῖ παρ' οἶνον. P. 647 C Bernardaces habet: τοῖς παροίνοις στεφάνοις, sed rectius Wyttenbachius παρ' οἶνον. Idem vitium recurrit p. 716 F.

Ibid. p. 507 A: νεὼς μὲν γὰρ ἁρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται σπείραις καὶ ἀγκύραις τὸ τάχος ἀμβλύνοντες. Hic imprimis Breusingius conferendus, qui in libro de Rebus Nauticis p. 177 locum luculenter expedivit.

Ibid. p. 513 F. Hic lubet paulo diligentius dicere de correctione, quam olim proposui *Mnem.* 1876 p. 345. Vult probare Plutarchus id quod dixerat: τοῖς ἐρωτικοῖς ἡ πλείστη διατριβὴ περὶ λόγους μνήμην τινὰ τῶν ἐρωμένων ἀναδιδόντας· οἵ γε κἂν μὴ πρὸς ἀνθρώπους πρὸς ἄψυχα περὶ αὐτῶν διαλέγονται. Itaque amator amicae lucernam sic alloquitur:

Βακχὶς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὔδαιμον λύχνε,
καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτῃ δοκεῖς.

Quae verba, uti vides, sensu omnino vacua sunt, nam quod Bernardaces correxit scilicet ἐν ταύτῃ, id plane nihili est. Compellat amator lucernam, quemadmodum Praxagora ἐκκλησιάσουσα apud Aristophanem. Forte Bacchis aliquando iocose dixerat sibi lucernam esse dei loco, ad quam horas suas exigeret; numerabat enim horas secundum mensuram olei absumti, sicuti in Aegypto sacerdotes de quibus Plutarchus retulit p. 410. Apud Euripidem in Cyclope vs. 335 similiter Polyphemus est qui sacra facit τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων. Sed haec olim fuerunt; nunc amator flebiliter queritur de Bacchidis inconstantia. Etiam lucerna illa dominum mutavit et pervenit, uti coniicio, ad lenonem. Nihil hoc mirum, nam sicuti Aeneas Sophista scribit in Epist. 12: τοῖς ἐραστοῖς καὶ ὑπόδημα τοῦ ἐρωμένου φανὲν ἱκανὸν παραμυθεῖσθαι τὸν ἔρωτα. Hic non me teneo quin exscribam duo epigrammata, in Anthologia Palatina V 7 et 8. Alterum est Asclepiadis:

Digitized by Google

Λύχνε, σε γὰρ παρεοῦσα τρὶς ὤμοσεν Ἡρακλείαν
ἥξειν κοὐχ ἥκει, λύχνε, σὺ δ' εἰ θεὸς εἶ
τὴν δολίην ἀπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε.

Alterum est Meleagri:

Νὺξ ἱερὴ καὶ λύχνε, συνίσορας οὔτινας ἄλλους
ὅρκοις, ἀλλ' ὑμέας εἰλόμεθ' ἀμφότεροι.
χὠ μὲν ἐμὲ σέρξειν, κεῖνον δ' ἐγὼ οὔποτε λείψειν
ὠμόσαμεν· κοινὴν δ' εἴχετε μαρτυρίην.
νῦν δ, ὁ μὲν ὅρκιά φησιν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι,
λύχνε, σὺ δ' ἐν κόλποις αὐτὸς ὁρᾷς ἑτέρων.

Hisce igitur omnibus in unum collatis, intelligam:

Βακχὶς θεόν σ' ὠνόμασεν, εὔδαιμον λυχνε,
κἄτ' ὦ θεῶν μέγις· ἔχει σ' ὁ πανδοκεύς.

De Curiositate p. 518 C:

ἀεὶ δ' ἀοιδῶν μοῦνος ἐν σέγαις ἐμαῖς
κωκυτὸς ἐμπέπτωκεν.

αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μοῦσα καὶ σειρὴν μία. Aut fallor aut haec quoque verba μοῦσα καὶ σειρὴν μία ex tragoedia desumta sunt. Itidem p. 519 A ex comoedia mihi quaedam superesse videntur, sed paulo plura necessario describenda erunt. Riserat poeta nescio quem nimis curiosum:

εἶτά μοι σκάπτων ἐρεῖ
ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις· ταῦτα γάρ
πολυπραγμονῶν νῦν ὁ κατάρατος περιπατεῖ.

Deinde Plutarchus pergit: οἱ δὲ πολυπράγμονες ὡς ἕωλόν τι πρᾶγμα καὶ ψυχρὸν καὶ ἀτράγῳδον φεύγοντες τὴν ἀγροικίαν, εἰς τὸ δεῖγμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται· μή τι καινόν; οὐ γὰρ ἦς πρωῖ κατ' ἀγοράν; τί οὖν; ἐν ὥραις τρισὶν οἶει τὴν πόλιν μετακεκοσμῆσθαι. Quae verba hoc ferme modo redintegrari poterunt:

A. μὴ (σύ γε) τι καινόν; B. οὐ γὰρ ἦς πρῲ κατ' ἀγοράν;
A. τί οὖν; ἐν ὥραις τρισὶν οἶει τὴν πόλιν (ἴσως)
(ὅλην) μετακεκοσμῆσθαι (? μεταβεβλῆσθαι?)

Tum pauculis quibusdam interiectis sequitur: ἐὰν δ' ἀπαντήσας εἴπῃ τις ὅτι οὐδὲν καινόν, ὥσπερ ἀχθόμενος, τί λέγεις; φησίν, οὐ γέγονας κατ' ἀγοράν; οὐ παρελήλυθας τὸ στρατήγιον; οὐδὲ τοῖς ἐξ

Digitized by Google

Ἰταλίας ἥκουσιν ἐντετύχηκας. Quae verba hoc modo versus speciem recuperare poterunt:

ἄνθρωπε, τί λέγεις; οὐ γέγονας σὺ κατ' ἀγοράν;
οὐ(δὲ) παρελήλυθας (σὺ) τὸ στρατήγιον;
οὐδ' ἐντετύχηκας τοῖς (ξένοις) ἐξ Ἰταλίας
ἥκουσιν;

Sed totum hoc, fateor, lubricum negotium est.

Ibid. p. 519 D: λόγου τινὸς ἀπορρήτου παρόντος. Omnino malim: παραπεσόντος.

De Cupiditate Divitiarum p. 523 D: μᾶλλον ἐθέλουσι πλουτεῖν καὶ κακοδαιμονοῦντες ἢ μακάριοι γενέσθαι δόντες ἀργύριον. Expungam coniunctionem καί.

Ibid. p. 525 A. Menandri fragmentum est:

Ἄπολλον, ἄνθρωπόν τιν' ἀθλιώτερον
ἑόρακας ἢ ἐρῶντα δυσποτμώτερον;

Bernardaci non magis in editione contigit tollere molestum hiatum quam in *Mnem.* 1896 p. 391. Mirum sane est neminem vidisse quod ante pedes positum est:

ἑόρακας ἢ γέροντα δυσποτμώτερον;

Ibid. p. 525 D. Byzantinus quidam qui δύσμορφον γυναῖκα habebat, domi suae aliquando adulterum deprehendit: ὦ ταλαίπωρε, inquit, τίς ἀνάγκη; σαπραγόρα προίξ. Bernardaces nescio quid molitus est ut corruptis verbis mederetur itaque eum fugit Cobetum in *Mnem.* 1873 p. 380 elegantissime emendavisse: τίς σ' ἀνάγκασεν; ἀμὲ γὰρ ἃ προίξ. Quod deinde paucis interpositis sequitur: ἐκείνοις ἀνάγκη — δορυφοροῦσι δῶρα πέμπουσι, commendavit Madvigius δορυφόρους ἔχουσι· malim equidem δωροφοροῦσι et expungam: δῶρα πέμπουσι.

Ibid. p. 526 B. Turpe est quod Bernardaces ultro in textum intulit barbaram formam κατεάξας itemque p. 511 C invenio κατεάξαι. Itaque non videtur cognovisse quae Contus doctissime disputavit de genuinis huius verbi formis ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ p. 75 sqq.

Digitized by Google

De Vitioso Pudore p. 528 E: ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν ἀλλὰ πόρνας. Novimus quis ita dixerit, nam locum servavit Longinus de Subl. 4. 5: φησὶν (ὁ Τίμαιος) ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τό· τὴν ἀνεψιὰν ἑτέρῳ δεδόμενην ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἁρπάσαντα ἀπελθεῖν. Ὅ τίς ἂν ἐποίησεν ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας μὴ πόρνας ἔχων; sed Plutarchus Timaeum non simpliciter τὸν ῥήτορα potuit appellare. Hinc Ruhnkenius ad Rutilium Lupum p. 26 suasit ut Hegesiam Magnetem intelligeremus, cui Plutarchus in Vita Alexandri 3. 3 alium locum tribuit, quem tamen Timaei fuisse novimus Ciceronis testimonio de Nat. Deor. II 27. Equidem non assentior, nam Hegesias non magis quam Timaeus sic simpliciter orator dici potuit. Ὁ ῥήτωρ Demosthenes est et quoniam hic non tam inficete locutus est, sequitur corruptelam nos ludificari. Quod notum arbitror, ῥήτορος nomen apud sequiores longe latius patebat quam apud veteres; posuerat, uti suspicor, Plutarchus ipsum Timaei nomen; deinde id quod Graeculus suprascripserat ῥήτωρ, proprium nomen ex textu expulit. Si bene memini, itidem apud Aeschinem alicubi ῥήτωρ eodem modo suprascriptum fuit et deinde sese in textum insinuavit, sed multum quaerens locum non invenio.

Ibid. p. 528 F: τὴν ὑπὸ τῶν ἀναισχύντων ἥττων αἰσχύνην ὑποκοριζόμενος. Undenam tandem Bernardaces ὄψιν habet? Certe, quantum video, vocabulum sensu vacat.

Ibid. p. 529 B. Si quod est in agro ἄγριον βλάστημα καὶ ἀγεννές, agricola ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον ἀνέτρεψε τὴν ῥίζαν ἢ πῦρ προσαγαγὼν ἐπέκαυσεν. Praestat: ἀπέκαυσεν, cf. p. 553 C et 576 F.

Ibid. p. 550 E. Dum haec scribo, identidem Bernardacis editionem inspicio itaque, quod aliter fieri vix potuit, saepe significandum mihi est me eius rationes improbare: etenim quid attinet adnotare venire me μετὰ τὸν Λέσβιον Φιλόλογον? Semel tamen iuvat dicere impense mihi placuisse eximiam Bernardacis coniecturam. Verba sunt Plutarchi: μὴ δυσωποῦ τὸν μισοῦντα μηδ' ὑπέκβαλλε πιστεύειν δοκοῦντα, sed rectissime emendatur:

Digitized by Google

ὑπαίκαλλε. Sed eiusmodi gemmulae rariores sunt apud eum quam velles.

Ibid. p. 531 D. Qui δυσωπίας crimine non tenetur, οὐκ ἐάσει μέχρι τούτου προελθεῖν οὐδ' εἰπεῖν [πρὸς] τὸν ἐν ἐκείνοις ἀδυσώπητον· ὄμοσον ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τὰ ψευδῆ μαρτύρησον. Addita praepositione, uti vides, pessumdatur sententia.

Ibid. p. 534 E: πείθομαι μηδὲν ποιεῖν παράνομον. Inspice locum paulo longiorem et videbis requiri participium ποιῶν.

De se ipsum citra invidiam laudando p. 540 F: Σκιπίωνι δ' εἰπόντι μὴ πρέπειν αὐτοῖς κρίνειν [περὶ Σκιπίωνος] δι' ὃν ἔχουσι τὸ κρίνειν πᾶσιν ἀνθρώποις. Vides quae verba interpolata esse censeam.

Ibid. p. 542 B: μιγνύων ἐμμελέστατα τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ τὸν περὶ τῶν ἀκουόντων ἔπαινον ἀνεπίφθονον ἐποίει καὶ ἀφίλαυτον. Suppleverim in fine ἑαυτόν.

De sera Numinis vindicta p. 549 A: τίν' Ὀρχομενίων τοῖς ἀποβαλοῦσι παῖδας — ὑπὸ Λυκίσκου προδοθέντας ἤνεγκε παραμυθίαν ἡ χρόνοις ὕστερον πολλοῖς ἀψαμένη νόσος καὶ κατανεμηθεῖσα τοῦ σώματος ὅσον ἀεὶ βάπτων καὶ βρέχων εἰς τὸν ποταμὸν ὤμοσε καὶ κατηράσατο σαπῆναι, προδόντος αὐτοῦ καὶ ἀδικήσαντος; Wyttenbachius, cuius sunt copiosae et doctae ad hoc opusculum adnotationes, nihil conferre potuit ad fabulae memoriam instaurandam et plane ignoramus quis ille Lyciscus fuerit. Praeterea Bernardaces nescio quem codicem secutus, scripsit id quod dedi; est autem apud Wyttenbachium τὸν σώματος ὅς et post βρέχων additum est τὼ πόδε. De scripturae diversitate neuter quidquam enotavit et versamur in tenebris; mihi prae ceteris displicet illud ἀεί et quaero an forte lateat ἀνατεί, sed vel sic locus nondum perpurgatus est. Fortasse aliquid lucis aliquando accedet ex iis quae in eodem opusculo leguntur p. 558 E: τῶν ὑπὸ φθίσεως ἢ ὑδέρου διαφθαρέντων τοὺς παῖδας εἰς ὕδωρ τὼ πόδε βρέχοντας καθίζεσθαι κελεύομεν.

Ibid. p. 555 D: καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τις ἂν τῷ βίῳ

Digitized by Google

καὶ τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν ὑπάρχειν κακόν. Molesta est particula ἄν· lege: ἐν τῷ βίῳ. Cf. p. 556 C.

Ibid. p. 557 C: ὁ Ἡρακλῆς ἀναστπάσας τὸν τρίποδα τὸν μαντικὸν εἰς Φενεὸν ἀπήνεγκε. Bernardaces omisit adnotare probabilem Wyttenbachii correctionem ἀναρπάσας.

Ibid. p. 559 F: γελοῖος ὁ Φάσκων ἄδικον εἶναι τῶν ἰσχίον πονούντων κάειν τὸν ἀντίχειρα καὶ τοῦ ἥπατος ὑπούλου γεγονότος ἀμύσσειν τὸ ἐπιγάστριον καὶ τῶν βοῶν ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων. Hic Bernardaces significat malle se μαλκίωσι. Est, fateor, verbum μαλακιᾶν consentientibus omnibus τοῦ πονηροῦ κόμματος. Post Dindorfios in Stephani Thesauro Cobetus percensuit omnes locos quibus hodie vera forma μαλκίειν restituenda est, *Mnem.* 1854 p. 306 et 1858 p. 425, sed de Plutarchi loco omisit dicere, non quod immemor erat — etenim Thesaurus erat ad manus — sed quod de vera lectione restituenda desperabat. Res apparet: bis dixit de Plutarchi Moralibus multis annis post, nempe *Mnem.* 1873 et in *Collectaneis Criticis*, sed paginam quam dixi 559 semper silentio praeteriit. Esto: auctoritatibus non est disputandum: sed quid tandem erit μαλκίειν ΕΙΣ τὰς χηλάς? Deinde deleta praepositione, si forte ungula torpeat — nam frigus est causa τοῦ μαλκίειν —, num bubulcus inunget extrema cornua? Nimis hoc quidem absurdum est. Conferri iubeo locum quem non magis intelligo, qui locus invenitur apud Longum in Pastoralibus I 30: οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βοὺς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν διάβροχοι γενόμενοι, ubi olim conieci verum esse περισαπεῖεν. Sed tutissimum est utrobique manum emendatricem continere, donec philologus exoriatur veterinariae artis peritus.

Ibid. p. 564 E: ἐπὶ πᾶσι τιμωρὸς ἀνωτάτω τέτακται τοῖς ἀδικήμασι. Malo: ἀδικήσασι.

Ibid. p. 568 A. Narrat Thespesius quomodo tanquam ex orco reversus aliquando revixerit: αὐτὸν δ' ὥσπερ ὑπὸ σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώ-

Digitized by Google

ματι προσπεσεῖν. Displicet fistulae mentio; hinc Wyttenbachio in mentem venit ἀπὸ μυρίνθου, quod ne ipsi quidem placebat, quum nimium recederet a vulgatae vestigiis. Bernardaces non sine aliqua dubitatione commendavit ἀπὸ σμήριγγος, quod vix serio coniicere potuit, nam est in paucis absurdum. Nec tamen arduum est verum invenire, nam Plutarchus dedit: ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγγος. Nunc quoque Platonis memor fuit, qui scripserat in Phaedro p. 254 A: ὁ ἡνίοχος ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀναπεσών. Vocabulum praeterea usurpavit p. 588 F, 732 D et 804 E.

De Genio Socratis p. 576 D: ἀπορουμένων δ' ἡμῶν καὶ σκοπούντων. Nonne legendum σιωπώντων?

Ibid. p. 577 A. De Galaxidori nomine qui verosimiliter Ἀναξίδωρος fuit, dixi ad Xenoph. Hell. III 5. 1 in *Mnem.* 1896 p. 358.

Ibid. p. 581 F: τὰ δ' ὑπὸ σοῦ λελεγμένα καὶ Πολύμνιος οὐ χαλεπὸν ἀνελεῖν. Praestat: ἀναλύειν.

Ibid. p. 583 A: Λῦσις δ' ὅπου γέγονεν ἠγνοεῖτο. Verius est γεγόνειν. Augmentum addere nihil necesse est, cf. Bern. Praef. Vol. I p. LXIII.

Ibid. p. 585 E: ὅταν ἐκεῖ γενώμεθα loci sententiae repugnat. Intelligo: ὅταν ἀπογενώμεθα.

Ibid. p. 593 E. Athletae postquam ad senectutem pervenerunt ἑτέρους ἀσκοῦντας ὁρῶντες ᾔδονται καὶ παρακαλοῦσι καὶ συμπαραθέουσι. At hoc ipsum non amplius conceditur. Quod solum possunt, συμπαρακολουθοῦσι.

Ibid. p. 597 F: τοὺς ἄλλους ἀσπασάμενος ἅμ' ἴλεως ἐξέπνευσε. Praefero: μάλ' ἴλεως.

De Exilio p. 599 E: ῥήσσων καλὰ τύμπανα. Admodum mihi mirum videtur Bernardacem memoravisse infelicem Meinekii

Digitized by Google

suspiciunculam qui λάλα coniecit, tacere autem de Cobeto qui in *Mnem.* 1873 docte commendavit correctionem κακά.

Ibid. p. 599 F: ἔϛι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὄψει, πρὸς ἃ γίγνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίατον. Hoc quidem nimium videtur; satis est ἀνιαρόν dicere.

Ibid. p. 601 C: ὥσπερ μύρμηκες ἢ μέλιτται μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντες. Immo: ἰδίας.

Ibid. p. 600 B: οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν τύχην ἀμυνώμεθα Φιλοσοφοῦντες ἀξίως·

τὸν Δία δὲ πῶς ὄοντα; τὸν βορέαν δὲ πῶς;
πῦρ ζητοῦμεν βαλανεῖον ἱμάτιον ϛέγην· καὶ γὰρ οὐχ ὑόμενοι καθήμεθ' οὐδὲ κλαίομεν.

Latent nisi fallor duo senarii: ζητεῖν δὲ πῦρ βαλανεῖον ἱμάτιον ϛέγην· alter autem est: οὐχ ὑόμενοι καθήμεθ' οὐδὲ κλαίομεν. Kockius quem hoc non fugisse suspicor, ad manus non est; Meinekius tacet, Vol. IV p. 672.

Ibid. p. 603 B: πολὰ νῆσος οὐκ ἔϛι πλατυτέρα τῆς Σκιλλουντίας χώρας ἐν ᾗ Ξενοφῶν μετὰ τὴν ϛρατείαν τὸ λιπαρὸν εἶδε γῆρας. At Xenophon Scillunte non consenuit: crassus error est quo Plutarchus imprudens implicatur.

Consol. ad uxorem p. 608 B: γεγονότα δ' ἐχέτω ὥϛ σοὶ μέλλει — ἀλυπότατα — ἕξειν demonstrant quid requiram in iis quae mox sequuntur: τοῦτ' ἔϛαι δίχα πάσης περιεργίας, nempe ἔϛω.

Ibid. p. 609 E: κενὸν καὶ ἀχάριϛον πένθος. Nonne praestat ἀχάριτον?

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

BABRIANA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Otto Crusius eximia sua Babrii editione effecit, ut hodie pauci loci merito offendentes supersint aut nondum aut non satis probabiliter correcti tentative.

Neminem hucusque offendisse videntur, quae de pastore, qui lapide cornu capellae fregerat, ita scripta leguntur **3**, 6 sqq.

τὴν δ' ἱκέτευε „μή, χίμαιρα συνδούλη,
(πρὸς τοῦ σε Πανός, ὃς νάπας ἐποπτεύει)
τῷ δεσπότῃ, χίμαιρα, μή με μηνύσῃς·
ἄκων γὰρ ηὐστόχησα τὸν λίθον ῥίψας.

Babrii tamen otiosa vitantis elegantiam desidero in voce χίμαιρα sine vi repetita, quare vs. 3tio subdubito num χίμαιρα genuinum sit; melius saltem poeta τάλαινα, sive τὸν τάλανα scripsisset. Nihil tamen novaverim.

10, 4. τὴν δ' ἐπίσκοπος δαίμων
ἐς τὰς ἀρούρας τοῦ βλαβόντος ὠδήγει
τὸ πῦρ Φέρουσαν.

Sic Crusius cum Ahrensio pro βαλόντος. At Aoristus ἔβλαβον mihi incognitus vix satis aptus est. Melius certe dedisset βλάβοντος (cod. Parisinus Rochef. explicat ποινητῆρος), coll. Q. Smyrn. V 509 et Hom. Il. 19, 82, 166. Od. 13, 34. Anacr. 31, 26.

Digitized by Google

12, 7. Hirundo lusciniam sic alloquitur:

Φιλτάτη, ζώεις;
πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θράκην·
ἀεί (πάλαι Nauck) τις ἡμᾶς πικρὸς ἔσχισεν δαίμων·
καὶ παρθένοι γὰρ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων.
ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων·
σύσκηνος ἡμῖν καὶ Φίλη κατοικήσεις,
ὅπου γεωργοῖς, οὐδὲ θηρίοις ἄσεις.
ὕπαιθρον ὕλην λεῖπε καὶ παρ' ἀνθρώποις
ὁμώροφόν μοι δῶμα καὶ στέγην οἶκει.
τί σε δροσίζει νῶτον ἔννυχος στίβη
καὶ καῦμα θάλπει; πάντα δ' ἀγρώτην τήκει.
ἄγε δὴ σεαυτὴν σοφὰ λαλοῦσα μήνυσον.

Duos ultimos vss. editor satis feliciter sanavit coniecturis suis ἀγρότιν σ' ἥσει et μὴ σίνου, sed nequaquam mihi quidem persuasit transponens vss. 14 sq. post vs. 18, qua transpositione non tollitur gravis offensio, quae inest eidem sententiae adeo brevi intervallo sine causa idonea repetitae. Equidem hic agnoscere mihi videor duplicem eiusdem loci recensionem. Neutra poeta indigna videtur, sed elegantior altera, quam fortasse praeoptasse est existimandus.

26, 11 ἄνθρωπος οὗτος οὐκέτ' ἐκΦοβεῖς ἡμᾶς.

Manifesto errore ita scriptum est pro ἥμας.

27. Γαλῆν δόλῳ τις συλλαβών τε καὶ δήσας
ἔπνιγεν ὑδάτων ἐν συναγκίῃ κοίλῃ.
τῆς δ' αὖ λεγούσης „ὡς κακὴν χάριν τίνεις
ὧν ὠΦέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας,"
„ἐπιμαρτυρῶ σοι". Φησίν· κτέ.

Vs. 3 ita scribitur in cod. Athoo, sed in Vaticano est δέ. Voculae αὖ vix locus est. Verum videtur τῆς δ' οὖν λεγούσης.

28, 4. Ranuncula sic ad matrem de sorore a bove proculcata:

„τέθνηκε, μῆτερ· ἄρτι γὰρ πρὸ τῆς ὥρης
ἦλθεν πάχιστον τετράπουν, κτέ.

Neutra Crusii explicatio loco convenit, nec mihi quidem satisfacit Duebneri coniectura ἄρτι πρωίης ὥρης. Ego suspicor:

Digitized by Google

ἄρτι γὰρ ἀπὸ τῆς χώρης
ἦλθεν κτέ.

scil. *ab agro*, quo sensu saepius χώρη usurpat Babrius, velut 26, 1. 33, 15, 20. 37, 4 etc.

30, 5. ἦν δ' ὀψὲ, χὠ λιθουργὸς οὐκ ἐπεπράκει,
συνθέμενος αὐτοῖς εἰς τὸν ὄρθρον αὖ δεῖξαι
ἐλθοῦσα, ὁ δὲ λιθουργὸς εἶδεν ὑπνώσας
αὐτὸν τὸν Ἑρμῆν ἐν πύλαις ὀνειρείαις.

Quia subiectum idem manet, admodum ineleganter vs. 3 repetita sunt verba ὁ δὲ λιθουργός, quibus vereor ne olim lacuna a librariis expleta sit. Potuit poeta scribere:

ἐλθοῦσιν· ⟨εἶτα νυκτὸς⟩ εἶδεν ὑπνώσας κτέ.

Cf. 63, 6.

29. Γέρων ποθ' ἵππός εἰς ἀλητὸν ἐπράθη,
ζευχθεὶς δ' ὑπὸ μύλην πᾶσαν ἐσπέρην ...

Excepto pede primo, nusquam alibi tribrachys apud Babrium ita divisus est: ⏑ ⏑ | ⏑ (cf. Crusii nota), sed fortasse haec divisio veniam habet ob praepositionem artissime coniunctam cum substantivo. Magis mihi suspectus est accusativus in hac formula positus pro dativo, qui constanter apparet in locutione ζεύγνυσθαι ὑΦ' ἅρμασιν, sim. An igitur legendum ὑπὸ μύλῃ?

33. Δυσμαὶ μὲν ἦσαν Πλειάδων, σπόρου δ' ὥρη,
καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν ῥίψας
ἐΦύλασσεν ἑστώς· καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσΦώνων
ψαρές τ' ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων.
τῷ δ' ἠκολούθει σΦενδόνην ἔχων κοίλην
παιδίσκος. οἱ δὲ ψαρες ἐκ συνηθείης
ἤκουον εἰ τὴν σΦενδόνην ποτ' ἠτήκει,
καὶ πρὶν βαλεῖν ἔΦευγον κτέ.

Sturni tertium redeunt vs. 15:

οἱ ψαρες ἦλθον κἀνέμοντο τὴν χώρην,

ita ut poeta, quos priores commemoravit, *cornices* prorsus oblitus videretur, nisi contra expectationem legeremus vs. 23:

Digitized by Google

καί τις κολοιῶν εἶπε· φεύγετ' ἀνθρώπων
γένος πονηρῶν κτέ.

Ambigo utrum hoc componendi vitium ipsi Babrio tribuam an statuam potius in vs. septimo olim fuisse οἱ δ' ὄρνιθες et in decimo quinto ὄρνιθες sive οὖρνιθες, vel potius οἳ δ' αὖτις ἦλθον (cf. 88, 13), vulgatas autem lectiones esse glossemata. Alii iudicanto.

45, 7 ταῖς μὲν (sc. αἰξί) φέρων ἔβαλλε θαλλὸν ἐξ ὕλης
τὰς δ' ἰδίας ἀφῆκε μακρὰ λιμώττειν.

Anaclasin (– ⏑ = ⏑ –) cum editore ut admittam neutiquam mihi persuadet incertissimum exemplum 107, 10, ubi vide quae ipse adnotavit. Coniecturis accedat haec simplicissima:

τὰς δ‹έ γ'› ἰδίας ἀφῆκε κτέ.

coll. 59, 10 et 129, 5.

60, 3 „βέβρωκα" φησίν „καὶ πέπωκα καὶ πάσης
τρυφῆς πέπλησμαι· καιρός ἐστι μοι θνήσκειν."

Haec muris in iure pereuntis verba parodiam continent celebratissimi Sardanapali epitaphii. Res adeo manifesta, ut non me primum monere suspicer.

61, 6 τά (= ἅ) τ' εἶχον ἀντέδωκαν.

Apud Babrium huius usus hoc unicum exemplum videtur.

70, 6 μὴ γοῦν ἔθνη που μὴ πόληας ἀνθρώπων
ὕβρις ‹γ'› ἐπέλθοι, προσγελῶσα τοῖς δήμοις,
ἐπεὶ μετ' αὐτὴν πόλεμος εὐθέως ἥξει.

Eadem de causa, ob quam Crusius recte vs. 2 et 3 maioribus initialibus scribenda curavit Πόλεμος et Ὕβριν, hic quoque idem faciendum fuerat. Personis enim conveniunt ἐπελθεῖν, προσγελᾶν, ἥκειν.

73, 1. Cum falso accentu editur ἴκτινος pro ἰκτῖνος.

80. Κάμηλον ἠνάγκαζε δεσπότης πίνων
ὀρχεῖσθ' ὑπ' αὐλοῖς κυμβάλοις τε χαλκείοις.

Digitized by Google

ἦ δ' εἶπ' „ἐμοὶ γένοιτο κἀν ὁδῷ βαίνειν
μὴ καταγέλαστον, μή τι πυρρίχην παίζειν.

Quid sibi velit h. l. καὶ in κἀν (cod. κ' ἂν) me latet. Sententiam requirere arbitror μόνον. Praepositio non est necessaria.

85. Κυσὶν ποτ' ἔχθρη καὶ λύκοις συνειστήκει.
κυὼν δ' Ἀχαιὸς ἡρέθη κυνῶν δήμῳ
στρατηγὸς εἶναι. καὶ μάχης ἐπιστήμων
ἔμελλεν ἐβράδυνεν. οἱ δ' ἐπηπείλουν,
εἰ μὴ προάξῃ τὴν μάχην, ἐνεδρεύσει.

Sic cod. Athous. Crusius cum Lachmanno dedit ἐνεδρεύσειν, quod cum aperte non sufficiat coniecit ἐφεδρεύων, quod coll. 44, 2 significare διατρίβων falso contendit. Admodum mihi placet quod proposuit Haupt:

εἰ μὴ προάξει, τὴν μάχην τ' ἐνεργήσει.

89, 4. Lupus ad agnum:

„σύ τοί με πέρυσι μικρὸς ὢν ἐβλασφήμεις",

qui respondet:

„ἐγώ σε πέρυσιν, ὅς ‹γ'› ἐπ' ἔτος ἐγεννήθην.

Miror ἐπ' ἔτος sine exemplo, quod sciam, dictum pro τῆτες. Cogitavi de scribendo τόδ' ἔτος, sed dubito.

Vs. 9 θήλη μεθύσκει μέχρι νῦν με μητρώη.

Ne quis forte πιπίσκει suspicetur, conferat 114, 1 μεθύων ἐλαίῳ λύχνος, A. P. XI 8, 3 al. Praeivit iam Homerus P 390, quem locum iniuria quondam sollicitavi. Tironum causa moneo.

94, 7 σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ, φησί, τῶν ἰατρείων
κεφαλὴν λυκείου στόματος ἐξελεῖν σώην.

Fixii coniecturam φησὶν ἀντ' ἰατρείων editor improbat. Attamen negari non potest absurde dici μισθὸς τῶν ἰατρείων (i. e. μισθοῦ). Recte saltem dictum esset (μισθὸς) τῆς ἰατρείης, quod recens manus superscripsit, sed non hanc esse genuinam Babrii manum vix opus est affirmare. Nec tamen sufficere videtur Fixiana correctio, quia recte demum se haberet:

σοὶ τοῦτό γ' ἀρκεῖ, φησίν, ἀντ' ἰατρείων, κτἑ.

Digitized by Google

98, 10. Futurus socer ad leonem, filiam uxorem petentem:

πρὸς ταῦτα δὴ σκόπησον εἰ γάμου χρῄζεις,
μηδ' ἄγριος θήρ, ἀλλὰ νυμφίος γίνου.

Quidquid fuit in sequentibus, non dubito quin vs. 10 interpungendum sit σκόπησον· εἰ γ. χρῄζεις. Deinde si nihil post haec excidit, transponi possit μὴ θὴρ ἀγρεῖος (cf. Ar. Nub. 645, Thesm. 169, Babr. 61, 5). Malim tamen cum Hartungio et Bergkio admittere lacunam. Si incorruptum est νυμφίος (aptum foret κόσμιος), interpretandum „*sed gere te, ut procum decet.*"

99. Λέοντι προσπτὰς αἰετῶν τις ἐζήτει
κοινωνὸς εἶναι. χὠ λέων „τί κωλύει;"
πρὸς αὐτὸν εἶπεν „ἀλλ' ἐνέχυρον ⟨οὖν⟩ δώσεις
τὠκυπτέρῳ σου, μὴ μεθιέναι πίστιν.

Haec est libri Vaticani lectio prorsus absurda. Meliorem fortasse celat ἄμετρος Athoi scriptura τὠκύπτερά σου, nam neque singularis numerus τὠκύπτερον (Ahrens) receptus ab editore placet, neque dualis τὠκυπτέρω (Rutherford), quo numero Babrius Ionum more non utitur, ferri posse videtur. Num forte poeta dedisse censendus est

τὠκύπτερ' ἐκ σοῦ?

129, 13. Vide infra II sub 9.

133. Ὄνος παλιούρων ἤσθι' ὀξέην χαίτην.
τὸν δ' εἶδ' ἀλώπηξ, ἁρπάσασα δ' εἰρήκει·
„πῶς, οὗτος, ἀπαλῇ κἀξανειμένῃ γλώσσῃ
σκληρὸν μαλάσσεις προσφάγημα καὶ τρώγεις;"

Pro ἁρπάσασα editor recepit Eberhardi coniecturam καγχάσασα, sed etiam dubium videtur plusquamperfectum εἰρήκει pro εἶπεν. Corrigere non dubitarem εἰρώτα, nisi quodammodo tueri videretur vulgatum 46, 8 κατεσκλήκει, 125, 4 ἠλγήκει.

135. Πέρδικά τις πριάμενος ἐντρέχειν οἴκῳ
ἀφῆκεν· ἡδέως γὰρ εἶχε τοῦ ζῴου.
κἀκεῖνος εὐθὺς κλαγγὸν ἐξ ἔθους ᾄδων
πᾶσαν κατ' αὐλὴν ἄχρι βημάτων ᾖει.

Digitized by Google

Omnem interpretandi licentiam egredi mihi videtur explicatio, qua Crusius significari putat τὰ βήματα τῆς ἑστίας, cuius decimo demum versu fit mentio. Vix igitur dubito quin mendosum sit vocabulum. Fortasse delitescit ἄχρι ⟨τερ⟩μάτων, *usque ad terminos, quaquaversus.*

136, 7 ἀνδρῶνα
ὑψηλὸν ἠυδμητὸν ἡλίου πλήρη.
Ita Crusius dedit pro εὔτμητον. At nusquam apud nostrum apparent vocabula ita composita, quare praetulerim:
εὐδμητόν ⟨τε χ⟩ήλίου πλήρη.
Nimium distant εὐρύχωρον et εὐρύτοιχον, de quibus ob vs. 10 sqq. cogitaveris. — Vs. 18 mihi quoque venit in mentem (et proposui, ni fallor) σιφλώσων pro τυφλώσων, quod coniecit Polak.

137, 5 „δίκην δ' ἀδικίης" εἶπεν „ἀξίως τίνω."
Usitatius foret ἀξίην, nec tamen substituere hoc ausim.

138. Πέρδικά τις γεωργὸς ὃν τεθηρεύκει
θύειν ἔμελλεν ἐσπέρης ⟨τι⟩ δειπνήσων.
Abundare videtur vocula τι, quare malim:
ἐσπέρης ⟨γε⟩ δειπνήσων.
Cf. 107, 4.

Vs. 7 potius suppleverim ⟨ἀλλ' οὔ⟩ν σ' ⟨ἐγὼ δι'⟩ αἰτίην καλὴ⟨ν θύσ⟩ω, quam ⟨μᾶλλο⟩ν cum editore, cuius reliqua supplementa vera videntur.

143. Huius fabulae initium ex ipso Babrio in Philologo a. 1899, p. 261 protulit Hausmann servatum in codice Grottaferratensi, ubi scriptum est:
αἱ δρύες ποτὲ εἰς πρόσωπον
quae verba vir doctus, deleto αἱ, ita supplevit:
δρύες ποτ' εἰς πρόσωπον [ἦλθον _ _ ⏑]
At ita necessarium Iovis nomen in numeros cogere frustra conaberis. Nisi egregie fallor, id ipsum latet sub ΑΙ, et scribendum:
ΔΙΙ (Δι) δρύες ποτ' εἰς πρόσωπον ⟨ἐλθοῦσαι⟩.

Digitized by Google

II.

DE METRO BABRIANO.

Choliambi quibus utitur Babrius severiore arte sunt compositi.

1) Versus *longe* plurimi hoc schema exhibent

⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | – –

2) Syllabae longae, si ratio habetur universi numeri (versus supersunt plus quam MDC), rarius solvuntur in duas breves, in quinto pede numquam.

3) Pes ultimus multo saepius est spondeus quam trochaeus. Trochaeorum exempla notavi *χεῖρον* Praef. I 5; *πᾶσαν* 10, 7; *ἀποσπῶσα* 22, 12; *ταῦρον* 23, 6; *ἦγον* 24, 3; *κρεῖττον* (*κρεῖσσον*? sed cf. 62, 4. 73, 4) 42, 7; *πρῶτος* 68, 6; *ψαῦσον* 106, 21; *μᾶλλον* 112, 9; *ταῦτα* 115, 4; *παῖδα* 116, 3; *οἶμον* 116, 10; *κἀκεῖνος* 116, 14; *τοιαῦτα* 128, 1; *τοῖα* 128, 10; *γεμισθεῖσα* 128, 7; *ὡραῖον* 129, 1; *περισκαίρων* 129, 3; *εἶδον* 129, 19; *ἑστῶσα* 130; *ἀνδρῶνα* 136, 6; *παντουργοῖσιν* 141, 3; *ἐγεννᾶτε* et *εἶχεν* in duobus versibus contiguis 143, de quorum sanitate dubitavit Crusius. His adde paroxytona *ἄρνα* 23, 4; *ὥσπερ* 57, 8; *φόρτον* 57, 9; *ἥτις* 95, 101; *πίστιν* 99, 4; *ἔργον* 136, 16. Quae triginta (pauca fortasse neglexi) exempla nondum efficiunt partem *quinquagesimam* omnium clausularum, ita ut quales Babrius praetulerit dubium esse nequeat. Medium inter spondeos et trochaeos locum obtinent formae haud ita multae perispomenae desinentes in diphthongum ⏑̄, ut *κεῖμαι* 71, 8, *ἐπιψαῦσαι* 107, 6, *θυμοῦται* 96, 7b, aliae. — Idem pes semper est paroxytonus aut properispomenus, numquam oxytonus (de 73, 1 cf. Crusii nota) aut perispomenus, et semper uno vocabulo eiusve parte continetur.

4) Pes paenultimus numquam solutus est, paene semper iambus. Excipitur 22, 9 et 45, 3 clausula polysyllaba *λευκανθιζούσας*. Incerta 141, 3 est correctio *παντουργοῖσιν* pro *πανούργοισιν*. Crusius ibi *πανουργοῦσιν* vel *λεωργοῖσιν* coniecit. Fieri potest ut Babrius ad analogiam plerorumque substantivorum in *ουργός* scripserit *πανουργοῖσιν*. Corruptus est locus 73, 1 *ἰκτῖνος ἄλλην ὀξέην εἶχε κλαγγήν*, sive *ἔχει* cum Duebnero, sive *εἶχεν ὀξέην* cum Fixio corrigendum est. Non magis

Digitized by Google

sanum videtur aliud spondei exemplum in clausula τα ὦ ς εὐπήληξ 65, 1, ubi nullus dubito quin substituenda sit forma Alexandrina τα ός, de qua Arcadius p. 37, 1 scribit: τὸ μέντοι τα ὸς παρ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἀντὶ τοῦ τα ώς. Cf. Pollux VI 52. Neque huc pertinet 107, 16 ἀντιζωγρήσας, siquidem littera ζ apud nostrum (cf. Homericum ἄστυ Ζελείης) interdum non facit positionem. Cf. 53, 4 φησί „ζωγρήσω", 61, 10 εἶχε ζητήσει, 95, 29 με ζητήσῃ, 218 πεζῶν ζώων. Restat igitur unica clausula polysyllaba λευκανθιζούσας. Permira lectio est ᾠὰ χρυσὰ τικτούσης 123, 1, quam tamen stabiliunt tabulae ceratae Assendelftianae.

5) Pedes soluti in omnibus quattuor pedibus primis occurrere possunt:

a) *in pede primo* saepe anapaestus, minus saepe dactylus, raro tribrachys; tribrachys etiam divisus ⏑⏑ | ⏑, velut 8, 2:

πότερ' ἀναβαίνειν μᾶλλον ἢ κάτω βαίνειν,

qualis in nullo alio pede permittitur (?, cf. supra ad 29, 2). Pro anapaesto potius quam pro tribrachy habeo τὰ κέρα|τα 43, 15. Hinc 131, 5 maluit scribere πρὸ γὰρ εἴαρος quam ἔαρος. Quare 136, 18 malim ἐπέβαλλε pro ἐπέβαλε.

Anapaestus in hoc solo pede occurrit, exceptis nominibus propriis, quae quamvis rarissime etiam alibi occurrunt, dactylus etiam in tertio.

b) *in pede secundo* passim legitur tribrachys. Notavi: Praef. I, 11; 5, 8; 6, 2; 7, 12; 13, 5; 24, 2; 36, 9. 10; 40, 1; 43, 4. 6. 10; 46, 2. 4; 51, 5; 57, 3. 12; 59, 14; 64, 1. 5; 65, 1. 5; 67, 2; 78, 5; 79, 6; 85, 1. 11; 88, 2; 89, 4; 91, 2; 92, 85; 95, 5. 64. 85; 97, 1. 19; 102, 1; 103, 12; 104, 7; 106, 14; Praef. II, 7; 108, 10; 111, 7. 18; 112. 1; 115, 9; 117, 2. 3; 119, 5; 121, 1; 123, 1; 124, 9; 125, 1; 128, 6; 129, 21. 25; 134, 1. 4. 16; 135, 9; 136, 1., itaque 60 fere locis.

c) *in pede tertio* tribrachys est aliquanto rarior: 2, 2; 5, 5; 7, 2; 36, 1. 4; 37, 12; 42, 3; 55, 3; 59, 6. 9; 63. 5; 68, 4; 76, 8; 95, 43; 96, 2; 98, 7; 101, 3, 102, 5; 111, 1. 14; 123, 2; 124, 15; 127, 6; 135, 1; 136, 20; i. e. 25 locis,

Digitized by Google

sed multo frequentior est dactylus, ut I, 10. 16; 4, 2; 7, 13. 16, 9, 4. 5. 6; 11, 2. 11; 12, 18; 13, 1. 2; 15, 7; 17, 3. 5; 20, 5; 21, 1. 2. 9 etc.

d) *in pede quarto* non ita saepe apparet tribrachys: Praef. I, 3; 2, 14; 13, 9; 33, 18; 95, 32; 99, 3; 102, 5; 103, 10; 106, 5. 12; 108, 21; 136, 3; 139, 2; 140, 6.

6) Raro in uno eodemque versu plures occurrunt versus soluti, semel tres, scil. *anapaestus*, *tribrachys*, *dactylus* deinceps 106, 15:

ὅπερ εἶχεν ὁ λέων νεοδρόμῳ λαβὼν θήρᾳ,

sed nescio an νεοδρόμῳ (cf. νεοπαθὴς Aesch. Eum. 513) sit trisyllabum, ut metrum idem sit quod 40, 1; 43, 5; 70, 2; 98, 9; 106, 15; 129, 21, sc. *anapaestus* et *tribrachys* in pedibus primo et secundo. *Duo tribrachyes* in pede secundo et tertio extant 36, 4; 112, 1; 117, 2, *tribrachys et dactylus* in iisdem 43, 10; 59, 14; 67, 2; 74, 10. 12; 85, 8; 129, 25; *duos dactylos* reperies 111, 2; 112, 9; *anapaestum* in primo et *dactylum* in tertio 26, 1; 32, 8; 42, 2; 84, 4; *anapaestum* in primo et *tribrachyn* in quarto 104, 4; 107, 9.

7) *Anaclasis* exempla 45, 8 et 107, 10 perquam dubia esse supra animadvertimus.

8) Perraro *metri causa* omissum est augmentum temporale, scil. 95, 47 et 111, 6; numquam syllabicum excepto Plusquamperfecto, quod in sequiore sermone pedestri idem saepe omittit, hoc enim apud Babrium saepius augmento caret quam asciscit.

9) Similiter paucissimis locis *metri causa* negligit quas religiose observare solet *positionis* normas Ionicas. Notavi 72, 18 τὸν δ' ἄρ' τρυγών; 93, 3 πάντ' βλαχώδης; 96 πολλ' βλασφήμως, quae sunt versuum clausulae; praeterea in mediis versibus 95, 59 δὲ φρὶξ; ὀρϊτρόφων, si sana vox, 106, 13; τὲ πρόξενον 108, 23. Propterea nullus dubito quin 129, 13 male edatur e cod. Athoo:

ἐς μέσσον αὐλῆς ἦλθεν ἅμετρα λακτίζων,

ubi veram lectionem ἦλθ' servavit liber Vaticanus.

Eadem de causa interdum utitur formis epicis, quales sunt χρυσεῖος, χαλκεῖος Prooem. I 2. 3, ἀείδω producta prima vocali Proem. II 16 (in clausulis); ἐκπνείων 129, 22

Digitized by Google

(item), πόληας 70, 6; βασιλῆα 95, 87; νομῆα 128, 1; οὐρήεσσιν 129, 24; ἐσσι 77, 7; εἴαρος 131, 5; semel σΦέας pro αὐτούς 88, 10; ἁρπάξων 89, 2 (clausula), Φύζα 31, 16; 95, 41 al.; sigma duplicat in κύσσων 129, 17; χωρίσσῃς 12, 21 (clausula), μέσσον 129, 13; τόσση 36, 28, ποσσότητα 28, 10; iuxta μόνος et νόσος adhibet μοῦνος (25, 4; 106, 24. 28) et νοῦσος 103, 3; iuxta ὧν ἐὼν 36, 7; 139, 6. Prout metrum postulat, in casibus obliquis substantivi κέρας ᾱ corripit aut producit. Cf. 37, 8; 43, 5. 12. 15; 59, 9; 84, 1; 91, 4; 112, 3; scribitque τάχιον 45, 4; 127, 7 iuxta θᾶσσον, θάσσων 69, 4; 127, 10. Adde Ἐρμείης iuxta Ἑρμῆς v. c. 30, 1; alia.

Rarissima est *synizesis*. De νεοδρόμῳ dixi sub 6. De vocali iota cf. Crusii notas ad 69, 2; 104, 7; 133, 1; 141, 6. Synizesis admodum dubia.

Antiquiores choliamborum poetas secutus Babrius usurpare solet formas Ionicas, itaque η̄ ponere pro ᾱ longo et scribere γίνομαι, γινώσκω, duplex sigma pro duplici tau, alia. Quare mireris discrepantiam in formis Θρᾴκης 18, 4; ἰατρός 75, 1. 11. 15. 21; 120, 4. Cf. 94, 1 ἰατρείων; 120, 6 ἰατρεύει, (sed vs. 7 ἰήσῃ); 122, 15 ἰατρεύειν; 127, 10 al. πράσσῃ; 127, 5 ἀναπράσσῃ; 134, 14 ἐπειράθην; 137, 3 πράξειν; 139, 6 ἐΦωράθη; 141, 1 ἐπράθη; iuxta κρεῖσσον 9, 9 (cf. 67, 2) legitur κρεῖττον 42, 7; κρείττω 73, 4; ἧττων 62, 4, alia numero maiora quam quae cautus criticus sero poetae ausit abiudicare. A numeri *dualis* usu prorsus abstinuit Babrius, et, quod in levi hoc poesis genere magis mireris, a vocabulis *diminutivis*.

10) Religiosissime observatur caesura, quae plerumque est semiquinaria, multo rarius semiseptenaria.

III.

LUSUS BABRIANI.

Ex deperditarum fabularum enarrationibus periphrasticis viri docti maiore minoreve successu ipsos versus Babrianos eruere

Digitized by Google

conati sunt, imprimis Eberhard et Crusius. Quamvis autem propter mutandi sermonis poetici licentiam paraphrastis propriam eiusmodi restitutiones plerumque sint incertiores, apparet tamen augeri earum probabilitatem, quo propius accedant ad Babriani sermonis artisque proprietatem, religiose observatis severis numerorum legibus, quibus paruisse poetam supra ostendimus.

Tametsi faciliora fere praeripuit mihi illorum virorum sagacitas et industria, pauci tamen loci supersunt, e quibus versus eruere posse videor *maiore quidem ex parte prorsus incertos sed tamen, ut mihi persuadeo, Babrio non indignos.*

145. Διὰ στενῆς [ὁδοῦ] ὦδευεν Ἡρακλῆς <χώρης>,
ἐπὶ γῆς δ' ἰδών τι <πᾶν> ὅμοιον <ὂν> μήλῳ
ἐπειρᾶτο συντρῖψαι
ὡς δ' εἶδε διπλοῦν γενόμενον
ἔτι μᾶλλον ἐπέβαινεν καὶ τῷ ῥοπάλῳ ἔπαιεν. τὸ δὲ Φυσηθὲν εἰς μέγεθος τὴν ὁδὸν ἀπέφραξεν. ὁ δὲ ῥίψας
τὸ ῥοπαλὸν ἵστατ' <ἀργὸς αὐτὸ> θαυμάζων,
Ἀθηνᾶ δὲ αὐτῷ ἐπιφανεῖσα εἶπεν·
πέπαυσο δῆ<τ'>, ἄδελφε, τοῦτο <τὸ ζῷον>
ἐστὶ Φιλονεικία καὶ ἔρις· ἄν τις αὐτὰ καταλείπῃ ἀμάχητον, μένει
οἷον ἦν πρῶτον,
ἐν δὲ ταῖς μάχαις οὕτως οἰδεῖται.

Versuum indicationes et supplementa debentur Crusio, qui e postremis haec elicuit:

Ἔρις πέφυκεν· ἤν τις αὐτὸ καλλείπῃ
ἀμάχητον, <ἐμ>μένει τόθ' οἷον ἦν πρῶτον,
ἐν ταῖς μάχαις δὲ τόνδ' ἐς ὄγκον οἰδεῖται.

In primo versu, quia nullum apud Babrium exemplum est decurtatae praepositionis, fortasse praestat μὲν λείπῃ, in altero vix recte se habet ἐμμένει dictum pro μένει aut διαμένει. Possis ἀπρόσμαχον, μένει κτἑ. Praegressa sic tento:

ὡς δ' εἶδε διπλοῦν γενόμενον, <διπλῇ> μᾶλλον
παίει ξύλῳ· τὸ δ' εἰς τοσόνδ' ἐΦυσήθη,
ὥσθ' ὁδὸν ἔΦραξε πᾶσαν. Ἡρακλῆς ῥίψας
τὸ ῥόπαλον, ἵστατ' <ἀργὸς αὐτὸ> θαυμάζων·
<ἀποροῦντι> δ' εἶπεν ἐπιφανεῖσ' Ἀθηναίη· κτἑ.

De asyndeto cf. 33, 15. 21; 50, 7. 9; 59, 5; 64, 7; 77, 7; 81, 3; 95, 20, al.

Digitized by Google

149. Ὥρῃ θέρους, ὅτε τὸ καῦμα <τῇ> δίψῃ
λυπεῖ, εἰς μικρὰν
πηγὴν λέων καὶ κάπρος <ἐκ> πιεῖν ἦλθον κτέ.

Priorem versum sic expleverim:

Ὥρῃ θέρους <ποθ'>, ὅτε κτέ.

152. Κόραξ ὑπὸ παγίδος κρατηθεὶς εὔξατο τῷ Ἀπόλλωνι λιβάνοτον ἐπιθύσειν. σωθεὶς δὲ τοῦ κινδύνου τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθετο. πάλιν δὲ ὑφ' ἑτέρης κρατηθεὶς παγίδος ἀφεὶς τὸν Ἀπόλλωνα τῷ Ἑρμῇ ὑπέσχετο θῦσαι. ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη „ὦ κάκιστε, πῶς σοι πιστεύσω, ὃς τὸν πρότερον σου δεσπότην ἠρνήσω.

Lusi haece:

Κόραξ παγίδι ποτ' ἐνσχεθεὶς λέγει Φοίβῳ·
„λιβανωτόν, ἢν σώσῃς με, σοὶ πολὺν θύσω",
σωθεὶς δ' ἐπελάθετ' εὐθὺ (cf. 126, 5) τὸ χρέος τίνειν.
πάλιν δὲ ληφθεὶς ταὔθ' ὑπέσχεθ' Ἑρμείῃ
ἀφεὶς Ἀπόλλων', ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν <ὀχθήσας?>
„πῶς σοί, κάκιστε," <φησὶ „τοῦτο> πιστεύσω,
ὃς τὸν πάλαι σου δεσπότην ἀπηρνήσω;"

ultimum versum cum Crusio.

154. Λύκος τῶν λοιπῶν λύκων στρατηγήσας
νόμους ἔταξε πᾶσιν
ἵνα, εἴ τι ἂν ἕκαστος κυνηγήσῃ, πάντα εἰς μέσον ἄξῃ καὶ μερίδα ἴσην δώσῃ, ὅπως μὴ οἱ λοιποὶ ἐνδεεῖς ὄντες ἀλλήλων κατεσθίωσι. ὄνος (λέων Lessing) δὲ παρελθὼν τὴν χαίτην σείσας ἔφη·
„ἦδ' ἐκ φρενὸς λύκου <μὲν ἦν> κάλη γνώμη κτέ.

Scribere potuit Babrius:

Λύκος τις ἄλλων ποτὲ λύκων στρατηγήσας
νόμους ἔταξε πᾶσιν, ὅ τι κυνηγήσῃ
ἕκαστος αὐτῶν, συναγαγεῖν τάδ' ἐς μέσον·
δώσειν δ' ἑκάστῳ μερίδ' ἴσην, ἵν' ἐνδεὶς
λοιπὸν κατεσθίωσι μηκέτ' ἀλλήλους.

157. Μιμηλόν ἐστι φύσει ζῷον ἡ πίθηκος. μία οὖν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ· ἑστῶσα εἶδεν ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς θαλάσσης ἡπλωμένον καὶ ἡλιαζόμενον δίκτυον. τοῦτο ἅρασα ἐπειρᾶτο εἰς βυθὸν βαλεῖν. τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ τραχήλου εἰληθὲν εἷλκε τὴν μιμὼ κατὰ τοῦ βυθοῦ·

Digitized by Google

ἡ δ' ἠλάλαζεν <ἐγγὺς ὄντα τοῦ θνήσκειν>·
μηδεὶς ὃ μὴ <κατ>έμαθε μηδὲ ποιείτω,

quos versus sic explevit editor. Ultimus manifesta factus est ad exemplum vetusti versus proverbialis:

ἔρδοι δ' ἕκαστος ἧν τις εἰδείη τέχνην.

Lusi:

Πίθηκος, ἡ πέφυκε πάντα μιμεῖσθαι,
ἑστῶσ' ἐπ' ἀκτῆς * * *
* * * * * ἐπειράθη (cf. II sub 9 extr.)
εἰς ἅλα βαλεῖν τὸ δίκτυον· τὸ δ' εἰλήθη
περὶ τὸν τράχηλον εἵλκέ τ' (s. ἕλκον) εἰς βυθὸν ταύτην.
ἡ δ' ἠλάλαζεν κτἑ.

Vs. 5 cum εἰς βυθὸν cf. 191, 6 εἰς τὸν βυθὸν κατῆγεν.

168. Παῖς τις ἀκρίδας θηρεύων καὶ σκορπίον ἤμελλεν ἆραι ὡς γένος ἀκρίδος ὄντα. ὃ δὲ τὸ τοῦ παιδὸς ἁπλοῦν ἰδὼν
τοὐραῖον ἱστὰς καὶ τὸ κέντρον ὀξύνας
εἶπεν· ἄπελθε καὶ σώζου, ὦ παῖ, μὴ κἀμὲ θηρεύων καὶ πάσας ἃς ἔχεις ἀπολέσῃς.

Crusius proposuit:

Παῖς ἄκριδας τις <ἐν νάπαισι> θηρεύων
καὶ σκορπίον λίθοισιν ὃς κατεκρύφθη
ἤμελλεν ἆραι καθάπερ ἀκρίδων θήρην,
τὸ δ' ἁπλοῦν ἰδὼν τοῦ παιδὸς . . . .

Quae satis placent, nisi quod paraphrasta potius ἀκρίδων εἶδος legisse mihi videtur. Sed fortasse etiam praestat:

ἤμελλεν ἆραι, γένος τόδ' (vel τι) ἀκρίδος δόξας.

Ultimum versum fortasse sic explere licet:

τὸ δ' ἁπλοῦν ἰδὼν τοῦ παιδός, <αὐτὸν οἰκτείρων>.

De sequentibus consulatur editor.

177. Ποδῶν χελώνης κατεγέλα <τε> κἀργίης
λαγωός· ἡ δ' ἔφη πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα·
„ἐγώ σε τὸν ταχύποδα ποσσὶ νικήσω" κτἑ.

Pro vs. secundo, quem praeter neglectam caesuram spondeus in sede quinta vitiosum esse evincit, duo fuisse videntur Babriani:

λαγωός· ἡ δὲ * * * *
* * πρὸς αὐτὸν εἶπε τοιαῦτα.

Digitized by Google

In primo vix pro molosso haberi potest *κἀργίης*. Fortasse fuit *καὶ βάρδους*, coll. *βαρδύνεις* 110, 4.

182. Τράγος εἰ θέρει σΦοδρῶς διψήσας
κατῆλθε κρημνὸν εἰς βαθὺν πιεῖν ὕδωρ.
πιὼν δὲ καὶ χορτασθεὶς οὐκ ἠδύνατο ἀνελθεῖν
καὶ μετενόει <δὴ> καὶ βοηθὸν ἐζήτει.
ἀλώπηξ δὲ τοῦτον ἰδοῦσα ἔΦη „ὦ ἀνόητε, εἰ τόσας Φρένας εἶχες, ὅσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας, πρότερον
οὐκ ἂν κατῆλθες, πρίν τιν' ἄνοδον ἐσκέψω.

Tentavi:

Διψῶν τράγος τις σΦόδρα ποτὲ θέρους ὥρῃ (cl. 24, 1)
κατῆλθε κρημνὸν εἰς βχθὺν πιεῖν ὕδωρ.
κερδὼ δ' ἰδοῦσα τοῦτον ἔλεγεν „εἰ τόσσας
Φρένας εἶχες, ὅσσας σὸς τρίχας Φέρει πώγων,
οὐκ ἂν κατῆλθες, πρίν τιν' ἄνοδον ἐσκέψω."

184. Ὑπὸ τῶν κακῶν τὰ ἀγαθὰ ἐδιώχθη
ὡς ἀσθενῇ <δὲ πάλιν ἔΦευγεν ἐκ γαίης>,
εἰς οὐρανὸν δ' ἀνῆλθε καὶ <δι>ηρώτα
τὸν Δία, κτἑ.

Ita Crusius haec digessit proponens pro *τὰ ἀγαθὰ τὰ χρηστὰ πάντα*, post *ὡς ἀσθενῇ* supplens quae mihi quidem admodum languida videntur. Nescio an potius verba *ὡς ἀσθενῇ* non Babrii sint, sed paraphrastae additamentum, quo deleto suspicor:

Ὑπὸ τῶν κακῶν ἔΦευγε (s. ποτ' ἔΦυγε) τἀγάθ' <ἐκ γαίης>,
εἰς οὐρανὸν δ' ἀνῆλθε κτἑ.

187. Φυτὸν ἦν εἰς γεωργοῦ χώραν καρπὸν μὴ Φέρον, ἀλλὰ μόνον στρουθῶν καὶ τεττίγων κελαδούντων ἦν καταΦυγή· ὁ δὲ γεωργὸς ὡς ἄκαρπον ἐκτεμεῖν ἤμελλε, καὶ δὴ τὸν
πέλεκυν λαβὼν ἐπέΦερε
τὴν πληγήν· κτἑ.

Lusi haec:

Φυτὸν ἀγρότης ἄκαρπον εἶχεν ἐν χώρῃ,
στρουθῶν τεττίγων τ' ἐν θέρει κάλ' ἠχούντων
καταΦύγιον. τοῦθ' οὗτος ἐκτεμεῖν μέλλων
πέλεκυν λαβὼν ἐπέΦερε.....

Digitized by Google

188. Φαλακρός τις τρίχας ξένας τῇ ἑαυτοῦ κορυφῇ περιθεὶς κτέ.
Fortasse:

Κορυφῇ Φαλακρὸς ἀμφιθεὶς ξένας χαίτας.

189. Φασὶν ὗν καυχωμένην ἀγέλην παίδων ἔχουσαν εἰπεῖν τῇ λεαίνῃ „πόσους παῖδας σὺ γεννᾷς;"
ἡ δ' εἶπεν „ἕνα μέν, ἀλλὰ γενναῖον".
Adhibitis dodecasyllabis 189a. Crusius partim minus recte haec proposuit:

Φασὶν <λεαίνῃ> σῦν ἄμετρα καυχᾶσθαι
ἀγέλην ἔχουσαν <νεοτόκων μικρῶν> παίδων
„πόσους σὺ γεννᾷς" φησὶν „<ὦ φίλη>, σκύμνους;
<γελῶσα> δ' εἶπεν (vel δ' ἡ σῦς) „ἕνα μέν, ἀλλὰ γενναῖον".
Nam vs. 2 μικρῶν metrum iugulat et vs. 4 non sus loquitur, sed leaena.

Vs. 2 supplere possis:

ἀγέλην ἔχουσαν <δώδεκ' ἐπὶ μάζοις> παίδων.
De ζ non faciente positionem dixi II, sub 4.

Vs. 4to malim:

ἡ δ' εἶπεν <_ ⏑> „ἕνα κτέ.
Possis v. c. εἶπε <γαῦρος vel σεμνῶς>.

191. Χερσαῖος <ἦν Cr. Malim ὤν,> μῦς βατράχῳ κακῇ μοίρῃ ἐφιλιώθη. ὁ δὲ βάτραχος κακῶς βουλευσάμενος τὸν πόδα τοῦ μυὸς τῷ ἑαυτοῦ ποδὶ συνέδησε. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς χώρας ἦλθον σῖτον δειπνήσοντες· ἔπειτα δὲ τῷ χείλει τῆς λίμνης πλησιάσαντες ὁ μὲν βάτραχος τὸν μῦν
εἰς τὸν βυθὸν κατῆγεν
(fort. εἰς τὸν βυθὸν κατῆγ' ὁ βάτραχος τοῦτον)
αὐτὸς βρυάζων [τῷ] ὕδατι καὶ <αὖθις [malim αὖτις] ἐκκύψας>
τὸ βρεκεκὲξ κόαξ <κόαξ> ἀνακράζων.
ὁ δ' ἄθλιος μῦς ὕδατι
φυσηθεὶς ἐτεθνήκει· ἐπέπλει δὲ τῷ ὕδατι τοῦ βατράχου συνδεδεμένος. ἰκτῖνος δὲ τοῦτον ἰδὼν τοῖς ὄνυξιν ἥρπασεν·
βάτραχος δὲ δεσμώτης
ἐπηκολούθει δεῖπνον αὐτὸς ἰκτίνῳ
γενόμενος.

Adnotat ad ultima editor: Fabula magis decurtata quam ut

Digitized by Google

restituendae periculum facias; plenius Dositheus ἀσκὸς ὁ μῦς Φυσηθεὶς ἐκολύμβα, ὃν κολυμβῶντα νεκρὸν ἰκτῖνος πετόμενος ἥρπασεν καὶ τῷ αὐτῷ λίνῳ ὁ βάτραχος ἠκολούθησεν. Hic tamen adiutus fabulae finem huiusmodi fuisse conicias:

ὁ δ' ἄθλιος μῦς ἔθανεν, εἶτα Φυσηθεὶς
ἀσκὸς ἐκολύμβα· τὸν δ' ἰδών τις ἰκτῖνος
ὄνυξιν εἶλ' (s. ἥρπασεν ὄνυξ'), ὁ βάτραχος δὲ δεσμώτης
ἐπηκολούθει δεῖπνον αὐτὸς ἰκτίνῳ.

196. Χῆνες καὶ γέρανοι τὸν αὐτὸν λειμῶνα ἐνέμοντο. ἐπιΦανέντων δὲ αὐτοῖς θηρευτῶν, οἱ μὲν γέρανοι ἐλαΦροὶ ὄντες ἀπέπτησαν καὶ διεσώθησαν· αἱ δὲ χῆνες μείνασαι διὰ τὸ βάρος τῶν σωμάτων συνελήΦθησαν.

Possis quidem:

Γεράνοισι χῆνες συνενέμοντο λειμῶνα.
τούτοις κυνηγοί ποτ' ἐΦάνησαν ἐξαίΦνης·
γεράνων δ' ἐλαΦρῶν εὐθέως ἀποπταντων,
χῆνας βάρος τῶν σωμάτων ἀποκτείνει.

Sed nescio an paraphrasta solum fabulae maioris argumentum tradiderit.

198. Γεωργός τις χρυσίον εὑρὼν ἐν γαίῃ σκάπτων ἔστεΦε τὴν Γῆν καθ' ἡμέραν, ὡς εὐεργετηθεὶς ὑπ' αὐτῆς. τούτῳ δὲ ἐπιστᾶσα ἡ Τύχη Φησίν „[ὦ]

οὗτος, τί τῇ Γῇ τἀμὰ δῶρα προστίθης
ἅπερ ἐγώ σοι δέδωκα πλουτίσαι βουλομένη σε κτέ.

Ultima sic refinxerim:

οὗτος, τί τῇ Γῇ τἀμὰ δῶρ' <ἐδωρήσω?>,
ἀγὼ διδοῦσα πλουτίσαι σ' ἐβουλήθην;

Cf. δῶρα δεδώρηται Plat. Polit. p. 274 C. De reliquis vide Crusium.

199. Λύκος θεασάμενος αἶγα ἐπί τινος κρημνώδους ἄντρου νεμομένην ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ἐΦικέσθαι κάτω παρήνει αὐτῇ καταβῆναι μὴ καὶ πέσῃ λαθοῦσα, κτέ.

Fortasse:

Λύκος θεωρῶν αἶγά ποτ' ἐπὶ κρημνώδους
ἄντρου (χώρου s. τόπου?) νεμομένην — οὐ λαβεῖν γὰρ ἰσχύει —

Digitized by Google

δολερῶς παραινεῖ κατιέναι κάτω ταύτῃ,
μὴ καὶ πέσῃ λαθοῦσα.

201. Ὄνος κηπουρῷ δουλεύων ἐπειδὴ ὀλίγα μὲν ἤσθιε, πολλὰ δ' ἐμόχθει, ηὔξατο τῷ Διὶ ὅπως τοῦ κηπουροῦ αὐτὸν ἀπαλλάξῃ καὶ ἑτέρῳ δεσπότῃ αὐτὸν ἐκδώσει κτέ.

Lusi haec:

Ὄνος γεωργοῦ δοῦλος ὀλίγα βιβρώσκων,
μοχθῶν δὲ πολλά, τῷ Δι' ηὔξατ' – – –,
ὅπως ἐκείνου τ' (γ'?) εὐθέως ἀπαλλάξει
ἑτέροις τε (δὲ?) δεσπόταισιν αὐτὸν ἐκδώσει.

Post pauca e verbis (ὁ δὲ Ζεὺς παρεσκεύασε) πραθῆναι αὐτὸν εἰς βυρσοδέψην elicio:

εἰς βυρσοδέψην αὐτὸν – ∪ πραθῆναι

deinde vero e verbis: βέλτιον ἦν μοι παρὰ τοῖς προτέροις δεσπόταις μένειν haec:

βέλτιον ἦν μοι παραμένοντι τοῖς πρώτοις,

ut saepius πρῶτος pro πρότερος (ἕκαστος pro ἑκάτερος) Babrium dixisse constat. De reliquis consule editorem.

202. Ἀλώπηξ Φραγμὸν ἀναβαίνουσα ἐπειδὴ ὀλισθαίνειν ἔμελλεν βάτου ἐπελάβετο πρὸς βοήθειαν κτέ.

Scribere potuit Babrius:

Φραγμοὺς ἀλώπηξ ποτὲ θέλουσ' ὑπερβαίνειν (cum Eberhardo)
βάτων ἐπελάβεθ', ὡς ἔμελλ' ὀλισθαίνειν.

De clausularum assonantia cf. 61, 1 sq., 122, 15 sq.

208 extr. ὁ δὲ (carcinus) μέλλων καταβιβρώσκεσθαι ἔΦη, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὃς θαλάττιος ὢν χερσαῖος ἐβουλήθην γενέσθαι.

Possis:

ὁ δ' εἶΦ', ὅτ' οὖν ἤμελλε καταβιβρώσκεσθαι
„δίκαια <δὴ> πέπονθ', ὃς ὢν θαλασσαῖος (cf. 6, 10)
χερσαῖος ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ γενέσθ' ἐβουλήθην.

214, 5. Auceps in negotio suo occupatus imprudens pede calcaverat aspidem. τῆς δ' ὀργισθείσης καὶ δακούσης αὐτὸν ἐκεῖνος

Digitized by Google

ἤδη λειποψυχῶν ἔλεγε „δύστηνος ἐγώ, ἕτερον γὰρ θηρεῦσαι βουλόμενος αὐτὸς ὑΦ' ἑτέρου ἠγρεύθην εἰς θάνατον."

Si haec revera e Babrio expressa sunt (dubitavit Crusius), ultima sic in numeros cogere possis:

ὁ δ' ἀσπαίρων (cf. 6, 5. 14. al.)
„δύστηνος (cf. 43, 13), ὅστις ἕτερον" εἶπε „θηρεῦσαι
βουλόμενος αὐτὸς ὑΦ' ἑτέρου <κατ?>ηγρεύθην.

Pro ἀσπαίρων etiam ἐκπνείων coll. 129, 22 conici potest.

217. Σῦς καὶ κύων ἀλλήλοις διελοιδοροῦντο.

Crusius proposuit:

Σῦς καὶ κύων ἐλοιδόρησαν ἀλλήλους.

Vitiosa caesura evitari potest scribendo:

Ἐλοιδόρουν σῦς καὶ κύων ποτ' ἀλλήλους.

227. Κύων θηρευτικὸς λέοντα ἰδὼν τοῦτον ἐδίωκεν. ὡς δ' ἐπιστραΦεὶς ἐκεῖνος ἐβρυχήσατο, ὁ κύων Φοβηθεὶς εἰς τὰ ὀπίσω ἔΦυγεν· ἀλώπηξ δὲ θεασαμένη αὐτὸν ἔΦη „ὦ κακὴ κεΦαλή, σὺ λέοντα ἐδίωκες, οὗτινος οὐδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπήνεγκας;

Ariolor:

Κύων λέοντα ποτ' ἐδίωκε <κλαγγαίνων>,
ἐπιστραΦεὶς δ' ἐκεῖνος ἐξεβρυχήθη.
ὁ κύων Φοβηθεὶς <αὐτὸν εὐθέως> Φεύγει.
τοῦτον δ' ἀλώπηξ τοῖ' ἰδοῦσ' ὀνειδίζει·
„πῶς δὴ διώκειν τὸν λέοντ' ἐτολμήθης,
οὗ μηδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπομένειν ἔτλης;"

Sed satis iam lusi, itaque hic subsistam memor Horatiani illius:

Non lusisse pudet, sed non incidere ludum.

Digitized by Google

DE VARIIS LECTIONIBUS A RUTHERFORDIO E SCHOLIIS ARISTOPHANEIS ERUTIS.

SCRIPSIT

J. VAN IJZEREN.

Notissima res est quaeque neminem, qui paulo accuratius talia observare soleat, latere possit, aliis temporibus apud singulos populos florere solere alias disciplinas. Sic medio hoc saeculo apud solos paene Germanos (nam de nostratibus taceo, ne nimio patriae amori indulgere videar) in honore erat — certe colebatur — studium litterarum Graecarum atque Latinarum. Ingens est numerus virorum doctorum qui tum temporis apud vicinos nostros Transrhenanos alii felicius alii infelicius operam dabant emendandis, explicandis, suo pretio aestimandis scriptoribus veteribus. Pauci vero qui philologi optimo iure dici poterant inveniebantur apud Franco-Gallos, pauciores fortasse apud Britannos. Quae tamen studiorum nostrorum condicio paulatim mutari coepta est, et hodie certe nemo impune potest neglegere libros, quos in lucem emittunt viri docti cum Franco-Galli, tum Britanni. Et de illis quidem agere non huius est loci; quanto autem honore ultra Mare Septentrionale floreat philologiae studium, id exempli gratia ex eo potest apparere quod intra quattuor annorum spatium non minus quam tres in Britannia prodierunt editiones fabulae, quae per longos annos neglecta fere iacuerat, Vespas dico Aristophaneas. Quantum praeterea litteris profuerunt iam, prosunt etiam hodie, et posthac multis proderunt vetusti papyri ex felici Aegypti solo ab exploratoribus Britannicis effossi!

Digitized by Google

Principem locum quisnam inter philologos Britannos obtineat dictu fortasse difficile, meum certe non est dicere; sed si series esset componenda eorum qui huc imprimis sub censum venire deberent, nemo, opinor, locum negaret illi viro docto, de cuius nonnullis suspicionibus me acturum esse profitetur huius disputationis titulus. In quo quanta sit doctrina, quanta prudentia, quanta sagacitas, id demonstrabunt alii aut demonstrarunt; ego vero plane ridiculus viderer, si laudes canere inciperem viri meo certe praeconio minime indigentis.

Fieri autem non potest, quin late pateat talis viri auctoritas. Atque hac quidem de causa paulo accuratius agere mihi proposui de quodam studiorum genere, in quo, ut statim aperte proloquar, parum feliciter versatus esse mihi videtur. Multum enim vereor, ne, sicut olim et mihi accidit, multi nimis faciles ei praebituri sint aures in quaestione in qua minime sequendum eum esse ducem mihi est persuasum.

Spectat autem haec sententia ad annotationes quas adspersit vir doctissimus libro suo multis nominibus laudando, cui titulus „Scholia Aristophanica Vol. I et II", in quo hactenus — nam tertium volumen additurum se professus est — ea sola scholia edidit quae in codice Ravennate sunt servata, satis plerumque tenuia neque magni momenti. In quorum textu constituendo acutum profecto plerumque et sagacem se praestitit criticum, nisi quod saepius adhibere neglexit scholia aliorum codicum, Veneti imprimis, quatenus hoc codice nondum satis accurate excusso fieri poterat. Quae si semper adhibuisset, multos locos ratione constituisset longe diversa ab ea qua nunc usus est. E quo genere nonnulla infra citabo.

Addidit deinde Rutherford versionem Anglicam; quod qua de causa fecerit explicat Praef. p. VIII. Melius tamen, opinor, aut omnino versionem omisisset, philologorum crumenae consulens, aut Latine reddidisset scholia; mihi certe sermo Latinus multo aptior esse videtur ad explicandas tales annotationes.

Sed imprimis hic mihi res est cum observationibus quas huic versioni subiecit; in quibus conatur scholiis lucem adferre, ea potissimum usus ratione quam in praefatione his verbis indicat (p. XVIII): „what appears to be flat nonsense, becomes endowed with meaning, so soon as we apprehend that its

Digitized by Google

author had before him an unrecorded but certain variant" [1]).

Quod in universum dictum quam verissimum est, et semel iterumque quin verum hic viderit Rutherfordius dubitari nequit; sed quod summam attinet, non vereor hanc pronuntiare sententiam, infelicissima hac in re fuisse eius conamina [2]). Quod aptius demonstrare non posse mihi videor, quam cuncta fere quae huc pertinent recensendo; qua occasione oblata simul de interpretatione nonnullorum scholiorum quaedam in medium proferam.

Faustis autem ominibus ut pugnam aggrediar cum viro magnae exquisitaeque doctrinae, cui ne prorsus impar esse appearem quam maxime vereor, primum tres tractabo locos, ubi lectionem, quam e scholiis ille eruit, in textum poetae restituendam esse censeo. Sunt hi:

Vesp. 61. Locum silentio praeterirem, lectorem ablegans ad editionem carissimi praeceptoris mei Van Leeuwen, nisi nondum illum omnes in suas traxisse partes cognovissem. Nempe in

---

1) Haud aliter olim Hemsterhusius (Praef. Plut. p. XIII): „saepe contingit, tales Grammaticorum interpretationes proponi, quae a receptis scriptorum lectionibus tam longe abeant, ut nullis machinis eo reflecti possint atque adduci: quod, si sedulo fuerit perpensum, sponte homini paulo perspicaciori cogitationem eam subiiciet, aliud quiddam olim exstitisse, cui talis explicatio congruat."

Peculiari autem disputatione quaedam huius generis collegit O. Lange (Variae lectiones in Schol. Ar. latentes. Dissert. Gryphisw. 1872). Sed hunc quoque saepius multo longius quam par est progressum esse censeo et bene factum quod „hanc materiem non penitus exhausisse videtur", quae sunt verba Büngeri de Arist. Equitt. Lysistr. Thesm. apud Suidam reliquiis p. 12.

2) Absoluta demum hac disputatione et iam typothetae tradita, in manus meas pervenerunt Zacheri „Kritisch-Grammatische Parerga zu Aristophanes" (Philologus Supplementband VII pagg. 487—530), in qua commentatione vir clarissimus, quo nemo nostris temporibus melius de Scholiis Aristophaneis meritus esse videtur, et alia quaedam tractavit ad poetam eiusque scholiastas pertinentia et de Rutherfordii libro fusius egit (pagg. 498—529). Eandem autem quam ego quaestionem tetigit ibid. pagg. 526—529; lenius autem quam oportet de Rutherfordii suspicionibus iudicasse mihi videtur, cum nonnullis prolatis exemplis hanc pronuntiaret sententiam: „Wie man sieht, sind diese Rutherfordschen Beobachtungen vielfach richtig, sicher anregend, aber er geht in der Verfolgung dieses Gesichtspunktes viel zu weit, und, was das schlimmste ist, er lässt sich durch ihn in der kritischen Behandlung der Scholien beeinflussen, während solche Beobachtungen nur die sich von selbst und beiläufig ergebenden Folgerungen aus der kritischen Betrachtung des Ueberlieferten sein müssten."

Digitized by Google

editione quam curavit v. d. Starkie (London 1897) hanc repetitam invenio lectionem:

ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ Φορμίδος
δούλῳ διαρριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις
οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
οὐδ' αὖθις ἐνασελγαινόμενος Εὐριπίδης.

Hic autem pro verbo ἐνασελγαινόμενος, quod Hermanni coniecturae debetur, tradita lectio est ἀνασελγαινόμενος. Utrumvis tamen participium ineptum est: verbum enim ἀνασελγαίνειν nullo modo defendi potest, ἐνασελγαίνειν autem ex eorum verborum genere esset, quae cum dativo, non cum accusativo iunguntur, ita ut participium ἐνασελγαινόμενος significatione passiva adhiberi vix potuerit. Praeterea quominus participium retineamus obstat οὐδὲ in initio versus, quod frustra in οὔτε mutavit Blaydes. Ne multa: primam personam numeri pluralis in exemplari suo habuisse scholiastam, qui annotavit οἷον κατ' Εὐριπίδην πολλὰ λέξομεν ἀσελγῆ, observarunt Van Leeuwen et Rutherford; quorum prior versum sic emendat:

οὐδ' αὖθις ἀσελγανοῦμεν εἰς Εὐριπίδην.

Optime; nam quod hanc lectionem „unmetrical" vocat Starkie, vereor ne nimium indulgeat studio cuncta ad severam normam — quam hodierni reperire sibi visi sunt — diiudicandi. Nostri versus metrum e. g. prorsus idem est atque Ach. 6:

τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

Cf. et Avv. 843, 1026, Thesm. 647, Ran. 1407, 1462 al.

Pac. 303:

ὦ Πανέλληνες, βοηθήσωμεν, εἴπερ πώποτε,
τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν Φοινικικῶν.

„Adiectivum Φοινικικός ad Φοινικίς revocari non potest; quare poetam scripsisse suspicatus sum κακῶν Φοινικίδων, ut chorus militaria saga exsecrari existimetur." Haec Meineke (Vind. Ar. p. 43), recte, ut arbitror [1]); qui si viveret adhuc et perlegeret Rutherfordii annotationem ad partem scholii Φοινικὶς

1) Quominus tamen omnem de hac coniectura dubitationem sublatam esse ducamus, obstare videtur adiectivum κακῶν, pro quo exspectes potius μοχθηρῶν vel eiusmodi aliquid.

Digitized by Google

χλαμὺς πελεμική: „almost certainly implies a reading *Φοινικίδων*," statim exclamaret opinor: „delendum istud *almost*."

Plut. 148. Chremylum Pluti potestatem laudantem sic interrumpit Cario:

ἔγωγέ τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον
δοῦλος γεγένημαι, διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως.

Hic omnino facio cum Langio (l.l. p. 38) et Rutherfordio, contendentibus verba tradita διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως suspecta esse cum propter repetitum διά, tum propter ἴσως pro ὁμοίως adhibitum; e glossemate autem versui praecedenti adscripto esse orta; contra scholion R πρότερον ὢν ἐλεύθερος variam esse lectionem eamque quantocius recipiendam.

Plures sunt loci, ubi sagaci quidem coniectura Rutherford indagavit quid olim scholiastae ante oculos fuerit, minime tamen dubium est — id quod addere plerumque neglexit — quin altera illa lectio sit reicienda. Cuius generis hos collegi locos:

Nubb. 436:

ἀλλὰ σεαυτὸν θαρρῶν παράδος τοῖς ἡμετέροις προπόλοισιν.

Et Venetus [1]) et alii multi codices pro προπόλοισιν metro invito habent προσπόλοισιν; idemque legisse scholiastam, qui praebet glossema πρόσφυξι, post Ernestium observat Rutherford.

Vesp. 1134.

Verba sunt Philocleonis, quem novo vestimento induit filius:

ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν!
ὅθ' οὑτοσί με νῦν ἀποπνῖξαι βούλεται.

Interpretem, qui scripsit scholion libri R ὑπὸ κρύους δηλονότι, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν, in suo textu legisse ἀποπῆξαι veri simillima est Rutherfordii coniectura; quod tamen verbum loci elegantiam perverteret; multum praeterea vereor ut ἀποπῆξαί τινα attici dixerint pro „frigore aliquem enecare". Nam alia res est Ran.

---

1) In quo traditum esse πβπόλοισι ipsis oculis mihi persuasi.

Digitized by Google

126, ubi de *cicuta* dicitur: *εὐθὺς γὰρ ἀποπήγνυσι τὰ ἀντικνήμια*; neque apte comparari posse mihi videtur Xen. Mem. IV 3 § 8: *ἀποπαγησόμεθα ὑπὸ τοῦ ψύχους.*

Pac. 63:

ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;
λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας.

Ad *λήσεις* annotatur: *ἀντὶ τοῦ ἀγνοεῖς τέλεον ἀπολέσας τὰς πόλεις.* Scholiastam *λήθεις* legisse iure observat Rutherford; at neque praesens *λήθω* Atticae est dialecti, neque haec lectio admitteret participium *ἐκκοκκίσας*, pro quo requireretur *ἐκκοκκίζων.*

Pac. 92:

ποῖ δῆτ' ἄλλως μετεωροκοπεῖς;

Scholii *περὶ τὰ μετέωρα πέτει* auctorem ante oculos habuisse *μετεωροποτεῖς* recte, ut videtur, iudicat Rutherford; vulgatam tamen lectionem, pro qua *μετεωροπολεῖς* coniecit Blaydes coll. Hesych. s. v. *μετεωροπολῶν*, omnino retinendam esse testatur Equitum versus 830: *τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίζεις.* Cf. *μετεωροκόπος* Plat. Rep. 488*e* (cod. *-σκόπος*, em. Porson), quaeque de hisce verbis scripsit Cobet Mnemos. 1873 p. 118 et 130.

Avv. 944. *Σπολάδι* a Pithetaero accepta poeta esuriens non contentus sic canere incipit:

νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἁλᾶται Στράτων,
ὃς ὑφαντοδόνητον ἔσθος οὐ πέπαται.
ἀκλεὴς δ' ἔβα σπολὰς ἄνευ χίτωνος.

Schol. R *ἀκλεὴς δ' ἔβα*] *ἡ σπολὰς ἄνευ χίτωνος.* Recte Rutherford annotat: „Wether the words *σπολὰς ἄνευ χιτῶνος* are genuine or no, certainly the writer of this note did not find them in his text." Verba quin genuina sint non dubito — nam qui poterant salva sententia omitti? — sed scholion ortum est e verbis olim additis in margine alicuius exemplaris, in quo casu interierant.

Thesm. 291. Mnesilochi Thesmophoria celebrantis preces sunt:

Digitized by Google

καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν [1])
πλουτοῦντος, ἄλλως τ' ἠλιθίου κἀβελτέρου·
καὶ πρὸς θάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ Φρένας.

Hic scholion est: τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν. ἀντὶ τοῦ κατωρεΦῆ τὸν νοῦν μου ποίησον. Priorem annotationis partem referendam esse ad lectionem ποσθάλισκον pro πρὸς θάληκον, quod — mirum dictu — in textu retinuit Bergk, optimo iure statuit Dindorf; ποσθάληκον edidit Fritzschius. Alteram autem partem spectare ad lectionem quae in Veneta editione anni 1538 servata est: καὶ πρὸς Φαλλικὸν νοῦν ἔχειν με [2]), recte observasse videtur Rutherford; quod tamen vel ipsis versus numeris damnatur.

Thesm. 1031. Mnesilochus Euripidis Andromedam his verbis παρῳδεῖ:

ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν, οὐδ'
ὑΦ' ἡλίκων νεανίδων
ψήΦων κημὸν ἕστηκ' ἔχουσ',
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη
κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι.

Omisso vocabulo ψήΦων et pro eo lacunae signo posito Dindorfius (in Poet. Scen.[5]) annotat: „Scholiasta, παρὰ τὴν ξιΦοθήκην (corrige ψηΦοθήκην). οὐ δικάζω, Φησὶν ὁ γέρων." Cuius rationem me omnino non intellegere ingenue fateor; nam quomodo illud παρὰ τὴν ψηΦοθήκην interpretabatur Dindorfius? Quanto melius Rutherfordius scholion sic edidit: ψηΦοθήκην] παρὰ τὸ ξιΦοθήκην· οὐ δικάζω, Φησὶν ὁ γέρων, deinde annotavit: „The variant ψηΦοθήκην is evidently implied. It was originally itself adscript to κημόν."

---

1) Malui hic dare lectionem codicum quamvis corruptam quam id quod proposuit Scaliger: καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν, in qua lectione me offendit articulus τῆς omissus; καὶ τοῦ θυγατρίου χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν dedit Meineke, in quibus desidero articulum τὸν. Scholiasta autem annotavit: ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπίκλησιν οὕτω καλουμένης, οἷον βοίδιον ἢ χρύσιον ἢ μύρτιον (sic Dindorf, μύρτον R). ἴσως δὲ <εἰς add. Rutherf.> τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται. Quem legisse: καὶ τὴν θυγατέρα Χοίριον ἀνδρός μοι τυχεῖν non sine veri specie coniecerunt Fritzsche et Enger; quae tamen lectio quo minus probetur et alia multa obstant et verborum collocatio ingratissima.

2) Ipsa tamen illa editio habet μοι, non με.

Digitized by Google

Thesm. 1170. Chorus Euripidi se adfuturum promittit:

τὰ μὲν παρ' ἡμῶν ἴσθι σοι πεπεισμένα,
τὸν βάρβαρον δὲ τοῦτον αὐτὸς πεῖθε σύ.

Schol.: ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ πεπείσμεθα. Recte Rutherford: „This note appears to involve a reading ἐστί for ἴσθι."

Ran. 988. Post lepidos versus quibus Bacchus exposuit quam anxie Athenienses, postquam e fabulis Euripideis uxoribus suis diffidere didicerunt, res domesticas curare soleant, haec addit:

τέως δ' ἀβελτερώτατοι
κεχηνότες Μαμμάκυθοι
Μελιτίδαι καθῆντο.

Schol. R, quod primus edidit Martin [1]): ἕως ἄρτι μωροὶ ἦτε. Non iniuria huic scholio subesse lectionem alteram καθῆσθε contendit Rutherford; quae tamen reicienda est, nam etiam in praecedentibus spectatores non alloquitur Bacchus, sed his utitur verbis: νῦν γοῦν Ἀθηναίων ἅπας τις κτέ.

Eccl. 121. Assentior Rutherfordio scholion sic edenti: περίθου] περίθες, et annotanti: „The m.ss. still retain an indication of this variant in the text in the accentuation περίδου" (pro περιδοῦ).

Plut. 488. Schol. χρὴ λέγειν ὑμᾶς ἀντιλέγοντας. Scholiastam legisse:

ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν ᾧ νικήσετε τηνδὶ
ἐν τοῖσι λόγοις ἀ ν τ ι λ έ γ ο ν τ α ς

pro ἀντιλέγοντες praeeunte Hemsterhusio observat Rutherford; optime tamen ille addit: „in priore scriptura facilior est orationis cursus."

Iam transeo ad praelongam seriem versuum, in quibus frustra variam aliquam lectionem e scholiis eruere conatus esse mihi videtur Rutherford. Ne autem nimium taedium moveam lectori cunctos deinceps enumerans, in certa quaedam genera eos dividam.

---

1) Les Scolies du Manuscrit d'Aristophane à Ravenne. Etude et collation par M. Albert Martin. Paris 1882.

Digitized by Google

I.

Primo igitur parum caute egisse mihi videtur Rutherford nonnullis locis, ubi in scholio ab ipso correcto varietatem lectionis deprehendere sibi visus est. Cuius generis hae sunt eius suspiciones:

Schol. Acharn. 95. Ravennatis scholion hoc est: *ναύΦρακτον*] *ναύσταθμον, ὡς περιβλέποντος ἐν κύκλῳ τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀξιωματικῶς εἰσιόντος. τινὲς δὲ ναύΦρακτον τὴν ἐν ναυσὶ στρατιάν. οἷον οὖν στρατιὰν βλέπεις ὅλην, ἢ ναῦν ἀκρωτήριον κάμπτουσαν· ἐπειδὴ δεδοικότες οἱ ἐμπλέοντες ὅταν ὥσι πλησίον τῆς γῆς, ῥέμα καὶ ἐπιστημόνως ἰθύνουσι, μὴ προσπταίσωσι τῇ γῇ. ἔξεισι τερατώδης τις γελοίως ἐσκευασμένος καὶ ὀΦθαλμὸν ἔχων ἕνα ἐπὶ παντὸς τοῦ προσώπου.*

Minime ego is sum qui contendam haec ita ut ad nos pervenerunt ab ipsis interpretibus scripta esse, nam trium scholiastarum superesse videntur explicationes, quarum secunda incipit a verbis *τινὲς δέ*, tertia ab *ἔξεισι τερατώδης κτέ.*; sed unum confidenter dico: non licet haec edere sicut edidit Rutherford:

I. *πρὸς* (?) *κτλ.*] *ὡς περιβλέποντος ἐν κύκλῳ τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀξιωματικῶς ἰόντος* — quae verba respiciant „some absurdity of reading, like *ναυρὸν* or *ναῦρα περιβλέπεις*, to which the key may be got from Hesychius, *ναῦρα ἢ ναυρόν*] *ὄγκος.*"

II. *πρὸς τὸν νεῶνα κ.τ.λ.*] *ἐπειδὴ δεδοικότες οἱ ἐμπλέοντες ὅταν ὥσι πλησίον τῆς γῆς ῥέμα καὶ ἐπιστημόνως ἰθύνουσι, μὴ προσπταίσωσι τῇ γῇ.* — Haec munita sunt annotatione: „the general sense almost involves the reading *πρὸς τὸν νεῶνα* for *πρὸς τῶν θεῶν*, while the *ῥέμα* would suggest *νωθρῶς* and the *ἐπιστημόνως* tempt us to think of — *Φραστο* —:

ΠΡΟΣΤΟΝΝΕΩΝΑΝΩΘΡΩΣ ΦΡΑCΤΟΝ.

In such cases metre had best be left unconsidered."

III. (?)] *ναῦν ἀκρωτήριον κάμπτουσαν.* Ad quae annotatum est: „part of the variant which gave rise to it may or may not be got from Hesychius: *ῥάκτος*] *λόΦος.*"

IV. *ναύΦρακτον*] *ναύσταθμον.*

V. *ναύΦρακτον*] *τὴν ἐν ναυσὶ στρατιάν· οἷον οὖν στρατιὰν βλέπεις ὅλην.*

Digitized by Google

Schol. Equitt. 138. Scholion apud Dübnerum sic est editum: δέον ἦν καὶ εἱμαρμένον. Quod explicandis vocabulis ἦν χρεών in versu

τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρεὼν
ὑπὸ βυρσοπώλου

mihi quidem satis aptum videtur; Rutherfordius vero hanc pro vera vendit lectionem: ἦν χρεών] δέον ἦν. || χρεώ] ‹χρεὼ τὸ› εἱμαρμένον; deinde alios olim χρεὼ pro χρεὼν legisse suspicatur, quae omnia velut e nubibus suspensa sunt.

Schol. Vesp. 617. Longioris annotationis haec supersunt frustula: οὗτος ὁ ὄνος (οἶνος R) κεχηνός, quae ita decurtata sunt, ut emendandi vix ulla sit spes, nisi alii succurrant codices; κεχηνός autem utique in κεχηνώς mutandum est, quae vox fuit lemma alterius partis annotationis. Nimis vero audacter haec sic refingit Rutherford: οὗτος] ὁ ὄνος. || κεχηνώς] ‹γράφεται καὶ› κεχηνός.

Schol. Pac. 1. In versu Aristophaneo

αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ

ὡς τάχιστα in ὡς τάχος τῷ mutarunt Kiehl et Richter. Scholii autem pars est ὡς τάχιστα] ἢ τάχος ἢ διὰ ταχέων, quae misere decurtata esse videntur [1]); nullo vero iure Rutherford haec rescripsit: ‹γράφεται καὶ› ἢ τάχος ἢ διὰ τάχους.

Pac. 193 sq. Versus sunt:

ὦ γλίσχρων, ὁρᾷς,
ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ μιαρώτατος;

Scholion quod vulgo sic ad vs. 194 adscriptum legitur: ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ] ὅτι φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην, sic mutatum ad versum 193 rettulit Rutherford: γλίσχρως] ἀντὶ τοῦ φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην; deinde apud Aristophanem legendum esse coniecit ὦ γλίσχρως· ὁρᾷς κ.τ.λ.; quae omnia mihi non solum, sicut viro clarissimo Van Herwerden, peringeniosa, sed etiam nimis ingeniosa videntur. Quid enim obstat

1) Neque hoc statuere necessarium est, dummodo sumamus scholiastam scripsisse ὡς τάχος ἢ διὰ ταχέων; quam coniecturam benigne mecum communicat v. cl. Van Leeuwen.

Digitized by Google

quo minus versibus citatis addita sit explicatio ὅτι φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην, i. e.: „viden, quam gloriose in caelum adscenderim"? Deinde in lectione proposita mirum quantum me quidem offendit istud ὤ.

Schol. Pac. 940. Ad versus

ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ χἠ τύχη κατορθοῖ [1])
χωρεῖ κατὰ νοῦν, ἕτερον δ' ἑτέρῳ
τούτων κατὰ καιρὸν ἁπαντᾷ,

in Veneto extat scholion: ἄλλως· ἄλλῳ κατὰ τύχην ἀποβαίνει τὰ πράγματα. Scholiastam igitur ἕτερον δ' ἑτέρως aut ἑτέρως δ' ἕτερον legisse putat v. cl. van Herwerden. Quod mihi quidem persuasum non est, neque fortasse huius est loci; sed nolui hinc divellere scholion: ἀπὸ τούτων γὰρ κατάδηλον ἔστιν, εἴ γε χρὴ τεκμαίρεσθαι τοῖς παροῦσι, quod huc refert Rutherford, simul suspicatus alios hoc versu cum vs. 942 coniuncto legisse:

ἕτερον δ' ἑτέρως ? κατὰ καιρὸν, ἀπ' αὐτῶν ὡς αὐτὰ δῆλά γ' ἔσθ' ?

Quae omnia veri dissimillima; nam quidni cum prioribus editoribus scholion ad unum versum 942 pertinere censeamus, cui explicando optime adhiberi possit. Τὰ παρόντα sunt res ad sacrificium pertinentes, quae in scena adsunt.

Schol. Pac. 986. Ad versum

τούτων σὺ ποίει μηδὲν ἔθ' ἡμᾶς,

Ravennas hanc praebet παράφρασιν: μὴ κατὰ ταυτοῦ ὀλίγον χρόνον ποιήσῃς ἡμᾶς ἀπολαῦσαί σου. Rutherford autem ταυτοῦ in ταὐτὸν mutat, dein alios pro τούτων legisse ταὐτὸν annotat; quod haud necessarium, nam hoc quoque scholion libera est sententiae paraphrasis. Omnino autem reicienda esset haec lectio; vix enim ferenda sunt coniuncta ista ταὐτὸν .... μηδέν.

Schol. Avv. 180 et 184. Verbis ὀρνίθων πόλος quid sibi voluerit sic explicat Pithetaerus:

ὥσπερ εἰ λέγοις [2]) τόπος.
ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται

1) In altera huius commentationis parte hunc locum denuo tangam.
2) Sic Cobetus, ὥσπερ εἴποι τις codices.

Digitized by Google

ἅπαντα διὰ τούτου, καλεῖται νῦν πόλος.
ἢν δ' οἰκίσητε τοῦτο καὶ Φράξηθ' ἅπαξ,
ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.

Ad versum 180 annotatur: ὑπετυμολογεῖν βούλεται τὸν πόλον. Pro τὸν πόλον Rutherford rescripsit τὸ πόλις; deinde suo ipsius invento — nimis, ut opinor, incerto! — utitur ad probandam opinionem pro τόπος legendum esse πόλις. Quid deinde eum moverit, ut huc referret scholion ad vs. 184: ἔπαιξε παρὰ τὸ πόλος σχηματίσας τὴν πόλιν, quo verba „ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις" optime illustrantur, id ne coniectura quidem assequi possum.

Schol. Avv. 1091. In versibus quibus beatam praedicat suam ipsius vitam chorus, haec legimus:

οὐδ' αὖ θερμὴ πνίγους ἡμᾶς
ἀκτὶς τηλαυγὴς θάλπει.

Ad quae annotatum est: τινὲς τὸ πνίγους κατὰ γενικὴν Φασιν, ἵνα ᾖ· οὐδ' ἐν θέρους θερμασίαι ἐπικεῖνται ἡμῖν. Ex corruptis his verbis apparere scholiastam πνίγουσ' pro πνίγους legendum esse, certatim observatum est; quae lectio Blaydesio quoque in mentem venerat. At mihi quidem parum recte haec dicta videntur: „neque aestus late fulgentes radii suffocantes nos urunt"; nonne enim dicendum esset potius: „urentes nos suffocant"? Sed agendum mihi est de scholio. Satis igitur infeliciter, ut mihi videtur, Rutherfordius edidit: ⟨γραπτέον θέρμῃ⟩, ἵνα ᾖ „οὐδὲ ἐν θέρους θερμασίᾳ ἐπικεῖνται ἡμῖν", ita ut deinde nova sequatur annotatio haec: πνίγουσ'] τινὲς τὸ πνίγους κατὰ γενικὴν Φασιν; priora autem sic vertit: „we should write θέρμῃ to make the sense, „Nor do they (men) oppress us in the heat of summer." Unde tamen illud „men" desumpserit non addit. — Quanto leviore mutatione Dobraeus in scholio rescripsit: ἵνα ᾖ οὐδὲ ἡ θέρους θερμασία ἐπικεῖται ἡμῖν! Sed nonne propius etiam accedit ad lectionem traditam: οὐδ' αἱ θέρους θερμασίαι ἐπικεῖνται ἡμῖν?

Schol. Lysistr. 34. πρὸς τὸ Λακεδαιμονίους ἀπήντησεν R; quod olim edebatur: πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπήντησεν, apte, ut censeo, ad illustrandum versum:

βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι νὴ Δία,

Digitized by Google

quo Callonice interrumpit Lysistratae verba:

ὡς ἔστ' ἐν ἡμῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα,
ἢ μηκέτ' εἶναι μήτε Πελοποννησίους.

Rutherfordius tamen scholion sic rescribit: *πρὸς τὸ Λακεδαίμονας ἀπήντησεν*, annotans: „a variant *τοὺς Λακεδαίμονας* for *Πελοποννησίους* in l. 33 seems implied here."

Schol. Lysistr. 45. *Κιμβερικὰ ἢ Κιμβερίνα, ὡς Ταραντῖνα, εἶδος ἐνδύματος, ἀπὸ τόπου.* Iustane est causa *Κιμβερίνα* in *Κιμβερῖνα* mutandi (quod iam Dübnerus proposuit) et annotandi: „Probably implies a reading *ὀρθόσταδα* (pro *ὀρθοστάδια*) also"?

Schol. Lysistr. 519. Lysistrata in scena narrat, qualia responsa a marito accipere solita fuerit, interrogans eum de iis quae consuluissent senatus populusque:

ὃ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἂν ἔφασκ', εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσω,
ὀτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλήν· „πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει."

Scholion sic a Dübnero editum est: *εἰ μὴ εὑρεθείης, φησὶ, νήθουσα τὸν στήμονα. (τὸ δὲ νήσω) ἀντὶ τοῦ νήσεις.* Quanto imprudentius Rutherford: *εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις*] *εἰ μὴ εὑρεθείης, φησί, νήθουσα τὸν στήμονα.* ‖ *εἰ μὴ κ.τ.λ. ἀντὶ τοῦ* < > *ἀνήσεις*; qui annotat: „There is probably a variant implied — *εἰ μὴ τὰ στήνι' ἀνήσεις* (?)". Nimium profecto tribuit vitiosae Ravennatis lectioni *ἀνήσεις* pro *νήσεις*; quam si, ut priores editores fecerunt, neglegimus, scholion nil significat nisi: „prima persona *νήσω* hic usurpata est pro secunda quae exspectabatur *νήσεις*."

Schol. Lysistr. 590. Pulcherrimum et notissimum illud *σίγα, μὴ μνησικακήσῃς* sic explicatur: *ἀντὶ τοῦ μὴ μνησθῇς τῶν κακῶν, λέγουσα ὅτι τοὺς παῖδας ἔτι νεωτέρους ὄντας ἐκπέμπουσιν εἰς πόλεμον.* In quo scholio verba *ἔτι νεωτέρους ὄντας* ideo adhibita sunt, ut magis etiam appareat quantopere mulieribus bella cordi sint, *ἐκπεμψάσαις παῖδας ὁπλίτας.* Quod neglegens Rutherford scholion sic edidit: *ἐκπέμψασαι παῖδας ὁπλοτέρους*] *ὅτι τοὺς παῖδας ἔτι νεωτέρους ὄντας ἐκπέμπουσιν εἰς πόλεμον.* ‖ *μὴ μνησικακήσῃς*] *ἀντὶ τοῦ μὴ μνησθῇς τῶν κακῶν λέγουσα*, addita annotatione: „It is more likely than not that a variant *ὁπλοτέρους* is implied." Quae verba si satis intellego, suspicatur fuisse qui in versu:

Digitized by Google

πρώτιστον μέν γε τεκοῦσαι,
κἀκπέμψασαι παῖδας ὁπλίτας

pro ὁπλίτας legerent ὁπλοτέρους.

Schol. Lysystr. 1133. Ad vocabula:

πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;

schol. Rav. est: εἰς δέον ἐστὶ μὴ μακρολογεῖν, quod olim edebatur: εἰ δέον ἐστί μοι μακρολογεῖν, dubito num recte [1]), sed multo certe haec lenior est coniectura, quam ea qua scholii verba restituere sibi visus est Rutherford, qui haec sic edidit: εἴ με μηκύνειν δέον] ⟨εἰ⟩ εἰς δέον ἐστὶ μη⟨κύνειν⟩. ‖ μηκύνειν] μακρολογεῖν. Qui deinde nimia mehercle cum fiducia addidit: „The only certainty here is that the reading δέον is indicated. Perhaps the note originally ran δέον] ἀντὶ τοῦ εἰς δέον ἐστίν."

Schol. Thesm. 373. Satis mirari non possum Rutherfordium scholii ἐπιστάτις ἐστὶν ἡ Τιμόκλεια. ἀρχὴ δέ τίς ἐστιν ἐπιστάτις, ἥτις ἀνισταμένη συμβουλεύει περὶ πολέμου ἢ [2]) εἰρήνης ἢ περὶ ἄλλου τινός partem alteram delentem, et ad priorum vocabulorum versionem annotantem: „The words that follow are perhaps meant for a note on a reading Τιμόκλει' ἐπιστάτις" (pro Τιμόκλει' ἐπεστάτει)". Me certe in toto hoc scholio nihil omnino offendit: scholiasta Aristophanis verba Τιμόκλει' ἐπεστάτει interpretatus per „Timoclea ἐπιστάτις est", addit quaedam de ficti huius magistratus muneribus.

II.

Venio nunc ad paucos locos, ubi scholia aliorum codicum Rutherfordium meliora docere potuerant. Quales sunt hi loci:

Schol. Nubb. 591. Ad priorem partem versus

ἦν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς

1) Fortasse enim verba tradita sic possunt explicari: „oportet me non diutius quam necesse est verba facere", ita ut totam haec potius respiciant sententiam.

2) Vocula ἢ in codice omissa e Suida suppletur.

Digitized by Google

in Ravennate annotatur: *καὶ μὴν ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος Φαίνεται γεγραφὼς τὸ δρᾶμα· ὅπου γε τοῦ Μαρικᾶ Εὐπόλιδος μέμνηται, ὃς ἐδιδάχθη καθ' Ὑπερβόλου μετὰ τὸν Κλέωνος θάνατον· ταῦτα δὲ ὡς ἔτι ζῶντος Κλέωνος λέγεται.* Scholii partem priorem interiisse apparet ex iis quae in aliis codicibus praecedunt: *ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν προτέρων Νεφελῶν. τότε γὰρ ἔζη ὁ Κλέων. ἐπὶ δὲ τούτων τέθνηκε. καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν.* — Cuius rei oblitus Rutherfordius haesit in verbis *καὶ μήν*. Quaesivit igitur lectionem cui ea adaptari possent, nec tamen facile invenit; tandem *καὶ μὴν* in *καὶ ἦν* mutandum esse suspicatus est, inserviisse autem hanc annotatiunculam explicandae alteri lectioni *κἂν* vel *κἦν* pro *ἦν*! Verbum non amplius addam! [1])

Schol. Nubb. 994. Versus est:

καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν κτἑ.

Scholii Ravennatis *ἀπαίδευτα ποιεῖν παρὰ τοὺς αὐτοῦ* (sic) *γονέας* priora vocabula explicant verbum *σκαιουργεῖν*, ulteriora novum efficiunt lemma, ad quod in aliis codicibus annotatur: *ἀντὶ τοῦ μὴ παρὰ γνώμην τῶν σῶν γονέων*. Tenendum enim est codices R V alios pro *περὶ* in textu habere *παρὰ* [2]); nullo igitur iure Rutherford: „The words *παρὰ τοὺς αὐτοῦ γονέας* appended to this glossema may represent a variant for *παρὰ τοὺς σαυτοῦ γονέας* of the text."

Schol. Nubb. 1235. Haec Strepsiadem exclamantem facit poeta:

νὴ Δία
κἂν προσκαταθείην γ' ὥστ' ὀμόσαι τριώβολον.

Schol. R: *τοῦτ' ἐστὶ καὶ ζημιωθῆναι τρεῖς ὀβολοὺς ἵνα ἐπιτρέψῃς μοι ὀμόσαι τοὺς θεοὺς κτἑ.* Alii codices pro *ζημιωθῆναι* habent *ζημιωθείην ἄν*, ita ut mihi quidem veri sit similius librarium qui descripsit Ravennatis scholia errasse quam scho-

1) Addenda tamen fortasse nonnulla sunt in ipso scholio; suspiceris enim haec sic fere esse supplenda: *καὶ μὴν <δῆλον ἐκ τῶν ἄνω> ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος κτἑ.* (V. L.).

2) Cf. quae annotavi in libello „De vitiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum" p. 76 sq.

Digitized by Google

liastam ante oculos habuisse *καὶ προσκαταθεῖναί γ'* pro *κἂν προσκαταθείην γ'*, ut putat Rutherford.

Schol. Plut. 505. Versuum

οὔκουν εἶναί φημ' εἰ παύσει ταύτην βλέψας ποθ' ὁ Πλοῦτος [1]),
ὁδὸν ἥντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω πορίσειεν,

scholia inter alia multa duas continent sententias, quae sic in Ravennate traditae sunt: *οὐκ οὖν εἶναί φημι ὁδὸν ἥντινα ἰὼν ὁ Πλοῦτος βλάψει ταύτην καὶ ἀγαθὰ μείζω ποιήσειεν.* Et: *οὐκοῦν ἐπιλύσει ταῦτα ὁ Πλοῦτος ἤν ποτε βλέψῃ φημὶ εἶναι ὁδὸν ἥντινα ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθὰ μείζω ποιήσειε.* Valde haec mehercle sunt confusa, neque veram lectionem restituere equidem conabor. Sed nondum inspectis ceterorum codicum scholiis haec annotaveram: „Num interpres *ποιήσεις* legerit dubitat Rutherford; equidem in scholio lenissima mutatione *πορίσειεν* scribam potius quam putem scholiastae ad manus fuisse exemplar Aristophanis tam foede corruptum, ut metro invito in eo scriptum esset:

ὁδὸν ἥντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω ποιήσειεν."

Postea adii scholia pleniora a Dübnero edita et vidi alios codices id ipsum praebere *πορίσειεν*.

---

1) Sic aptissime in Ravennate legitur. Venetus cum ceteris plerisque habet *ταῦτ' ἢν βλέψῃ*, quod ortum est postquam *ταύτην* abiit in *ταῦτ' ἤν*. In deterioribus nonnullis codicibus traditum est *ταῦτ' ἂν βλέψας*, unde *ταῦτ' ἀμβλέψας* Bergkius; quod hanc praeberet sententiam: „Quodsi Plutus, visu oculis restituto, his rebus finem imponeret, nulla via quisquam hominibus maiora commoda praebere posset." Sed quaenam est illa via, quodnam illud remedium? Ipsum, opinor, *τὸ ταῦτα παύειν*. Unde apparet parum apte hanc sententiam decurrere; quod incommodum abest a lectione libri R.

Olim vulgata huius versus lectio haec erat:

οὐκοῦν εἶναί φημ', ἢ παύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος.

Satis autem infeliciter Bentleius coniecit:

οὔκουν εἶναί φημ', (ἢ παύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος),

sed infelicius etiam Hemsterhusius:

οὔκουν εἶναί φημ' ἢ παύσει ταῦτ' ἢ 'ν (i. e. ἢ ἢν!) *βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος.*

Iam antiquitus de vera lectione esse dubitatum e scholiis apparet, quorum aliud aliam respicit lectionem; quas omnes recensere inutile videtur; cf. O. Lange in libello supra citato, p. 39 sq.

Digitized by Google

III.

Sic sponte venio ad novum coniecturarum genus. Interdum enim Rutherfordius suspicatus est scholiastas ante oculos habuisse talia vocabula vel tales sententias, quales aut metrum pessumdant, aut ne Graeci quidem sunt sermonis. Quod licet hic illic accidere potuerit, tamen prudentis critici non est eiusmodi proferre suspiciones iis locis, in quibus non omnino sit necessarium. Exempla sunt haec:

Schol. Acharn. 708. R: *ὅστις ὁ πρεσβύτης ὑπὸ τοῦ τοξότου βλαπτόμενος οὐδὲ τῆς Δημήτρας ἠνέσχετο ἡνίκα ἦν νέος.* Olim haec sine articulo *ὁ* ante *πρεσβύτης* edebantur; quam lectionem si revocaverimus, non faciemus cum Rutherfordio annotanti: „Perhaps an unmetrical variant *ὅστις* was implied", in versibus:

ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπεμορξάμην ἰδὼν
ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κυκώμενον,
ὃς μὰ τὴν Δήμητρ', ἐκεῖνος ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδης,
οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαΐαν ῥᾳδίως ἠνέσχετ' ἄν κτἑ.

Schol. Acharn. 742. Megarensis illius Aristophanei verba sunt haec:

ὡς ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, εἴπερ ἰξεῖτ' οἴκαδις
ἄπρατα, πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ κακῶς.

Schol.: *ἐκ δευτέρου εἰς τὸν οἶκον εἰ ἀφίξεσθε, τῆς πρώτης πειραθήσεσθε λιμοῦ*, i. e. „si denuo domum redieritis e. q. s."; ipse igitur scholiasta facetus sibi visus est ludens in illis *ἐκ δευτέρου ..... τῆς πρώτης λιμοῦ*. Infelicissime autem Rutherford: „The variant *οἶκα δίς* is plainly implied". Quasi *δίς* significare *bis*, non *denuo*, quisquam ignorare potuerit unquam!

Schol. Acharn. 966. Rav.: *ὅτι ἐπὶ ὀψαρίων μόνον τέμαχος, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τόμος, οἷον τυροῦ.* Dixeris satis esse difficile explicatu, quomodo haec respicere possint versus quibus Dicaeopolis Lamachi illi ministro respondet:

οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα·
ἀλλ' ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω.

Aenigmatis tamen solutionem invenisse sibi videtur Rutherford,

Digitized by Google

qui priorem versum sic fuisse traditum suspicatur in nonnullis exemplaribus:

οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη τεμάχη τῆς ἀσπίδος.

Quanto prudentior altera quam addidit suspicio, ad vs. 1100 haec olim fuisse adscripta!

Schol. Equitt. 72. Versus sunt hi:

νῦν οὖν ἀνύσαντε Φροντίσωμεν ὦγαθέ,
ποίαν ὁδὸν νὼ τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα.

Extetne adiectivum verbale τρεκτέον (immo θρεκτέον)[1] pro δραμητέον? Estne Graecum ὁδὸν τρέχειν? Si minus, ne Rutherfordio assentiamur ad glossema πορευτέον, quod adscriptum est in libro R, annotanti: „either the variant τρεκτέον is here implied, or πορευτέον is a note on l. 73." Etenim tunc demum ad eiusmodi coniecturam confugere liceret, si omnino nulla alia ratione illud πορευτέον explicari posset; at illo verbo bene illustrantur verba ποίαν ὁδὸν τρεπτέον. Ad posteriorem autem partem observationis Rutherfordii quod attinet, equidem vix capio, quomodo ad versum:

κράτιστ' ἐκείνην τὴν μολωμεν ὦγαθέ

illustrandum adhiberi potuerit τὸ πορευτέον.

Schol. Equitt. 159. ταγέ] ἀρχηγέ· Ὅμηρος· „παρὰ δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων." Ex hoc loco, si Rutherfordio credimus, suppleri poterunt annotationes criticae ad Homeri versum Ψ 160, addendum enim erit „οἵ τ' ἀγοί legit Schol. Arist. Equitt. 155." Mirabitur fortasse lector, cui non ad manus sit Rutherfordii editio; citabo igitur eius notam: „It is conceivable, that this is really a note on a variant ἀγέ in 155, in which case we should have to prefer the Aristarchean reading in the quotation οἵ τ' ἀγοί, which is rather suggested by the manner in which the words appear in the Ravennas[2])." Quisquamne igitur legerit in versu 155:

ἀγὲ (sic!), δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χάμαι,

1) Ut Zacherus quoque observat l.l. p. 526.

2) Proh infelicem librarium, qui scribendo δ' οἱ' ταγοὶ pro δ' οἱ ταγοί, effecit ut hoc quoque argumentum afferri posset! Gaudeo autem quod Zacherus quoque hanc suspicionem „ganz bizarr" dicit (l.l. p. 527).

Digitized by Google

pro ἄγε? Quanam igitur de causa citabatur versus Homericus? Qui quidni allatus fuerit ad illustrandum vocabulum ταγὲ in versu 159!

Schol. Nubb. 41. Vocabulum προμνήστρια sic explicat interpres: ἡ προνοήσασα τὸν γάμον, a verbo μεμνῆσθαι igitur id repetens. Nimis vero accurate, immo absurde fere Rutherford: „This may be an etymological note on a reading προνήστρια".

Schol. Nubb. 292. Ultimum vocabulum versus:

ἤσθου Φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου

explicatur per: ὑπὸ θεῶν καταπεμφθείσης. Quod scholion vocabulo θεοπέμπτου explicando olim inserviisse suspicatur Rutherford. Vellem tamen exposuisset primum quid se moverit ut de varia lectione quicquam suspicaretur; deinde ubinam vocis θείπεμπτος alterum legerit exemplum, apud scriptorem saltem Aristophanis fere aequalem [1]).

Schol. Nubb. 758. Apud Aristophanem hanc ἀπορίαν Strepsiadi proponit Socrates:

εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη,
ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσειας εἰπέ μοι.

Schol. R: εἰ κατηγοροίη πέντε σε δυναμένην ζημιώσαι (sic) τάλαντα. Hic sensum restituere conatus est Dindorf, κατηγορίαν addens post κατηγοροίη; Rutherfordius autem scholion sic rescripsit: εἴ σοι γράφοιτο] εἰ κατηγοροίη ⟨σου⟩. || πεντετάλαντον] πέντε σε δυναμένην ζημιῶσαι τάλαντα. Apparet hanc annotationem satis esse decurtatam; non multa autem me offendunt in correctione a Rutherfordio recepta; nisi quod altera scholii pars sic potius edenda erat: πεντετάλαντος] πέντε σε δυναμένη ζημιῶσαι τάλαντα. Sic non necessarium erit statuere interpretem legisse εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντόν τις δίκην; quod a Blaydesio quoque (in comm. exeg.) propositum, etiamsi aliquando fuisset lectum, quod nego, tamen nihil ad poetam; qui non facile, opinor, dixisset γράφεσθαί τινι δίκην pro γρ. τινα δίκην.

---

1) Nec tamen absurdam hanc suspicionem dicere ausim; immo, omnes si essent huiusmodi, nunquam profecto in hunc campum descendissem.

Digitized by Google

Schol. Nubb. 777. Vocabulo ὀφλήσειν in versibus:

ὅπως ἀποστρέψαι' ἂν [1]) ἀντίδικων δίκην
μέλλων ὀφλήσειν, μὴ παρόντων μαρτύρων,

in Ravennate adscriptum est καταδικασθῆναι; quod superesse videtur e longiore nota, qua totum versum explicaverit interpres; qui sui ipsius aevi loquendi usum secutus, verbo μέλλειν addidit infinitivum aoristi καταδικασθῆναι. Nullo vero iure Rutherford: „Perhaps implying a reading ὀφλῆσαι, which both in form and construction is good enough in late Greek."

Schol. Nubb. 1024. καλλίπυργον] ὑψηλοτάτην, μεγάλην. Satis apte explicationem lemmati convenire dixeris; aliter tamen Rutherford, qui: „The former of these notes (perhaps both) suggests a reading κατάπυργος or καταπυργωτός, in late Greek κατά prefixed giving the sense of „very." Metrum tamen has lectiones respuit.

Schol. Nubb. 1374. Verbis ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω additum est glossema κρούω αὐτόν. Scholion cum poetae verbis ut concineret nimis anxie efficere cupiens Rutherford hanc protulit sententiam: „The αὐτὸν may imply some variant. Such a thing as ἓ 'ξαράττω (sic!) would not be at all out of place in such comments."

Schol. Vesp. 1215. κρὲξ ὄρνεον παραπλήσιον γεράνῳ. Fragmentum hoc esse puto longioris annotationis, in qua κρεκάδιον a voce κρέξ derivabatur [2]); interpretem legisse κρέκα δι' αὐλῆς pro κρεκάδι' αὐλῆς Rutherfordio cras credam, licet nuper hanc opinionem probaverit Starkie in fabulae editione.

Schol. Pac. 470. ἔμΦασιν πολλὴν ἔχουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ, ἐμφαίνοντες τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὸ ἕλκειν, ὅπου γε καὶ συναρτᾶσθαί Φησι τῷ ἔργῳ ἀντὶ τοῦ συμπεπάρθαι. Hic pro συμπεπάρθαι apud Dübnerum editum invenio ἐμπεπάρθαι, quam lectionem

1) Sic Meineke; ἀποστρέψαις ἂν RV et plerique; alii codices habent ἀποστρέψαις, vel ἀποτρέψαις ἄν, vel ἀποτρέψειας, vel ἀποτρέψῃς ἂν, vel ἀποστρέψειας ἄν.

2) Iure an iniuria nunc non quaero. Nimium tamen nostro scholio tribuit Dindorfius, qui πάνυ σεμνῶς annotavit: „Ex hac annotatione apparet κρεκάδια ornamenta quaedam esse similia avi κρέξ vel κρέκα dictae."

Digitized by Google

ambabus manibus accipiendam censeo, licet Dübnerus non annotaverit essetne e coniectura orta an in aliis codicibus inventa; simul autem scholii verbum *συναρτᾶσθαι* in *ἐναρτᾶσθαι* mutandum videtur. Sic non opus est suspicari, quod suspicatus est Rutherford, scholiastam pro

οὐκοῦν ἔλκω κἀξαρτῶμαι
κἀπεμπίπτω καὶ σπουδάζω,

quae sunt Trygaei verba, legisse

οὐκοῦν ἔργῳ ξυναρτῶμαι κτέ.,

quam lectionem unquam extitisse propter articuli omissionem vix credibile est.

Schol. Avv. 1077. Ad *Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον* annotatum est: *ἄνω εἶπεν ἐκ τῶν ὀρνέων*, i. e. „de eodem homine poeta supra (vs. 13) dixit *ἐκ τῶν ὀρνέων*"; parum recte autem Rutherford scholion sic vertit: „he is *called* *ἐκ τῶν ὀρνέων* above"; deinde hinc eruit variam lectionem *Φιλοκράτη 'κ τῶν στρουθίων* pro *Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον*. Hic quoque articulus ante *ἐκ* omissus obstat, quominus hanc lectionem in nonnullis exemplaribus olim fuisse traditam concedamus, nisi certissimis cogamur indiciis atque argumentis.

Schol. Lysistr. 55. Apud poetam Lysistratae roganti:

ἆρ' οὐ παρεῖναι τὰς γυναῖκας δῆτ' ἐχρῆν;

Calonice respondet:

οὐ γὰρ μὰ Δί', ἀλλὰ πετομένας ἥκειν πάλαι.

Scholion est: *οὐ μετὰ βραδυτῆτος ἥκειν ἔδει ἀλλὰ πετομένας.* Unde Rutherford effecit commentatorem legisse *οὐ γὰρ βραδέ' ἀλλὰ κ.τ.λ.*, quae quo modo sint explicanda equidem vix intellego; scholion autem sic interpretor: „non oportebat mulieres tarde ad nos convenire, sed quam citissime."

Schol. Lysistr. 577. In scena Lysistrata exponit quomodo exemplis e lanificarum arte desumptis uti possint magistratus ad rem publicam melius gubernandam:

πρῶτον μὲν ἐχρῆν, ὥσπερ πόκον ἐν βαλανείῳ
ἐκπλύναντας τὴν οἰσπώτην, ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ κλίνης
ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηροὺς καὶ τοὺς τριβόλους ἀπολέξαι

Digitized by Google

καὶ τούς γε συνισταμένους τούτους καὶ τοὺς πιλοῦντας ἑαυτοὺς
ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτῖλαι.

Hic e scholio τοὺς θλίβοντας εἰς τὴν πολιτείαν ἑαυτοὺς orta est lectio codicis R (et N, Iunt.) θλίβοντας pro πιλοῦντας. Atra nocte autem mihi obscurius est quid sibi velit Rutherfordii ad scholion annotatio: „This annotator evidently takes πιλοῦντας as at least a pun on πόλις, though he may have read πολιοῦντας or the like." Ad cuius sententiae partem priorem quod attinet, non capio qualis hic esset iocus sive festivus sive insulsus, quod ad alteram, suspicor virum doctissimum excogitasse verbum πολιοῦν vel πολιεῖν a substantivo πόλις deductum! At nullum ego certe novi verbum quo aptius explicetur verbum πιλεῖν quam illud ipsum θλίβειν, quod Rutherfordio offensioni fuit.

Schol. Lysistr. 683. Chorus mulierum haec minatur:

εἰ νὴ τὼ θεὼ με ζωπυρήσεις,
λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὖν ἐγὼ δὴ καὶ ποιήσω
τήμερον τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον.

Hic vocabulum ὖν, si sanum est, significare debet, opinor, *iracundiam*; aptissime igitur scholion ὖν τὴν φύσιν λέγει, τὴν ὀργήν. Attamen Rutherfordius haec hariolatur: „I am not at all sure of the readings ὖν and ὀργήν. If the annotator read ὖν he certainly thought of χοῖρος in making his translation. The πεκτούμενον of l. 685 suggests κτένα for this line (— crinesne igitur dissoluturae sunt mulieres? an significatione obscena acceptum vult istud κτένα? —) and a scholiast would not think wether it was unmetrical or no. If metre is disregarded, κύν' would also do to explain the adscript" (— „cavete canem", exclamat igitur chorus! —). „As for the ὀργήν, it may either be adscript to a reading ὕυγγα (or ὕυγα) or else belong to the ἀνεγείρεις" in scholio ad vs. 682, ubi ἀνεγερεῖς correxit Bisetus.

Schol. Lysistr. 1079. Versibus qui sic sunt traditi:

βαβαί· νενεύρωται μὲν ἥδε συμφορὰ
δεῖνως· τεθερμῶσθαί γε χεῖρον φαίνεται,

hoc additum est scholion: ἀντὶ τοῦ χεῖρον τῆς τάσεως τοῦ Ἑρμοῦ φαίνεται· τουτέστιν χεῖρον τέταται τοῦ Ἑρμοῦ. ἐπειδὴ ὁ Ἑρμῆς

Digitized by Google

πριαπῶδες ἔχει τὸ (articulum omittit R) *αἰδοῖον καὶ ἐντέταται μεγάλως*. Hic prudenter Meineke (Vind. Ar. p. 136): „scholiasta etsi quid in suo libro habuerit non satis apparet, hoc tamen intellegitur, aliquid de hermis dictum eum hic legisse. Suspiceris *τὸ δ' ἡρμοῦσθαι* (vel *ἐρμοῦσθαι*) *γε χεῖρον φαίνεται*, *hermarum sortem subire peius est*. Attuli haec, non quod vera esse credam, sed si forte acutiores probabiliora extundant." Alia tentarunt Hermannus, Blaydesius, alii, sed nemo Rutherfordio infelicius, qui: „It is difficult to see what reading these notes involve, something as bad as *δεῖν' ὥστε τοῦ Ἑρμοῦ αἰδοῖα χεῖρον τείνεται*."

Schol. Thesm. 14. In ipsa fabula Euripides Mnesilocho narrat quaedam de rerum origine:

οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε.
αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
καὶ ζῷ' ἐν αὑτῷ συνετέκνου κινούμενα κτὲ.

Hic scholiasta (*Φυσικός τις*, ut videtur) statim docere quaedam incipit de aethere: *ἐπεὶ ὁ αἰθὴρ δοκεῖ τρέφειν ἡμᾶς*. Quo doctius etiam Rutherford variam lectionem *διεχορτάζετο* (quod verbum ipse excogitavit) respici putat, addens annotatiunculam: „It is more likely that there should have been this variant for *διεχωρίζετο*, absurd as it is, than that *ξυνετέκνου* or *ἐτέκνου* should be explained by *τρέφειν*."

Schol. Thesm. 68. Hic Agathonis servus Euripidi roganti ut herum suum domo evocet, respondet:

μηδὲν ἱκέτευ', αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα.
καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται· χειμῶνος οὖν
ὄντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον,
ἢν μὴ προΐῃ θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον.

Adscriptum autem est scholion *ὡς ἀπὸ τῶν λυόντων τὸν κηρὸν ἐν τῷ ἡλίῳ*, quod significat: „⟨ludit poeta, iocum capiens⟩ ex eorum arte qui solis calore solvunt ceram", aptissimum igitur, ut arbitror, ad explicandos versus traditos. Rutherfordius vero annotat: „I believe that the text originally ran —

καὶ γὰρ κατακάμπτειν ἄρχεται· κοὐ ῥᾴδιον
ἢν μὴ προΐῃ θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον,

and that this is a note upon it, as it so stood. Indeed all

Digitized by Google

the scholia will suit such a restoration. The origin of the corruption will be plain from the following —

κατακάμπτειν: μελοποιεῖν.
κατακάμπτειν: τὰς στροφάς.
οὐ ῥᾴδιον ἦν κ.τ.λ.: χειμῶνος ὄντος

(due to misunderstanding of ll. 1 ff.)."

Infeliciter sanequam in deprehendendis emblematis hic versatus est vir doctissimus, licet de Thucydide ea ratione optime fortasse sit meritus [1]). Primum enim in versibus a Rutherfordio reficitis post ἄρχεται molesta est copula καί, deinde, nisi egregie fallor, verbo κατακάμπτειν omnino addendum erat obiectum τὰς στροφάς, deleta autem hac voce ambigua pervertitur omnis huius loci elegantia atque lepor.

Schol. Ran. 854. Dionysius Euripidem ut abeat monet,

ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι
θενὼν ὑπ' ὀργῆς ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον.

Annotatur: καὶ ἐν Νεφέλαις „κεφάλαιον ῥαφανῖδος", quae est annotatio hominis, qui alibi quoque vocem κεφάλαιον se legere meminit, parum autem curat utrum eadem significatione necne; nullo autem iure Rutherfordius inde effecit extitisse alteram lectionem κεφαλαίῳ ..... ῥήματος. Quae quid significare potest?

Schol. Eccl. 12. Praxagora apud poetam lucernam et aliis alloquitur verbis, et his:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς
λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.

Vocabulorum μηρῶν ἀπορρήτους μυχούς haec est explicatio: τὸ αἰδοῖον λέγει τῆς γυναικὸς διὰ τὸ μηδένα αὐτὸ βλέπειν. Quod scholion mallem nunquam esset scriptum! Sic nemo explicationem desideraret, neque Rutherfordius annotare potuisset: „It is conceivable that this is a note on a reading ἀνοράτους or ἀοράτους."

Schol. Eccl. 1026. Iuvenis, qui quacumque tandem ratione subterfugere conatur legem illam qua deformibus quoque anicu-

1) Cf. Hartman De Emblematis in Platonis textu obviis p. 9 sq.

Digitized by Google

lis consultum est, dicit: ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν; quae verba in Ravennate explicantur per ὀμόσαι ὡς οὐκ ἂν δυναίμην. Tam apta est haec explicatio, ut, nisi metrum obstaret, sermonis certe leges non prohiberent quominus ipsorum verborum Aristophaneorum loco ponerentur; me certe non male haberet haec sententia: οὐκ ἔστιν ὀμόσαι ὡς οὐκ ἂν δυναίμην; Nimis vero acute Rutherford: „Possibly a note on ἐξωμόσαι (sic) [1]) rather than on ἐξωμοσία."

Schol. Plut. 355. Versus in V^1 et R sic traditus est:

(τό τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
οὕτως ὑπερπλουτεῖν, τό τ' αὖ δεδοικέναι)
πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένον.

Vereor tamen ut hoc vitium (εἰργασμένον pro εἰργασμένου), quo nullum vidi levius neque frequentius, tam antiquum sit ut e scholio ἡ πρὸς ἀντὶ τῆς ὑπό Rutherfordio licuerit efficere, re vera olim grammaticos ineptissimam hanc lectionem explicare conatos esse. Mihi scholion scriptum videtur a dormitanti scholiasta, cui intempestive in memoriam rediret praepositio πρὸς apud Herodotum aliosque pro ὑπὸ usurpata.

Schol. Plut. 619. Ad vocabulum ἐπίτριπτος in versu:

αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ ἐπίτριπτος οἴχεται,

et alia annotantur et haec: ἡ μεγάλα φθεγγομένη. Quibus verbis interpres — parum feliciter, ut opinor — explicare conabatur qua de causa illo epitheto digna sit Paupertas. Aliter tamen Rutherfordius, qui legisse eum suspicatur ἡ ἔπη ῥιπτοῦσ', non tamen sine causa ipse addens: „an almost incredibile variant."

Schol. Plut. 729. Unquamne aliquis usus est vocabulo ἡμιτρίβιον? Non opinor; quod tamen pro varia lectione vocabuli ἡμιτύβιον olim traditum fuisse Rutherfordius effecit e scholii parte ῥάκος ἡμιτριβές — cuius significationem nihilo magis urgere nobis licet quam ceterorum vocabulorum, quae in hoc scholio interpretationis causa adhibita sunt.

(*Continuabitur*).

1) Voculam „sic" ipse Rutherfordius addidit.

Digitized by Google

AD ARISTOPHANIS EQUITES OBSERVATIONES.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

Per integrum fere annum Aristophanis Eqūitibus quicquid erat otii insumsi, itaque sensim magna — ut fit — scidularum et notularum succrevit mihi farrago. Quarum pars editioni, quam propediem in lucem sum emissurus, inservire poterit, maiorem partem emendaturis ignibus tradidi, nonnulla fortasse haud indigna sunt de quibus cum Mnemosynes lectoribus disputem. Allicior autem dicendi libertate quam praebet haec bibliotheca; minus anxie enim iam erit cavendum ne iusto verbosior evadam, quam dum observationes meas intra artum spatium commentarii exegetici cogere conor.

Incipiam autem a benevolentiae quadam captione. Multorum nimirum ad aures gratissimum hac aetate accidere suspicor si quis „textum traditum ab inutilibus coniecturis defensurum" se promittat. Nam dixeris interdum aequalibus nostris sordere artem criticam, quam κυνιδίων δίκην quaelibet ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν sunt qui sibi persuadeant. Tradita servare atque tueri, id demum verae scientiae prudentiaeque multis videtur, nova tentare imperitiae potissimum et nefariae fere protervitatis. Quamquam ne olim quidem defuerunt, opinor, qui tradita suo pretio aestimare satius ducerent quam temere mutare aut reicere quae parum intellegas; neque vero metuendum videtur ne instet aevum quo linguae, dictioni, arti veterum vim inferre minoris habeatur audaciae quam librorum manuscriptorum lectiones

Digitized by Google

receptas addubitare coniecturisve sollicitare. Malae coniecturae nunquam non spernentur inter peritos, bonis nunquam poterit careri. Id unum semper singulis locis erit rogandum, sintne bona quae proponantur; et quoniam bona esse nequeunt quae non sint vera, neque vera quae necessaria non sint, disputandi haud cito deerit materies. Mirari autem soleo viros philologos, qui „conservativos" se praedicantes aliquid dicere sibi videntur. Nam quis est qui neget prisci aevi reliquias pretiosas servandas esse potius quam abiciendas, quis vero carbones pro thesauro fovendos esse contendat! At gemmas a carbonibus dignoscere, hoc opus hic labor est.

Quicquid id est, in temeritatis illud crimen ne praeter necessitatem incidam, initium nunc faciam a locis aliquot, qui melius quam hactenus factum est explicari posse mihi videntur, recte autem si explicentur, manum emendatricem non requirere.

Quorum primus est versus 21. Servus alter sodali, viam aliquam salutis invenire se iubenti „λέγε δὴ" ait „μο-λω-μεν, ξυνεχὲς ὠδὶ ξυλλαβών." *Dic igitur* μο-λω-μεν, *hos sonos sic iungens.*

Haecine obscura multis visa esse! Et tamen certatim operam dederunt viri docti ut lacunosum scilicet locum suis inventis explerent. Scripserunt nimirum haec fere [1]):

ΝΙ. λέγε δὴ ‹μολω.
ΔΗ. μολω.
ΝΙ. ἐπίθες τὸ μεν.
ΔΗ. μεν.
ΝΙ. εὖ.
λέγε νῦν› μολωμεν, ξυνεχὲς ὠδὶ ξυλλαβών.

Quae dum oculis lustro, audire mihi videor poetam „οἴμοι, ὡς πολυΦόρῳ ξυγκέκραμαι δαίμονι!" querentem. Nam quam languidum sic e mero Bacchico fit κρᾶμα! Emendata autem verba ne apte quidem verti possunt. Nam quid est ὠδί? Est δεικτικῶς

1) Attuli supplementum editoris ultimi, quod a Velseni et Muelleri Struebingii conaminibus nonnisi in minutiis differt. Quod autem — calami credo lapsu — non (ε)'πίθες, ut supra dedi, cum Velseno scripsit ille sed ἔπαγε invitis versus numeris, id ne commemorarem quidem, quoniam errare humanum est, nisi Velseni illud additamentum „eodem vitio laborare" deinde perhibuisset (vid. Philolog. 1899 Supplem. 7 p. 440).

Digitized by Google

profecto dictum; quod dum profert servulus, manus protendit, dein lento motu coniungit, quo indicet sonos, quos separatim edidit, a sodali in unum verbum esse colligandos. Cui alter obtemperans „καὶ δὴ λέγω· μολωμεν" respondet. Clara igitur et perspicua sunt verba tradita, optime cohaerent, nihil deest, nihil est molestum. Sed si ista omnia interseruntur, ὠδί adverbium id quod οὕτως significare debebit lingua invita; nam aut prorsus non intellego quid verba adiecta sibi velint, aut vertere iubemur: *nunc autem dic* μολωμεν, *una voce, ut modo feci, hos sonos comprehendens.*

Utilis autem ad nostrum locum recte interpretandum est versus vicinus 77, ubi de Paphlagone illo perridicule dicitur:

τοσόνδε δ' αὐτοῦ βῆμα διαβεβηκότος
ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χάοσιν,

quae verba cum proferre incipit servulus, pedes latissime divaricat: *tam ingenti autem quam ego nunc passu dum crura diducit.* Quo loco si quis τοσόνδε illud referret ad ea quae proxime praecedunt, in manifestum incideret errorem.

Et propius etiam accedunt Dionysi de Aeschyli Persis verba in Ranis vs. 1029:

ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὠδὶ ξυγκρούσας εἶπεν· „ἰαυοῖ".

Nec non huc facit Acharnensium fabulae versus 120, qui obscurior tamen est locus.

Venio nunc ad versum 295. Ubi turpissimis inter se probris agitant Paphlago et Isiciarius. Prior

διαφορήσω σ' εἴ τι γρύξει

ait, cui alter

κοπροφορήσω σ' εἰ λαλήσεις.

Posterior autem versus quid non est perpessus! Glossema enim esse illud εἰ λαλήσεις fuit qui e Suida efficeret, quapropter aliud quid in illorum verborum locum substituendum videbatur; κοπροφορήσω σ' autem postquam in κοπροφαγήσεις musis iratis mutavit vVelsen, alius aliud proposuit ad corrigendum scilicet verbum, quod vitiosum esse sibi persuaserant viri docti. Sed suspicio illa, quam Suidae lexicon peperit, quam infirmo nitatur fundamento, ostendere nihil attinet post ea quae Vahlen in Indice Lect. hib. Berol. 1898 p. 12 sq. de huiusmodi indiciis copiose

Digitized by Google

mehercule et probabiliter disputavit; verbum autem κοπροφορεῖν optime hoc loco habere demonstratu non est difficile, nam scatent comici fabulae locutionibus simillimis. Qui in proxima vicinia Isiciarium dicere fecit (vs. 289):

κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον,

quae verba non id significant quod putabat vetus aliquis interpres: τοῦτο ὡς μάγειρος λέγει, ἔστι γὰρ κύων ἰχθὺς ποιός. ἅμα δὲ καί· κυνείῳ σε δέρματι παίσω", sed recte alius in scholiis grammaticus et Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 49 interpretantur: τυπτήσω σε καθάπερ κύνα, *dorsum tuum ita tractabo ac si* κυνοκόπος τις *essem*, κύνα σε κόψω κυνοκόπος ἐγώ.

Nostro autem loco etiam gravius quid minatus κοπροφορήσω σε ait εἰ λαλήσεις, i. e. *verbum si addideris, in sterquilinium tanquam merdam te detrudam*, κόπρον σε ἀπορρίψω κοπροφόρος ἐγώ.

Et paucis versibus interiectis denuo redit hoc genus loquendi, nam Paphlagonem ἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς Φόρους θυννοσκοπεῖν coryphaeus ait versu 313; quod si languide et putide omnino enunciare liberet, accuratius sane posset sic dici: τοὺς Φόρους θύννους σκοπεῖ θυννοσκόπος αὐτός, *e Pnycis rupe Cleon sociorum tributa ita prospicit ut piscator thynnos e specula littorali.* Sed verbum hac de re non addam, ne acta agam; nam clara in luce hoc genus loquendi et a Cobeto saepius est collocatum et nuper a Nabero [1]).

Simillima praeterea sunt quae alibi apud nostrum leguntur: γεωμετρεῖν τὸν ἀέρα et φρεωρυχεῖν τινα et τυροπωλῆσαι τέχνην ποιητῶν et ἱπποκομεῖν κάνθαρον et δενδροτομεῖν νῶτόν τινος et μηλοσφαγεῖν σταμνίον [2]), conferri autem potest Homeri versus, ubi Hebe θεοῖσι νέκταρ τοινοχοεῖν dicitur [3]); sed finem non invenirem si hanc materiem ipsamque dictionem poeticam exhaurire vellem.

Vs. 729 *O Deme*, altissima voce Paphlago clamat,

ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι!

Huc ades, ut scias qualia mihi sint perpetienda dum tibi inservio!

---

1) Vid. Mnemos. 1899 p. 163.
2) Av. 995 Lys. 1033 Ran. 1369 Pac. 74, 747 Lys. 196.
3) Δ 3.

Digitized by Google

Quae quoniam in dubium sunt vocata et infelicissima me quidem iudice coniectura vexata, paulo accuratius consideranda videntur. Sic igitur loquitur qui contumelia affectus *ultorem* sibi petit; inest enim: *ut cum resciveris, insignia exempla edas in meos obtrectatores, me autem interiore etiam amore complectaris.* Et conferri potest versus vicinus 747. Saepe autem illud ἵνα εἰδῇς ad eos ipsos *qui peccarunt* voce minaci dicitur: *ut meliora edoctus nihil eiusmodi in te admittas posthac.* Quae verba in certam locutionem ita abierunt, ut ibi quoque cum amara irrisione usurpentur, ubi nova scientia ei qui deliquerit parum sit profutura. Vid. Eur. Troad. 85 sq., ubi *Achaeorum corporibus* — Minerva ait ad Neptunum — *mare Aegaeum oppleamus*, ὡς ἂν τὸ λοιπὸν τἄμ' ἀνάκτορ' εὐσεβεῖν | εἰδῶσ' Ἀχαιοί, vel Soph. Ant. 310 sq.: *nisi hominem qui Polynicis corpus pulvere conspersit mihi ob oculos sistatis*, — Creontis sunt verba, — οὐχ ὑμῖν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει κτἑ., | ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον | τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε. Item Lycus apud Euripidem Herc. 245: *vivos istos cremate, pedissequi*, ἵν' εἰδῶσ' οὕνεχ' οὐχ ὁ κατθανὼν | κρατεῖ χθονὸς τῇσδ' ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε. Cf. etiam Oed. Col. 1377, ubi filiis suis mortem apprecatur senex, ἵν' ἀξιῶτον τοὺς Φυτεύσαντας σέβειν, et Trach. 1110 Herculis de scelesta uxore verba: προσμόλοι μόνον, | ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν ὅτι | καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτεισάμην.

Nunc paucis disserendum est de vs. 808 sqq. — *Bellum finiatur modo*, Isiciarius ait, *et populus ad pristinum victum reversus corporis animique vires reficiat: sat cito opinor*

ἥξει σοι δριμὺς ἄγροικος, κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων.
ἃ σὺ γιγνώσκων τόνδ' ἐξαπατᾷς καὶ δνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ.

Cui Paphlago respondet:

οὔκουν δεινὸν ταυτί σε λέγειν δῆτ' ἔστ' ἐμέ, καὶ διαβάλλειν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον;

Quae sincera equidem duco omnia, sed aliis haud uno nomine displicere videntur, nam pro ἰχνεύων et σαυτοῦ et Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον nova quaedam sunt proposita. Quapropter interpretari hos versus conabor.

Cives ut primum vita rustica in pristinum vigorem restituti fuerint, huc in urbem redibunt vultu minaci calculumque circum-

Digitized by Google

spicientes quo te petant, — ut Acharnenses illi, qui εἰς τοὺς τρίβωνας τῶν λίθων ξυλλέγοντες et βαλλήναδε βλέποντες in adversarium irruebant; λίθος autem vox hoc quoque loco expectabatur, sed ψῆφον dicit Isiciarius, quoniam non vi et pugnis sed *suffragiis* Cleonem ulturus est populus ὀστρακίνδα βλέπων, ut mox dicitur (vs. 855).

Quod cum probe scias, Isiciarius pergit, *decipere eum conaris et de te ipso somnia narras*. Quibus verbis quodnam Cleonis dictum carpatur nescimus, sed aut ipsum aut unum aliquem ex eius sodalibus nuper — quae erat illorum temporum superstitio — in concione somnium aliquod rettulisse, collatis Paphlagonis verbis ἐγὼ εἶδον ὄναρ (vs. 1090) et initio Vesparum fabulae satis videtur credibile. Quidni autem ad ipsum Cleonem illud somnium spectaverit?

Hoccine ferendum, Paphlago exclamat, *coram populo me talibus calumniis vexari?* Dicit autem πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον, ea usus verborum ubertate qua περὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν δίκαιος εἶναι dici aliquis poterat (Plut. 567) vel τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζειν (Ach. 631). Idem autem supra (vs. 273) clamaverat: ὦ πόλις καὶ δῆμε! Qualia abierant in verba concepta et ita coaluerant ut unam iam efficerent notionem. Ipse autem Demus quod in scena nunc adest, id nihil ad rem, et si quis littera maiuscula scriberet πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν Δῆμον, a poetae mente aberraret.

Vs. 1199 sqq. Isiciarius carnes leporinas Paphlagoni surreptas offert Demo; qui hominis versutum ingenium admiratus „πῶς ἐπενόησας ἁρπάσαι!" exclamat. Dein verbis cothurno propioribus „τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ" respondet Isiciarius; quamquam quod addit „τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν" socco et trivio est condignum. Retorquet Cleon (vs. 1204):

ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσα!

eidemque iure tribui hodie videntur cetera huius versiculi verba:

ἐγὼ δ' ὤπτησά γε,

quae in codicibus sunt Isiciarii; probabilis autem est Blaydesii coniectura: γ' ἐξώπτησά τε. Sed haec nunc mitto, ut de solo verbo ἐκινδύνευσα disputem. Quod omnino genuinum duco, agnosco autem ipsius Cleonis nunc quoque verba, ignaviae

Digitized by Google

crimen in concione a se propulsantis. „Ipse vitae meae peri-„culum adii cum expugnata est Sphacteria; pro vobis mori tunc „non recusavi, o cives, nec recusabo posthac!" — id quod re deinde in Thracia comprobavit. Quae verba ridicule admodum in memoriam nunc revocantur spectatoribus, cum res agatur cui ne umbra quidem periculi potuerit adhaerere. Nam etsi praestat non rogare unde leporem nunc habeat Paphlago, id quidem certum est eum aut callida fraude aut praesentibus nummis has delicias esse adeptum, non cum vitae suae nescio quo periculo venatum esse ipsum.

Itaque non multis verbis a me exponi opus est quid sentiam de Reiskii coniectura — immo „emendatione palmari" si audimus Blaydesium — *ἐγὼ δ' ἐκυνηγέτησα*. Quae etiamsi quam maxime constaret vitiosum esse textum traditum, tamen displiceret mihi, quoniam nimis anxie sic ad amussim exigitur res; in Attica autem lepores vix ullos fuisse scimus.

Ad exitum fabulae venio. Quem pro mutilo haberi videoque mirorque. Nam in codicibus Demus his verbis dicendi finem facit:

καὶ ἐκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην,
ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν οἷς ἐλωβᾶθ' οἱ ξένοι.

Quae obscura nemini esse possunt. Probe enim novimus quid significet illud „*ἐκφερέτω τις*." Qualia cum dicuntur, servi iubentur hero actutum afferre aliquid aliudve iussum exequi, nec mora unus pluresve adsunt vocati. Nunc igitur Demus, cui robur rediit iuvenile, postquam Isiciarium splendida veste exornavit, miserum Paphlagonem in aedium penetralibus latitantem iubet foras efferri — victus enim iacet — in locum famosum extra urbem, ubi inter *πυλαϊστὰς* [1]) ceteramque popelli faeculam in posterum degat. Accurrunt servi hominem manibus pedibusque comprehensum secum trahentes; qui veste maculosa quam abiecit Isiciarius induitur, huiusque mensula cultris botulis cetera supellectile oneratur, dein foras abripitur — *ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην*, ut irridens dicit Demus. Isiciarius vero Demum sequitur comitante choro.

1) De qua voce vid. quae nuper exposuit Naber in hoc volumine pag. 184 sqq

Digitized by Google

Mancane haec sunt aut lacunosa? Immo optime clauditur fabula verbo sonoro et poetico λωβᾶσθαι, quod in comoedia alibi non reperitur; et ultimus versiculus, quem auribus suis inhaerentem domum deferent spectatores, hic est: *cernant istum socii quos vexare solebat.* Nec minus fideli memoria servabunt haec verba quam Nubium senarium ultimum: *deos isti contemnunt.* „Cleon maligne vexavit socios, quorum tributa auxit et vi coegit: posthac cum urbem intrabunt illi, ἐπὶ ταῖς πύλαις eum cernent in coenum, unde malo omine emerserat, denuo detrusum."

Si quis autem sibi persuasit, ad comoediam rite claudendam non sufficere ridiculam hanc pompam tibiarumque cantum, sed chori vel coryphaei aliquot verba necessario fuisse addenda, subiungat e. g. versiculum qui in Nubium fine legitur:

ἡγεῖσθ' ἔξω· κεχόρευται γὰρ μετρίως τό γε τήμερον ἡμῖν,

aliumve eiusdem farinae ex feraci ingenio protrahat ipse. Non refragabor equidem, dummodo concedatur mihi cum ipsa fabula talia nihilo magis cohaerere quam anapaestos qui in Euripideorum dramatum complurium exitu leguntur repetiti. Sed „aliquot versus chori excidisse" vel etiam „Demi ultima verba esse mutila" totumque adeo fabulae exitum periisse, multum abest ut credibile ducam. Immo in scena ea omnia aguntur quae optimo iure poposcit Kirchhoff: „auf der einen seite Ago„rakritos vom Demos zum mahl im Prytaneion geleitet, gefolgt „von dem burschen mit dem klappstuhl und den σπονδαί, auf „der andern der jammernde Kleon im costüm des wursthändlers „unter jubelndem beifall und geleite des chors zur wurstbude „geschleppt." Fiunt haec in scena et cernuntur, sed nihil horum est in codicibus aut esse potuit, quoniam motu et gestu et clamoribus, non verbis transiguntur omnia.

Nunc consideremus locos nonnullos omnium consensu sinceros, qui aliter quam fieri solet interpretandi mihi videntur.

In codicibus *Chori* sunt vs. 319—321, quibus carpitur mala fraus coriarii:

καὶ ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν, νὴ Δί', ὥστε καὶ γέλων
πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ Φίλοις παρασχεθεῖν.
πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

Digitized by Google

Sed alterutri servo poetam hos versus tribuisse quivis videt admonitus; Elmsley autem *Niciae* adscribebat nomen, hunc enim Pergasaeum fuisse. Quem postquam Cydantiden fuisse e lapidibus apparuit, in scena autem locum nunc non habere intellectum est, *Demostheni* iam omnium consensu tribuuntur, neque ego is sum qui aliter opiner. Sed quid sibi volunt haec verba? Pergasaeumne Demosthenem fuisse credere nunc iubemur? Fuere sane qui sic statuerent, quos dein refutarunt alii allata inscriptione unde Aphidnaeum fuisse apparet. Equidem locum sic interpretor. Histrio qui haec dicit, licentia usus quae in scena comica minime erat rara, aliquantisper negligit partes quas agit sive servuli ignoti sive Demosthenis praetoris, ita autem loquitur in scena ut mox larva remota cum familiaribus domi vel in foro confabulabitur. Quapropter neque est quod miremur δημότας esse mancipio, neque scire nunc quidem nostra interest cuiusnam tribus pagive aut Demosthenes fuerit aut Nicias, neque vero probabile duco id quod ex nostri loci auctoritate fuit qui contenderet: eos qui Athenis Aphidnas tenderent medio fere itinere peracto Pergasam pervenisse. Id unum Aristophanis verba luculenter testantur, quod dudum indicarunt interpretes: *urbi proximum fuisse Pergasam oppidulum*, cuius situs aliunde accuratius definiri hactenus non potuit.

Vs. 761 sq. Isiciarium verborum certamen cum Paphlagone coram Demo initurum sic hortatur coryphaeus: *adversarius priusquam te occupet*

τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου καὶ τὴν ἄκατον παραβάλλου.

Pugnae navali igitur assimulatur contentio, triremibus adversarii. Prior autem tetrametri pars minime obscura est: δελφῖνες erant plumbi massae praegraves, quae catenis suspendebantur ex antennis, adversariorum triremibus naufragium minantes, si subito impetu demissae eorum transtra et tabulata ipsasque costas navis perfringerent; non perpetuo autem remigum capitibus eas imminuisse, sed tum demum in altum esse sublatas cum in hostem pararetur incursio, et per se intellegitur et noster locus docet. Sed quid est παραβάλλεσθαι τὴν ἄκατον? Quod item ad hostis ingruentis impetum arcendum facere iubetur Isiciarius, verbis vero id quomodo insit dubitatur. Scholiasta per-

Digitized by Google

hibet parandam esse *cymbam*, *quae praebeat perfugium* si navis mergatur: „ὡς εἴ τις κίνδυνος ἐκ τοῦ ἀνέμου ⟨εἴη⟩ αὐτὴν ἐμβησόμενος", manifestis igitur erroribus implicitus; non enim *procellae* Paphlago nunc assimulatur sed *navi longae*, neque *fugam* sed *proelium* parat Isiciarius. Itaque aliena hinc est cymbae mentio. Neque ipsam triremem ἄκατον nunc vocari credibile duco, licet in Euripidis chorico Argivorum naves dicantur ποντοπόροι θοαὶ ἄκατοι (Hec. 446) et nostri nautae vocibus *boot* et *schuit* ipsas naves indicare soleant. Sed cum videam ἀκάτιον dici velum quod ab altero malo in prora collocato suspenditur [1]), ipsum autem illum malum ἀκάτειον vocari [2]), inde efficio ἄκατον fuisse nomen *antennae* trabisve ex qua suspensae erant delphines. Hanc igitur *obmove hosti* coryphaeus ait *et in eum intende*. Nimirum pugna instante haec κεραία, quae in transversum tendere solebat, ita vertebatur ut ex altera eius extremitate supra proram eminenti delphines in navem hostilem praecipitari possent.

Quae si probabiliter sunt disputata, apparet alienum hinc esse Charontis in Ranis verbum παραβαλοῦ (vs. 269), quod cum nostro loco solet componi.

Vs. 846. *Donec in fori porticu cernentur victoriae meae monumenta*, Paphlago sive Cleon gloriatur, *nihil contra me valebunt obtrectatorum verbula!* Nempe in stoa poecile, ubi et alia depicta erant et Thesei cum Amazonibus pugna et Marathonomachorum facinora, inter cetera ὑπομνήματα τῶν καλῶν ἔργων nuper suspensi erant clipei Lacedaemoniorum Sphacteriae captorum, multisque saeculis post eos vidisse se testatur Pausanias. Et digna profecto in paucis haec erant quae diis patriis offerrentur donaria! Populus autem ἐξεπλάγη in ipso foro ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάβδα. Communis enim semper Graecorum fuerat opinio τοὺς Λακεδαιμονίους οὔτε λιμῷ οὔτε ἀνάγκῃ οὐδεμιᾷ τὰ ὅπλα παραδοῦναι. Sed τοῖς λακωνίζουσι mire displicebant tantae ignominiae documenta publica. Irridens autem Isiciarius:

ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσιν· λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας.

---

1) Epicrat. fr. 10, Xenoph. Hell. VI 2 § 27 etc.
2) Poll. I 91.

Digitized by Google

οὐ γάρ σε χρῆν, εἴπερ Φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐκ προνοίας
ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

Quae quam sint festiva ut sentiamus, paulo accuratius quam fieri solet definienda est vox πόρπαξ. Spartiatae igitur rerum novarum minime appetentes per saecula complura spreverunt clipeorum ansas sive ὄχανα brachio inserendo, quae a Caribus inventae ferebantur, apud Athenienses autem aliasque gentes dudum in usu erant. Prisco autem more Spartiatae clipeos non inserto per bina ὄχανα brachio versabant sed loro de cervice suspenso sustentabant soloque manubrio regebant; cuiusmodi clipeum doricum cerni in Martis statua clarissima, quae Ludovisia vocatur, observarunt Daremberg et Saglio I p. 1251, iisque assentiri se amicus collega Holwerda hac de re interrogatus mihi dixit. Qui clipeus praeter balteum duobus annulis alligatum *duo* habet manubria; horum autem is videtur fuisse usus, ut miles pro re nata modo hoc modo illud manu prehenderet. Tertio demum ante Chr. saeculo Cleomenes rex Lacedaemonios iussit τὴν ἀσπίδα Φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. Dorica autem voce πόρπακι — nam doricam esse testatur terminus -ᾱξ — indicabatur qui apud Homerum audit τελαμών, *balteus* fibulis (πόρπαις) scuto annexus; quod clare ostendunt Aiacis Sophoclei ad filiolum verba:

ἀλλ' αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβὼν ἐπώνυμον,
Εὐρύσακες, ἴσχε διὰ πολυρράφου στρέφων
πόρπακος ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος,

et veteres interpretes, qui negabant Aiacis scutum πόρπακα habuisse, hanc vocem cum rotundorum clipeorum ὀχάνοις confuderunt.

Clipeorum autem a Cleone post victoriam in stoa poecile suspensorum *balteos* praesertim oculos Atheniensium, a quorum armis eiusmodi lora aliena erant, in se convertisse, facile intellegimus; itaque aptam nunc iocandi materiem praebent comico. Si vero cum Aelio Dionysio (apud Eustath. 905, 52) πόρπακα interpretamur manubrium in clipei parte interiore, cum alia nascuntur incommoda, tum vero noster locus faceti quid habeat non video.

In ore mulieris Laconicae ποπακισάμενος Lys. 106 idem valet quod ἐνασπιδωσάμενος, Pacis autem dea epitheto iocose poetico

Digitized by Google

μισοπορπακιστάτῃ ornatur Pac. 662. Infra denique vs. 1372, ubi Cleonymi taxiarchi Atheniensis commemoratur πόρπαξ, aut prisci alicuius poetae verba imitatur comicus [1]) aut de re nobis ignota iocatur.

Vs. 1167 Demo placentam offert Paphlago

ἐκ τῶν ὁλῶν τῶν ἐκ Πύλου μεμαγμένην.

Quae verba ut suo pretio ab omnibus lectoribus aestimentur vereor, frustra certe apud interpretes quaero quae huc facere mihi videntur. Sunt autem festiva satis. Et Cleonis illam victoriam nunc quoque cum risu respici nemo non videt. Neque vero ὁλὰς vel *hordei grana* quasnam dicat Paphlago obscurum est. Nam cum capta est Sphacteria, in insula illa, quam per trimestre fere spatium inclusam tenuerant Athenienses, inventum etiam est frumenti aliquid [2]); neque minus tunc temporis fama celebratum est illud hordeum, opinor, quam olim apud patres nostros olla moreti quae in hostium fugatorum castello deprehensa est calida adhuc, cum Lugdunum Batavorum post longam obsidionem liberata est urbs, cuius rei usque ad hunc diem inter nos vivit memoria. Fortasse autem Athenas illud hordeum advexerat Cleon, quo clarius civibus appareret non fame sed vi et armis fractos esse animos invictorum illorum Lacedaemoniorum. Hae igitur sunt αἱ ὁλαὶ αἱ ἐκ Πύλου, neque vulgarem nunc placentam sed suam ipsius totiusque populi gloriam Paphlago gustandam praebet seni.

Indicare nunc liceat locos unum at alterum, ubi Ravennatis codicis lectio a ceteris discrepans immerito ab editoribus quibusdam recepta esse mihi videtur.

Quorum locorum primus est vs. 61. Spectatoribus illic narrat servus quomodo Paphlago senis mentem sibi soli devinciat:

ἡμᾶς δ' ἀπελαύνει, κοὐκ ἐᾷ τὸν δεσπότην
ἄλλον θεραπεύειν, ἀλλὰ βυρσίνην ἔχων
δειπνοῦντος ἑστὼς ἀποσοβεῖ ... τοὺς ῥήτορας.

---

1) Vid. e. g. Eur. Hel. 1376.
2) Thucyd. IV 39 § 2.

Digitized by Google

ᾄδει δὲ χρησμούς· εἶθ' ὁ γέρων σιβυλλιᾷ,
ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὀρᾷ μεμακκοακότα,
τέχνην πεποίηται· τοὺς γὰρ ἔνδον ἄντικρυς
ψευδῇ διαβάλλει. κᾆτα μαστιγούμεθα
ἡμεῖς, Παφλαγὼν δὲ περιθέων τοὺς οἰκέτας
αἰτεῖ, ταράττει, δωροδοκεῖ κτἑ.

Itaque *dum coenae herus assidet* — ait servus — *Paphlago cetera familia semota oracula canere incipit*, χρησμῳδεῖν ἄρχεται: *statim dein malo sibyllino senex corripitur*, vel ut nos dicimus: *krijgt een aanval van de sibylleziekte;* non enim de morbo perpetuo sermo est sed de malo quod modo quiescat, modo ut Philoctetis illius dolores exardeat. *Ille autem ut primum stupore videt perculsum*, — βεβιολογημένον non male dixeris verbo ex hodiernorum medicorum lingua desumpto, — *eodem semper artificio utitur: cetera mancipia impudenter calumniatur; itaque nos mox vapulamus, Paphlago vero minis nos insectatur.*

Quibus verbis optime inter se cohaerentibus quam vividissime pinguntur quae quotidie iam in aedibus fieri queritur servulus misellus. At in versu 61 scribe id quod praebet R: ὁ δὲ γέρων σιβυλλιᾷ — et dilabuntur omnia, neque facile dixeris quomodo decurrat lepida narratiuncula.

Quod autem vel sic servuli nostri sermo negligentius procedit, id nemo mirabitur — nedum vituperet — qui inter colloquia vitae quotidianae et oratorum dictionem bene moratam aliquid interesse meminerit. Nam si quis accurate omnino loqui vellet, ita fere haec omnia essent concinnanda: τέχνην δὲ ταύτην πεποίηται· χρησμῳδεῖν ἄρχεται, καὶ ἔπειτα τοῦ γέροντος σιβυλλιῶντος καὶ μεμακκοακότος, τῶν ἔνδον τινὰ ἄντικρυς ψευδῇ διαβάλλει· κᾆθ' οὗτος μὲν μαστιγοῦται, Παφλαγὼν δὲ τοὺς ἄλλους περιθέων αἰτεῖ κτἑ.

Vs. 177 *Beatissimum esse te scito*, Isiciarium stupentem alter servus alloquitur,

γίγνει γάρ, ὡς ὁ χρησμὸς οὑτοσὶ λέγει,
ἀνὴρ μέγιστος.

Quae dum dicit, ostendit ei ipsum oraculorum volumen — an tabulam aliquam dicit? — quod eius sodalis modo surripuit Paphlagoni.

Digitized by Google

Quae quoniam nihil habent quod suspicionem moveat, apparet mero errori deberi id quod invitis numeris praebet R:

γίγνει γὰρ ὄντως, ὡς ὁ χρησμὸς οὑτοσὶ λέγει,

et malo omine hanc natam esse coniecturam:

γίγνει γὰρ ὄντως, ὡς ὁ χρησμός σοι λέγει,
ἀνὴρ μέγιστος,

in qua et displicet pronomen inutile σοι, et aegre desideratur demonstrativum illud οὑτοσί, et miserrime languet ipsum illud ὄντως, cuius causa cetera videbantur sollicitanda.

Vs. 698 sqq. Paphlagonis sunt verba:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἐὰν μή σ' ἐκΦάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

Cui Isiciarius:

ἦν μὴ ἐκΦάγῃς; ἐγὼ δέ γ' ἢν μή σ' ἐκπίω.

Haecine insolite dicta vel obscura aliamve ob causam suspecta? Non opinor. Qui fit igitur ut in ultima eaque multis nominibus praestantissima huius fabulae editione sic scripta haec legantur:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ', εἰ μή σ' ἐκΦάγω

et: εἰ μὴ 'κΦάγῃς; ἐγὼ δέ γ' εἰ μή σ' ἐκπίω,

ita ut ad priscas de coniunctionum structura dubitationes relapsi esse videamur? Unde autem ista omnia, quae Cobeto certe τῷ μακαρίτῃ, si etiam inter nos commoraretur, balbutientis potius viderentur quam Attice loquentis? E Ravennate scilicet codice, qui δήμητρα Γ' εἰ — apertum igitur vitium — habet itemque mox duplex illud εἰ. Quam lectionem peperit recentiorum vox ΔήμητραN. Videantur modo quae praebet pessimae notae codex M:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητραν ἐὰν μή σ' ἐκΦάγω.

Hoc igitur cum senarii numeros corrumperet, scriptum est in archetypo aliquo

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητραν ἂν μή σ' ἐκΦάγω,

dein excidit alterum AN, tandem insertum est εἰ et in vicinum mox versum irrepsit. Sic certe fingo mihi natum esse vitium. Sed fac me errare in causis morbi indicandis, — nam mortis mille viae, — minime tamen dubium videtur quin sit vitium, et qui operam dederunt ut molestis initis computationibus multisque rationibus subductis contrarium demonstrarent, oleum operamque perdidisse mihi videntur.

Digitized by Google

De versu 768 paucis defungi licet. Quo loco *nisi diligo te, o Deme*, Paphlago ait,

ἀπολοίμην καὶ διαπρισθείην διατμηθείην τε λέπαδνα.

At ego, retorquet Isiciarius, *nisi te amo*, κατατμηθεὶς | ἐψοίμην ἐν περικομματίοις. Uterque igitur utitur verbulis ex sua arte petitis: *in lora dissecer!* ait coriarius, *minutal e me fiat!* fartor dicit. Manifesto autem vitio codex R κατατμηθείην verbum tribuit Paphlagoni, hoc enim facit qui *fartum* parat, illud qui *lora*. Qua observatione quadamtenus confirmatur Elmslei Dindorfiique coniectura, qui Ach. 301 e codicum verbis ὃν ἐγὼ κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσί ποτ' εἰς καττύματα hos effecerunt creticos: ὃν ἐγὼ τεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι καττύματα.

Vs. 934 sqq. pessima quaevis Paphlagoni imprecatus Isiciarius *opto tibi*, ait, *ut proximae tibi adstent in olla loliginis ferventes, tu autem coram populo sententiam dicturus festines*

ὅπως τῶν τευθίδων
ἐμπλήμενος φθαίης ἔτ' εἰς
ἐκκλησίαν ἐλθών,

ut priusquam in concionem eas, loliginibus istis te impleas, — tunc autem ἐσθίων ἄμ' ἀποπνιγείης.

Haecine parum apta sunt? Non opinor. An obscurius enunciata? Noli credere. Nam ἔφθη εἰς ἐκκλησίαν ἐλθών si non minus recte potuit dici quam ἔφθη ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθών (Plut. 685) et similia, nihil obstabat quominus nunc quoque, ut saepissime, a participio alterum participium suspenderetur; itaque verba ἔφθη εἰς ἐκκλησίαν ἐλθὼν τῶν τευθίδων ἐμπλήμενος nihil habent quod moveat suspicionem: *in concionem pervenit devoratis prius loliginibus.*

Quid autem est Ravennatis aliorumque codicum lectio ἐλθεῖν? Est error quo minus rarus — nam sexcenties permutari terminos -ΕΙΝ et -ΩΝ omnes norunt — eo magis apertus, idem autem vitium in Nubium versum 1384 irrepsit, ubi dudum est correctum.

Quid igitur movit viros doctos ut a vitiosa illa lectione profecti nova quaedam parum feliciter tentarent? Nescio. Sed id scire mihi videor hoc quoque loco non Ravennatem sequendum esse ducem sed Venetum.

Digitized by Google

Nunc indicabo aliquot locos, qui corrupti mihi videntur. Vs. 105 sq. servus alter ἴθι νυν — ad sodalem dicit —

ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολὺν
σπονδήν.

Cui alter poculum vini repletum praebens λαβὲ δή ait καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος.

Hoc loco σπονδήν illud quamquam sensu non omnino caret, abesse tamen malles, in Veneto autem aliisque codicibus non prioris sed alterius est servi. Qua in re eos sequendos esse suspicor, scribendum autem esse:

σπονδή! λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος,

collatis Trygaei verbis in Pacis versu 433:

σπονδή! σπονδή! εὐφημεῖτε! εὐφημεῖτε!

et Menandri fr. 292:

σπονδή! δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις;
σπονδή! φέρ' ὦ παῖ Σωσία. σπονδή! καλῶς.
ἔγχει κτὲ.

Numquam satis intellexi versum 220:

χρησμοί τε συμβαίνουσι καὶ τὸ Πυθικόν.

Nam discrimen quodnam sit inter χρησμοὺς illos quos dicit servus et τὸ Πυθικὸν sive τὸν Πυθικὸν χρησμὸν non video; nihil certe prodest Thucydidis locus II 8 § 2, ubi τὰ λόγια sive *praesagia vatum* et χρησμοί sive *deorum oracula* distinguuntur. Quapropter dubitanter hanc propono coniecturam:

χρόνοι τε συμβαίνουσι κατὰ τὸ Πυθικόν,

et tempora conveniunt secundum oraculum Delphicum. Praedixit enim deus post coriarium venturum isiciarium, hic autem ὥσπερ κατὰ θεὸν modo supervenit. Quam saepe confusa sint κατά et καί nemo nescit, vocis autem χρόνου signum vetustum $\overset{o}{\chi}$ erroris causa existere potuit.

Versu 259 sq. Paphlago dicitur ἀποσυκάζειν πιέζων τοὺς ὑπευθύνους,

σκοπῶν
ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων.

Quae integra esse ut credam ne Vahlenii quidem — quae magna apud me est — auctoritas locive ab eo collati Eur.

Digitized by Google

Or. 441 Ar. Lys. 128 Aesch. Sept. 197 me permovent. Sed sedes mali ubi sit quaerenda dubitari potest fortasse; in ὠμῷ autem adiectivo vitium inesse aliquando cum putarem, tentabam:

ὅστις αὐτῶν πλήρης ἐστὶν εἰ πέπων ἢ μὴ πέπων.

Postea tamen intellexi hoc certe ambiguae potestatis adiectivum esse integerrimum. Leni digitorum pressu rustici efficiunt ficus sintne plenae atque maturae an immites vel cassae: sic Paphlago eos qui magistratum nuper deposuerunt pertemptat et explorat, missos autem facit τοὺς ὠμοὺς sive viros feroces et constantes, mites vero et imbelles homines eosdemque divites praedam suam facit atque πιέζει, ut ab ipso ἱπούμενοι amplis largitionibus salutem emant. Itaque reiecta infelici illa suspicione *ultima* versus verba corrupta esse censeo. Quae ut leni coniectura sanari possint vereor, et deteriora etiam quam id quod traditum est mihi videntur quae proposita sunt: ἢ μηδέπω et: ἢ μὴ ἐκπέπων. Sed „μὴ πέπων" glossema esse ad „ὠμός" pertinens si meo iure statuo, sequitur ut *lacunam* indicemus in versus exitu; quae quomodo sit explenda nunquam fortasse pro certo poterit effici. Equidem propono:

ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων καὶ μαλθακός.

Vs. 271 sq. alterius hemichorii dux haec dicit:

ἀλλ' ἐὰν ταύτῃ γε νικᾷ, ταυτηὶ πεπλήξεται·
ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρί, πρὸς σκέλος κυρηβάσει.

Quae verba ita interpretor: *istac* — i. e. in Isiciarium alterumque servum — *si impetum fecerit Paphlago, istic profligatus iacebit*, in scena igitur; *hac vero si pugnae subducere se conatus fuerit, nostris* — nostrorum equorum — *cruribus impinget*. Minime igitur cum scholiasta facio, qui ταύτῃ interpretatur πύξ, neque cum interprete recentiore, qui ad ταύτῃ mente supplebat τῇ πάλῃ. Sed hac de re quicquid statuitur, *vincendi* verbum hinc alienum esse dudum est observatum, de *fuga* enim vel de *clade* agitur potius. Quapropter sententiae fere convenit id quod coniecit Halbertsma: ἐὰν ταύτῃ γ' ὑπείκῃ, equidem tamen suspicor non id ipsum dedisse comicum sed

ἐὰν ταύτῃ γε τείνῃ.

Quo ducit me Ranarum versus 1101, ubi Aeschylus in Euripidem dicitur τείνειν βιαίως.

Digitized by Google

Omnium consensu corrupta sunt chori verba vs. 325:

ἆρα δῆτ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναί-
δειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ τῶν ῥητόρων;

Nam in fine abundare syllabam testatur metrum. Quapropter Bentleium secuti editores scribere solent:

ἥπερ μόνη προστατεῖ ῥητόρων.

Sic vero numeri melius placent quam sententia. Nam necessarius fere videbatur articulus qui deletus est, vox vero ῥήτωρ molesta est potius quam sententiae accommodata. Quapropter suspicor gravius quid perpessum esse hunc locum, *glossema* enim huc quoque irrepsisse; scripserim autem:

ἥπερ μόνη προστατεῖ – ∪ –.

Quam lacunam ita de meo supplere sum conatus:

ἥπερ μόνη προστατεῖ τῆς πυκνός.

De versu vicino 327, ubi θλίβεται pro λείβεται scribendum esse arbitror, dixi quae dicenda videbantur in Mnemos. 1899 p. 154.

Ἀπορίαν non ut solvam sed ut indicem de versu 385 quaedam in medium proferam. Quo loco chorus Isiciarii clamosam impudentiam demiratus canit quae sequuntur:

ἦν ἄρα πυρός θ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων
ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι·
καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἄρ' ἦν Φαῦλον ὧδ' – ∪ –.

Verum igitur erat illud, quod saepe audivi sed verum esse nunquam antehac persuadere mihi potui, extare quae ipso igne sint calidiora. Nempe ὁ πανοῦργος ΠαΦλαγών — ut infra dicitur — ηὗρεν ἕτερον πολὺ πανουργίαις μείζοσι κεκασμένον.

Hic addubito illud ἐν πόλει. Quod si sanum, statuendum est articulum, qui in sermone quotidiano necessarius erat, in chorico omissum esse more poetico. Sed levius hoc est. Quid vero significant sequentia? Nihil opinor, et vereor ut multum prosint supplementa quae sunt proposita. Quapropter notatu dignissima videtur lectio, quam Aldina et fortasse scholia praebent: Φλαῦρον pro Φαῦλον. Quid autem inter utrumque intersit adiectivum saepius exposuerunt Cobet et Naber [1]): Φαῦλον me-

1) Vid. Cobet Collect. Crit. 1878 p. 547, Naber Mnemos. 1879 p. 58 sqq. et 1899 p. 157 sqq.

Digitized by Google

diocre, leve, facile, εὐτελές est, Φλαῦρον *malum, vile, spernendum,* κακὸν ἢ μοχθηρόν. Et nostri loci contextus hoc fere requirere videtur, quod sermone pedestri indicabo, quoniam quid dederit poeta non exputo: καὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ἄρ' εἰς Φλαῦρον ἄνδρα ἀνήκει, *et viro minime spernendo res nostra iam est concredita.*

Vs. 435 sqq. sic Isiciarius:

οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρα καταπροίξει τάλαντα πολλὰ
κλέψας Ἀθηναίων,

paucisque interiectis Paphlago:

σὲ δ' ἐκ Ποτειδαίας ἔχοντ' εὖ οἶδα δέκα τάλαντα.

Quibus iusta gradatio ut insit, non *multum* suffuratus esse Isiciarius dicendus est sed certam aliquam pecuniae summam, eamque decem talentis aliquanto minorem. Quod cum mecum reputarem, veri indicium inesse visum est Veneto codici, qui litteras ανταπολλα in rasura habet a manu secunda scriptas; τάλαντα πέντε autem an scribendum esset cum dubitarem, plane mihi persuasit qui in eandem coniecturam inciderat amicus Hartman. Itaque signum decadicum $\bar{\Pi}$ pro πέντε scriptum erroris causam extitisse arbitror; quod si meo iure statuo, conferendus est Nubium versus 1065, quem correxisse mihi videor:

Τπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ ἑκατὸν ($\bar{\text{H}}$) τάλαντα
εἵληφε διὰ πονηρίαν.

Quo loco πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ est in codicibus. Neque hinc alienus est Herodoti locus IV 153, ubi Theraei dicuntur colonos misisse ἀπὸ τῶν χώρων ἁπάντων ἑπτὰ ἐόντων ἄνδρας. Quo loco necessarium esse numerale senserunt Cobet et Mahaffy, διηκοσίους igitur interserentes: ἄνδραC ⟨C⟩.

Vs. 503 sqq. tetrametris τῆς παραβάσεως hanc cohortationem ad spectatores praemittit chorus:

ὑμεῖς δ' ἡμῖν προσέχετε τὸν νοῦν
τοῖς ἀναπαίστοις,
ὦ παντοίας ἤδη Μούσης
πειραθέντες καθ' ἑαυτούς.

Hic sequendum non esse Bentleium πρόσσχετε corrigentem sed in hoc uno verbo legitimum fuisse proceleusmaticum, nullae computationes „statisticae" mihi persuadebunt unquam; καθ'

Digitized by Google

ἑαυτούς autem quam sit absurdum optime apparet si ita interpretamur ut fecit is qui patrocinium horum verborum suscepit: *vos qui et ipsi saepe poemata scripsistis* — aliam autem explicationem vix admittunt. Quapropter Deventeri — immo ipsius Cobeti — coniecturam καθ' ἑορτάς gratus accipio. Praeterea autem non numeri tantum movent suspicionem — nam tetrametros potius exspectari multi observarunt — sed duplex quoque dativus ἡμῖν et τοῖς ἀναπαίστοις est molestissimus. Suppleverunt alii alia, sed nondum vidi propositum id quod verum duco:

ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις ⟨ἐπιοῦσιν⟩,
ὦ παντοίας ἤδη Μούσης πειραθέντες καθ' ἑορτάς.

Conferantur tetrametri qui Acharnensium parabasim aperiunt:

ἀνὴρ νικᾷ τοῖσι λόγοισιν, καὶ τὸν δῆμον μεταπείθει
περὶ τῶν σπονδῶν. ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις
ἐπίωμεν.

Belli tempore quoniam strenua facinora edidimus quam plurima, — chorus ait vs. 580, — *pax si quando fuerit inita*

μὴ Φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀπεστλεγγισμένοις,

graviter ferre nolite quod capillis utimur promissis cutemque abradimus strigile. Et κομᾶν quidem verbum optime illustratur verbis Lysiae, quae dudum sunt collata: χρὴ τοὺς φιλοτίμως καὶ κοσμίως πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ' οὐκ εἰ τις κομᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν. Sed quid sibi vult illud ἀπεστλεγγίσθαι? Novum est verbum, novum autem est crimen; nam neque soli opinor inter Athenienses strigile utebantur equites, neque illius instrumenti vestigia in corpore remanebant post balneum; quapropter aliena videtur eius mentio a loco nostro, ubi commemorantur quae equitum *adspectus* habeat *insolita.* Στλεγγίδα autem non *strigilem* tantum significasse sed etiam *capitis* quoddam *ornamentum,* testantur scholia ad nostrum locum aliique grammatici, testantur Xenophon et Theopompus, testantur lapides. Cuiusmodi *fasciae* sive *taeniae* cum aptissime sociari possint *capillis promissis,* vix et ne vix quidem dubito quin στλεγγίσιν ἐστεφανωμένοις interpretandum sit participium quo usus est comicus. Quod si recte statuo, levi vitio textum traditum liberandum esse apparet. Nam ἀποστλεγγίσαι, ut ἀποξύσαι, nonnisi de *abradenda cute* dici potuit, sed *caput ornare* aut

Digitized by Google

διαστλεγγίσαι fuit, ut διακτενίσαι vel διαδῆσαι, aut ἀναστλεγγίσαι, ut ἀναδῆσαι et ἀναστεφανῶσαι.

Itaque lego:

μὴ Φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀNεστλεγγισμένοις.

In fine antepirrhematis postquam equites enarrarunt res ab ipsorum equis in agro Corinthio strenue gestas, addunt *Theorum* cancri alicuius Corinthii dicterium festivum rettulisse (vs. 608):

ὥστ' ἔφη Θέωρος εἰπεῖν κάρκινον Κορίνθιον κτέ.

Theorum autem si expeditioni illi adfuisse statuimus, *phylarchi* e. g. munere functum, non video quid faceti hi versus habeant. Neque probabilior videtur Muelleri Struebingii coniectura, *legatum* nuper eum missum esse Corinthum, *ibi* autem cancros audivisse conquerentes. Quapropter sumere malo Theoro in vita communi aliquid cum cancris fuisse saepe, itaque in *macello*, non in *equitum turmis* esse quaerendum, sive opsonatum illuc ventitabat homo gulae deditus, — quam explicationem inter nugas multas praebent scholia, — sive *cancros in foro vendebat*, quod suspicor equidem. Nam eiusmodi tantum hominem cum cancris colloquia inire comicus haud inepte fingere potuit. *Salsamentarius* igitur fuerit Cleonis coriarii hic amicus. Nam demagogi sectator ille, quem noster his annis in Acharnensibus Nubibus Vespis saepius agitavit, quin nunc quoque rideatur, neque aliis opinor videtur dubium neque mihi.

Vs. 706 sq. post multas Paphlagonis minas ὡς ὀξύθυμος! ridens exclamat Isiciarius; dein ad ipsum conversus:

Φέρε, τί σοι δῶ καταφαγεῖν;

Quae vero addit in textu tradito nec caput nec pedem habent:

ἐπὶ τῷ Φάγοις ἥδιστ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

Nam ἐσθίειν τι ἐπί τινι sive ἐπεσθίειν est opsonium vel condimentum addere cibo vel subiungere, id vero plane hinc alienum est. Contorta autem sunt quae viri docti proposuerunt: ἐπὶ τῷ Φάγοις ἡσθεὶς ἄν vel: ἐπὶ τῷ Φαγὼν ἥδοι(τ)' ἄν, — ut alia mittam, quae longius etiam a vero aberrare mihi videntur. Equidem non dubito quin comicus scripserit:

ἐπὶ τῷ μάλισθ' ἥδοιτ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

Quae verba ad chorum sive spectatores dici cum Kockio arbitror.

Digitized by Google

Participium φαγών verbo ἤδοιτο superscriptum — ad explendam scilicet sententiam — erroris causa extitit, nisi fallor; confero autem Dicaeopolidis verba Ach. 799:

τί δ' ἐσθίει μάλιστα.

Vs. 743 sq. sic esse legendos:

ὅ τι; στρατηγῶν, ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου,
πλεύσας ἐκεῖσε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον

demonstratum ivi Mnemos. 1887 p. 460.

Vs. 877 Paphlago dicit:

ἔπαυσα τοὺς βινουμένους, τὸν ΓρύΤΤον ἐξαλείψας.

Sic certe est in codicibus, sed lectionem alteram scholia praebent τὸν γρυΠόν. Quam veram esse, mirificum autem illud nomen proprium Γρύττον librariis deberi, testari mihi videtur articulus. Gloriatur igitur Paphlago se bonis moribus invigilasse *nomine illius hominis, cuius nasum aduncum nostis, ex albo civium deleto.* Nempe vetabat quidem lex ne quis ἡταιρηκὼς civium iure uteretur, sed rarissimas Athenis fuisse ἑταιρήσεως γραΦὰς facile intellegimus; itaque admirationem nuper moverat Cleon famosum aliquem virum ἐκ τοῦ ληξιαρχικοῦ γραμματείου ἐξαλείψας. Quis autem fuerit ille adolescens, qui ὁ γρυπὸς nunc dicitur, nescimus; sed nobilis eum gentis, morum autem dissolutorum fuisse contextus docet. Nam nisi claris natalibus fuisset nebulo, quem Cleon capite deminuendum curaverat ὡς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐΦ' ὕβρει πεπρακότα, indignum nimirum qui coram populo verba faceret magistratuve fungeretur, comicus nunc de eo taceret, opinor. Eandem autem ob causam non suo nomine designatur, sed tectius indicatur cognomento quodam, de quo audiamus Socratem (Plat. Rep. 474*e*): „puer dilectus si simus „est, ἐπίχαρις dicitur ab admiratoribus, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βα- „σιλικόν Φατε εἶναι, fuscos viriles dicitis, candidos autem divum „gnatos". Conferatur etiam Herodae in Mimiambis locus, ubi muliercula tabulam pictam admirata „et cetera" ait „ad vitam sunt expressa et ὁ γρυπὸς οὗτος ἄνθρωπος" (IV 67).

Vs. 1290 sqq. Chorus lepide admodum verba Phaedrae Euripideae imitata de vitae humanae aerumnis conquerentis *Insomnis*

Digitized by Google

ait *longas noctes transigo, dum Cleonymi illius famem insatiabilem infinitasque epulas e mente dimittere nequeo, admirabundus autem rogo ὀπόθεν ποτὲ Φαύλως ἐσθίει, unde tandem victum suum quotidianum facile inveniat ille!* Nempe fide maius dicitur, quod istius hominis, qui nunc cum ceteris Cleonis amicis e plebeculae latebris protractus *taxiarchi* munere fungatur, quotidie iam impleatur venter. Olim vero misere esuriebat, et ne μάκτρα quidem legitima tunc ei erat, ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ ἐνεμάττετο, — ex quibus verbis Strepsiadis illius [1]) non sine causa effecisse mihi videor *pharmacopolam* fuisse Cleonymum, in eodem igitur mortario cum herbas suas pulveresque medicinales contrivisse tum polentam pinsuisse ridicule illic dici. Quicquid id est, noster locus hactenus minime est obscurus. Sed molesti quid habent quae sequuntur:

Φασὶ γὰρ αὐτὸν ἑρεπτόμενον τὰ
τῶν ἐχόντων ἀνέρων
οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης·
τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·
„ἴθ', ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων,
„ἔξελθε καὶ σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ".

Quae verba longe maximam partem integerrima mihi videntur, primum vero versum lacunosum esse ipsi docent numeri. Quid igitur intercidit? Inserta sunt μέν, νῦν, alia fortasse, sed fugit viros doctos desiderari indicium *temporis praeterlapsi.* Nam qui sequuntur infinitivi οὐκ ἂν ἐξελθεῖν et ἀντιβολεῖν ἂν in orationem rectam cum transferuntur, fiunt: οὐκ ἂν ἐξῆλθεν et ἠντεβόλουν ἄν, de *iterata* autem actione more Aristophaneo dictum est utrumque ἄν. Itaque aut πρίν aut ποτε intercidit, scribo autem

Φασὶ γάρ ⟨ποτ'⟩ αὐτὸν ἑρεπτόμενον κτἑ.

Olim enim divitum catilla ligurrire iste solebat — sed lyricis verbis id dicit chorus. *Quo tempore de panario depelli se non facile fuisset passus. Homines autem, apud quos versabatur, veluti daemonem aliquem ἀλιτήριον eum adire solebant supplices, an forte posset exorari ut coenae tandem aliquando parceret ipsisque aliquid reliqui faceret.* Quae festivissime enunciata sunt omnia, et melius

1) Nub. 675 sq.

Digitized by Google

etiam placerent fortasse si cognitus nobis esset locus, quem imitatur nunc comicus vel respicit; — nam poeticis perpetuo verbis eum uti videmus. Quorum echo quaedam, quod notatu minime indignum mihi videtur, percipitur in verbis hisce Andocidis (I § 130 sq.): *Ἱππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων· τότε μέντοι πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἦν καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν, ὅτι „Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἁλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει.“ μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες. πῶς οὖν ἡ Φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν τρέφειν ἁλιτήριον αὑτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. οὕτως οὖν χρὴ περὶ τούτου γιγνώσκειν, ὡς ὄντος Ἱππονίκου ἁλιτηρίου.*

Vs. 1373 sqq. quamquam in integrum restituere nequeo, aliquid tamen de iis dicendum videtur. Sunt autem hi. *Posthac* — Demus ait, qui pristinum vigorem iam recuperavit — *neque remigio subducetur merces diurna, neque militiam detrectare licebit armatis,*

οὐδ' ἀγοράσει τ' ἀγένειος ἐν ταγορᾷ οὐδείς.

Cui Isiciarius:

ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;

Priorem versum corruptum esse nemo non videt, consulto autem id scripsi quod habet codex R, ne aperti vitii vestigia delerem; in ceteris codicibus est: *οὐδ' ἀγοράσει γ'* (vel *δ'*) *ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ταγορᾷ* (*ἐν ἀγορᾷ* Aldina). Ipsum autem verbum *ἀγοράζειν* vix minus molestum est mihi quam particula *τε* numerive corrupti. Nam id quidem certum est, errasse philologos qui duplici sensu *concionandi* et *mercandi* illud verbum hoc loco usurpatum esse perhibuerunt; quod neque *concionare* valet alibi, neque si quam maxime valeret, huic enunciato aptum esset. Non enim in aevo Homerico nunc versamur, quo conciones *in foro* habebantur praeside Iove *Ἀγοραίῳ*, viros autem *ἀγορὴ* nihilo minus *κυδαίνειν* censebatur quam virtus bellica, et *ἀγορητὴν εἶναι* in laude ponebatur; sed Athenis conciones fiunt in Pnyce, in forum autem homines confluunt quotidie ut victum emant vel inter se confabulentur, iuvenibus vero turpe habetur illic versari atque *στωμύλλειν*, et omnino *ἀγοραῖοι* homines idem

Digitized by Google

dicuntur qui πονηροί. Itaque hoc dicit Demus: *aevum Cimoneum quoniam iam rediit, imberbibus non licebit posthac in foro versari.* Cui festive respondet Isiciarius: *At „imberbibus" si forum erit vitandum, Clisthenes ille et Strato unde habebunt sua opsonia?* Molles enim hi homines pueritiae quidem annos dudum erant egressi, sed tamen λεῖοι etiamtum erant ὥσπερ ἐγχέλεις.

Quid sequitur ex iis quae hactenus disputavi? Verbo ἀγοράζειν Demum non esse usum, Isiciarium vero ex eius verbis iocose efficere aliquid, quod ab eius mente esset alienum. Sed etiam longius a vero aberravit vir doctus qui Demo e coniectura haec tribuit: οὐδ' ἀγοράσει ἀγένειος οὐδεὶς ἐν πόλει, nam *in arce mercari* quid poterat quisquam?!

Sed potuit certe scribere comicus id quod exempli gratia propono:

δείξει δ' ἀγένειος αὐτὸν οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.

vel:

οὐδ' εἰς ἀγορὰν εἴσεισ' ἀγένειος οὐδὲ εἷς.

Non istos dico, respondet Demus, *sed puerulos qui inter unguentariorum tabernas talia garriunt:*

σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν.

Quae mira profecto sunt verba! Nam etiamsi sumamus quod statui solet, Phaeacem nescio qua in causa poenam capitalem callide nuper effugisse, qua de re nihil aliunde est cognitum, creditu tamen difficile est id dici potuisse *callide non mori* vel *non interfici*. Praeterea e verborum contextu efficio Phaeacem non in vitae periculum adductum esse nuper sed *psephisma aliquod pertulisse*. Quod si iure meo contendo, speciem fortasse habet haec coniectura:

σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέτυχεν.

Sed sive ipse nunc ἀπέτυχον sive acu rem tetigi, finem iam disputandi faciendum esse monet typotheta.

Digitized by Google

AD TACITUM.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

Tacitus, Ann. I. 2 „(Augustus) consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum."

Augustus teste Dione LI. 19 post pugnam Actiacam a senatu accepit tribunatum perpetuum, quem honorem non usurpavit, nam eodem referente Dione LIII. 32 cum consulatum Lucio Sestio cessisset anno 23 διὰ τοῦτο ἡ γερουσία δήμαρχον αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, vel potius potestatem tribuniciam, specie annuam, ei dedit, nam ab eo anno *anni* trib. pot. Imperatoris memorantur 23 a. C. + 14 p. C. = 37, usque ad mortem Imperatoris, cf. Imhoof-Blumer Porträtkopfe p. 7, nec post, nisi semel peculiari de causa a⁰ 5 a. C. per aliquot menses, consulatum gessit; contra ante, a. 31—23 quotannis consul fuit, cf. Suet. Aug. 27 et Klein in Fastis. Separavit igitur munera, nec simul consul et trib. pot. fuit. Num propter causam legitimam sic egerit nescio, sed convenit certe cum forma et natura civitatis Romanae: qui tuetur plebem Rom. opponit se, quoties opus, populo et patribus, quorum defensor est consul, saepe adversarius tribuni, sic absurdum est eidem homini munus utrumque imponi. Sed hoc misso apparet vix cum re gesta verba supra scripta convenire.

Ipsa verba habent etiam quo offendant. Qui tribunicia potestate fungitur et *simul consul est*, non est *contentus* tribunicia potestate. Non video quomodo negem. Quod si quis dicat artissime cohaerere cum *contentum* verba „ad tuendam plebem", ut praeter *trib. pot.* aliud tanquam oppositum cogitetur quod eo inserviat sive tri-

Digitized by Google

bunatus sive dictatoris potestas, obiciam Tacito non cogitationem obversari potuisse aut tribunatus a patricio Imperatore gesti aut dictaturae cum consulatu cumulatae. Haec inaudita, praesertim civi Romano. Verba „ad tuendam plebem" non sunt necessarium sed explicativum complementum quasi: „et (ad tuendam *quidem* plebem) trib. iure cont.".

Res et verba suadent ut duo membra disiunctive accipiantur; saepe consulem se ferebat aut cum consulatum recusasset, contentum tribunicia potestate. Utrobique fingebat: *non* erat simpliciter consul, sed multo maior, *non* erat trib. pot. contentus, nam multo plus poterat. Propterea illud *et* suspectum, et multo praestaret *aut*. Tacito, qui saepe parum consulit vulgari lectori et sic, in Annalibus praecipue scribit ac si sententia indicanda potius sit probe scientibus, quam ignaris explicanda, maius quid facile conceditur quam aliis auctoribus, quapropter *et* suos defensores habebit. Sed auctor, cui clare res ob oculos est, quam tractat, *aut* usurpabit; reapse *et* stili quod aiunt vitium est.

PRO M. CAELIO § 5.

Postquam ostendit orator Caelium non tantum parentibus, sed etiam municipibus esse probatum, ita disserere pergit: *uideor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt, si nituntur iudicio suorum. neque enim uobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti tali uiro, uerum etiam municipio tam inlustri ac tam graui displiceret.* Lectione vulgata in dubium uocantur ea, quae omnino non sunt dubitanda et ea extra omnem quaestionem posita esse oportet. *Fundamenta* inquit *sunt firmissima, si nituntur iudicio suorum.* At uero modo ipse contendit illi condicioni satis esse factum neque Caelium suis i. e. parentibus et municipibus displicere. Requiritur autem sententia non condicionalis sed causalis. Defensio nititur firmis fundamentis, quippe quod nitatur iudicio suorum. Id habebimus, ubi scripserimus: *quae firmissima sunt, si ⟨quidem⟩ nituntur iudicio suorum.*

J. v. d. V.

Digitized by Google

DE HELIAEIS ATHENIENSIBUS.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Quemadmodum in vita cottidiana ad pavimentum aequum et firmum sternendum minoribus aeque ac maioribus lapidibus opus est, sic scientia ne minimos quidem lapillos spernit ad eam viam muniendam, quae ad veram rerum cognitionem ducat. Atque ut in aedificando materia quam maxime arida praecipue eligitur, sic in quaestionibus ad antiquitatem pertinentibus ne aridissima quidem aspernari nos oportet. Minima, maxima, iucundiora, molestiora eodem omnia spectant atque inde suum pretium adipiscuntur.

Hisce cogitationibus permotus benevolum lectorem provoco ad observatiunculas quasdam de numero heliaearum Atheniensium perpendendas. Scholiasta enim ad Arist. Plut. vs. 277 iam olim docuerat Athenis quondam fuisse decem tribunalia; videbatur autem esse homo fide historica indignus, quem scriptorem nullius pretii vocare Gilbertus in prima editione libri sui (Handbuch der Griechischen Staatsalterthümer I p. 377 ann. 2[a]) non dubitavit. Postquam vero opus Aristotelis de Rep. Athen. fuit repertum, et alii putarunt scholiastae verba non prorsus esse abicienda, et ipse Gilbertus suspicatus est e novo quoque opere effici posse revera decem tribunalia Athenis fuisse. Enumerat igitur v. d. decem nomina sequentia, quae sedulo e variis scriptoribus elegit: *δικαστήριον τρίγωνον, παράβυστον, μέσον, μεῖζον, καινόν, τὸ πρὸς τοῖς τειχίοις, βατραχιοῦν, φοινικιοῦν, τὸ*

Digitized by Google

Μητίχου, τὸ Κάλλιον. Addit autem in Odeo quoque et in Stoa poecile causas fuisse actas; quaedam vero nomina fortasse idem tribunal indicare (I² p. 445).

Quod ad me, licet Gilbertum quam maximi faciam, hac quidem in re non plane ei assentior, quare et de scholio laudato, et de sententia e Republ. petita, postremo de nominibus allatis quaedam proferre mihi liceat.

Quicunque Scholium ad Plut. vs. 277 vel obiter inspexit, statim videbit e quattuor partibus esse conflatum, quarum una modo alicuius pretii sit habenda. Nam prima pars, quae haec docet: παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις δέκα ἦσαν Φυλαί. ἔθος οὖν ἀπὸ πασῶν τῶν Φυλῶν δικαστὰς καθίζειν· εἶτα ἀπὸ μιᾶς ἑκάστης ἐλάμβανον ἄνδρας πέντε τοὺς ἐπισημοτέρους· καὶ πάλιν ἐκ τῶν πέντε ἕνα τὸν κλήρῳ λαχόντα ἐποίουν δικάζειν, est hominis qui opus Aristotelicum numquam sub oculis habuit, vel si habuit, ne verbum quidem intellexit (cf. Rep. Athen. p. XXXI 16 sqq.).

Secunda pars magistello vix doctiori debetur, qui nesciebat varia tribunalia Athenis non literis A—K sed Λ, M, etc. fuisse distincta (cf. Rep. Ath. c. 63 § 2 et p. XXXII, 3), nec *certam* literam rubro colore in fronte aedificii fuisse pictam, sed quoties in tribunali aliquo iudicaretur, literam sorte ductam ab apparitore esse affixam (cf. Rep. Ath. c. 63 § 5). Quae praeterea narrat de virgis iudicum ornatis *nomine* dicasterii, eiusdem sunt farraginis.

Quarta pars non minus ignorantis est. Qui haec nimirum scripsit: ἐξελέγοντο ἐξ ἑκάστης Φυλῆς ἕνα ἄνδρα καὶ ἕτατον αὐτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα δικαστήρια κριτὰς εἶναι. Dein perhibet τὴν ῥάβδον fuisse σύμβολον τοῦ δικάζειν, ἵνα ἕκαστος ἀποδιδοὺς τῷ πρυτάνει τὴν ῥάβδον τριώβολον λαμβάνῃ (cf. Rep. Ath. p. XXXII, 13).

Tertiam vero partem qui scripsit, re vera Remp. Ath. adhibuit, quod textu utriusque operis iuxtaposito statim elucebit.

Scholion:	de Rep. Ath. c. 63 § 4:
ἔρχεται ἕκαστος εἰς τὸ ⟨δικαστήριον⟩ πινάκιον ἔχων ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ (leg. τὸ αὑτοῦ)	ἔχει δ' ἕκαστος ⟨ὁ⟩ δικαστὴς [ἓν] πινάκιον πύξινον, ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ πα-

Digitized by Google

[καὶ] πατρόθεν καὶ τοῦ δήμου καὶ γράμμα ἕν τι μέχρι τοῦ Κ.

διὰ τὸ πάλαι δέκα Φυλὰς εἶναι Ἀθήνησι· διῄρηντο γὰρ κατὰ Φυλάς.

τρόθεν καὶ τοῦ δήμου καὶ γράμμα ἓν τῶν στοιχείων μέχρι τοῦ Κ. νενέμηνται γὰρ κατὰ Φυλὰς δέκα μέρη οἱ δικασταί.

Ultima verba Reip. Sandys in editione sua p. 236 sic explicat: „⟨the judges⟩ are divided into ten sections distributed over the tribes; the ten *μέρη* did not coincide with the ten tribes, but each *μέρος* had a nearly equal number of dicasts from all the tribes. The extant *πινάκια* prove that members of different tribes belonged to the same section. (Benndorf Gött. Gel. Anz. 1870 p. 276)."

Scholion autem haec vult: „ut populus in decem phylas, sic iudices in decem sectiones dividebantur, ita ut singulae sectiones ex hominibus singularum tribuum constarent."

Res nondum diiudicata videtur, de qua ita Gilbertus I² p. 441: „Ob diese einzelnen Sectionen nur Mitglieder derselben Phyle umfassten, oder wie im 4 Jahrhundert, aus Angehörigen aller Phylen zusammengesetzt waren, lässt sich mit Sicherheit weder bejahen noch verneinen."

Schoell vero (Ber. d. Bayr. Ak. 1887. p. 7/8) Aristophanis tempore singula tribunalia e civibus singularum phylarum fuisse constituta effecit ex hac inscriptione Vⁱ saeculi: ⟨ἱ⟩εροποιοὺς δ⟩ὲ οἵτινες ἱεροποιήσουσ⟨ι τὴν θυσίαν ἄνδρας δέκα δια⟩κληρῶσαι ἐκ τῶν δ⟨ικα⟩στῶν ἕνα ἐκ τῆς Φυλῆς ἐκ τοῦ ⟨πίνακος⟩. Sed vereor ne operam perdiderit. Nam *ἐκ τοῦ πίνακος*, siquidem recte est suppletum, minime idem est ac *ἐκ τῶν πινακίων*; est si quid video *ὁ πίναξ* index qui quotannis sortitione facta componebatur, ut nomina iudicum huius anni publice asservarentur, album igitur iudicum; nec mirum si in hac tabula nomina tributim divisa fuerint. Quare verto inscriptionem: *sorte ducendi sunt decemviri sacris faciundis e numero iudicum huius anni, quorum nomina in albo publico inveniuntur, et quidem singuli e singulis tribubus.*

Fränckel (Att. Geschw. Ger. p. 95) e Vesp. 233 sqq. efficiebat sectiones singulas variis e tribubus fuisse compositas, et recte quidem, nam qui ibi nominantur eiusdem sectionis sed diversis e phylis sunt.

Digitized by Google

Variis igitur argumentis perpensis arbitror scholiastam textum Reip. Ath. non intellexisse.

Pergit scholiasta:

εἶτα οἱ θεσμοθέται κατὰ Φυλὴν ἕκαστος καὶ δέκατος ὁ γραμματεὺς ἐκλήρουν τὰ γράμματα μέχρι τοῦ Κ·

καὶ τὰ λαχόντα ἴσα τὸν ἀριθμὸν τοῖς μέλλουσι κληροῦσθαι (leg. πληροῦσθαι, Rep. c. 63 § 2) δικαστηρίοις ὑπηρέτης Φέρων ἐτίθει καθ' ἕκαστον δικαστήριον ἕν.

In Rep. sed *alio loco* legitur:

τὰ δὲ δικαστήρια (vel κληρωτήρια) κληροῦσιν οἱ θ' ἄρχοντες κατὰ Φυλάς, ὁ δὲ γραμματεὺς τῶν θεσμοθετῶν τῆς δεκάτης Φυλῆς·

ἐπειδὰν δὲ ὁ θεσμοθέτης ἐπικληρώσῃ τὰ γράμματα ἃ δεῖ προσπαρατίθεσθαι τοῖς δικαστηρίοις, ἐπέθηκε Φέρων ὁ ὑπηρέτης ἐφ' ἕκαστον τὸ δικαστήριον τὸ γράμμα τὸ λαχόν.

Si deles verba μέχρι τοῦ Κ, omnia bene se habent; nam literarum quae in fronte tribunalium affixae legebantur, prima erat λάβδα, perinde atque litterarum quae ταῖς βαλάνοις erant inscriptae (cf. Rep. Ath. c. 63 § 2 cum pag. XXXII, 3).

Scholiasta autem qui Remp. expilavit et male cohaerentia coniunxit, de literis ἐν τοῖς πινακίοις verba fieri ratus post vocem γράμματα de suo addidit μέχρι τοῦ Κ. Non enim e praecedentibus haec verba huc aberraverunt; sed scholiasta, ut supra vidimus, textum quem transscribit explicare conatur, quod simulac incipit, ineptias profert.

Iam satis est. Vidimus e quattuor partibus scholii *unam* modo alicuius esse pretii, hanc autem ex opere de Rep. Ath. fere verbo tenus esse exscriptam.

Scholiasta vero, cui haec debentur, homo fuit parvi iudicii, qui veritatem suis additamentis obscuravit, ipsumque adeo ordinem sententiarum turbavit. De tribunalium autem numero nihil docet, nam verba μέχρι τοῦ Κ (post γράμματα), quae ante novum opus repertum alicuius momenti esse videbantur, quantocius sunt eicienda.

Omnibus his bene perpensis Gilbertum iure scholiastae auctoritatem respuisse concedamus necesse est. Nunc videamus an item suo iure e textu Reip. Ath. effecerit decem fuisse heliaeas;

Digitized by Google

denique quid de decem nominibus, quae in capite huius disputatiunculae attuli, sit censendum.

Provocat igitur vir doctus ad Reip. c. 63 § 2, ex quo loco collato cum p. XXXI, 29 sqq. haec discimus: locus ubi iudices sorte ducuntur divisus est in partes decem, quarum unaquaeque suum sibi habet introitum atque iudicibus unius modo phylae est destinata. In singulis partibus stant denae urnae (κιβώτια), cum singulae phylae in denas quoque sectiones sint divisae. Ex his urnis magistratus sortitur nomina eorum qui eo die iudicis munere sint functuri. Reperiuntur autem in unaquaque parte etiam aliae urnae, in quas *conicIuntur* nomina eorum qui *sorte ducti sunt*; quot tribunalia eo die sedere debent, tot urnae adsunt literis Λ, Μ etc. signatae; nec temere per eos nomina iudicum distribuit magistratus, sed et hac in re sors decernit: iudices enim, qui hoc die triobolum merebuntur, ex hydria ducunt glandes ferreas, quibus eaedem literae sunt inscriptae quae in urnis inveniuntur; iisdem literis varia tribunalia distinguuntur.

Haec omnia eodem modo interpretatur Gilbertus, nisi quod censet *semper* adstitisse *decem* urnas, in quas nomina iudicum sorte designatorum essent conicienda, earum autem tot fuisse adhibitas, quot tribunalia hoc die sedere deberent. Quae opinio nititur verbis: καὶ ἕτερα κιβώτι⟨α δέκα, εἰς ἃ (vel οἷς)⟩ ἐμβάλλεται τῶν λαχόντων δικαστῶν τὰ πινάκια (c. 63 § 2), nam sic hucusque ab omnibus editoribus textus supplebatur. Blassius vero in editione tertia annotat: „sed multo plus decem fuerunt; praestatque etiam ob spatium numerum omittere, cf. XXXI. 35." Quo loco haec leguntur: παράκειται δὲ τῷ ἄρχοντι κιβώτια (nullo addito numerali) ὅσαπερ ⟨ἂν μ⟩έλλῃ τὰ δικαστήρι⟨α⟩ πληρωθήσεσθαι. Itaque nemo non intellegit e vocabulo suppleto δέκα nihil pro certo de tribunalium numero statui posse. Quamquam minime vitupero Gilbertum, qui lectionem ab omnibus hucusque probatam sit secutus.

Denique restat ut nomina tribunalium a v. d. e variis scriptoribus collecta recenseamus.

Nomen τοῦ Τριγώνου, licet eius locus adhuc sit ignotus, satis defenditur auctoritate Pausaniae (I 28, 8) et Harpocrationis (i. v.), qui nomen e forma deducunt.

Digitized by Google

Τὸ Παράβυστον commemoratur C. I. A. II 822 p. 12; Etym. M. p. 651, 50; Harp. s. v.; necnon apud Pausaniam (l.l.), qui addit: ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό. Cuius situs cum nondum sit repertus, — Wachsmuth II 365 in foro, Köhler (Hermes VI 96 A 1) in clivo septentrionali Musaei quaerit — nimis audacter perhibent ultimi editores Hitzig et Blümner verba Pausaniae ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως niti propria significatione vocabuli παραβύστου (coll. ἐν παραβύστῳ = *clam*).

Quo vero iure annotent: „vielleicht geht darauf Ar. Vesp. 1109" non capio. Haud dubie autem paucis spectatoribus locum praebebat invisaque fama fruebatur, quoniam οἱ ἔνδεκα ἐν αὐτῷ ἐδίκαζον (Poll. VIII, 121).

Τὸ Βατραχιοῦν et τὸ Φοινικιοῦν apud Pausaniam reperiuntur. Quae nomina a colore deducta pro veris nominibus irrepsisse recte fortasse coniecit Leake p. 258; idem vero quod opinatur Βατραχιοῦν fuisse τὸ ἐπὶ Λύκῳ, id paucis placere poterit, cum iam satis constare videatur certum tribunal eius nominis Athenis non fuisse. (Vide Leeuwenium ad Vesp. vs. 389).

Addit Pausanias unum etiam tribunal a Gilberto neglectum: τὸ μέγιστον καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν: Ἡλιαίαν sive heliaeam κατ' ἐξοχήν. Sed suspicionem movet nomen, quod numquam non de iudicibus collectis adhibitum hic aedificium indicare debet. Apud Harpocrationem autem i. v. ὁ κάτωθεν νόμος legimus: Δίδυμος φησί· τὴν Ἡλιαίαν λέγει ὁ ῥήτωρ διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι, e quibus verbis admodum obscuris Hitzig et Blümner haec efficiunt: „der oft erwähnte grösste Gerichtshof der Athener lag vermuthlich in der Nähe des Areiopags etwa südlich unterhalb desselben, da letzterer als ἄνω βουλή von jenem als κάτω δικαστήριον unterschieden wird. S. Didym. b. Harpocr." Oculis fere diffidis talia legens.

Curtius, Wilamowitzius, Wachsmuth, alius alio loco τὴν Ἡλιαίαν quaerunt.

Venimus ad nomina Μέσον et Μεῖζον atque unde provenerint rogamus. Exhibent ea scholiasta ad Vesp. 120 et Pollux (VIII, 121), quorum alter ad Aristophanis verba εἰς τὸ Καινὸν ἐμπεσών statim velut superiore e loco docere nos incipit adscribens:

Digitized by Google

τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος· εἰσὶ δὲ δ', Παράβυστον, Καινόν, Τρίγωνον, Μέσον. Itaque huic homini si credendum est, fuit in ipso tribunali locus, qui Novum Tribunal vocabatur, nam τὸ Καινόν valet τὸ καινὸν δικαστήριον. Quaeritur autem quo loco et quale tribunal fuerit in quo aliud lateret, nisi forte singula tribunalia parvum in gremio gesserint. Numerus quoque tribunalium „quattuor" minor est quam cui fidem habere possimus, neque nos fugit τὸ Καινόν modo pro τόπῳ ἐν τῷ δικαστηρίῳ modo pro tribunali ipso venditari.

Fac aliquid excidisse, vel frusta amplioris scholii male esse conflata: etiam caecus videbit tali testimonio scientiam nostram de re iudiciaria niti minime posse.

Potius Pollucem evolvamus, ubi exstant in MSS haec: γνώριμα δικαστήρια, ἡ Ἡλιαία, τὸ τρίγωνον, οὗ μέμνηται Δείναρχος· μέσον παράβυστον μεῖζον· παραβύστου δὲ καὶ μείζονος μέμνηται Λυσίας. ἐν μέντοι τῷ παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον. Quae verba corrupta vel lacunosa a Jungermanno (ed. anni 1706) mutata sunt in: μέσον παράβυστον, μεῖζον παράβυστον, καὶ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. Iniuria autem, nam unum modo fuisse παράβυστον ipse Pollux docet verbis sequentibus: ἐν μέντοι τῷ π. ἑ. οἱ ἕνδεκα. Meursius legit: μεῖον παράβυστον, παραβύστου δὲ καὶ μείζονος μεμν. Λ. i. e.: *notabilia tribunalia sunt Heliaea, Trigonum; minoris est Parabystum, Lysias autem commemorat maius insuper Parabystum.* Equidem vocem μέσον, quam Photius quoque tradit (Μέσον: δικαστήριον Ἀθήνησι) mutare nolim; quid enim vetuit medium e tribus dicasteriis τὸ Μέσον appellari? Stabant e. g. in vico τῶν Ἑρμογλύφων aliquot tribunalia, ut docet Plut. de genio Socr. c. 10. Cum Meursio autem arbitror de magnitudine Parabysti aliquid fuisse observatum; quare sic legendum propono: „γνώριμα δικαστήρια: ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, οὗ μ. Δ., Μέσον· Παράβυστον μεῖον· Παραβύστου δὲ ὡς μείζονος μ. Λ. ἐν μέντοι τῷ Π. ε. ο. ε., i. e.: *notabilia dicasteria sunt Heliaea, Trigonum, Meson; minus est Parabystum; Lysias autem Parabysti velut maioris tribunalis mentionem facit. Quod ego* (Pollux) *non credo, nam undecim viri ibi iudicabant.*" Levi certe manu μεῖζον mutatur in μεῖον, sexcenties autem, ut quivis scit, in MSS confunduntur καὶ et ὡς; denique vocabulum μέντοι hucusque ab omnibus neglectum suam iam sibi vim obtinet.

Digitized by Google

Restituta igitur, ut spero, vera lectione evanuit τὸ Μεῖζον.

Sequitur τὸ πρὸς τοῖς τειχίοις (Vesp. 1109), quae verba quid sibi velint nescio. Vocabulum τείχιον apud Atticos nonnisi de aedium parietibus aut de agrorum saepimentis usurpatur (teste Hesychio i. v.). Meinekius censet τὰ τείχια quae hoc loco commemorantur non differre a τειχίῳ cuius mentio fit Eccl. 497. Quid vero sic lucremur non video; libentius Leeuwenio assentior annotanti: „vereor ut sit integrum."

Τὸ Μητίχου nititur Androtionis auctoritate, ut Pollux l.l. perhibet; Photii quoque testimonio defenditur, qui tradit Μητιοχεῖον, nomen ductum a Μητιόχῳ quodam architecto et oratore τῶν οὐ τὰ βέλτιστα συμβουλευόντων. Utrumque autem nomen stare potest, nam Μητίοχος Miltiadis filius ex Herodoto est cognitus (VI, 41), Μητίχη meretricula ex Athenaeo (XIII, 567 D).

Sed paullo accuratius consideremus Pollucis locum laudatum, ubi post Παράβυστον mentio fit Meti(o)chi et hisce quidem verbis: τὸ Μητίχου κάλλιον, οὗ μνημονεύει Ἀνδροτίων. Sensus, ut quivis videt, minime est intricatus: „*pulchrius* (scil. quam Parabystum) *est Metichi tribunal*" — utpote ab architecto perito exstructum; et Hesychio hac de re cum Polluce convenit, annotat enim: τὸ Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα. Parabystum autem, ut meminimus, parvum erat.

Nihilominus ex adiectivo κάλλιον male intellecto ortum est novum tribunal Τὸ Κάλλιον; cuius ipsum architectum novit Photius: Κάλλειον (sic!): δικαστήριον Ἀθήνησιν ἀπὸ Καλλείου τοῦ πεποιηκότος ἐπώνυμον. Sic minimis impensis urbs pulcherrimis aedificiis ornari potest.

Denique — nam στοὰ ποικίλη ut tribunal satis defenditur C. I. A. II 778 — restat τὸ Καινόν, dicasterium omnibus philologis notum, archaeologis vero ignotum, ubi Philocleo a filio Corybantium mysteriis initiatus αὐτῷ τυμπάνῳ ἄξας ἐδίκαζεν ἐμπεσών (Vesp. 120) [1]). Ubinam autem situm fuerit frustra philologi rogaverunt, ac ni fallor, semper rogabunt, nam aedificium aliquod *publice* appellatum fuisse „Novum", „Het Nieuwe"

1) Bdelycleo patrem minime Corybantium τελεταῖς sanatum transfert Aeginam, non ut fruatur Hecates ope, quod putabat Lobeckius Aglaoph. 242, sed Aesculapii, qui templum in insula habebat auctore Pausania II, 30 § 1.

Digitized by Google

haud verisimile est. Potius credo unum e dicasteriis supra memoratis paucis annis ante bellum Peloponnesiacum fuisse exstructum vel renovatum atque inde inter Philocleonis comites *vulgari sermone* indicatum esse vocabulo τῷ καινῷ. Sed etiamnunc designari posse videtur quodnam tribunal ita vocatum fuerit, Aristophanes autem ipse ducem se nobis praebere. Qui vs. 1109 eiusdem fabulae choro haec verba tribuit: „οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσι," meminimus autem Periclem *Odeum* aedificasse (Plut. Vict. Per. c. 13). Locus certe Odei a Dionysi Theatro proximus satellitibus Bacchi Tityris, Satyris, Panibus, Corybantibus haud erat ignotus. Si vero rogas cur comicus alio loco τὸ Καινόν, alio Odeum dixerit, respondeo: vs. 120 obstabat res metrica, quae pede quarto spondeo (τ' Ὠιδεῖ|ον) uti vetat, deinde vis comica augebatur si in ludicris verbis Xanthiae auditoribus fabulae argumentum exponentis adhibebatur ipse sermo τῶν Φιληλιαστῶν. Altero vero loco (vs. 1109) omnia magis seria sunt ut iudicum minitantium.

Sic e duodecim nominibus a Gilberto commemoratis restant octo: τὸ Τρίγωνον, Παράβυστον, Μέσον, Βατραχιοῦν, Φοινικιοῦν, τὸ Μητίχου, Ὠιδεῖον, Στοὰ ποικίλη; addere velim τὴν Ἡλιαίαν, ac si forte accedet tribunal cuius nomen in verbis τὸ πρὸς τοῖς τειχίοις latere suspicor, tunc denique habebimus numerum illum *decem*, quem neque e libro de Republica neque e Scholiastae verbis effici posse demonstrare conatus sum.

ΠΟΛΤΤΡΟΦΟΣ — ΠΟΛΤΦΟΡΟΣ.

In excerptis ex primo Athenaei libro p. 10*a* heroum Homericorum tantum fuisse dicitur robur, ut ne Nestor quidem prudentissimus senex veritus fuerit sodali vulnerato praebere οἶνον, καὶ τοῦτον πράμνειον, ὃν ἴσμεν παχὺν καὶ πολύτροφον. Dicit grammaticus *vinum densum et forte*, οἶνον μέλανα. Eiusmodi autem οἶνον Graeci vocabant πολυφόρον, quippe qui multam aquam ferret admixtam. Quapropter sycophanta Aristophaneus οἶμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα! exclamat: οὕτω πολυφόρῳ ξυγκέκραμαι δαίμονι, et vinum praestantissimum τὰ τρία φέρειν καλῶς apud comicum dicitur alibi. Plura addi possent, nisi ὀλιγοφόρον spatium mihi nunc concessum esset. J. v. L.

Digitized by Google

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. C. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1900. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
JUL 31 1900
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
De Ezechiele poeta Iudaeo, scripsit K. KUIPER	237—280.
Varroniana, scripsit C. M. FRANCKEN	281—297.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis (*contin. ex pag.* 200), scripsit J. VAN IJZEREN . . .	298—328.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia (*contin. ex pag.* 156), scripsit S. A. NABER	329—364.
ΑΝΗΛΙΠΟ(Τ)Σ, scripsit H. v. H.	364.

Digitized by Google

JUL 31 1900
CAMBRIDGE, MASS.
237

DE EZECHIELE POETA IUDAEO.

SCRIPSIT

K. KUIPER.

Exilia sunt, brevia plerumque, neque magni pretii, librorum a Iudaeis Graece conscriptorum fragmenta, quae ex Alexandri Polyhistoris libro περὶ Ἰουδαίων Eusebius rettulit in libro nono *Praeparationis Evangelicae.* Inter quae quidquid historicis debetur scriptoribus, Demetrio Malcho Artapano Hecataeo, non solum scatet mendaciis — etenim nomen quoque auctoris saepius ementitum proferunt illa ψευδεπίγραφα — sed etiam a Polyhistore ita in brevius est contractum ut ne de ratione quidem dicendi, vel de arte scriptorum — si quae fuit ars! — iudicium ferre nobis hodie liceat. Tamen de historicorum Iudaeorum scriptis, meritis, consiliis Freudenthalius in *studiis Hellenicis* copiosa disseruit doctrina, materiemque quae arida plerisque videbatur illustravit tam eximia diligentia atque amore, ut aliis vix quidquam agendum reliquerit. Sed non ferebant rationes Freudenthalii ut eadem cura perlustraret fragmenta poetica. Quae tamen habent quo detineant nos; minime mehercle ut legendo animum oblectemus, ut videamus quam praeclara in imitationibus etiam redeat imago summae quae olim fuerat artis Graecae. Qui tali spe illicitus ad haecce opuscula devenerit, vereor ne mox librum abiciat. Fuit profecto, extitit quondam eiusmodi in Asia quoque poesis, quae proprii ingenii dotibus ita artis Graecae innatam elegantiam exornavit ut novum quoddam genus ex utriusque populi natura atque indole mixtum nasci videretur. Meleagri Gadareni versus, dulces quamvis saepe lascivi, ita fere placent, ut interdum delectat flos vini externus; summa, ac

Digitized by Google

tamen peregrina vi dicendi ardere carmina Sibyllae quis negat? Verum cave quidquam eiusmodi expectes in Philone epico, vel Ezechiele poeta scenico. Serpunt humi — aut, quod aegrius etiam ferimus, afflatu vano atque tumore immodico balbutiunt. Verum tamen digni sunt ambo in quorum artem sedula fiat investigatio, quo certius efficiamus quantum litterae Graecae valuerint in gentibus subditis, praesertim quid in poetis Graecis legendis illustrandis imitandis elaboraverint Iudaei ante tempora Iosephi atque Philonis Alexandrini.

Excerpta Alexandri quam lacera atque corrupta nobis servata sint in codicibus Eusebianis [1]) non est quod multis dicam. Deficit enim in hac parte Praeparationis codex Arethae (Parisinus A) qui priores tantum quinque libros continet; qui codex licet vitiis omnis generis laboret (abundant enim corruptelae, lacunae, errores ex iotacismo nati etc.) multo tamen melioris fuit condicionis quam codicum farrago ex qua pendet textus librorum sequentium. Gaisfordii editionem vel raptim inspicere sufficit ut videas omni genere errorum peccavisse librarios Eusebii, modo omittendo, modo iterando modo temere mutando; codex autem Marcianus I si revera, quod argumentis demonstrare conatur Heikelius, unicus nobis inde ab initio libri sexti dux sit fidus, idcirco tantum fide dignus esse videtur quod accuratius quam ceteri omnes vitia archetypi innumera servet. — Multo itaque iniquius quam decet is, opinor, iudicaverit de Iudaeorum poetarum arte, qui putet tam turpiter tam barbare eos locutos esse quam libri Eusebiani loquentes eos faciunt. Audendum esse aliquid videtur in edendis Ezechielis fragmentis et acriore medicina utendum quam sive Gaisfordus, sive Dindorfius in Eusebii editione, sive Duebnerus in Ezechielis dramate edendo (quod opusculum Euripidis fragmentis adiecit) adhibendam esse censuerunt.

Non possum argumento magis valido opinionem confirmare meam quam exemplo ex ipso Eusebio allato. Is enim ex Alexandri libro de Iudaeis trium poetarum Iudaeorum fragmenta attulit. E quibus ecce unum Philonis poetae epici *Pr. Ev.* IX p. 421 C:

---

1) Accurate de codicibus Eusebianis egit I. A. Heikel in libro „*de praeparationis evangeliae Eusebii edendae ratione*". Helsingforsiae MDCCCLXXXVIII.

Digitized by Google

Ἔκλυον ἀρχεγόνοισι τὸ μυρίον ὥς ποτε θεσμοῖς
Ἀβραὰμ κλυτοηχὲς ὑπέρτερον ἄμματι δεσμῶν
παμφαὲς πλήμμυρε μεγαυχητοῖσι λογισμοῖς
θειοφιλῆ θέλγητρα.

Satisne obscura? Equidem nihil non licere fere dixerim in codicibus qui verba tam plane sensu cassa nobis tradiderint.

Bene factum quod neque Philonis versus omnes tam misere corrupti ad nos pervenerunt — nam quos postea affert Alexander, non lucidi illi quidem sed tamen quos propemodum intellegas — neque obscurissimum est fragmentum ex carmine Theodoti quod agit de urbe Sichem. Quod carmen cum nuper ARTHURUS LUDWICH in programmate Regimontano emendatius edendum curavit, is quoque — quem nemo facile accusabit, quod magis quam deceat codicum soleat contemnere auctoritatem, saepissime a tradita lectione recedendum esse iudicavit. Et felici manu, proprioque ingenio usus, restituisse veram lectionem in nonnullis Theodoti versibus mihi videtur. Quamquam est ubi ab eo dissentiam, veluti insequenti loco. Postquam urbis Sichem situm homericis ut sibi quidem videtur verbis descripsit poeta, ὕστερόν φησιν — sunt verba Alexandri — αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων κατασχεθῆναι δυναστεύοντος Ἐμμώρ· τὸν γὰρ Ἐμμὼρ υἱὸν γεννῆσαι Συχέμ. φησὶ δὲ·

Ἐνθένδε ξένε ποιμενόθι πόλιν ἦλυθ' Ἰακὼβ
εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτῃσιν
ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχέμ, μάλ' ἀτειρέες φῶτε.

Corruptum esse versum primum nemo non videt. Quod autem Ludwichius proposuit, sane quam acute excogitatum est, et primo obtutu maximam habet speciem veritatis. Vix enim quidquam mutavit nisi verborum divisionem cum ita legi versum iussit:

ἔνθεν δ' ἐξενέποιμεν ὅθεν πόλιν ἦλυθ' Ἰακώβ

cui haec addit in adnotatione: „ἐνθένδε ξένε ποιμενόθι *die vulgäre Lesart; das nach jeder Richting hin ganz unhaltbare Adverbium* ποιμενόθι *allein würde genügen, ihr das Verdammungsurtheil zu sprechen* (ποίμνηθεν coni. Viger, ποιμενόθεν Heinichen); *hinzu kommt das schlechte Metrum, die an dieser Stelle mehr als sonderbare Anrede* ξένε *und das mit dem zweiten schwer zu vereinigende erste Adverbium* ἐνθένδε. *Alle diese Uebelstände werden durch*

Digitized by Google

meine einfache Correctur beseitigt." Ita est, sed novas difficultates suscitat eadem ea „facillima coniectura". Nam primum male cohaerere videbitur versus: „*Nunc age enarremus, unde ad latam Sicimorum urbem venerit Iacob*" cum sequentibus: „*regnabat autem tunc inter consanguineos suos Emorus una cum filio.*" Gravius autem est quod pugnat cum iis quae praemittit Alexander. Diserte enim ille dixit: „Eandem urbem postea ab Hebraeis occupatam fuisse cum Emorus regnaret, poeta affirmat, Emori autem filium fuisse Sychemum; sunt autem verba eius ...." sequuntur deinde versus de quibus disputo; quibus non expositum est *unde* venerit Iacobus (ὅθεν πόλιν ἦλθε) sed tantum *advenisse* eum ac postea — quod excerptor omisit — urbem ab eo esse occupatam. Tum demum de prioribus Iacobi itineribus agit poeta atque unde venerit, exponit: „εἶτα περὶ Ἰακὼβ καὶ τὴν εἰς Μεσοποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν." Quae cum ita sint nolo reticere suspicionem iam olim mihi obortam, nempe legendum esse:

ἐνθένδε ξὺν ποιμνιόφιν πόλιν ἦλυθ' Ἰακὼβ
εὐρεῖαν Σικίμων.

Cum opibus enim uxoribusque non solum, sed etiam cum gregibus in patrias regiones rediisse Iacobum et per se liquet, et hoc loco id memorari attinebat quoniam (ut est in Geneseos libro c. 33. 19) ἐκτήσατο τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ οὗ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ παρὰ Ἐμμὼρ πατρὸς Συχὲμ ἑκατὸν ἀμνῶν.

Sed de Theodoti carmine plura nunc addere nolo. De Ezechielis dramate diligentius quaerere institui, in quo, quia longiora eius extant fragmenta, nonnulla sunt quae hellenismi Iudaici historiam satis per se obscuram quodammodo illustrare poterunt. Quoniam autem tam in dictionem poetae artemque eius, quam in dramatis oeconomiam, virique patriam atque aetatem investigare operae pretium est, aptissimum mihi visum est, ne identidem ad textum Eusebii recurrendum esset, ipsos versus exscribere totos, quo simul quod corruptum videbatur emendare conarer, simul in calce defenderem emendationes, adiceremque quidquid ad sermonem Ezechielis illustrandum dictionemque eius ad certa exempla revocandam pertinebat.

Itaque primum παρεισάγει Μωϋσῆν λέγοντα (Euseb. *Praep. Ev.* IX. 28 p. 437):

Digitized by Google

Ἀφ' οὗ δ' Ἰακὼβ γῆν λιπὼν Χαναναίαν
κατῆλθ' ἔχων Αἴγυπτον ἑπτάκις δέκα
ψυχὰς σὺν αὐτῷ, κἀπεγέννησεν πολὺν
λαὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τεθλιμμένον,
ἐσάχρι τούτων τῶν χρόνων κακούμεθα
κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείας χερός.
ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἅλις ηὐξημένην
δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
βασιλεὺς Φαραὼ, τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν
οἰκοδομίας τε βάρεσιν αἰκίζων βροτοὺς

Vs. 1 γῆν λιπὼν Χαναναίαν. Prologorum Euripideorum formam coloremque quantopere haec referant neminem fugit. Poteris conferre Troades, Electram, Hecubam, vel Oenomai initium (fr. 558 N.) vel Phrixi (fr. 819). Neque singulo cuique simillima, et tamen cum omnibus convenientia sunt. — Diphthongum αι in Χαναναίαν corripit ipsorum tragicorum exemplum secutus.

Vs. 3 ἑπτάκις δέκα ψυχάς. Substantivi ψυχὴ hunc usum docuerunt scriptores sacrae scripturae. cf. *Exod.* I 1 ἦσαν δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Accuratius noster (quo convenit cum textu hebraico) septuaginta tantum numerat.

Vs. 5 τούτων τῶν χρόνων. Inmerito post Gaisfordium editores receperunt codicis Parisini C lectionem correctori debitam τοῦτον τὸν χρόνον. Poetae enim huius aetatis, qui in deliciis habent eiusmodi composita (ἐξέτι εἰσέτι) cum coniunctim adhibent τὸ ἐσάχρι, genetivum ab ἄχρι pendentem adiungunt veluti Apollonius *Arg.* I. 604 ἐσάχρι Μυρίνης, Leonidas Tarent. *Anth. Plan.* 307. 3 ἐσάχρι γυίων. Cum adverbii locum obtinet τὸ ἄχρι substantivo postponere malunt; cf. Callimachum III. 11 ἐς γόνυ μέχρι, VI. 130 ποτὶ τὰν θεὸν ἄχρις.

Vs. 5 κακούμεθα Duebn. — Codd. κακούμενον.

Vs. 6 δυναστείας. Sine causa Duebn. δυναστείᾳ. Periphrases enim tales qualis δυναστείας χείρ, quod idem valet ac χεὶρ δυνάστου s. δυνάστης, et in sacris scriptis usitatissimae sunt neque alienae ab antiquiore graecitate; cf. Aeschyli *Suppl.* 604 δήμου κρατοῦσα χεῖρ.

Digitized by Google

πόλεις τε πυργῶν σΦῶν ἕκατι δυσμόρων,
<ἄλλους δὲ τρύχων ποταμίοις ἐν χώμασιν>.
ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει
τἀρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν εἰς βαθύρροον·
ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
τρεῖς μῆνας ὡς ἔΦασκεν· οὐ λαθοῦσα δὲ
ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμΦιθεῖσά μοι,
ποταμοῦ παρ' ἀκτὴν λάσιον, εἰς ἕλος δασύ·

Vs. **11** πυργῶν scripsi (pro codicum πύργους) versumque post versum 11 de meo adieci exempli tantum gratia, quo indicarem quid fere deesse mihi videretur. Deesse enim apodosin sententiae iam monet vs. 9 τοὺς μὲν, cui nihil est quod respondeat. Nam in vulgatis editionibus quod legitur πόλεις τε ἐπύργου (codicum πόλεις τε πύργους nihil magis proficit quam Clementis πόλεσι τε πύργους) opponi versui 9 non potest, quoniam unus idemque labor laterariorum (vs. 9) fabrorumque (vs. 10) est; Hebraeos autem non solum opere laterario urbibusque aedificandis exercitos esse a rege docet Exodus 1. 14 καὶ κατωδύνων αὐτῶν τὴν ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πήλῳ καὶ τῇ πλινθείᾳ (cf. § 11) καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις. Hi autem labores quales fuerint exponit Iosephus II. 9. 1: τόν τε γὰρ ποταμὸν εἰς διώρυχας πολλὰς αὐτοῖς προσέταξαν διατεμεῖν e. q. s.

Vs. **13** sqq. Otiosum est exscribere librum Exodi, quotienscunque verba sacrae scripturae servat Ezechiel, quod quantum potest facit plerumque. Sed videte quam sedulo is, dum sequitur Exodum — tollens tantum quod omitti dramatis rationes quaedam iubebant — caveat a turpioribus contra Graecam dictionem peccatis. Respuit Exodi hebraismum πᾶν ἄρσεν ὁ ἐὰν τεχθῇ (Exodi 1. 22); rectius vs. 14 ἔκρυπτε, ubi Exodi auctor (2. 2) ἐσκέπασαν (casune factum sit ut cum textu hebraico Ezechiel singularem numerum servaverit non dirimam); simul tragicae dictionis memoria servatur in hisce: μήτηρ ἡ τεκοῦσα, ποταμὸν εἰς βαθύρροον etc.

Vs. **17** in codicibus corruptum extat παρ' ἄκρα ποταμοῦ s. τοῦ ποταμοῦ. Suspicor olim versum ita scriptum fuisse ut ego eum edidi, post, librarii neglegentia παρ' ἀκτὴν ποταμοῦ datum

Digitized by Google

Μαριὰμ δ' ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας.
κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὁμοῦ
κατῆλθε λούτροις χρῶτα Φαιδρῦναι νέον·
ἰδοῦσα δ' εὐθὺς καὶ λαβοῦσ' ἀνείλετο,
ἔγνω δ' Ἑβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε
Μαριὰμ ἀδελφὴ προσδραμοῦσα βασιλίδι·
„θέλεις τροφόν σοι παιδὶ τῷδ' εὕρω ταχὺ
ἐκ τῶν Ἑβραίων;" ἡ δ' ἐπέσπευσεν κόρην·
μολοῦσα δ' εἶπε μητρὶ, καὶ παρῆν ταχὺ
αὐτὴ τε μήτηρ καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας.
εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· „τοῦτον γύναι
τρόφευε, κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν".
ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζ' ὅτου χάριν

---

esse, id autem metri causa, quae fuit in Eusebii codicibus librariorum audacia, mutatum in παρ' ἄκρα.

Vs. **20**. Recurrit in exprimenda Exodi narratione poetarum Graecorum memoria, hic Hesiodi (*Opp.* 753, μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα Φαιδρύνεσθαι, cf. Call. I. 32), sicut paullo ante vs. 18 vix temere Exodi κατεσκόπευεν ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ μακρόθεν reddidit ita „κατώπτευεν πέλας"; tragoediam enim haec sapiunt, revocantque numeris exempla quale Sophocleum ex *Aiace* 824 κατοπτευθεὶς πάρος vel ex *Philocteta* 124 κατοπτευθῶ παρών.

Vs. **25** ἡ δ' ἐπέσπευσεν κόρην. Quod deteriores codices exhibent ἡ δ' ἐπένευσεν κόρῃ et metro refragatur neque commendatur verbis scripturae § 8: ἡ δ' εἶπεν ἡ θυγάτηρ Φαραώ· „πορεύου".

Vs. **26** ταχύ. Notum est praesertim Euripidem in eo peccasse quod frequentius, deficiente verbo apto, ita versum clauderet in ταχὺ, ὡς τάχος, τάχος, quod noster sedulo imitatus est, vide vs. 24. 29. 55. 119. 121. 150.

Vs. **27** καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας, iterum substantivum quod Euripidi praeplacebat, cuius cf. versum *Alc.* 190 λαμβάνουσ' ἐς ἀγκαλάς. Eiusdem poetae morem notissimum sequitur cum versum 29 in σέθεν desinentem facit — quamquam turpiter a Graeci sermonis legibus aberrat genetivi formam pro dativo adhibens, nisi quidem genetivum σέθεν a substantivo μισθὸν pendere voluit.

Vs. **30** pro τοῦ scripsi ὅτου. ὅτου χάριν pro ὀθούνεκα saepius seriores dicunt.

Digitized by Google

ὑγρᾶς μ' ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ἠόνος.
Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, τὸν Μωϋσῆν παρεισάγων λέγοντα·
Ἐπεὶ δὲ καιρὸς νηπίων παρῆλθέ μοι
ἤγέν με μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα,
ἅπαντα μυθεύσασα καὶ λέξασά μοι
γένος πατρῷον καὶ Θεοῦ δωρήματα.
ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἶχομεν χρόνον
τροφαῖσι βασιλικαῖσι καὶ παιδεύμασιν
ἅπανθ' ὑπισχνεῖθ' ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐῶν·

Vs. **31** inserui pronomen *με*, quod abesse omnino non potest et fortasse latet in codicum verbo *ἀνεῖλεν* (= *ἀνεῖλέ με*).

Vs. **32**. Verba *τούτοις — λέγοντα* quae his versibus praemittuntur abundare quispiam censuerit, nihil enim desiderari inter versum 31 et 32. Et ita revera censuisse videtur codicis Parisini B librarius, qui ea verba omittit. Sed minima est eius codicis auctoritas, in qua multae lacunae „ratione quadam librarii res minus necessarias circumcidendi" extiterunt (cf. Heikel l.l. p. 17); neque vero desunt indicia, hoc loco additum fuisse aliquid a poeta. Consulto enim ordinem rerum invertit; primum Moysi nomen a filia regis datum esse fingit statim postquam inventus est, quod narraverat Exodi auctor factum esse postquam *ἀδρυνθέντος τοῦ παιδίου εἰσήγαγεν αὐτὸ (ἡ μήτηρ) πρὸς τὴν θυγατέρα Φαραώ*; deinde post vs. 31, quod conveniebat dramati, quaedam, opinor, de matris pia cura addidit, quae brevius Exodi § 9 *ἔλαβεν δὲ ἡ γυνὴ τὸ παιδίον καὶ ἐθήλαζεν αὐτό*. — Quod ad Graecam dictionem attinet peccat poeta in voce *καιρὸς* ex recentiorum usu adhibita ubi *χρόνος* s. *ὥρα* dicendum fuerat; plurali autem forma *νηπίων* utitur analogia ductus, quoniam noverat recte dici *τὴν ἡλικίαν ἔχειν τὴν ἄρτι ἐξ παίδων*.

Vs. **36** *ἕως μὲν οὖν* et vs. 39 *ἐπεὶ δὲ*. Haec temporum spatia indicandi ratio dilectissima fuit Euripidi, vide e. g. *Hel.* 60; eundem poetam revocat usus verbi *ἔχειν*, cf. *Ion.* 1373 *μελάθροις εἶχον οἰκέτην βίον*.

Vs. **38** verbi *ὑπισχνεῖσθαι* usus satis mirus defendi posse videtur Duebnero ex Hom. K. 39. Profecto poetam corrigat qui versum inconcinne et soloece dictum emendare conetur.

Digitized by Google

ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρῆν,
ἐξῆλθον οἴκων βασιλικῶν — πρὸς ἔργα γὰρ
θυμός μ' ἄνωγε καὶ τέχνασμα βασιλέως —
ὁρῶ δὲ πρῶτον ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ
τὸν μὲν ⟨τὸ⟩ γένος Ἑβραῖον, τὸν δ' Αἰγύπτιον.
ἰδὼν δ' ἐρήμους καὶ παρόντα μηδένα
ἐρρυσάμην ἀδελφὸν, ὃν δ' ἔκτειν' ἐγώ·
ἔκρυψα δ' ἄμμῳ τοῦτον, ὥστε μὴ ἐσιδεῖν
ἕτερόν τιν' ἡμᾶς, καὶ ἀπογυμνῶσαι Φόνον.
τῇ ἐπαύριον δὲ πάλιν ἰδὼν ἄνδρας δύο,
μάλιστα δ' αὐτοὺς συγγενεῖς, κακουμένους

Vs. **39** κόλπος corruptum esse verisimile fit ex codicum discrepantia (B C F κόλτος). Quid sit καιρὸς πεπλήρωται novimus; sed πλήρης κόλπος ἡμερῶν nihil est. Num fortasse κύκλος legendum? Id enim commendari poterit ex imitatione Euripidis (*Or.* 1645 ἐνιαυτοῦ κύκλον. *Hel.* 112 καμπίμους ἐτῶν κύκλους). Euripidis memoriam revocat sonitus verborum ἐπεὶ δὲ πλήρης cf. *Or.* 884 ἐπεὶ δὲ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος.

Vs. **42** ἐν χειρῶν νόμῳ. Deflexit iterum Iudaeus ἑλληνίζων a solita dicendi ratione. χειρῶν νόμῳ χρῆσθαι, ἐν χειρῶν νόμῳ μεταλλάξαι dixerunt Herodotus Polybius alii, sed ὁρᾶν ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ novicium est.

Vs. **43** articulum inserui metri restituenda causa.

Vs. **45** licet ὃς δὲ demonstrativam vim ne apud recentiores quidem obtinere soleat nisi praemisso sive ὃς μεν, sive ὁ ἕτερος, hic tamen ita accipiendum videtur, neque cum Gaisfordio semicolo interpungendum; pro relativo enim accipi vetat δὲ post ἔκρυψα additum.

Vs. **47** ἡμᾶς hoc satis absurde: *„cadaver arena condidi ne quis nos adspiceret!* Suspicor poetam scripsisse ἡμῶν *alius quis praeter nos.*

Vs. **49** κακουμένους. Duebn. πατουμένους quod non multo melius mihi videtur. κακοῦσθαι in nostro poeta ferri potest de iis dictum qui διαπληκτιζόμενοι ἔκακουν ἀλλήλους. Ceterum parum feliciter res Ezechieli per hosce versus successit. Mitto ἀπογυμνῶσαι quod translate antiquiores vix adhibent, mitto quoque τῇ ἐπαύριον (Gr. τῇ αὔριον); sed prodit hominem semibarbarum vs. 49

Digitized by Google

λέγω· „τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;"
ὃ δ' εἶπεν· „ἡμῖν τίς σ' ἀπέστειλεν κριτὴν
ἢ ἐπιστάτην ἐνταῦθα; μὴ κτενεῖς σύ με
ὥσπερ τὸν ἔχθες ἄνδρα;" καὶ δείσας ἐγὼ
ἔλεξα· „πῶς ἐγένετο συμφανὲς τόδε;"
καὶ πάντα βασιλεῖ ταῦτ' ἀπηγγέλη ταχύ·
ζητεῖ δὲ Φαραὼ τὴν ἐμὴν ψυχὴν λαβεῖν·
ἐγὼ δ' ἀκούσας ἐκποδὼν μεθίσταμαι,
καὶ νῦν πλανῶμαι γῆν ἐπ' ἀλλοτέρμονα.
Εἶτα περὶ τῶν τοῦ Ῥαγουὴλ θυγατέρων οὕτως ἐπιβάλλει·
Ὁρῶ δὲ ταύτας ἑπτὰ παρθένους τινάς.
Ἐρωτήσαντός τε αὐτοῦ τίνες εἶησαν αἱ παρθένοι φησὶν ἡ Σεπφώρα·
Λιβύη μὲν ἡ γῆ πᾶσα κλῄζεται ξένε,

μάλιστα quo fere indicare vult „*atque id quidem*" καὶ τοῦτο, ita enim iterum minus etiam apte vs. 71 dixit: „εὐωνύμῳ μάλιστα." Nec multo felicius vs. 50 Exodi verba „λέγω τῷ ἀδικοῦντι· διὰ τί τύπτεις τὸν πλησίον;" reddidit τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;

Vs. **52** μὴ κτενεῖς σύ με. Ne scribamus μὴ κτενεῖς ἐμέ dissuadet Exod. vs. 14 μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις;

Vs. **55** ἀπηγγέλη scripsi. Codd. omnes ἀπήγγειλεν, cui formae ut adderet subiectum librarius codicis B scripsit τὶς πάντα.

Vs. **56** ζητεῖ δὲ Φαραὼ. Cod. B ἀκούσας δὲ ζητεῖ Φαραὼ. Participium ex sequenti versu abberavit; nisi fortasse propter Exodi § 15 „ἤκουσεν δὲ Φαραώ" scribendum est „κλύων δὲ ζητεῖ" deleto nomine Φαραὼ, qua correctione sane poeta metri non prorsus imperitus liberabitur anapaesto haud eleganti (cf. vs. 9 sed vide quoque vs. 149 Φαραὼ δὲ βασιλεύς ubi α breve est).

Vs. **57** ἐκποδὼν μεθίσταμαι cf. Eur. *Phoen.* 40 τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.

Vs. **58** ἀλλοτέρμονα haud infeliciter, si ipse invenit, formavit ad normam adiectivi tragici ἀγχιτέρμων. Apoll. Rhod. ὁμοτέρμων.

Vs. **60** sqq. Aliquantum deflectere vides nostrum a sacra historia, quod efficit fortasse ut paullo feliciore eventu quam antea Graece loqui conetur. Unde miram suam de Midianitarum regionis situ notionem sumserit, unde habeat quae de Rege uno,

Digitized by Google

οἰκοῦσι δ' αὐτὴν φῦλα παντοίων γενῶν,
Αἰθίοπες ἄνδρες μέλανες· ἄρχων δ' ἐστὶ γῆς
εἷς καὶ τύραννος καὶ στρατηλάτης μόνος.
ἄρχει δὲ πόλεως τῆσδε καὶ κρίνει βροτοὺς
ἱερεὺς, ὅς ἐστ' ἐμοῦ τε καὶ τούτων πατήρ.

Εἶτα περὶ τοῦ ποτισμοῦ τῶν θρεμμάτων διελθὼν περὶ τοῦ τῆς Σεπφώρας ἐπιβάλλει γάμου, δι' ἀμοιβαίων παρεισάγων τόν τε Χοῦμ καὶ τὴν Σεπφώραν λέγοντας·

Χ. Ὅμως κατειπεῖν χρή σε Σεπφώρα τάδε.
Σ. ξένῳ πατήρ με τῷδ' ἔδωκεν εὐνέτιν.

Sequitur post hos versus excerptum ex Demetrii libro de Iudaeis quo exponitur quaenam Rhaguelis fuerit affinitas cum Abrahamo; deinde ita pergit Alexander: Λέγει δὲ περὶ τούτων καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ, προσπαρειληφὼς τὸν ὄνειρον τὸν ὑπὸ Μωυσέως μὲν ἑωραμένον ὑπὸ δὲ πενθεροῦ διακεκριμένον. λέγει δὲ αὐτὸς ὁ Μωυσῆς δι' ἀμοιβαίων πρὸς τὸν πενθερὸν οὕτω πῶς·

Ἔδοξ' ὄρους κατ' ἄκρα Σιναίου θρόνον
μέγαν τιν' εἶναι μέχρις οὐρανοῦ πτυχὸς,
ἐν τῷ καθῆσθαι φῶτα γενναῖόν τινα

totius Libyae domino, enarrat Sepphora, nunc non quaero, ad ea infra rediturus. Chumum fratrem Sepphorae ipse de suo fortasse addidit, nomine sive ex sacris libris sumto sive aliunde, quo nomine Hebraice gens Aethiopum indicari solebat. Cf. *Genes.* 10. 6 et Anonym. περὶ Ἑβρ. apd Euseb. *P. E.* IX. 17. 419d.

Vs. 68 felici manu restituit Duebner ex codicum nonnullorum lectione ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας ἰνοῦ s. ἴνου.

Vs. 69 πτυχός. Ita Cod. Marcianus I. cuius inde a libro III Eusebii summam esse auctoritatem ut supra monui demonstravit Heikel l.l. p. 20-27. idem cod. D; E qui ex I descriptus est πτηχός. Ceteri omnes πτύχας. Et quamquam μέχρις πτύχας vix ferri poterit, dubites tamen de lectione, quoniam Ezechiel in imitandis Euripideis locutionibus fideliter memoriam exempli servare solet, Euripides autem ut par est αἰθέρος πτύχας, οὐρανοῦ πτύχας plurali numero dixit (cf. *Hel.* 43. 605. *Or.* 1631. *Phoen.* 83). Scripsitne fortasse, sicuti alii μέσΦ' ἐς dicunt, elisione parum obvia usus: μέχρ' ἐς οὐρανοῦ πτύχας?

Vs. 70 ἐν τῷ. Dindorfius ex cod. Parisino C ἐν ᾧ scripsit,

Digitized by Google

διάδημ' ἔχοντα καὶ μέγα σκῆπτρον χερὶ
εὐωνύμῳ μάλιστα. δεξιᾷ δέ μοι
ἔνευσε, καὶ ἐγὼ πρόσθεν ἐστάθην θρόνου.
σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκε, καὶ εἰς θρόνον μέγαν
εἶπεν καθῆσθαι, βασιλικὸν δ' ἔδωκέ μοι
διάδημα, καὶ αὐτὸς ἐκ θρόνων χωρίζεται.
ἐγὼ δ' ἐσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον

---

quod correctori procul dubio debetur. Ceteris codicibus conspirantibus praestat nihil mutare; vidimus enim Ezechielem saepius lapsum esse in pronominibus.

Vs. **73**. ἔνευσε. χειρὶ νεύειν τινί suspectae profecto graecitatis est et nonnihil aberrat ab antiqua huius verbi notione. Quod autem Ezechiel putabat eodem iure sibi licere χειρὶ νεῦσαι dicere quo Homerus dixit νεῦσε δέ οἱ κεφαλῇ vel ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε, eius rei fortasse Euripides denuo causa fuit, qui νεύειν nonnumquam ita adhibuit, ut lectori videretur a verbo σημαίνειν nihil differre, veluti *Hec.* 543 νεανίαις δ' ἔνευσε παρθένον λαβεῖν, sive *Iph. T.* 1330 ἡμᾶς μὲν ... ἐξένευσ' ἀποστῆναι πρόσω.

Vs. **76** in codicibus corruptus, nam I et qui ab eo pendent ante ἐκ θρόνων addunt ἐκὼν quo iambus abundat; καὶ autem in omnibus abest. Equidem si ex versu διάδημα ⟨καὶ⟩ αὐτὸς ἐκὼν ἐκ θρόνων χωρίζεται tollere debuero quod male abundat, nihil potius quam θρόνων damnavero, quoniam rex ille iam vs. 74 iubens Moysen in solio considere simul ipse surrexisse putandus est, nostro autem versu iam non indicandum erat ex solio eum cessisse, sed prorsus abiisse. Fieri potest ut tam ἐκὼν quam ἐκ θρόνων eiusdem vocis sint corruptelae, totus autem versus ita sit legendus: διάδημα καὶ αὐτὸς ἐκποδὼν χωρίζεται.

Vs. **77** ἔγκυκλον. Dubito scripserintne Ezechiel γῆν ἅπασαν ἐν κύκλῳ memor versus Aristophanei (*Eqq.* 170) καὶ κάτιδε τὰς νήσους ἁπάσας ἐν κύκλῳ. Mutare tamen versum non ausus sum, nihilo magis quam sequenti versu reponere cum Toupio καὶ γῆς ἔνερθε, licet id Euripidis memoriam revocet qui *Phoeniss.* 505 versum ita incipit: καὶ γῆς ἔνερθε δυνατὸς ὤν. Plura enim in hac parte τῆς κοινῆς propria sunt, quam tragici sermonis vestigia; versu saltem 81 mire se adiungit tragicum vocabulum βροτὸς militaribus eius aetatis vocabulis παρεμβολὴ et παράγειν, versu

Digitized by Google

κἄνερθε γαίας καὶ ἐξύπερθεν οὐρανοῦ,
καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
ἔπιπτ', ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην·
καὶ ἐμοὶ παρῆγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν·
εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξανίσταμ' ἐξ ὕπνου.
Ὁ δὲ πενθερὸς αὐτοῦ τὸν ὄνειρον ἐπικρίνει οὕτως·
Ὦ ξένε, καλόν σοι τοῦτ' ἐσήμηνεν Θεός·
ζῴην δ' ὅταν σοι ταῦτα συμβαίνῃ ποτέ.
ἄρα γε μέγαν τιν' ἐξαναστήσεις θρόνον
καὶ αὐτὸς βραβεύσεις καὶ καθηγήσῃ βροτῶν.
τὸ δ' εἰσθεᾶσθαι γῆν ὅλην τ' οἰκουμένην
καὶ τὰ ὑπένερθεν καὶ ὑπὲρ οὐρανὸν Θεοῦ·
ὄψει τά τ' ὄντα, τά τε πρὸ τοῦ τά θ' ὕστερον.
Περὶ δὲ τῆς καιομένης βάτου, καὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς

---

autem 82 ἐμφοβηθεὶς (ita enim cum plerisque codicibus legi iubet metrum) pro simplici φοβηθείς omnino τῶν ἑβδομήκοντα est. — Nihil me dativus vs. 81 offendit pro quo Duebnerus καί που proposuit.

Vs. 84 συμβαίνῃ restitui ex cod. I. Editores ex ceteris codicibus συμβαίη.

Vs. 85 ἄρα: *ergo*. Vix ita in ipso enuntiati initio tragici antiqui illud adverbium posuerunt, nec tamen idcirco in ἦ ῥα equidem id mutaverim; ipse enim usus cum tragicorum sermone convenit; cf. Eur. *Iph. A.* 311 σκήπτρῳ τάχ' ἄρα σὸν καθαιμάξω κάρα.

Ibid. ἐξαναστήσεις. Minus recte hoc vertit Vigerus, ceteroquin Ezechielis versus ieiunos eleganti latinitate exornans, „*Eia age*" (num ἄρ' ἄγε legere malebat?) „*superbum nate tu solium eriges*;" spectat enim somnium solium regis quod Moses *evertet*. Cf. Eur. *Suppl.* 1198 (ubi eandem versus sedem idem verbum occupat): ὃν Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάθρα.

Vs. 88. Dubito an pro primis verbis (ex quibus articulus deest in codicibus nonnullis) aliud quid scribendum sit, veluti καὶ πάντ' ἔνερθεν. Sed malim manum abstinere a versu invenusto. Quod autem οὐρανὸν non οὐρανοῦ scripsit, in ea re convenit cum recentiorum usu; cf. Thom. Mag. i. v. ὑπέρ. πρὸς γενικὴν ἐκφέρουσιν Ἀττικοί· Ἕλληνες δὲ πρὸς αἰτιατικήν.

Digitized by Google

Φαραὼ πάλιν παρεισάγει τὸν Μωυσῆν τῷ θεῷ διαλεγόμενον· Φησὶ δὲ ὁ Μωυσῆς·

"Εα, τί μοι σημεῖον ἐκ βάτου τόδε
τεράστιόν τε καὶ βροτοῖς ἀπιστία;
ἄφνω βάτος μὲν καίεται πολλῷ πυρὶ,
αὐτοῦ δὲ χλωρὸν πᾶν μένει τὸ βλαστάνον.
τί δή; προσελθὼν ὄψομαι τέρας τόδε
μέγιστον· οὐ γὰρ πίστιν ἀνθρώποις Φέρει.
Εἶτα ὁ Θεὸς αὐτῷ προσομιλεῖ·
Ἐπίσχες ὦ Φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς

Vs. **90** ἔα, τί μοι. Incipit quidem noster ex antiquae tragoediae more, nam saepe ita exprimunt admirationem subitam heroes Euripidei, „ἔα τί χρῆμα", „ἔα τί λεύσσω", talia exclamantes. Verum iam sequenti versu Graeculus se prodit; nam neque τεράστιον dixerant antiqui neque ita ut Ezechiel (et multi simul recentiores) abstractum (ἀπιστία) adhibuerant. Quae tamen causa neminem opinor movebit ut cum codice B ἄπιστον ὄν legat.

Vs. **94** προσελθών scripsi (codd. omnes προελθών); illud enim et cum sententia melius convenit, et propius accedit ad Exodi verba quae per hos versus accurate sequitur noster (cf. cum vs. 91 Exod. 3. 2 ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί, cum vs. 94 sq. Exod. 3. 3 παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο μέγα ὅτι οὐ καίεται ὁ βάτος. Ultima verba docent qua causa motus poeta languidissimum versum 95 adiecerit).

Vs. **94** τέρας τόδε scripsi pro eo quod codices dant τεράστιον, quia pronomen omnino abesse nequit, quod adest in Exodo τὸ ὁρᾶμα τοῦτο.

Vs. **96** sq. Exodi verba flosculis tragicis ornare conatus exordio utitur Euripideo. Quoties enim ita Euripides versum inchoat: ἐπίσχες vel ἐπίσχε! Vide exempli gratia *Ion.* 1320 ἐπίσχες ὦ παῖ, *Andr.* 432 Μενέλα' ἐπίσχες μὴ τάχυνε (add. *El.* 758. 962. *Phoen.* 92, *Hell.* 1142; quaerenti plura suppetent). Sed versus exitu μὴ προσεγγίσῃς non antiquum reddit exemplum sed ipsum Exodi librum c. 3. 5: μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, sicut sequenti versu referuntur sacri libri verba λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν σῶν ποδῶν. In quibus satis apte soloecismum vitavit pro ἐγγίσαι ὧδε „προσ-

Digitized by Google

Μωσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λῦσαι δέσιν·
ἁγία γὰρ ἡ γῆ ἐφ' ἧς ἐφέστηκας πέλει,
ὁ δ' ἐκ βάτου σοι θεῖος ἐκλάμπει λόγος.
θάρσησον ὦ παῖ, καὶ λόγων ἄκου' ἐμῶν·
ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
θνητὸν γεγῶτα, τῶν λόγων δ' ἔξεστί σοι

εγγίσαι" reponens, contra iniuria — metro ni fallor coactus — medium *λύσασθαι* neglexit. Humi repere vocabulum *ὑπόδημα* videbatur, cui nomen ea quidem significatione insolitum praetulit *δέσιν*; *ὑπόδεσιν* enim recentioribus magis usitatum metrum vetabat adhiberi.

Vs. **98** *ἐφ' ἧς* scripsi; libri *ὅπου σὺ*, quo nascitur hiatus (*γῆ ὅπου*) Ezechieli qui in re metrica minime neglegens est, non obtrudendus. Duebner edidit *ἁγία γὰρ ἧς σὺ γῆς ἐφέστηκας πέλει* versum magis elegantem, sed qui et a textu tradito et a solito Ezechielis sermone nimium distat.

Vs. **99** *θεῖος λόγος* dubito, rectene accipiatur tantum de *voce* divina, licet *ἐκλάμπειν* ad vocem recte afferri possit. Nam Exodi verba III. 2 *ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου* fere suadent ut putemus Ezechielem non ignarum fuisse quid apud philosophos Iudaeos *ὁ λόγος ὁ τοῦ θεοῦ* significaret, quamquam a Iudaeorum philosophematis plane alienus est.

Vs. **100** sqq. ita reddit Exodi verba ut quae postponuntur in sacro libro ille praemittat; spectant enim hi versus Exod. 3 § 6 *ἀπέστρεψεν δὲ Μωυσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*. Quae sicut facile revocabant Euripidis memoriam talem sententiam nonnumquam edicentis (veluti *Hipp.* 86 *κλύων μὲν αὐδήν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν*), ita sensim dictionis Euripideae tenorem ac numeros rettulerunt. Nam *θάρσησον ὦ παῖ* Euripideis illis *ἔασον ὦ παι* (*Hipp.* 521) vel *σίγησον ὦ παῖ* (*ibid.* 603) similia sunt; neque minus vs. 102 *θνητὸν γεγῶτα* Euripidem sonat (*Iph. T.* 687 *φίλον γεγῶτα*, *Ion.* 1535 *αὐτοῦ γεγῶτα*). Sed inde a versu 104 sola Exodi verba denuo reddit, quamquam in brevius contrahens et hic illic mutans aliquid, in quibus fortasse non neglegendum quod *γεννητόρων* plurali numero multo rectius dixit quam Exod. § 6 *τοῦ πατρός σου*, qua in re convenit cum textu Samaritano.

Digitized by Google

ἐμῶν ἀκούειν, ὧν ἔκατ' ἐλήλυθα.
ἐγὼ Θεὸς σῶν, ὧν λέγεις, γεννητόρων
'Αβραάμ τε καὶ 'Ισαὰκ καὶ 'Ιακώβου τρίτου·
μνησθεὶς δ' ἐκείνων καὶ ἔτ' ἐμῶν δωρημάτων,
πάρειμι σῶσαι λαὸν 'Εβραίων ἐμόν,
ἰδὼν κάκωσιν καὶ πόνον δούλων ἐμῶν.
ἀλλ' ἕρπε, καὶ σήμαινε τοῖς ἐμοῖς λόγοις
πρῶτον μὲν αὐτοῖς πᾶσιν 'Εβραίοις ὁμοῦ,
ἔπειτα βασιλεῖ, τὰ ὑπ' ἐμοῦ τεταγμένα,
ὅπως σὺ λαὸν τὸν ἐμὸν ἐξάγοις χθονός.
Εἶτα ὑποβάς τινα ἀμοιβαῖα αὐτὸς ὁ Μωυσῆς λέγει·
Οὐκ εὔλογος πέφυκα, γλῶσσα δ' ἐστί μοι
δύσφραστος, ἰσχνόφωνος ὥστε μὴ λόγους
ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίον.
Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ Θεὸς αὐτῷ ἀποκρίνεται·
'Ααρωνα πέμψω σὸν κασίγνητον ταχὺ

Vs. **106** ἐμῶν δωρημάτων spectat ad Exod. 2. 24 ἐμνήσθη ὁ θεὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς 'Αβραὰμ κ.τ.λ. — δωρήματα itaque promissa Dei sunt, cf. somnium Amrami Ioseph. II 9. 3.

Vs. **109**. Iam inde ab hoc versu narrationem Exodi, confusam saepe et sibi contrariam atque iterantem iam narrata, multo brevius et saepe re quoque mutata enarrat; redeunt tamen frequenter verba sacri libri, quod verbo adnotare satis erit; ipso autem versu 109 Euripidem denuo imitatur, qui saepissime versum ita incipit: ἀλλ' ἕρπε (cf. *Iph. T.* 699 *Andr.* 432 *Hec.* 1019); exitus autem versus quoque Euripideus est (cf. *Hec.* 999 τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ).

Vs. **112** ἐξάγοις. Ita cum plerisque codicibus Duebn. recte, quamvis invito codice I; pendet enim a verbo τεταγμένα.

Vs. **113** μοι. Ita cod. I. — Duebn. ex ceteris μου.

Vs. **114** ἰσχνόφωνος debet Exodo (4. 10), neque vero εὔλογος et δύσφραστος hac quidem significatione apud antiquiores occurrere putaverim.

Vs. **115**. De hoc versu dubito. Redditne Exodi verba 6. 12 πῶς εἰσακούσεταί ὁ Φαραώ, an forte legendum ὥστε μὴ λόγον ἐμοῦ γενέσθαι?

Vs. **116** πέμψω restitui secutus codices B C F G. Lectio

Digitized by Google

ᾧ πάντα λέξεις τὰ ἐξ ἐμοῦ λελεγμένα·
καὶ αὐτὸς λαλήσει βασιλέως ἐναντίον,
σὺ μὲν πρὸς ἡμᾶς, ὁ δὲ λαβὼν σέθεν πάρα.

Περὶ δὲ τῆς ῥάβδου καὶ τῶν ἄλλων τεράτων οὕτω δι' ἀμοιβαίων εἴρηκε·

Θ. Τί δ' ἐν χεροῖν σοῖν τοῦτ' ἔχεις; λέξον τάχος.
Μ. Ῥάβδον τετραπόδων καὶ βροτῶν κολαστρίαν.
Θ. Ῥῖψον πρὸς οὖδας, καὶ ἀποχώρησον τάχος,
δράκων γὰρ ἔσται φοβερὸς ὥστε θαυμάσαι.
Μ. Ἰδοὺ βέβληται· — δέσποθ' ἵλεως γενοῦ·
ὡς φοβερὸς, ὡς πέλωρος· οἴκτειρον σύ με·

---

enim optimorum codicum IOE πέμψον, quamvis probata Gaisfordio Duebnero Dindorfio tantum non absurda mihi videtur. Minime enim convenit tale praeceptum: „fratrem tuum *mitte*", cum regem aditurus sit Moyses *una cum* Aärone. Accedit quod πέμψω commendatur verbis Exodi (4. 13) καὶ εἶπεν Μωυσῆς· „δέομαι Κύριε, προχείρισαι δυνάμενον ἄλλον ὃν ἀποστελεῖς."

Vs. **119**. Obscurus versus, neque tamen ideo corrigendus; reddit enim ea quae non multo melius sic habet versio τῶν ἑβδομήκοντα Exod. 4. 16: καὶ αὐτός σοι λαλήσει πρὸς τὸν λαὸν, καὶ αὐτὸς ἔσται σου στόμα· σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν θεόν (Text. Hebr. *Tu ei deus eris*).

Vs. **120**. Hic demum exponit ea quae ut iam prius facta Exodus capitis IV initio.

Vs. **121** κολαστρίαν vocabulum novicium sed recte formatum. Periphrasin eam non ad Homeri memoriam referam (ἀκόντα κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἵππων, ξ 531), sed ad tragicos atticos qui talia amabant inde a temporibus Euripidis atque Critiae.

Vs. **122**. Hic denuo totus in Euripide. Exod. 4. 3 ῥῖψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν. Sed Ezechieli in mente haerent Euripidea veluti *Bacch.* 1112 πίπτει πρὸς οὖδας, *Med.* 1195 πίπτει δ' ἐπ' οὖδας.

Vs. **123** δράκων γὰρ ἔσται. *Bacch.* 1330 δράκων γενήσῃ.

Vs. **124** δέσποθ' ἵλεως γενοῦ *Iph. T.* 270 δέσποτα Παλαῖμον ἵλεως ἡμῖν γενοῦ.

Vs. **125** οἴκτειρον σύ με *Iph. T.* 584 οἰκτίρας ἐμέ. *Phoen.* 1414 οἰκτίρω δέ σε. cf. quoque *Ion.* 618. *Troad.* 403 ubi eundem fere habes versus exitum.

Digitized by Google

πέφρικ' ἰδὼν, μέλη δὲ σώματος τρέμει.
Θ. Μηδὲν φοβηθῇς, χεῖρα δ' ἐκτείνας λαβὲ
οὐρὰν, πάλιν δὲ ῥάβδος ἔσσεθ' ὥσπερ ἦν.
ἔνθες δὲ χεῖρ' εἰς κόλπον, ἐξένεγκέ τε.
M. Ἰδοὺ τὸ ταχθέν· γέγονεν ὡσπερεὶ χιών.
Θ. Ἔνθες πάλιν δ' εἰς κόλπον· ἔσται δ' ὥσπερ ἦν.

Τούτοις ἐπαγει, μετά τινα τὰ μεταξὺ αὐτῷ εἰρημένα, λέγων· Ταῦτα δέ φησιν οὕτω καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ λέγων περὶ μὲν τῶν σημείων τὸν Θεὸν παρεισάγων λέγοντα οὕτως·

Ἐν τῇδε ῥάβδῳ παντὰ ποιήσεις κακά·
πρῶτον μὲν αἷμα ποτάμιον ῥυήσεται
πηγαί τε πᾶσαι καὶ ὑδάτων συστήματα·
βατράχων τε πλῆθος, καὶ σκνίπας ἐμβαλῶ χθονί.
ἔπειτα τέφραν οἷς καμιναίαν πάσω,
ἀναβλύσει δὲ † ἐν βροτοῖς ἕλκη πικρά.

Vs. **127** μηδὲν φοβηθῇς: nemo non conferet Aesch. *Prom.* 128, sed Euripidem hic quoque sequi potuit *Andr.* 994. Ceterum in his versibus vitavit barbaras Exodi formas: εἰσένεγκον Exod. noster ἐξένεγκε. Nec displicet vs. 128 οὐρά ubi Exod. κέρκος habet.

Vs. **132** ἐν. Gravior hic soloecismus, quam qui vulgo occurrunt in Ezechiele. Nunc praepositionis usum perversum debet Exodo (4. 17): καὶ τὴν ῥάβδον ταύτην τὴν στραφεῖσαν εἰς ὄφιν λήμψει ἐν τῇ χειρί σου, ἐν ᾗ ποιήσεις ἐν αὐτῇ τὰ σημεῖα.

Vs. **133** ποτάμιον substantivum esse et subiecti vice fungi docet versus sequens; metri necessitate coactus deminutiva forma (parum apta ad Nilum indicandum!) usus est. Verbo autem ῥεῖν accusativum addidit αἷμα, non Euripidem secutus, qui dativum solum adiunxit idque significatione diversa (ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον), sed suae aetatis scriptores. Iam Theocritus versu notissimo V. 126 ῥείτω χὰ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι.

Vs. **134** ὑδάτων συστήματα Exod. 7. 19 πᾶν συνεστηκὸς ὕδωρ αὐτῶν.

Vs. **136** οἷς pron. personalis vice fungitur. Respiciunt haec Exod. 9. 8 ἐναντίον Φαραὼ καὶ ἐναντίον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ.

Vs. **137** hiatus δὲ ἐν satis certum corruptelae indicium, quam iam librarii codicum F G suo Marte tollere conati sunt ἀναβρυήσει scribentes. I exhibet ἀναβλήσει quod, ex ἀναβλυήσει procul dubio natum,

Digitized by Google

κυνόμυια δ' ἥξει καὶ βροτοὺς Αἰγυπτίων
πολλοὺς κακώσει. μετὰ δὲ ταῦτ' ἔσται πάλιν
λοιμὸς, θανοῦνται δ' οἷς ἔνεστι καρδία
σκληρά· πικρανῶ δ' οὐρανὸν, χάλαζα νῦν
σὺν πυρὶ πεσεῖται, καὶ νεκροὺς θήσει βροτοὺς,
καρποί τ' ὀλοῦνται τετραπόδων τε σώματά·
σκότος δὲ θήσω τρεῖς ἐφ' ἡμέρας ὅλας,
ἀκρίδας τε πέμψω καὶ περισσαὶ βρώματα
ἅπαντ' ἀναλώσουσι καὶ καρποῦ χλόην.
ἐπὶ πᾶσι τούτοις τέκν' ἀποκτενῶ βροτῶν
πρωτόγονα, παύσω δ' ὕβριν ἀνθρώπων κακῶν.
Φαραὼ δὲ βασιλεὺς πείσετ' οὐδὲν ὧν λέγω,

---

arguere poterat hoc revera in archetypo scriptum fuisse, si modo forma futuri producta ullam auctoritatem aliunde haberet. Duebnerus ad explendum hiatum edidit ⟨δεῖν'⟩ ἐν, duplex adiectivum δεινὰ ἕλκη πικρά defendens versibus 17. 220. 221. 249, qui loci parum proficiunt, nam priores corrupti sunt, vs. 249 autem „δαψιλὴς χῶρος βαθὺς" quantum a nostro versu differat neminem fugit. Proponerem ἐνὶ βροτοῖς si constaret unquam Ezechielem contra Atticorum consuetudinem produxisse vocalem in vocis exitu ante βρ.; quod fortasse suadet vs. 160, non demonstrant vss. 51 et 166, at secus arguunt 39 et 93. Fieri potest ut δ' ἄρ' ἐν βροτοῖς olim scriptum sit.

Vs. **141** πικρανῶ corruptum. Duebn. πικρανέω quod in senario tragico vix probatur. An πικρώσω?

Vs. **145** περισσαί. Ita scripsi cum Duebnero (codd. περισσά), dubitans tamen, quoniam in codice I pro πέμψω πέμψαι scriptum est; quod si — uti suspicor — corruptela ex πέμψας natum est, licebit restituere sententiam multo melius decurrentem: „ἀκρίδας τε πέμψας (αἱ περισσαὶ .... χλόην) ἐπὶ πᾶσι .... ἀποκτενῶ."

Vs. **149**. Haud parum mirationem movet hic versus. Quid? Ex omnibus illis nihil passus erat rex? nonne οἱ βάτραχοι ἀναβάντες εἰσῆλθον εἰς τοὺς οἴκους αὐτοῦ (Exod. 8. 3)? nonne παρεγένετο ἡ κυνόμυια πλῆθος εἰς τοὺς οἴκους Φαραὼ (Exod. 8. 24)? Nonne eius quoque greges pestilentia invaserat? An tenebris sola exempta fuerat regia domus? Vix adducor ut credam tale quid voluisse poetam. Intellegam versum si dixerit Ezechiel:

Digitized by Google

πλὴν τέκνον αὐτοῦ πρωτόγονον ἕξει νεκρόν,
καὶ τότε φοβηθεὶς λαὸν ἐκπέμψει ταχύ.
Πρὸς τοῖσδε λέξεις πᾶσιν Ἑβραίοις ὁμοῦ·
ὁ μεὶς ὅδ' ὑμῖν πρῶτος ἐνιαυτοῦ πέλει·
ἐν τῷδ' ἀπάξω λαὸν εἰς ἄλλην χθόνα,
εἰς ἣν ὑπέστην πατράσιν Ἑβραίων γένους.
λέξεις δὲ λαῷ παντὶ, μηνὸς οὗ λέγω
διχομηνίᾳ, τὸ πάσχα θύσαντας Θεῷ
τῇ πρόσθε νυκτὶ αἵματι ψαῦσαι θύρας,
ὅπως παρέλθῃ σῆμα δεινὸς ἄγγελος.
ὑμεῖς δὲ νυκτὸς ὀπτὰ δαίσεσθε κρέα·
σπουδῇ δὲ βασιλεὺς ἐκβαλεῖ πρόπαντ' ὄχλον.
ὅταν δὲ μέλλητ' ἀποτρέχειν, δώσω χάριν
λαῷ, γυνή τε παρὰ γυναικὸς λήψεται
σκεύη, κόσμον τε πάνθ' ὃν ἄνθρωπος φέρει,
χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἠδὲ καὶ στολὰς, ἵνα
ἀνθ' ὧν ἔπραξαν μισθὸν ἀποδῶσιν βροτοῖς.
ὅταν δ' ἐς ἴδιον χῶρον εἰσέλθηθ', ὅπως

„*At nulli praecepto meo obtemperabit Rex*"; ac suspicio mihi oboritur poetam nostrum, cum haereret in eius memoria versus Euripidis ex Helena 446 πείθει γὰρ οὐδὲν ὧν λέγω, eandem sententiam ita enuntiasse: βασιλεὺς δὲ Φαραὼ πείσετ' οὐδέν' (i. e. οὐδενὶ) ὧν λέγω. Cui suspicioni — quamvis incertae — non obstat versus sequens; nam πλὴν apud Ezechielis aequales nonnumquam *verum enim vero* significat. Recte tunc sequuntur: καὶ τότε e. q. s. velut si dixisset „πλὴν ἐκπέμψει ὅτε ἕξει πρ. νεκρ."

Vs. **152** cf. Exod. 12. 1 sqq.

Vs. **157** διχομηνίᾳ: quoniam per hos versus, in brevius omnia contrahens verbis tamen fere constanter libri sacri utitur, non supervacaneum est in transitu notare semel ita quoque Euripidem versum per διχο- incohasse: Or. 890 διχόμυθα.

Vs. **158** νυκτί: caesura fortasse excusare poterit hiatum, quem si vitare voluisset facile evitasset scribendo τῆς πρόσθε νυκτός.

Vs. **165** Duebn. χρυσοῦν τε κἀργυρεῖον ἠδὲ καὶ στολάς, quem versum non scriptum ab Ezechiele, sed ab alio additum esse censet.

Vs. **167** sqq. His versibus praesertim in brevius contraxit verba scripturae. Servatur tamen aliquatenus ordo Exodi. Nam vs.

Digitized by Google

ἀΦ' ἥσπερ ἠοῦς ἐΦύγετ' Αἰγύπτου δ' ἄπο
ἑπτὰ διοδοιποροῦντες ἡμερῶν ὁδὸν
πάντες τοσαύτας ἡμέρας ἔτος κάτα
ἄζυμ' ἔδεσθε καὶ Θεῷ λατρεύσετε,
τὰ πρωτότευκτα ζῷα θύοντες Θεῷ,
ὅσ' ἂν τέκωσι παρθένοι πρώτως τέκνα
τὰ ἀρσενικά, διανοίγοντα μήτρας μητέρων.

Καὶ πάλιν περὶ τῆς αὐτῆς ταύτης ἑορτῆς Φησὶ ἐπεξεργαζόμενον ἀκριβέστερον εἰρηκέναι·

'Ανδρῶν 'Εβραίων τοῦδε τοῦ μηνὸς λαβὼν
κατὰ συγγενείας πρόβατα καὶ μόσχους βοῶν
ἄμωμα δεκάτῃ· καὶ Φυλαχθήτω μέχρι
τετρὰς ἐπιλάμψει δεκάδι, καὶ πρὸς ἑσπέραν
θύσαντες, ὀπτὰ πάντα σὺν τοῖς ἔνδοθεν
οὕτω Φάγεσθε ταῦτα· περιεζωσμένοι,

152—160 spectant Exod. 12. 1—14; tum vs. 161—167 reddunt simul Exod. 12. 35, 36 et 11. 1—4, tandem vs. 167—174 Exod. 12. 15 sqq. additis tamen Exod. 13. 3 sq., nam eo tantum loco novae patriae fit mentio. — Versum autem 168 corruptum esse mihi constat. Suis verbis poeta reddit quae leguntur Exod. 13. 3 et 12. 17: „quando in proprias sedes vestras veneritis, septem diebus enumeratis inde ab illo die quo fuga excessistis (olim) ex Aegypto, quotannis per tot dies panes ἀζύμους edatis". Hoc dicere voluisse poetam apertum est, sed male abundat post Αἰγύπτου particula δὲ nec tamen ferri potest hiatus Αἰγύπτου ἄπο; neque arridet Αἰγύπτίων ἄπο. Equidem suspicor in δ' ἄπο vocabulum quoddam tragicum latere: scripsit fortasse Ezechiel Αἰγύπτου πέδον (Eur. *Hel.* 2) ex quo, postquam per librarii incuriam in δάπεδον abiit, facili modo δ' ἄπο nasci potuit in versus fine.

Vs. **172** πρωτότευκτος novicium est. Exod. πρωτότοκος.

Vs. **175**. Haec iterum Dei verba esse videntur accuratius exponentis Moysi quae ei coram populo dicenda sint. Quae enim praemittuntur verba Alexandri hoc ni fallor edicunt: Φησὶν ⟨ὁ Ἐζεκιῆλος⟩ ἐπεξεργαζόμενον ⟨τὸν Θεὸν⟩ ἀκριβέστερον εἰρηκέναι. — Subiectum autem ad quod λαβὼν pertinet, ac praedicatum primi enuntiati omisit in excerpto Alexander.

Digitized by Google

καὶ κοῖλα ποσσὶν ὑποδέδεσθε καὶ χερὶ
βακτηρίαν ἔχοντες· ἐν σπουδῇ τε γὰρ
βασιλεὺς κελεύσει πάντας ἐκβαλεῖν χθονός.
κεκλήσεται δὲ πᾶς. καὶ ὅταν θύσητε δὲ,
δέσμην λαβόντες χερσὶν ὑσσώπου κόμης
εἰς αἷμα βάψαι καὶ θιγεῖν σταθμῶν δυοῖν,
ὅπως παρέλθῃ θάνατος Ἑβραίων ἄπο.
ταύτην δ' ἑορτὴν δεσπότῃ τηρήσετε,
ἔφθ' ἡμέρας ἄζυμα, καὶ οὐ βρωθήσεται
ζύμη· κακῶν γάρ ἐστι τῶνδ' ἀπαλλαγή,
καὶ τοῦδε μηνὸς ἔξοδον διδοῖ Θεός·
ἀρχὴ δὲ μηνῶν καὶ χρόνων οὗτος πέλει.

Πάλιν μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Φησὶ δὲ καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῷ δράματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξαγωγὴ, παρεισάγων ἄγγελον λέγοντα τήν τε τῶν Ἑβραίων διάθεσιν καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων φθορὰν οὕτως·

ΑΓΓ. Ὡς γὰρ σὺν ὄχλῳ τῷδ' ἀφώρμησεν δόμων

Vs. **181**. Cum Duebnero κοῖλα in κᾶλα mutare mihi audacius videtur. ὑποδήματα κοῖλα optime conveniunt Iudaeis ad iter faciendum paratis, nam, quod notum est ex Polluce (VII. 84), ὑποδήματα dicuntur κοῖλα s. βαθέα quae ad mediam adscendunt tibiam. Pro ὑποδέδεσθε magis conveniret ὑποδεδεμένοι.

Vs. **190** ἐστὶ τῶνδ' ἀπαλλαγή. Ita scripsi, in magna lectionum discrepantia aliquid audendum esse ratus. Nam Vigerus ex codicibus nescio quibus γὰρ τῶνδ' ἀπαλλαγὴ ἔσσεται, elisione non ferenda. Nec melius alii ἀπαλλαγὴ 'σεται. Codices Gaisfordii ἀπαλλαγήσεται et ἀπαλλαγήσετε, quod a Gaisfordio receptum sensum non praebet. Videtur mihi verbum ἐστὶν (quod praesenti forma requiri διδοῖ sequenti versu docet) postquam e loco suo migravit, in extremo versu additum esse: ἀπαλλαγὴ ἐστιν, ubi propter similem versuum antecedentium exitum facile in eam quae nunc in codicibus exhibetur formam abiit. Vocabulum ἀπαλλαγή praesertim in fine trimetri placuisse tragicis, non est quod exemplis demonstrem.

Vs. **193**. Iam redit denuo ad tragicum sermonem Ezechiel. Ἀγγέλου autem ῥῆσις, qua inde ab hoc versu res Exod. 14. 6 sqq. enarratas exponit, nusquam certae cuiusdam tragicae ῥήσεως imitationem arguens forma tamen et versibus singulis artem

Digitized by Google

βασιλεὺς Φαραὼ, μυρίων ὅπλων μέτα
ἵππου τε πάσης καὶ ἁρμάτων τετραόρων
καὶ προστάταισι καὶ παραστάταις ὁμοῦ,
ἦν φρικτὸς ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων ὄχλος.
πεζοὶ μὲν ἐν μέσοισι καὶ Φαλαγγικοὶ
διεκδρομὰς ἔχοντες ἅρμασιν τόπους·
ἱππεῖς δ' ἔταξε τοὺς μὲν ἐξ εὐωνύμων,
ἐκ δεξιῶν δὲ πάντας Αἰγύπτου στρατοῦ.
τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν ἠρόμην αὐτῶν ἐγὼ,

Euripideam sedulo imitatur. Ipsum illiud exordium per ὡς sive ἐπεὶ constantem Euripidis in eiusmodi narratis morem refert, eiusdem poetae memoriam versus primi exitus revocat, cf. *Or.* 844 τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων; item in sequentibus ἅρματα τετράορα et ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων ὄχλος colorem habent Euripideum.

Vs. **196** προστάτας dicit nomine magis in vulgus cognito quos Exodi scriptor τριστάτας nominaverat. Παραστάται autem socii sunt, alarii cf. vs. 200.

Vs. **197** φρικτός, adiectivum eius aetatis scriptoribus acceptissimum, quod tamen in hac Ezechielis narratione non *horrendum* tantummodo significat, sed idem quod poetae tragici participio πεφρικὼς indicant, aciem hastis horrentem, λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα.

Vs. **198** corruptus est. Nam licet potuerit poeta φαλαγγικοὺς pro substantivo adhibere (sicut ἀρσενικά et alii παρθενικαί) ac novo nomine nuncupare φαλαγγικοὺς quos ceteri mortales φαλαγγίτας dicebant, πεζοὺς *et* φαλαγγίτας uno versu memorare non potuit, nam nihil prorsus interest inter utrosque. Legendum videtur πεζοὶ μὲν ἐν μέσοισιν ἦν φαλαγγικοί. Verisimilius enim videtur Ezechielem ἦν pro ἦσαν dixisse quam μέσοις ἔσαν eum dedisse epicos secutum.

Vs. **201** πάντας Αἰγύπτου στρατοῦ suspectissimum. Praestabit fortasse ex codicibus reducere Αἰγὔπτίου epico more correptum.

Vs. **202**. Legitur in codicibus tantum non omnibus τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν αὐτῶν ἠρόμην ἐγὼ στρατοῦ. Editores post Gaisfordium deleto pronomine αὐτῶν ita scribunt: τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν ἠρόμην ἐγὼ στρατοῦ. Mihi verisimilius videtur στρατοῦ a librario

Digitized by Google

μυριάδες ⟨ἦσαν⟩ ἑκατὸν εὐάνδρου λεώ.
ἐπεὶ δ' Ἑβραίων ὁ ἐμὸς ἤντησεν στρατὸς,
οἳ μὲν παρ' ἀκτὴν πλησίον βεβλημένοι
Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἦσαν ἠθροϊσμένοι·
οἳ μὲν τέκνοισι νηπίοις δίδουν βορὰν
ὁμοῦ τε καὶ δάμαρσιν, ἔμπονοι κόπῳ,
κτήνη τε πολλὰ καὶ δόμων ἀποσκευή·
αὐτοὶ δ' ἄνοπλοι πάντες εἰς μάχην χέρας
ἰδόντες ἡμᾶς, ἠλάλαξαν ἔνδακρυν
φωνὴν πρὸς αἰθέρ', ἀνεβόησάν τ' ἀθρόοι
θεὸν πατρῷον· ἦν πολὺς δ' ἀνδρῶν ὄκνος,
ἡμᾶς δὲ χάρμα πάντας εἶχεν ἐν μέρει.

---

ex praecedente versu male iteratum versus nostri metrum pessumdedisse. Quod restitui transpositis *ἠρόμην* et *αὐτῶν*.

Vs. 203 *ἦσαν* inseruit Duebner.

Vs. 207 *δίδουν*. Vsbs 205—206 apodosis ad vsm 204 continetur. Sequitur versibus 207—209 accuratior exercitus descriptio, in qua quoniam verba *κτήνη τε κ.τ.λ.* appositionis vicem obtinent et carent verbo definito, versu 207 quoque *δόντες* melius conveniret.

Vs. 212 ex coniectura emendare conatus sum. Codd. aut *ἐτάθησαν* aut *ἐστάθησαν*; vulgo autem versus sic editur: *φωνὴν, πρὸς αἰθέρα τ' ἐτάθησαν ἀθροοὶ θεὸν πατρῷον*. Id ferri posse mihi non persuadeo. Credi non potest poetam Iudaeum ita de summo Deo locutum esse ut *αἰθέρα* diceret *θεὸν πατρῷον*, ne tum quidem cum barbarum hominem loquentem faceret. Duebnerus iudicavit *θεὸν πατρῷον* iungendum esse cum vocabulo *φωνὴν*, itaque dixisse Ezechielem *ἠλάλαξαν ἔνδακρυν φωνὴν* (*πρὸς αἰθέρα τ' ἐτάθησαν ἀθρόοι*) *θεὸν πατρῷον*. Quod ni fallor non facile cuiquam probaverit vir clarissimus. Ipsa Exodi verba mihi videntur remedium ferre loco corrupto. Legitur enim Exod. 14. 10 *ἀνεβόησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πρὸς Κύριον*. Ezechiel autem tragici sermonis memor maluit dicere *ἀναβοᾶν θεὸν* quam *πρὸς θεόν*.

Vs. 213 *ὄκνος* dedi ex coniectura. Codicum enim vox *ὄχλος* non modo languet summopere, sed etiam parum convenit cum versu sequenti; *ὄκνος* autem commendatur verbis Exodi 14. 10 *καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα*.

Digitized by Google

216 Βεελζεφών τις κλήζεται πόλις βροτοῖς,
215 ἐκεῖθ' ὑπ' αὐτοὺς θήκαμεν παρεμβολήν.
ἐπεὶ δὲ Τιτὰν Ἥλιος δυσμαῖς προσῆν,
ἐπέσχομεν, θέλοντες ὄρθριον μάχην,
πεποιθότες λαοῖσι καὶ φρικτοῖς ὅπλοις.
220 ἔπειτα θείων ἄρχεται τεραστίων
θαυμάστ' ἰδέσθαι καί τις ἐξαίφνης μέγας
στῦλος νεφώδης ἑστάθη [πρὸ γῆς μέγας]
παρεμβολῆς ἡμῶν τε καὶ Ἑβραίων μέσος.
καὶ ἔπειθ' ὁ κείνων ἡγεμὼν Μωσῆς λαβὼν
225 ῥάβδον Θεοῦ, τῇ δὴ πρὶν Αἰγύπτῳ κακὰ
σημεῖα καὶ τεράστι' ἐξεμήσατο,
ἔτυψ' Ἐρυθρᾶς νῶτα καὶ ἔσχισεν μέσον
βάθος θαλάσσης· οἳ δὲ σύμπαντες σθένει
ὥρουσαν ὠκεῖς ἁλμυρᾶς δι' ἀτραποῦ·

Vs. **215, 216** transposui mutato ἔπειθ' in ἐκεῖθ'. Sic enim ut in codicibus hi versus leguntur ἔπειθ' ὑπ' αὐτοὺς θήκαμεν παρεμβολήν, Βεελζεφών τις κλήζεται πόλις βροτοῖς, intellegi quidem possunt sed inopia dicendi laborant haud mediocri, ut iure mireris quidni poeta scripserit Βεελζεφὼν ᾗ κλήζεται etc. Verisimilius autem mihi videtur, versus inter se locum mutasse ac deinde ἐκεῖθ' in ἔπειθ' abiisse. Quod reposui tragicae dictioni proprium est; cf. Eur. *Hipp.* 1199. *Iph. T.* 260. 1450.

Vs. **220**. Obscure et summa cum duritate expressa haec sunt; nec tamen corrupta videntur: θαυμάστ' ἰδέσθαι subiecti vicem obtinet.

Vs. **222** pro μέγας Duebn. μέλας coniecit, post νεφώδης satis otiosum. Sed gravius mendum latet, nam πρὸ γῆς sensum non praebet, neque homerica dictione οὐρανόθι πρὸ explicatur neque notis illis γῆν πρὸ γῆς διώκειν, ἐλαύνειν. Suspicor μέγας ex praecedenti versu irrepsisse postquam a librariis πρὸ γῆς repositum fuit pro longiore vocabulo quod in archetypo maculis ex parte evanuerat. Indicatus erat στῦλος atque is non νεφώδης modo sed στῦλος νεφέλης καὶ πυρός (cf. Exod. 14. 24), nam noctu facta sunt quae hic narrantur. Fuerat fortasse in archetypo στῦλος νεφώδης ἑστάθη π<υ>ρι<φλε>γής.

Vs. **226** τεράστια pro τέρατα restituit Gaisf.

Digitized by Google

ἡμεῖς δ' ἐπ' αὐτῆς ᾠχόμεσθα συντόμως
κατ' ἴχνος αὐτῶν, νυκτός· εἰσεκύρσαμεν
βοηδρομοῦντες, ἁρμάτων δ' ἄφνω τροχοὶ
οὐκ ἐστρέφοντο, δέσμιοι δ' ὡς ἥρμοσαν.
ἀπ' οὐρανοῦ δὲ φέγγος, ὡς πυρὸς, μέγα
ὤφθη τι ἡμῖν· ὡς μὲν εἰκάζειν παρῆν
αὐτοῖς ἀρωγὸς ὁ Θεός. ὡς δ' ἤδη πέραν
ἦσαν θαλάσσης, κύματ' ἐρροίβδει μέγα
σύνεγγυς ἡμῶν, καί τις ἠλάλαξ' ἰδών·
„Φεύγωμεν οἶκοι πρόσθεν ὑψίστου χερός·
οἷς μὲν γάρ ἐστ' ἀρωγὸς, ἡμῖν δ' ἀθλίοις
ὄλεθρον ἕρδει." — καὶ συνεκλύσθη πόρος
ἐρυθρᾶς θαλάσσης, κἀὶ στρατὸν διώλεσεν.

Καὶ παλὶν μετ' ὀλίγα ..... Περὶ τούτων καὶ τοῦ Φανέντος ὀρνέου Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ παρεισάγει τινὰ λέγοντα τῷ Μωυσῇ περὶ μὲν τῶν Φοινίκων καὶ τῶν δώδεκα πηγῶν οὕτως·

Κράτιστε Μωσῆ πρόσσχες οἷον εὕρομεν
τόπον πρὸς αὔλιν τῇδ' ἐπ' εὐαεῖ νάπῃ.

Vs. **230** *συντόμως* an *συντόνως*?

Vs. **231** *εἰσεκύρσαμεν* novicium est hoc compositum, nec placet praepositio *εἰς* cum verbo *κύρω* coniuncta. Scribendumne sit *ἐν δ' ἐκύρσαμεν* dubito. Nihili est quod codd. I D E exhibent *εἰσεκύσαμεν*.

Vs. **237** *κύματα* scripsi. Codd. *κῦμα δ'*, in qua lectione *δὲ* sententiam pessumdat in apodosi male abundans. — *μέγα* adverbii vicem habet.

Vs. **239** *χερὸς* recepi ex uno codice Parisino B, ceteri omnes *χέρας*, quod cum Gaisfordio probaverunt editores. Sed *πρόσθεν χέρας* Graecum non est, temporis notio *antea*, si pro adverbio accipere *πρόσθεν* volueris, huc non quadrat; contra *πρόσθεν προσώπου, χερὸς, ὀφθαλμῶν κυρίου φεύγειν* cum Iudaei scriptoris sermone optime convenit.

Vs. **244** *αὔλιν* scripsi, quod vocabulum ad castra (*ἔπαυλιν*) indicanda raro quidem adhibetur sed optimum habet auctorem Homerum I. 232 *ἐγγὺς γὰρ νηῶν καὶ τείχεος αὔλιν ἔθεντο*. — Codicum lectio *αὐτῇ* sensum ne tum quidem praebet si cum Duebnero *τῇδε γε εὐαεῖ νάπῃ* legis. Expulit quidem Duebnerus ea emendatione

Digitized by Google

ἔστιν γὰρ, ὥς που καὶ σὺ τυγχάνεις ὁρῶν,
ἐκεῖ. τόθεν δὲ Φέγγος ἐξέλαμψέ νιν
κατ' εὐΦρόνην σημεῖον ὡς στῦλος πυρός.
ἐνταῦθα λειμῶν' εὕρομεν κατάσκιον
ὑγράς τε λιβάδας· δαψιλὴς χῶρος βαθὺς,
πηγὰς ἀΦύσσων δώδεκ' ἐκ μιᾶς πέτρας·
στελέχη δ' ἐρυμνὰ πολλὰ Φοινίκων πέλει
ἔγκαρπα, δεκάκις ἑπτὰ, καὶ κατάρρυτος
χλόη πέΦυκε θρέμμασιν χορτάσματα.
Εἶτα ὑποβὰς περὶ τοῦ Φανέντος ὀρνέου διεξέρχεται·
Ἕτερον δὲ πρὸς τοῖσδ' εἶδομεν ζῷον ξένον
θαυμαστὸν, οἷον οὐδέπω ὥρακέ τις.
διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος ἀετοῦ σχεδὸν,

---

praepositionem molestam ἐπὶ, nam ferri non potest πρὸς αὐτῇ τῇδε ἐπὶ νάπῃ, sed sententiam exonerat molestissima particula γε.

Vs. **246** Duebnerus hunc in modum explicat: *ecce autem modo illustratur columnā ignis duce nostro.* Quae interpretatio (qua minime explicari τόθεν, merito suspectum, Gaisfordio concedit vir clarissimus) iam eo condemnatur, quod invito poeta ita fingi necesse sit colloquium noctu esse peractum. Addit autem Duebnerus: *emendandum restat ἐκεῖ et τόθεν.* Mihi τόθεν tantum corruptum videtur. Columna ignea speculatoribus, opinor, primum noctu ostenderat locum ad castra facienda idoneum, ipse ergo Deus viam duxerat, sicuti lignum quoque is Moysi ostenderat (ἔδειξεν αὐτῷ Κύριος ξύλον Exod. 15. 25) quo potabilem redderet aquam amaram Merrae. Quapropter tantum non certum mihi videtur scribendum esse τὸ Θεοῦ δὲ Φέγγος ἐξέλαμψέ νιν.

Vs. **247** εὐΦρόνην Duebn. codd. εὐΦρόνης.

Vs. **249** χῶρος πηγὰς ἀΦύσσων. Comparari potest haec quoque dicendi licentia cum Euripide cui dicere placuit „ὕδωρ στάζουσα πέτρα" *Hipp.* 121.

Vs. **252** κατάρρυτος scripsi ad hiatum tollendum. Codd. ἐπίρρυτος.

Vs. **253** χλόη πέΦυκε Gaisf. — Codd. πέΦυκε χλόη.

Vs. **255** hiatum post οὐδέπω non assignaverim poetae, etiamsi forma ὥρακε per se non offendat. Num forte scripsit οὐδεπώποτ' εἶδέ τις?

Digitized by Google

πτεροῖσι ποικίλοισιν ἠδὲ χρώμασι·
στῆθος μὲν αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνετο,
σκέλη δὲ μιλτόχρωτα, καὶ κατ' αὐχένα
κροκωτίνοις μαλλοῖσιν εὐτρεπίζετο.
κάρα δὲ κοττοῖς ἡμέροις παρεμφερὲς,
καὶ μηλίνῃ μὲν τῇ κόρῃ προσέβλεπε
κύκλῳ, κόρη δὲ κόκκος ὡς ἐφαίνετο.
φώνην δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην.
βασιλεὺς δὲ πάντων ὀρνέων ἐφαίνετο
ὡς ἦν νοῆσαι· πάντα γὰρ τὰ πτήν' ὁμοῦ
ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσσυτο,
αὐτὸς δὲ πρόσθεν ταῦρος ὡς γαυρούμενος
ἔβαινε κραιπνὸν βῆμα βαστάζων ποδός.

Vs. **261**. Codicum verba κοίτης ἡμέροις (s. ἡμέρης) Vossius correxit κοττοῖς proponens (secundum Hesychium enim κοττοὶ οἱ ἀλεκτρυόνες διὰ τὸν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ λόφον). In fine versus pro παρεμφερές scribendum videtur παρεμφερής, „capite gallis similis".

Haec sunt quae nobis servavit Eusebius ex dramate Ezechielis, quartam fortasse partem vel amplius totius operis, ceterum satis magnam ut neque doleamus praeter modum periisse reliqua, et ex iis quae supersunt de poetae arte atque consilio iudicium feramus non prorsus incertum. Dictionis tragicae, qualis ex Euripide cognoscitur, imitatorem se praestat Iudaeus poeta satis fidelem. Verumtamen, si Ezechielem artis Euripideae imitatorem dicimus, nullo modo imitationem significamus eiusmodi qualem sive *Tragoedopodagrae* poeta sive *Christi patientis* auctor adhibuerunt. Totos enim versus Euripidis nusquam noster intulit in tragoediam suam neque vero ex pannis tragicis data opera versus novos conglutinasse eum vere dixeris; sed eiusmodi sermonis eius tenor est, ei sunt versuum numeri, ea denique universa sententiarum structura atque dicendi ratio ut Euripidis fabulas penitus cognitas ei fuisse statim appareat, neque certas quasdam paucas, sed plerasque. Continuo itaque obversatur eius menti Euripidis dictio, haerentque in animo ac fere resonant per aures versuum Euripideorum exordia atque exitus;

Digitized by Google

verum cum data occasione profert quae fideli servavit memoria, numquam id facit tamquam in certa quadam fabula Euripidis occupatus; dixeris imprudenti fere ei excidere quae sive lectitasset, sive audiisset. Cuius imitationis quaedam supra notavi exempla sicuti occurrebant mihi; facili modo ea augebit quisquis eo consilio fabulas Euripidis perlegerit. Mihi enim cum pulvisculo eam rem exhaurire vix operae pretium videbatur, quoniam ex iis quae attuli satis perspicue apparere putabam qualis in hoc dicendi genere Ezechielis fuerit ars, qualeve consilium. Primum enim, non sane ἀττικιστὶ scripsisse contenderim hominem, barbare nonnumquam ac soloece locutum esse, saepe inopia dicendi pressum aliquanto brevius historiam enarrasse quam ex re fuisset, minime negabo. Verumenimvero si cum Pentateuchi versione Graeca, cum Siracidae libro, cum Maccabaeorum historiis tragoediam Ezechielis comparaverimus, iam fere laudandus nobis eius videbitur sermo graecus, iam purus ab hebraismis, iam verborum formis tantum non proxime ad Atticorum usum accedens. Multum autem abest ut iteratis Euripidis tantum versibus fuerit contentus, tragicumve Graecum sacris libris antetulerit. Exodi narrationem, quin etiam verba ipsa versionis Graecae, quantum per argumentum tragoediae ipsamque dramatis oeconomiam licebat, summa constantia secutus est, id tantum sedulo dans operam ut, quidquid nimis barbare a Septuagintaviris dictum esse videbatur, expoliret revocaretque ad dictionem Graecam. Quod qua ratione singulis locis fecerit non necesse est pluribus exemplis illustrari; utriusque scriptoris narrationem componere cuivis lectori leve est, neque ingratum opus.

Dramatis oeconomiam memoravi, et sane attinet quaerere qua ratione tragoediam suam composuerit ordinaverit in partes diviserit Ezechiel. Quod opusculum si tragoediam dicimus, Polyhistoris exemplo utimur, qui constanter hominem vocat Ἐζεκιῆλον τὸν τραγῳδιῶν ποιητήν. Neque immerito; licet profecto, sicuti in ipsa Exodi narratione nihil inest quod ex nostro iudicio tragoediae praebeat argumentum, ita drama poetae nostri omni careat περιπετείᾳ. Sed tragoediae nomine eas quoque fabulas ornabant Graeci, quas hodie solemus dramata dicere historica, neque igitur erat cur poeta sibi videretur a Graecorum more deflectere si patrum res gestas per fabulam exponeret. Nonne ita Aeschylus

Digitized by Google

Persas, nonne Moschio Themistoclem scripserat, quibus fabulis Salaminiam victoriam celebrarent; nonne eiusdem Moschionis fabula Pheraeis enarratus erat Alexandri tyranni exitus? Et propius accedemus ad Ezechielis tempora si Lycophronem memoremus, Marathonios qui scripsit ac Συμμάχους. Quae non idcirco enumero, quod putaverim cognita ea omnia fuisse homini Iudaeo; sed quia documento esse possunt, Graecis quoque poetis scenicis iam inde ab ipsis tragicae artis principiis, cum Phrynichus Μιλήτου ἅλωσιν docuit, genus historicum interdum placuisse, et progrediente tempore, cum identidem iterare argumenta mythica neque vellent neque possent, magis magisque cultum fuisse apud eos id genus fabularum quod postea apud Romanos Pacuvius in Paulo, Ennius in Ambracia sua excoluerunt; fabulas dico praetextatas.

Itaque a Graecorum exemplis non nimis longe discedebat Ezechiel, cum historiae argumentum in tragoediae formam redigere conabatur; videamus autem qua ratione materiem disposuerit. Primus in scenam introducitur Moyses ipse, qui et Hebraeorum servitutem et pueritiae suae historiam et fugam suam ita exponit ut statim videas auctorem noluisse ex alio fonte haurire praeter ipsam sacram scripturam; absunt enim omnia quibus scriptores Iudaei ornare Moysis pueri historiam amabant, ne eorum quidem auctorum quos postea secutus est Iosephus vestigium vel minimum in Ezechielis fabula agnoscas. Locum autem quo poeta Moysen primum colloquentem cum Sepphora facit, ita describit filia Rhaguelis ut statim videas locorum notionem, quae in scriptore Exodi vaga fuerat atque incerta, nihilo accuratiorem esse in poeta nostro. „*Libya haec omnis dicitur regio; quam incolunt Aethiopes*" sic roganti Moysi virgo respondet. De quibus verbis infra amplius dicendi erit occasio; nunc verbo monere sufficit omnino non sollicitum fuisse Ezechielem de orae Arabicae situ ac magnitudine. Dubium itaque vix esse potest, quin eodem loco colloquium habitum esse fingatur, quo Moyses (quem interea duxisse Sepphoram dixeris, quia Alexander l.l. p. 440 C. Rhaguelem πενθερὸν eius vocat) socero suo exposuit somnium mirificum. Quod somnium quamquam prorsus non memoratur in sacris libris, vix tamen credo necesse esse anxia cura hanc proponere quaestionem: unde haec sumsit poeta? Licebit, ni fallor, hanc narrationem

Digitized by Google

Ezechielis inventioni tribuere, simplicem profecto atque eiusmodi, ut vix ad eam excogitandam divinus afflatus aut mira ingenii fecunditas requiratur. Ceterum, cum siderum agmina ad pedes suos ruentia videt Moses, adspectu fruitur haud dissimili atque Iosephus, quem per somnium *ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ἕνδεκα ἀστέρες προσεκύνουν* (Gen. 37. 9); quod autem attinet ad totius somnii interpretationem quam profert Rhaguel, apte conferri posse videtur id quod in Danielis libro c. 7. 27 legitur „*καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν καὶ τὴν ἀρχὴν πασῶν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν ἔδωκε λαῷ ἁγίῳ ὑψίστῳ βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον.*" Altiora haec utpote animi multo quam in poeta nostro fuit altioris, sed eiusdem generis. Ceterum ad haec posthac recurram; nunc agitur de dramatis dispositione.

Vix quidquam obstat quominus ea quae sequuntur quoque eodem loco, non mutata itaque scena, acta esse finxerit poeta. Novimus Exodi scriptorem a Medianitarum urbe paululum removisse regionem in qua ardentem rubum Moyses vidit, sed is quoque parum accurate locum indicat 3. 1: *Καὶ Μωυσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰοθὸρ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως Μαδιάμ, καὶ ἤγαγεν τὰ πρόβατα ὑπὸ τὴν ἔρημον.* Quid mirum si noster putavit non tam longe ea deserta abesse quin liceret eodem loco Deum cum Moyse facere colloquentem quo antea hic cum Sepphora ac Rhaguele convenisset? In ipso autem colloquio multa quae fusius enarraverat sacra scriptura, Ezechiel aut resecuit aut contraxit in brevius. Primum enim secundum Exodi auctorem etiam atque etiam, nec sine verbosa quadam anxietate, Moyses coram Deo exponit se parum valere ad grave munus quod ei mandat numen supremum. Nec praetermittit historicus memorare ipsius populi Iudaici animum demissum ac diffidentem. Minus haec conveniunt summo viro qui in dramate primas agit, neque vero indicia ignaviae quamvis humanae in Moyse suo notare Ezechielis aequales amabant, quippe quibus Iudaeorum dux tamquam consummatam perfecti hominis imaginem praebere videretur.

In poenis autem enarrandis, quibus se exerciturum Aegyptios praedicit Deus, brevitati summae noster studuit. Raptim enumerantur quae in Exodo prolixe et, ex variis utpote fontibus congesta, fuse exposita erant; ne ordinem quidem poenarum, quem

Digitized by Google

dederat sacra scriptura, ille accuratissime servat; sic morbus ulcerum ex cinere natorum quartum apud poetam locum tenet, sextum in Exodi narratione; tenebrarum locustarumque poenae locum inter se mutarunt. Sed vix operae pretium ad talia attendere, nisi ut observes poetae quamvis Iudaeo non tantam tamen fuisse tamque anxiam adversus libros sacros religionem ut nihil prorsus, ne litterulam quidem, inmutare auderet. Aliquam sibi concessit libertatem tam omittendi quam inmutandi. Nam quia nolebat populo suo maculam adhaerere ignaviae, aliud quoque mutavit. Etenim secundum Exodi auctorem miracula baculi in anguem mutati, manusque lepris subito albescentis Deus Moysi tradidit ut fidem populi sibi iis factis conciliaret (Exod. 4. 1 Ἀπεκρίθη δὲ Μωυσῆς καὶ εἶπεν· ἐὰν μὴ πιστεύσωσίν μοι μηδὲ εἰσακούσωσιν τῆς φωνῆς μου;) nostro vero magis placuit ita rem fingere ut coram rege tantum ea prodigia exhibere iuberetur Moyses, id quod ex fragmentis apparet, nam ordine mutato praemisit hisce ea quae de Aarone narrantur Exod. 4. 10, statimque post ea prodigium baculi exponit; verba itaque in hac colloqui parte potius secutus enarrationis quam habet Exod. 4, 3—6, re tamen spectat Exod. 7. — Multum autem abest ut ex iis effici posse videatur, artem quandam criticam nostrum poetam exercitasse in hisce Exodi capitibus, vel suspicatum eum esse ea contaminata esse, sicut hodie fere constat apud viros earum rerum peritos. Elegit tantum quae aptiora iudicabat et in brevius contraxit quae nimis prolixe narrata esse videbantur. Sed in una re ne prolixitatem quidem sacri libri prorsus evitavit; praescripta enim paschalia, quae quater iterantur in libro Exodi (12. 1; 12. 21; 12. 43; 13. 1) Ezechiel quoque bis data fingit, raptim primum, deinde accuratius, utroque autem loco omisit multa ex sacro Iudaeorum ritu, quae taceri melius aptiusque iudicabat coram spectatoribus, quorum pars tantum ex gente Iudaica fortasse erat. Ut enim cetera mittam, hoc haud sine certo poetae consilio factum est, quod ne verbo quidem refertur iussum severum Exod. 12. 48 memoratum: ἐὰν δέ τις προσέλθῃ πρὸς ὑμᾶς προσήλυτος ποιῆσαι τὸ πάσχα Κυρίῳ, περιτεμεῖς αὐτοῦ πᾶν ἀρσενικὸν καὶ τότε προσελεύσεται ποιῆσαι αὐτό. Omnino hoc valet de tota hac parte: profecto multa et gravia in ritu paschali observando omissurus fuerat qui Exodi libro deposito Ezechielis

Digitized by Google

drama tamquam accuratam legis rescriptum accepisset. Sed non Hebraeos sacra docere instituta, verum simul cum Hebraeis Graecos et delectare et praeclaris proavorum rebus gestis instituere volebat.

Iam venimus ad ipsam per Mare Rubrum ἐξαγωγήν. Num hic quoque, ubi transfuga ille nescio quis vel captivus, divinitus, opinor, ex omnium Aegyptiorum interitu servatus Hebraeorum iter per mare, Aegyptiorumque necem enarrat, iterum eodem loco res exposita esse fingitur? Nonne mutata est scena? „Ecce", dicat quispiam, „quis credat poetam Iudaeum servare *voluisse* veram dramatis formam, qui facta tam diversis locis gesta, tam ingenti annorum spatio inter se separata uno poemate coniunxerit, qui deinceps res in Midianitarum terra peractas, colloquium ad montem Sinai habitum, Marisque Rubri transgressum in scena proposuerit? Dramatiorum seriem habemus, dialogos quosdam, dramaticam narrationem, sed drama nullum est; fabulam quae in scena agi posset omnino noluit scribere Ezechiel." Fateor, temporum praesertim spatia terminos fabulae nimium egredi mihi quoque viderentur, si vel uno argumento efficere possem poetam nostrum, Exodi auctoritatem secutum, eam habuisse temporum rationem ut fingeret Moysen per annos quadraginta apud Rhaguelem habitasse antequam iussu Dei in Aegyptum rediisset. Id vero eum ita finxisse neque apparet, neque probabile est; etiamsi in ceteris omnino non id egisse videatur ut secundum praeceptum Aristotelis, fabula dici posset ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν. Erat profecto licentia quaedam in eo, quod uno dramate repraesentata erant et primus Moysis adventus et nuptiae Sephorae et somnium quod viderat Moyses ad montem Sinai et colloquium cum Deo factum; sed quidquid in iis erat licentiae, habebat poeta exemplum quo id defenderet. Meminimus Orestem Aeschyleum, qui in *Eumenidum* initio Delphis in Apollinis adyto desidet, mox, vs. 236 sq. post longos errores adest Athenis. Idem Aeschylus in exordio *Agamemnonis* Troiae excidium nuntiat; post unum canticum regem producit in scenam. Nota sunt haec omnia; addamus unum exemplum haud minus notum ex Euripidis *Andromache*. Quantulum spatium revera intercedit inter extrema Orestis ad Hermionen verba ac nuntii Delphici cele-

Digitized by Google

berrimam ῥῆσιν, qua caedes Pyrrhi in ipso Delphorum templo Orestis manu perpetrata enarratur? Talia — ac paullo maiora Ezechieli quoque, ni fallor, condonari possunt; itaque quominus verum drama ab eo compositum esse credam, non hoc me prohibet quod compertum habemus severiorem vulgo in hac re Graecorum esse artem. Quin locum quoque scenae mutare si voluisset Graecorum artis exemplo defendere se potuerat — praesertim comoediae. Sed id, ut dixi, noluit. Nam nuntii narratio quoque eodem quo cetera loco haberi fingitur. Iterum res versatur in eadem ripa maris Rubri, iterum in eadem illa Arabia tam parum cognita poetae. Quoniam autem, mutata paulullum Exodi narratione de loco qui dicitur Elim, ita in sequentibus rem disposuit ut per speculatores describerentur eius loci deliciae — quo res enarrari posset in eadem scena qua nuntius Aegyptii exercitus cladem modo exposuerat — denique quoniam satis verisimile videtur dramati suo non finem imposuisse poetam per illam partem quae nunc extrema est, sed addidisse Sepphorae ac Rhaguelis adventum qui fuse enarratur Exod. XVIII. 1, nihil obstat, quin credamus eum haec omnia quae in scena gerenda essent ita disposuisse ut uno eodemque loco facta esse viderentur.

Haud mirarer, si nonnulli negarent operae pretium esse in eiusmodi quaestionem accuratius inquirere, nihil enim attinere quidnam sibi in conglutinando opusculo suo proposuerit poeta semibarbarus. Attamen non omnino nullius momenti ipsa quae nos detinebat quaestio est, quia quodammodo ex iudicio quod de ea faciamus pendet omnis opinio de alia quadam quaestione multo graviore quam illa est. Num in scenam missa est Ezechielis fabula? Vel potius, quoniam illud quidem nemo unquam aut negare poterit aut affirmare, potuitne scenae committi, eone consilio poeta fabulam scripsit ut coram spectatoribus ageretur? Negant praefracte alii, alii affirmant. Oppugnavit olim Magninus; Dindorfius totam quaestionem inutilem iudicavit, *„quum probabilius sit poemata haec ut alia multa illius aetatis non spectatoribus sed lectoribus scripta fuisse"* (Praef. ad edit. Eusebii). Contra iam ineunte saeculo nostro Eichhornus, postea Schuerer, postremum Susemihlius haud minus diserte, èt agi posse èt actam esse fabulam contenderunt. Verum argumenta apud utrosque frustra quaeres. Itaque videamus num quid dixerit Dindorfius,

Digitized by Google

cum Ezechielis fabulam, quam saltem *potuisse* agi supra, uti spero, demonstratum est, cum „aliis multis illius aetatis" fabulis quae lectoribus destinatae essent comparandam esse iudicavit. Fuitne similis ἡ ἐξαγωγὴ iis aetatis illius fabulis quae δράματα ἀναγνωστικὰ dicere hodie solemus? In populi sui litteris exemplum quaerere non poterat Ezechiel in arte dramatica exercenda; numquam enim ars scenica apud Iudaeos in honore fuit, immo Herodis etiam temporibus τὰ σκηνικὰ τοῦ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔθους ἀλλότρια erant. Ad Graecos omnino respicere necesse erat, itaque id quidem constat, si ἀναγνωστικὸν δρᾶμα scribere voluisset, quandam certe similitudinem illud opus habiturum fuisse cum Graecis fabulis illis quae ad legendum, non ad agendum, scriptae erant. Verum, quid apud Graecos fuit δρᾶμα ἀναγνωστικόν, quidve proprium habet id genus, quo a ceteris, quae agebantur, fabulis dignoscatur? Quam incerta haec omnis sit res nemo ignorat. Fuisse videntur, et iam satis diu ante Ezechielis aetatem fuerunt, quorum fabulae aut raro aut numquam scenae committerentur, sicut semper fuerunt maximorum quoque scenicorum poetarum fabulae quaedam quae, cum in pulpito haud magnopere delectavissent populum, lectoribus tamen postea maxime placebant. Fortasse tragoedia ad recitandum inprimis idonea fuit propter quam in Hippia minore p. 368 B Hippiam sophistam leniter rideri videmus. qui ad ludos Olympicos venerat gloriatus tam annulum quem haberet quam pallium quo amictus esset ceteraque omnia quibus esset indutus se sua manu confecisse, ac praeterea artis suae specimina alia se secum ferre: καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ διθυράμβους. — Dionysium quoque tyrannum huc contulerim, non quia Diod. XV. 8 in coena convivis recitasse narratur ῥήσεις illas ex tragoediis suis, de quibus Philoxenus iudicium tulit et cautum et iustum, cum subdola laude οἰκτρὰ ea esse pronuntiaret; sed quoniam ex eodem Diodoro constat (XIV. 109) ad fabulas Olympiae recitandas a tyranno missos esse ῥαψῳδοὺς τοὺς κρατίστους ὅπως ἐν τῇ πανηγύρει τὰ ποιήματα αὐτοῦ προφερόμενοι ποιήσωσιν ἔνδοξον τὸν Διόνυσον. Explosas esse eas Dionysii fabulas cum Olympiae recitarentur notum est (cf. Dionys. Hal. V p. 520 sqq. Rsk), sed recitatas esse, non actas itidem constat. Itaque ad genus ἀναγνωστικὸν cognoscendum haud parum lucraremur si quid cognitum haberemus de eius arte.

Digitized by Google

Et quoniam perierunt tyranni opera — quod nemo dolebit, qui meminerit senarios illos: „Δωρὶς τέθνηκεν, ἡ Διονυσίου γυνή", et „οἴμοι γυναῖκα χρησίμην ἀπώλεσα" (Luc. *adv. ind.* 15), operae pretium est Athenaei verba, quamvis notissima, referre (III p. 98 C) „πολλῶν ὀνομάτων ποιηταὶ καὶ πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον· ὃς τὴν μὲν παρθένον ἐκάλει μένανδρον ὅτι μένει τὸν ἄνδρα καὶ τὸν στῦλον μενεκράτην ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, βαλλάντιον δὲ τὸ ἀκόντιον ὅτι ἐναντίον βάλλεται" et quae sequuntur; nam haec, sane insulsa et τοῦ πονηροῦ κόμματος sufficiunt quibus ostendatur iam Dionysium ingressum esse viam tragicae arti funestissimam quae ad Lycophronis insaniam ductura erat. Aptius autem αἰνιγματῶδες illud dixerim dramati quod legas quam ei quod spectes; rhetoricae arti magis conveniens quam ὑποκριτικῇ. Ita novimus aenigmata et griphos Theodectae quoque placuisse, poetae tragico merito fortasse apud aequales laudatissimo, sed quem auctor Suidae apte dicit ῥήτορα τραπέντα δὲ ἐπὶ τὴν τραγῳδίαν. Is vero cum ad certamen in Mausoli epitaphio arcessitus, teste eodem Suida ἐνίκησε μάλιστα ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ, tragoediam *recitasse* disertis verbis dicitur. Sic autem sensim natam esse certam quandam fabularum speciem aptiorem ad recitandum taciteve legendum quam ad agendum, iam Welckerus argumentis validis demonstravit (*Gr. trag.* III 1082 sqq.) disputans de Aristotelis verbis *Rhetor.* III. 12. 2 quae de toto hoc genere fere unicum nobis praebent testimonium: „ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη· ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική, ἡ δὲ παθητική· διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί, οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ ὥσπερ λογογράφος." Iam videmus Aristotelem tragicos poetas eos quos ἀναγνωστικοὺς dicit — quorum igitur fabulae praesertim in legendo placebant — comparasse cum rhetoribus iis qui non auditores inprimis sed lectores in orationibus suis componendis spectarent. Non ὑποκριτικὴν λέξιν sed γραφικὴν illi sectabantur, eamque artem dicendi exercebant quae in fori certaminibus facile fugiebat excitatos litigantium animos, sed placebat lectori haud parum erudito. Eadem ars paullatim magis magisque in tragoedia coli coepta est: γραφικὴν non ὑποκριτικὴν exercitabant ἀναγνωστικοὶ illi, ea colebant quae magis animo

Digitized by Google

placebant lectoris qui domi per otium arte poetae fruebatur, quam spectatoribus de plebe. Idcirco mox stilus excultior quaeritur, sententiarum nexus artius alligantur, evitatur ἡ διαλελυμένη λέξις. Simul exquisita quaedam dicendi ratio placet, flosculis imaginibusque exornatur sententia, abundant metaphorae. Haec omnia ne in paucis quidem fragmentis, quae ex Chaeremonis fabulis hodie extant, frustra quaeres. Nonne coronas ille εὐφημίας κήρυκας, flores λειμώνων τέκνα dixit? Et quis est qui ignoret versum, sanequam venustum

χορῶν ἐραστὴς κισσὸς, ἐνιαυτοῦ δὲ παῖς.

Vix excogitari potest quidquam quod a toto hoc genere magis sit remotum quam drama Ezechielis. Florida eorum poetarum oratio, imaginis atque metaphorae frequens usus tamen habebant, opinor, quo placere potuissent homini Iudaeo; et certe ea non omnibus displicuisse gentis Semiticae poetis testatur Meleager. Contra Ezechielis sermo, quo nihil magis est διαλελυμένον, tantum non omni imagine caret, nusquam lectoris ratio habetur, nusquam elegantia quaeritur; sed ita constanter observatur dicendi summa simplicitas, ut a spectatore etiam mediocriter tantum litteris Graecis imbuto facillime intellegatur. Accedit quod vix dicas cuiusnam commodo in ἀναγνωστικοῦ dramatis formam redigere potuerit Exodi narrationem. Praeterea, si lectoribus tantum, non spectatoribus, scripsisset noster, vix fugisset eum, quanto melius fuisset in ipsa regia Pharaonis acta fingere omnia quibus agitur de poenis Aegypti, quae nunc, scenicae rei necessitate coactus, in Dei colloquio cum Moyse narrata tantum finxit. Ceterum, in ipso hoc colloquio id quoque indicio esse potest pulpito destinatam fuisse fabulam quod poeta — ne offensioni Iudaeorum pietati esset Dei numen in scena repraesentatum — tam diserte indicavit vocem tantum divini nuntii audiri (vs 101)

ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
θνητὸν γεγῶτα,

quae verba de suo addidit Ezechiel, in praecedentibus ipsa Exodi verba reddens.

Levis ac nullius fere momenti haec quaestio iam non videbitur si contigerit nobis, ut et qua aetate vixerit poeta noster constituerimus, et quaenam eius fuerit patria. Primum videamus

Digitized by Google

de tempore. Ante Polyhistora Ezechielem scripsisse certum est. Constat quoque cognitam ei fuisse Pentateuchi versionem Graecam, quae ad Ptolemaei Philadelphi fere tempora pertinet. Verum arctioribus etiam ni fallor temporum terminis aetatem poetae definire, certe terminum post quem eum vixisse necesse sit accuratius constituere poterimus, si ad extremam tragoediae partem, qua agitur de phoenice, attendimus. Quid enim Ezechielem adduxit ut de phoenice ageret, de quo ne verbo quidem sacri libri facerent mentionem?

Anno nostrae aerae 34 cum ex Aegypto novus phoenicis avis adventus nuntiatus esset, ea res secundum Tacitum (Ann. VI. 28) „*praebuit materiam doctissimis indigenarum et Graecorum multa super eo miraculo disserendi.*" Addit Tacitus, ex doctis iis dissertationibus pauca quaedam referens, secundum quosdam auctores avem illam primum Sesoside regnante, tum dominante Amaside visam esse: „*dein Ptolemaeo qui ex Macedonibus tertius regnavit in civitatem cui Heliopolis nomen advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu novam faciem mirantium.*" Unde haec — quorum verba extrema haud parum conveniunt cum Ezechielis versibus πάντα γὰρ τὰ πτήν' ὁμοῦ ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσσυτο — unde haec Tacitus sumserit, quaerere vanum est: nam plures fuerunt — quod ipse testatur — qui de phoenice tum disseruerant, quales antea quoque Romae fuisse testatur Plinius, qui Manilio cuidam doctissimo homini accepta refert quae habet de phoenice. Sed quisquis fuit auctor Taciti, ex fonte Graeco hausisse eum, sive alium quendam cui debet sua, vix dubium. Neque minus certum est, quoniam temporibus Ptolemaei Euergetae — eum enim indicari a Tacito putaverim, non Philadelphum — phoenix post longa tempora iterum apparuisse ferebatur, illa quoque aetate eam rem, haud secus quam postea regnante Claudio factum est, „materiam praebuisse praestantissimis ingeniis super eo miraculo disserendi." Apparuit igitur phoenix regnante Euergeta, scripserunt de ave mirifico scriptores Alexandrini, atque ii fuerunt qui indicarunt primum Sesoside post Amaside dominantibus iam alios eiusdem generis aves advenisse in Aegyptum. Quoniam autem Sesosis ille Taciti Sesostris est sive Rhamses, idem ille „novus Pharao" cuius crudele imperium Iudaei effugerunt, grato animo, quod nemo miratur, ad tragoediam suam

Digitized by Google

exornandam poeta miraculum recepit, quod sub ipsum Iudaeorum excessum evenisse recentes scriptores eum docebant. — Haec autem si recte disputata sunt, Ezechielem vixisse post Ptolemaei tertii tempora apparet.

Pro certo indicare auctorem cui phoenicis descriptionem debuerit Ezechiel vix quisquam poterit. Sed ut in re incerta suspicionem proferre, quae mihi quidem haud absurda videtur, nihil vetat. Nemo est quin locum noverit ex Porphyrii *Φιλολόγου ἱστορίας* servatum ab Eusebio (*Praef. Ev.* X. 3. 466 sqq.), quo loco Porphyrius in plagiariorum numero Herodotum quoque referens patrem historiae accusat quod *ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Περιηγήσεως, βραχέα παραποιήσας, τὰ τοῦ Φοίνικος ὀρνέου καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ἵππου καὶ τῆς θήρας τῶν κροκοδείλων.* Non multi, opinor, hodie extant qui huic Porphyrii criminationi fidem habeant. Licet enim nonnumquam Herodotus Hecataei narrationem, sive auctoris nomine indicato sive non indicato, respexerit — praesertim ut impugnaret eum —; non is fuit Herodotus qui ad verbum in opus suum transferret aliena, omisso nomine scriptoris, eaque quae deberet alteri pro suis venditaret. Nam ita revera audita enarrat ut qui exponat quid ipse cognoverit de re mira (II. 73): *„ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρός, τῷ οὔνομα Φοῖνιξ. ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον εἰ μὴ ὅσον γραφῇ· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἐτέων, ὡς Ἡλιοπολῖται λέγουσι, πεντακοσίων· φοιτᾶν δὲ τότε φασι ἐπεάν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἔστι δὲ εἰ τῇ γραφῇ παρόμοιος τοσόσδε καὶ τοιόσδε· τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν τὰ δὲ ἐρυθρὰ ἐς τὰ μάλιστα· αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος καὶ τὸ μέγαθος.”* Quis sibi persuadeat Herodotum ea verba quibus quae ipse viderat simplicissime exponit sumpsisse vel potius impudenter furatum esse ab alio. Ecquis id credat Porphyrio? Inspiciat ille ipsum Porphyriani libri fragmentum videatque quam mira is furtorum exempla congesserit! Sed merito iam multi monuerunt confusos esse a Porphyrio Hecataeum Milesium cum alio Hecataeo recentiore quodam, qui quae de phoenice enarravisset revera ex Herodoto sumsisset paucis quibusdam mutatis. Quemnam illum fuisse putemus Hecataeum? Abderitam vel potius Teium intellegunt vulgo. Sed quo iure? Quae de Aegypto ille rettulit, de terra, rerum natura, animalibus, satis accurate ut videtur

Digitized by Google

excerpta habemus in Diodori libro primo, nec tamen verbo mentionem ibi factam videmus de phoenice. Fieri sane potuit — non nego — ut scripserit quidem Hecataeus Abderita in Aegyptiacis suis de phoenice, sed consulto id omissum sit a Diodoro, quoniam illius narratio ab Herodotea parum distaret neque igitur opus esset eam referre in excerpto; sed admodum verisimile id non videtur, cum praesertim parum cum Hecataei illius ingenio ac scribendi ratione convenit Herodotea ita reddere ut fere κατὰ λέξιν cum antiqui scriptoris narratione conveniant. Potius igitur suspicer Porphyrium, vel potius Pollionem — nam ex eius libro περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς desumptam esse criminationem istam ipse testatur Porphyrius l.l. p. 467 *d* — imponi sibi passum esse ab alio quodam Hecataeo, cuius ratio scribendi sive sineret sive etiam posceret eiusmodi furta quibus antiquus redderetur color libro pseudepigrapho: illum hominem Iudaeum dico qui Abderitae scripta amplificans et, quae ille in transitu atque obiter de Iudaeis narraverat, augens atque exornans, subditicium librum sive περὶ Ἀβραάμου sive περὶ Ἰουδαίων tamquam ab Hecataeo scriptum venditavit. Potuit autem ille facere quod nondum potuerat Abderita qui ante Euergetem vixit. Nempe cum, nuper nuntiato phoenicis novo adventu, homines eruditi sedulo constituissent quibus temporibus antea avis mirifica ab Aegyptiis visa esset, is primus docuit aequales, olim sub excessum Iudaeorum quoque prodigium tale Aegyptiis apparuisse. Eum vero si poeta noster, uti suspicor, auctorem secutus est, etiamnunc ex dramatis verbis effici poterit, revera „paucis quibusdam immutatis" Herodotea servasse pseudo-Hecataeum. Crevit quidem phoenix, — nam in Ezechielis narratione διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος ἀετοῦ σχεδὸν, — ceterum ab ea ave cuius imaginem viderat Herodotus non multum differt.

Sed unum restat de hac re quod addam. In phoenicis descriptione Pliniana — (*N. H.* X. 2) quam scriptor magna ex parte se debere dicit Manilio senatori cuidam, qui ineunte saeculo primo ante aeram nostram vixit — verba leguntur conturbata quibus narratur avis *„totum deferre nidum prope Panchaeam in Solis urbem et in ara ibi deponere."* Rectius paullo et accuratius eadem redduntur a Solino (c. 33) *„rogos suos struit cinnamis, quos prope Panchaeam concinnat, in Solis urbem strue altaribus superposita."*

Digitized by Google

Unde scriptoribus hisce Panchaea, quod loci nomen non ad veram geographiam sed ad fictas Euemeri narrationes pertinet? Res, ni fallor, perspicua. Convenire quodammodo videbatur felicissima insula, quam sibi finxerat Euemerus, cum iis Arabiae regionibus quas nomine Elim indicavit Exodi scriptor. Itaque ut magis exornaret rem pseudo-Hecataeus Panchaeam illam qua inclaruerat historia sacra Euemeri transferendam curavit in Arabiae continentem et cum amoeno loco Elim unam eandemque esse finxit. Inde sua sumserunt auctores Plinii, inde quoque Ezechiel. Et etiamnunc eius rei memoria remanet in Ezechielis narratione; nam vix fugiet comparantem Euemeriana quae a Diodoro servantur (V. 41 sqq.) cum nostro dramate, nonnulla in utriusque descriptionibus ita convenire ut fere eundem locum spectare videantur.

Verum cuinam patriae hoc Ezechielis opus qualecunque vindicemus? Alexandriaene, vel omnino Aegypto? Tacito enim virorum doctorum consensu inter Iudaeos Alexandrinos Ezechiel numerari solet. Id autem tantem abest ut mihi persuadeatur ut praefracte fere negare ausim. Quid? fierine potuisse credamus ut Iudaeus Alexandrinus tam prorsus ignoraret Arabiae Libyae Aethiopiae situm ut poetam qui vs. 59 scripsit ea omnia ignorasse videmus? In quibus versibus non eo praecipue offendit quod non accuratam Arabiae Petraeae cognitionem prodit, quod Midianitarum terram nimis prope eum locum qui dicebatur Beelzephon trahit: praeeuntem in hisce aliquatenus Exodi habebat scriptorem, et vel Alexandriae viventem accuratior eorum locorum notio fugere poterat. Sed etiamsi sumserim, quo tempore drama nostrum scribebatur, Iudaeis Alexandriae habitantibus adhuc incognita fuisse quae de litoribus sinus Arabici conscripserat Eratosthenes — ut taceam de Agatharchide atque Artemidoro —, hominem Alexandrinum vel mediocriter Graecis litteris imbutum omnino non credo hisce verbis regionem describere potuisse ad quam urbs Rhaguelis pertinebat:

> Λιβύη μὲν ἡ γῆ πᾶσα κληΐζεται ξένε·
> οἰκοῦσι δ' αὐτὴν φῦλα παντοίων γενῶν
> Αἰθίοπες ἄνδρες μέλανες.

Talia qui scribit, disertis fere verbis profitetur extra Aegypti Libyaeque terminos et natum se esse et educatum.

Digitized by Google

Si autem non scripsit Alexandriae, dixeris nullam esse urbem, ex iis quidem urbibus quas incoluerint *οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ*, quae non aequo ac omnes ceterae iure Ezechielem civem vindicare possit. Equidem si quis contendere voluerit Gazaeum fuisse nostrum vel Tarsensem, Sidonium denique vel Gadarenum, firmissima argumenta ei opinioni opponere non potero. Quod ad me attinet nulla regio tam apta mihi videtur cui civis adsignetur Ezechiel quam Samaria. Quaenam indicia ad eam terram me duxerint breviter indicabo. Leve est et casu fortasse factum quod vs. 104 *γεννήτορας* plurali dixit numero, cum textu Samaritano accuratius conveniens quam cum Graeca versione quam ceteroquin sequitur. Neque meae est provinciae de ea re disserere. Sed ipse ille error quem in definiendis Midianitarum finibus commisit poeta, ad Samariam quodam modo, vel saltem ad scriptorem quendam Samaritanum referendus videtur. Etenim si causa quoque quaerenda est tam miri erroris quo Libye cum Arabiae oris aut omnino confunditur aut certe ita coniungitur, ut ad unam eandemque regionem utraque terra pertinere videatur, rem explicare nobis Samaritanus quidam scriptor poterit. Primum, Aethiopes Libyosque arcte coniunctos esse a poeta nostro non tantopere miramur. Saepius coniuncta eorum populorum nomina legerat in sacris libris: ita coniunxit Libyes Aethiopesque tamquam gentes Aegypti regibus subditas Daniel XI. 43 *Αἰγύπτου καὶ Λιβύων καὶ Αἰθιόπων*, ita *Paralip.* II. 12. 3 Aegypti regem in Palaestinam invadentem comitati esse narrantur *Λίβυες, Τρωγλοδύται καὶ Αἰθίοπες*. Sed ut Arabiam atque Rhaguelis urbem cum Libya confunderet alia causa adduxit Ezechielem. Scripserat de Rhaguelis ac Sepphorae proavis auctor quidam Samaritanus nomine Malchus [1]), qui, Abrahami stirpem qualis exponitur in Genesi c. 25. 1 minime neglexit quidem sed nescio qua auctoritate usus paululum inmutavit de filiis Abrahami ex Chetura disserens (Ioseph. I. 15) ac narrans *ὅτι ἐκ τῆς Χετούρας Ἀβράμῳ ἐγένοντο παῖδες ἱκανοί· λέγει δὲ καὶ αὐτῶν τὰ ὀνόματα ὀνομάζων τρεῖς Ἀφέραν Ἀσουρεὶμ Ἰάφραν. ἀπὸ Ἀσουρεὶμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκλῆσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφέρα τε καὶ Ἰάφρα, πόλιν τε Ἄφραν καὶ τὴν χώραν*

1) Omnina conferenda sunt quae de Malcho ceterisque scriptoribus Samaritanis atque Palaestinis passim disseruit Freudenthal. in *Stud. Hell.*

Digitized by Google

Ἀφρικὴν ὀνομασθῆναι. τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην etc.

Ab Abrahami itaque filio Libyen subactam fuisse Cleodemus — ita enim Graeco nomine Malchus ille dicebatur — enarraverat; nisi neglegentius paullo excerptum Polyhistoris factum est quo utitur Iosephus. Hoc autem admodum verisimile est. Secundum Genesin enim Apheras ac Iaphras — qui in Graeca versione (Gen. 25. 1) Γεφὰρ et Ἄφερ audiunt — *nepotes* fuerunt Abrahami ex filio Madian, Assurim autem ex alio Abrahami filio Daidan natus esse ibi fertur. Et ita quoque Iosephus ipse paullo ante *nepotes* eos dixerat Abrahami; quamquam narrans Madiani filium Apheran sive Ophrena occupasse Libyen addit testimonium Cleodemi quod supra exscripsi: μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ πολυίστωρ λέγων οὕτως· Κλεόδημος δέ φησιν e. q. s. — Sed sive ipse Malchus ita rem inmutaverat sive excerptoris neglegentia quadam υἱοὶ dicti sunt quos υἱωνοὺς dici oportebat — sicuti factum est in Gen. capite quod laudavi „οἱ δὲ πάντες υἱοὶ ἐκ Χετούρας ἦσαν" (quos paullo ante nepotes dixerat) — id quidem apparet, hac ipsa Malchi narratione hominem Iudaeum, Ezechielem dico, facile adduci potuisse ut Libyae conterminam putaret Arabiam. Cognitum enim ei erat ex sacris libris Madiani progeniem sedes occupasse in Arabia. Quid mirum si ex Malchi scriptis edoctus Madiani filium invasisse quoque in Libyam eamque regionem subegisse, vicinas et coniunctas illas terras esse putavit, quin etiam optime historiae rationibus consulere sibi videbatur, si fingeret Moysis aetate Libyen ac Madiam sub unius regis imperio fuisse coniunctas.

Neque vero alia indicia desunt in dramate nostro quae verisimilius reddant scriptum esse Ezechielis opusculum in Samaria quam alicubi in Palaestina. Non quod talia scripta Graece composita in ipsa Palaestina nasci ea aetate non potuerint. Non tantum ἀσεβεῖς illi qui, patria instituta ut everterent, favebant Graecis moribus, sed etiam homines pii ac patrum fidei addicti litteras Graecas haud mediocri studio excolebant. Arcessiti sunt ex Palaestina qui Graece verterent libros sacros (neque enim est cur in hac re Aristeae epistolae quamvis subditiciae fidem denegemus); Siracidae librum qui vertit ipse in praefatione Palaestinensem se profitetur; Philonem epicum Theodotumque ex

Digitized by Google

eadem illa patria oriundos esse omnino non dubium; quin Eupolemus ille ex cuius libro de Iudaeis excerpta servavit Polyhistor nonne ipsi Iudae Maccabaeo familiarissimus fuit? Sed Ezechiel ad eiusmodi patriam nos vocat, in qua neglectis etiam libris hebraice conscriptis, sacrorum scriptorum Graeca iam versio adhiberetur. Ezechieli enim non Hebraicum sed Graecum librum Exodi praesto fuisse constat; praeterea, ita de paschalibus praeceptis disserit ut non Iudaeis solis scripsisse sed commixtos ex peregrinis ac Hebraeis auditores, sive ut equidem credo spectatores, cogitasse videatur. Accedit quod admodum videtur dubium, fuerintne saeculo ante nostram aeram altero in ipsa quae proprie dicitur Palaestina, theatra. Constat enim Herodem Magnum primum fuisse qui Hierosolymis, Caesareae, Berythi theatra lapidea aedificaverit (Ios. XII. 5. 1. XV. 1. 8. XIX. 7. 5); neque ante eius aetatem aut theatra, aut ludos scenicos in ipsa Palaestina factos, memorari videmus. Et fateor — etiamsi memorarentur, admodum videretur dubium, ausurusne fuisset quisquam in theatro Palaestino drama committere scenae in quo coram populo angelus Summi Dei cum Moyse collocutus fingeretur. Verum in Samaria tale quid factum esse si minime probari potest, fieri tamen potuisse concedat quivis. Urbs enim illa, ex quo Alexandri aetate Macedonibus tradita erat ut ibi habitarent, moribus graecis tantopere adsuefacta erat ut eam suum habuisse theatrum admodum sit verisimile. Quid mirum si in eiusmodi urbe homo Iudaeus, contra fabularum Graecarum nefarias illecebras civibus suis medicamen offerre conatus, ex ipsorum historiis sacris materiam quaesivit, qua praesertim simul Graecos doceret, quam praeclarus inter Hebraeos olim extitisset Moyses ille quem postpositis omnibus prophetis Samaritani colebant, simul populo suo tamquam digito monstraret in quam altam spem Hebraeos suos Dominus ipse reservaret atque educaret?

Ea autem suspicio si fundamentis non caret, gratum nobis exemplum praebet Ezechielis Ἐξαγωγή, quo efficiamus quantum non modo Alexandriae sed in ipsa quoque Iudaeorum patria saeculo altero ante nostram aeram valuerint litterae Graecae.

Digitized by Google

VARRONIANA.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

I.

M. Terentium Varronem Reatinum etsi constat libros de Re Rustica paene sub Imperio edidisse, mirum tamen est quantopere rudem indigestamque antiquitatem in scribendo referat. „Octogenarius" i. e. anno 37 a. C. primum scripsit librum Rerum Rusticarum, secundum et tertium serius etiam, scilicet eo tempore cum iam Philippicas Cicero pronuntiasset, Caesar commentarios suos numquam satis laudatos, Vergilius Eclogas scripsisset, certam stabilemque formam sermo urbanus induisset, tamen sine dubio situm antiquitatis magis ostendit quam antiquissimum fere [1]) prosariae orationis quod superest monumentum, Rhetorica ad Herennium, Sullano tempore litteris mandatum, quinquaginta annis ante libros Rerum Rusticarum. Bardum et in suo indoctorum coetu unice beatum suspicaris? Contra „doctissimus Romanorum" dicebatur et erat, optimi cuiusque aliquando consuetudine usus et linguae Romanae probe peritus. Neve dicat quis opus olim a Varrone scriptum multis annis post ad editionem paratum esse: secundum et tertium librum scimus ultimo vitae decennio, mortua Fundania, scriptum et in lucem emissum esse (vid. infra), totumque opus tam redolet antiquitatem, quam senis animum ostendit lubenter recordantis, quae per longam vitam etiam extra Italiam de agri cultura observaverat aut audiverat: fuit Varro legatus Pompeii in bello

1) „Cato de R. R." collectio praeceptorum potius est quam iustus liber.

Digitized by Google

piratico [1]), pro quaestore in Hispania; quae in Epiro, Liburnia, Corcyra, Apulia, pecuarii, agri vitisque cultores facere soleant (I. 4. 5, II praef. 6, 10. 8, III. 12. 7 al.), haec perpetuo in ore habet, velut senex „exacto tempore vitae." Utique nulla pars operis stilo diversa compositionis tempora arguit.

Non credibile est data opera Varronem horridam vetustatem pro ingenio hominum, quos loquentes inducit, affectasse; si artificiosa esset oratio, sorex se interdum proderet. Sermonem habemus naturalem, rustiusculum, multis partibus similem libris de Lingua Latina. At cum ipso Varrone oratio eius senuerat. Scilicet Sullanis temporibus, unde pedestris sermonis nova aetas incipit, Varro iam virilem aetatem attigerat. Linguae an „dialecti" — sed veteres non ita — linguae igitur ruralis proprietatem a puero in se receperat et amasse videtur. Postea cum alii ex tribulibus in Urbem rure sensim migrarent, ut et nunc et olim fiebat (vid. infra), illi rusticatio et mansio in agro in deliciis erat, ibi eius domus, ibi (ut cum Catullo loquar) eius „carpebatur aetas" (hieme eo secedit III. 2. 15) velut antiqui illius Cincinnati et proavorum, quibus honoratior erat tribus rustica quam urbana, et magnopere dolet nobiles iam fructus emere in Urbe malle quam colere in agris. Quod si tanquam bonus pater familias non omnia vilico mandare sed ipse quoque agros obire et prospicere quaestui rustico voluit, fundi villaeve Casini, Faventiae (I. 2. 7), ad viam Salariam (III. 2. 14), Tusculi (III. 12. 1), in Vesuvio (I. 15), in Apulia (II. 1. 6, II. 2. 9) sitae commorationem in agris saepe exigebant; omnino intenta cura et voluptas, qua modum agri colendi et lucrum ex eo percipiendum persequitur (e. g. III. 2. 15), ostendunt Varronem agricolam potius et „ruris amatorem" fuisse quam nobilem urbanum. Post bellum Afranianum (49) nullam partem reipublicae attigit; munera autem quibus antea functus est, extra urbem gerebantur.

Placuisse Varroni crediderim sermonem rusticorum nec nimis fuisse sollicitum, ut se ad morem urbanum conformaret. Per tantum temporis spatium, quantum explet aetas Reatini, con-

1) Vix opus est animadvertere, plerosque legatos in bello piratico non pugnasse sed observasse littora, et in bello quoque maritimo sicubi fieri poterat milites egressos esse e navibus et castra navalia habuisse. De aliis V. muneribus, quantum necesse, infra.

Digitized by Google

suetudo familiaris multa nova recipit, multa vetusta expellit, quare intercapedo inter „antiquitatis" tenaces et „novorum in sermone sectatores" in dies crescit. Multos natu grandiores sermonis primitivi vestigia inde a pueritia in usu et pronuntiatione verborum, quamvis occultent, semper ostendere scimus, qui tamen stilum accommodent ad recentem morem, Varro mirabili temperamento eruditionis studia iungit cum avita simplicitate tam amator prisci moris quam osor transmarinae sapientiae.

Duo igitur sunt, quibus differre a perfecto sermone Varronis linguam puto: „archaismus" (antiqui consectatio) et vestigia quaedam rustica. De rebus rusticis agens Varro non potuit non rusticorum vocabula sermoni admiscere, propria (technica) volo, quae ad agriculturam pertinent, quae ab agricolis parum recte pronuntiata aut decurtata fastidiebat urbanitatas; alia facile subrepebant ex consuetudine vulgari, veluti quae Amor discit apud Tibullum II. 3. 4 ut puellae rusticae placeat:

„verbaque aratoris rustica discit Amor".

Sed quominus haec certa nota distinguamus, saepe impedit res quaedam saepius animadversa, ut opinor. Nempe vocabula prisca ruri diutius durant quam in urbe, unde fit ut, cum haec iam in cultorum hominum oblivionem inciderint, ruri vivant et rustica vocentur quae prisca sunt. Omnino nisi populi alicuius subiecti residua in agris permanserunt ubi sua lingua utuntur, non ulla re lingua rustica ab urbana magis recedit [1]) quam quod prior prisca verba retinet, quae altera abicit et recentibus mutat; nam nova verba invenire non est rusticorum, ad quos novae res et notiones non facile involant. Quaedam ad sermonem Varronis rustica dum exempli gratia colligo, non excludam omnino obsoleta, quippe quae ruri dudum recepta ibi in consuetudine manserint. Utor grato cum animo egregia (heu postrema!) opera H. Keilii, qua ad studia Varronis R. R. aditus tandem patefactus est, restituta quantum fieri potuit archetypi Marciani hodie deperditi forma (a° 1884), quam subsecuta est minor apud Teubnerum editio emendatior (1889) et commentarius criticus et exegeticus (1891), quo edito factum est ut Gesnero et Schneidero plerumque non indigeamus.

1) Etiam vasto ore.

Digitized by Google

Ex forma verborum (vocalium usu, rell.) melius saepe iudicare possumus quid sit rusticum quam ex ipsis verbis. Sic *e* pro *i*: „*spica*, quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant *specam*" I. 48. 2. „Rustici etiamnunc quoque viam *vehăm* appellant propter vecturas, et *vellam* non villam, quo vehunt et unde evehunt" I. 2. 14. *Lembus* pro limbus: „extra lembum duodecim signorum" II. 3. 7, ubi lembus i. q. balteus, ζώνη, cf. Stat. Theb. VI. 367 (345); agitur de zodiaco. — „*Melium* id est cingulum circum collum (canum): cum clavulis capitatis, — insuitur pellis *mollis*" II. 9. 15. Scipio Aemilianus ap. Paulum D. p. 151. 5 M. „*millus* collare canum venaticorum (immo, pastoriciorum) ... adversus impetum luporum. Scip. Aem. ad populum: vobis, inquit, reique publ. praesidio erit [is] quasi *millus* cani" (de Carthagine: faciet vos formidolosos et eo tutos). Apud Varronem lego *mellum*, cum praesertim credibile sit a *mollis* eum vocabulum duxisse.

me = *mi*. Varr. III. 16. 2: „hereditate me cessa". Festus 161ª 6 M. „*me* pro mihi dicebant antiqui" affert exempla ex Ennio et Lucilio admodum dubia. Cf. Kühner Gr. I p. 380. Keil Comment. p. 282. Respicit fortasse ad formulam antiquam.

tibe. III. 16. 9 „nunc cursu lampada tibe trado". Tritum fortasse dictum.

Propria res est in compositis verbi *seco*, quae cum in terso sermone *e* servent, contra usum supra expositum antiquitus etiam in rustico *i* habent. Sic *resicare* I. 31. 2, *exico* apud Plautum, *foenisicia* I. 47 et passim (sed *circumcisicium* a *caedo* I. 54. 3), et mansit *i* in *insiciae*, *subsicivus*.

A *sīca sicilis* est „*sīcilire* prata" I. 49. 1, cf. Plinius N. H. XVIII. 259, i. e. sica purgare.

o pro *u*: *longorius* pro *longurius* II. 7. 10, *hoc* pro *huc* Keil. p. 170 tuetur locis II. 5. 1 „hoc afferam meum corium" et III. 5. 8 „hoc coieceris", incertis ut vides argumentis; *robor* III. 7. 9. Sed contra *u* pro *o* *ruscidus* pro *roscidus* II. 2. 10, *rutundus* est primitiva forma (ubique). Sed de *invectos* pro *invectus* = *invectiones*, I. 16. 2, *fructos* pro *fructūs* I. 2. 5 valde dubito. Certius *u* pro *au* (et ex hac diphthongo facta *o*): *displudere* ex *dis-plaudere* II. 5. 8, 9. 4, *cludere* III. 3. 5, et *o* pro *au*: *colis* (vitis ramusculus) I. 31. 2, *coliculus* ib. 4, I. 41. 4, *plostellum* I. 52. 1 (Hor. Sat. II. 3. 247

Digitized by Google

de ludo puerili), *coda* II. 5. 8, III. 7. 5, *Orata* III. 3. 10 et vulgo, *origa* II. 7. 8, 8. 4 pro *caulis*, *cauliculus*, *plaustellum*, *cauda*, *Aurata*, *auriga*; cf. cum his aliunde nota *codex*, *corus*, *caudeus* = iunceus et inde locus aliquis iuncis consitus trans Tiberim Paul. D. 38. 17 *Codetum*; vulgaris sermo in hoc cum rustico praeferebat *o*; *Claudii* sunt patricii, at *Clodii* plebeii; novimus lusum in *claudicare*, *clodicare*.

Vocabulum sine dubio rusticum est II. 4. 16 „cum porci depulsi sunt a mamma a quibusdam *delici* appellantur". Vocabulum corruptum. Corrige sodes (contra Glossas Emendatas Goetzii i. v. *delicum* Lips. 1899) *deicli* i. e. deiculi; cf. *reiculae* vaccae II. 1. 24; II. 5: „delectus quotannis habendus est et *reiculae* reiciundae" sic recte correctum librorum *reicolae*; in priore loco *reculae* abiit in *epulae*! Varro (Cato vel de liberis educandis) apud Non. p. 168. 3 Me. „ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas *reiculas* appellant." Similiter atque *reiculus* a *reicio*, sic a *deicio*: *deiculus*, solita contractione *deculus*, quod nemo intellegebat, unde *deculi* in *delici* corruptum. A *reiculus* et *deiculus* distinguendum *deliculus*, si sanum, apud Catonem R. R. 2. 7 „vendat — boves vetulas, armenta delicula, oves deliculas," a *delinquo*, i. e. mutilas, debiles, manifesto diversum a *deiculus* i. e. lacte depulsus. Vocabulum in gloss. Lat. II p. 42. 9 et IV. 328. 52 in *delitus* et *delictus* corruptum, cf. Keil. et G E. Goetzii.

Vocabulum latet deperditum, ut videtur II. 11. 9 „quam (lanam) demptam ac conglobatam alii vellera, alii *velamina* appellant, ex quo (recte Keil pro: *quorum*) vocabulo animadverti licet prius in lana vulsuram quam tonsuram inventam." Sic Keilius (cum Scaligero), docens ex gloss. latino-Graeco II. 205. 29 *velamina* vel *velamenta* a *velando* de lana ovium dici. Non iam obloquar, etsi sollemnis illa de ove denominatio ridicula est. Sed Victorius refert: „in antiquioribus *vellimna*" et sic P B, nec obest A; itaque omnes libri. Sed si *velamina* legitur, argumentum pro antiquiore vulsura quam tonsura in proximis ex hoc vocabulo ductum concidit; tam in hoc nomine quam in *vellus* vellendi notio esse debet. Verum puto quamvis adhuc ignotum nomen *velmina*, quod tam recte a *vello* ductum quam *culmen*, *agmen*, *segmen* a *colo ago seco* et a *vellimna* paulum distat.

Digitized by Google

n ante sibilantem omissa in *fros* pro frons I. 24. 3, *glas* pro *glans* III. 2. 12, 13. 1; *praegnatia* I. 44. 4 a *praegnans*, unde in culto quoque sermone invaluit *praegnas*. Cum his conferatur *dosso* pro *dorso* II. 10. 5; novimus gibberum in Atellanis *Dossennum* dici; *rusum* I. 31 et alibi.

His addo quaedam singularia vocabula de opere rustico usurpata:

subrumi agni; „antiquo vocabulo mamma rumus, ut opinor" II. 1. 20; cf. „ficus *Ruminalis*", ad cuius radices geminos lac lupae suxisse fama ferebat.

urru<cum> Keil ad I. 48. 3. Conf. Graecum *οὐραχός* apud Aelianum et Dioscoridem; *οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας* capitula thymi Dioscorides; culmum fructuum quem formicae arrodunt Ael. *οὐραχὸς* dicit, quod satis convenit cum Varrone quantum intellego: „quod in infima spica ad culmum stramenti summum est", suprema, tenuis, pars culmi sub grano (vel sub spica, quae continet granum). Quaeritur autem utrum Graecum an Latinum sit antiquius. Et *urru* (sic libri) sine dubio corruptum. — Item quod paullo ante legitur monstrum vocabuli *frit* [1]).

cordus. „Dicuntur agni *cordi*, qui post tempus (? exspectes: *postremi*) nascuntur ac remanserunt in volvis intimis" II 1. 20; II. 2. 5 vix aliud significat quam: integri. Cur Varro vocabulum a *χόριον* potius ducat quam a *corium*, significatio est; *χόριον* enim membranula est, qua fetus continetur; sed *corium* idem significare olim potuit. *Cordus* de homine dictum videtur qui cum galea, ut aiunt, nascitur, cui popularis opinio felicem sortem auguratur; deinde = validus. Contrarium fere est:

mina ovis i. e. ventre glabro II. 2. 6. C. O. Mullerus *mina* obsoletum positivum putat, unde *minor*, *minimus*, nec melius habeo. Facete Strabax rure adveniens in Truculento 654 ludit in vocabulo, minam argenti cum mina ove confundens „ego pera (propere Scal.) minas ovis in crumena hac huc in urbem detuli."

Paullo ante eaedem oves *apicae* dicuntur, § 3: „ventrem

1) Suspitio mihi subnata *urru* esse *ὄρρος*, *frit φορυτός*, non nimis sordidum pro rusticis. Lege Varronem.

Digitized by Google

quoque ut habeat pilosum; *itaque* quae id non habent maiores nostri *apicas* appellabant". In promptu est *apilas*, cf. *depilis*, sed cum verba Varronis a Paulo D. p. 25. 10 M. repetantur et Plinius N. H. VIII § 198 vocabulum usurpet, temerarium duco quidquam affirmare, sed Varro aut ad *pilus* aut ad θρίξ vocabulum retulit, ut ex *itaque* apparet, quare licet suspicari antiquum mendum esse a Festo et Plinio propagatum.

nefrens II. 4. 17, nefrendes porci „ab eo quod nondum fabam frendere possunt."

exparta vacca II. 5. 7, quae parere desiit.

peculia videtur V. III. 1. 7 primitivo significatu pro gregibus posuisse: „quae (agri cultura et pastorum ars olim ab eisdem simul excultae) postea⟨quam⟩ creverunt, *peculia* diviserunt", i. e. discreverunt, etsi libri *pecunia* habent a Iucundo correctum. Keil. in minore editione *pecunia* restituit, cuius ratio me fugit.

Quaedam vocabula utrum archaica dicas an rustica incertum, veluti: *confracesco*, quod certa correctione restituit Scaligerus I. 13. 4, cf. 55. 5 i. q. macerari (gisten); *caldor* I. 41. 1, 55. 6; *decōlare* I. 2. 8 = fallere, destituere, proprie de amphora quae per collum vinum transmittit, apud Plautum quoque per unam *l*; sed ap. Lucil. XXVII. 34 *colus* est coniectura; *deplantare*, de ipsa planta sive radice sumere, non avellere a ramis I. 40. 4; *defrŭtum* I. 60 et alibi, apud Plautum quoque; est partic. verbi *de-fervo: feruo, ferui, *ferutum frutum* (vulgo *ferbui* sine sup.); *eligere* evellere I. 47 uitwieden, herbas malas, translate ap. Cic. ut notum (superstitionem), eligere pēdes III. 9. 13; *gluma* a glubendo = folliculus grani I. 48. 2; *horda* vacca pro *forda*, antiquiore forma (= praegnas) II. 5. 6; vocabulum rusticum *forda* sine dubio fuit; Varro ipse „*fordicidia* a fordis bubus" L. L. VI. 15; *taura* vacca sterilis II. 5. 6; *inciens* gravida II. 2. 8, alii R. R. scriptores, Paulus D.: „propinqua partui", ad ἔγκυος referunt absurde Placidus cf. Goetz GE; *inlicium*, invitamentum, columbarum III. 7, 6, apium III. 16. 31, est idem vocabulum, quod in antiqua formula „inlicium vocare" Quirites (Varro L. L. VI. 95) servatum, ceteroquin in urbana lingua non mansit, servatum in rustica; *longurius* (*longorius*) palus ad saepta facienda et ad usum stabulorum I. 14. 2, II. 7. 10; primitivam significationem vocabuli *natio* monstrat Varro II. 6. 4 = id, quod nascitur,

Digitized by Google

fetus (in concreto); similiter fit in vocabulo *ostendere* I. 24. 1: „agrum — qui soli *ostentus* sit", obs-tentus, adversus; *„restibilis* ager" ut alia technica omitterem (I. 9. 6, 44. 2) nisi locum ex L. L. possem afferre V. 39 „ager restibilis qui restituitur ac reseritur quotannis — contra *novalis* ager" sed etymon improbandum; videtur esse a *resisto*: qui sufficit culturae annuae; *robustus* = ex ligno roboris" I. 38, „robustae fores" Horatius; Livius 38. 5 „stipites robusti", pro roboreus; *retrimenta* I. 64 id quod post tritionem superest, de olea, perpetuo confunditur cum *recrimenta*, cf. mea ad Lucanum VIII. 702, etiam de metallis (slakken); cf. Keil; *sugere* terram dicuntur perquam apte quaedam plantae I. 44. 3 pro exhaurire (uitputten), itemque *semen* I. 23. 6 = propages, tradux I. 8. 2 (*stek* nobis) sicut „serere arbores" vulgo.

Possent haec facile augeri et vix mihi tempero quin afferam alia, quae tam manifestam habent imaginem vetustatis [1]); apparere potest iam ex dictis qualis dialectus (*lingua*) rusticorum fuerit; pauca admodum quae alienam originem prodere videantur, paene incorrupta vetustas. Sed proprium colorem tamen orationi Varronis magis inferunt constructiones, quae a terso sermone abhorrent, ut *fortasse an* c. coni. pro *fortasse* c. ind.: „fortasse an tibi satis sit" III. 16. 10, frequens admodum etiam in L. L. (Spengel L. L.[2] p. LXVII, Keil p. 248), *quod* causale iunctum cum *enim*, item relativum: „quae enim requies" pro: haec enim r. (II. 4. 8 Keil p. 49), relativum membrum omisso „antecedente" („bonum consilium, qui consulit et qui consulitur, optimum habendum" III. 2. 1), frequenter praemisso relativo („vere sationes quae fiunt, terram proscindere oportet") cf. Keil p. 104, mutatio subiecti frequens, alia. Duram haec efficiunt elocutionem.

Praeterea Varro nihil habet quod vel speciem structae et numerosae orationis ostendat, ut potius periodi recte concludendae imperitus dici queat, nec ubi κατὰ κῶλον scribit, nexus melior est. Vide modo:

„Relicum est de scientia pastorali de qua est dicendum."

---

1) Veluti *ridica*, *rubrica*, *sirus*, *suggrunda*, *turunda*, *utensilis*, *velatura* (= vehelatura ut *lanistatura* in l. Iul. Munic. 123), *vervactum*, alia.

Digitized by Google

Ita pro: reliqua est de qua dicam scientia pastoralis; vitiosum duplex *de* et gerundivum. Pergit:

„quod Scrofa noster, cui haec aetas debet rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dicet."

Una in sententia ter pronomen relativum, semel more Varronis pro *quare* (II. 1. 11). Vel hoc II. 1. 6:

„(De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendunt poetae) qui ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis, Atreus quam sibi Thyesten subduxe queritur, ut in Colchide Aeetam, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae," rell.

in quibus primum „propter caritatem" et sub fin. „regio genere" eo loco sunt posita ut ridicula nascatur ambiguitas, porro *Atreus* contra mentem auctoris auream pellem habuisse dicitur; tum post relativam structuram redit ad accusativum qui a *tradiderunt* pendeat, re vera inextricabilis error, qui non tollitur scribendo „*ad* Aeetam".

Denique III. 5. 6, de turdis sermo est: „non ut advenae volucres pullos faciunt(?), in agro ciconiae, in tecto hirundines, sic aut hic aut illic turdi, qui cum sint nomine mares, re vera feminae quoque sunt; neque id non secutum ut esset in merulis, quae nomine feminino mares quoque sunt."

Vide hanc alienam sapientiam in ore Merulae, unius ex illis rusticis, quibus Varro quasi ornithona suum implevit, dum refert colloquium in villa publica, a se habitum (III. 2. 2): Merula, Pavone, Pica, Passere. Hic iam, dum totus est in turdis, sollicitus est de genere grammatico. Si vernaculus lepos spectatur aliquis, quoniam mares „ova parire" non solent, fatendum est eum interprete indigere, et id quod adhaeret: „neque id" sqq., inde mentem avocat, praesertim sic enuntiatum.

Selegi haec exempla, at non difficile fuit invenire, nam talibus abundant hi libri, compara modo II. 9. 2 „quare de canibus" rell., III. 5. 1 „igitur testudo" rell., id quod manum correctricem cohibere debet, unde dubito an temeraria sit emendatio in postremo loco „neque id multo *secus*" et *pariant* (pro *faciant*).

Non censeo quemquam qui rhetorum praecepta gustasset, sic scripturum fuisse et ne Antonium quidem illum, qui artem

Digitized by Google

dicendi contemneret, sic coram populo fuisse dicturum. Etiam priscum Catonem Censorium confer; quanto melius veluti in Q. Thermum ap. Gellium X. 3, p. 41 Iordan: „decem viros Bruttiani verberavere, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere: eane fieri bonis, bono genere gnatis" e. q. s.

Et tamen Cato tam fuit osor transmarinae sapientiae quam Varro ultra modum moris traditi tenax, ut utriusque idem filum orationis exspectes. Catonis flumen verborum tantum est, ut paene doleas Graeca lenocinia oratoria Hermagorae Romam illata esse, apud Varronem nihil simile, ut potius verba in luto haerere quam fluere dicas; nam comparari Catonis tanto vetustioris etiam ex consimili genere scriptionis verba possunt ex libris ad Filium p. 77 Iordan; nusquam videbis illam paene stagnantem elocutionem.

Unde igitur tantum interest? Hoc, opinor, est quod Cato et Antonius aetatem triverunt in coetibus et contionibus compellandis et regendis. Quemadmodum asperi lapides perpetuo attritu levigantur, sic multa disserendo oratio politur, verba recte coeunt. Cui propositum est ut in re magna auditoribus persuadeat, studebit perspicuus esse, eumque morem ne scribens quidem amittet. Hoc est quod duram et male structam orationem Varronis effecisse dicam. Si quid video in umbra cum Reatinis tribulibus suis confabulari aut studiis litterarum operam dare quam Romae in foro aut senatu eloquentia splendere maluit.

Interim ne videar virtutibus viri detrahere velle, non obliviscar illum rusticum et antiquum sermonem aptum fuisse argumentis quibusdam saturarum. Credimus facile ab intempestiva sapientia et contorta oratione eum plerumque in iis cavisse, sed non possumus de eo satis iudicare, propter brevitatem fragmentorum.

II.

In Varronis libris extare quae tempus quo „Nondum Musarum scopulos quisquam superasset Nec dicti studiosus erat" in

Digitized by Google

memoriam revocent, et id inde factum esse quod Varro dicendo in contione orationem rudem non polivisset unice libris heluatus, supra significabam; confirmatur id Ciceronis testimonio Ep. Fam. IX. 1, quo docet Varronem in rebus turbulentissimis civitatis consuetudinem cum libris suis numquam intermisisse: „ignoscunt mihi, inquit, (libri), revocant in consuetudinem pristinam, teque (Varro) quod in ea permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse." Haec scripta sunt eo anno (52) quo Cicero impendentem sibi tempestatem cavere studebat; Varro sane meliorem opportunitatem habebat litteras colendi, sed tamen non expers erat turbarum, quae tunc per triumviros civitatem agitabant. Constat e R. R. I. 2. 10 Varronem tunc fuisse XXvirum agro Campano dividundo: „alterum collegam tuum „(Varronis) vigintivirum qui fuit ad agros dividendos Campanos", cf. Plin. N. H. VII. 176 „Varro quoque auctor est vigintiviro se agros dividente Capuae", rell. Familiaris Pompeii, in cuius gratiam olim „commentarium isagogicum" de senatu habendo scripserat (Gell. XIV. 7) et cuius legatus fuerat, Caesari quoque acceptus legem de agro Campano dividundo ferenti huic sine dubio munus XXviri debebat. Cicero qui Caesari idem sibi offerenti recusaverat (ad Att. IX. 2a) manifesto magnam spem ponit in Varronis amicitia. „Multa, inquit, per Varronem nostrum agi possunt" Att. II. 22. 4 (a. 59). Varronis eodem tempore erga se officium memorat, ib. 25. 1, ab Attico petit ut magis etiam Varroni se commendet memorato suo honorifico de Varrone dicto, Ib., et probabile est Caesari quoque praeterquam Pompeio acceptum fuisse Varronem, eo quod decem annis post, cum bellum civile iamiam erupturum videbatur, amicissime de Caesare loquebatur Caes. b. Civ. II. 17, eodem tempore quo legationem Hispaniensem a Pompeio tenebat. Librum Τρικάρανον Varro ad triumviros irridendos scripsit; Appianus Civ. II. 9 illum ad priorum triumvirum tempora refert, quod si recte facit, brevi gratia restituta est. Apparet Varronem etsi nihil erat ei, ut erat Ciceroni, cur sibi timeret, tamen satis fuisse negotiis districtum et nihilo minus studiis vacasse. Omnino erat doctior quam aptior reip. gerundae.

Varronem magis placuisse Ciceroni quam contra Arpinatem Reatino efficitur ex prioris epistolis. Quo tempore Clodii inimici-

Digitized by Google

tiae Ciceroni interitum minabantur anno 695/59, Cicero ad Att. II. 20. 1 „Varro, inquit, satis facit nobis", non magnum sane, eademque verba sequente epistola repetuntur. Hic frigidum Varronem, nil ultra debitum facientem, aut Ciceronem ultra debitum postulantem dicere licet. Sed alia accedunt. Ibidem 25. 1 „cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium (ad Atticum scribit), volam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summae tibi voluptati esse" — o veterator Attice, quam lepide illum molestum monitorem arcere studuisti, frustra nam: — „sed ego mallem ad illum scripsisses mihi illum *satis facere*, non quo faceret, sed ut faceret". — Itaque iudice Cicerone re vera non satis faciebat sed indigebat hortatore; mira astutiae et amabilis candoris permixtio. Pergit iocando in Varronis tergiversationem ambiguo vocabulo: „mirabiliter *moratus* est sicut nosti, ἐλικτὰ καὶ οὐδέν", in Euripide e quo (Androm. 448) haec sumta, ὑγιὲς additur, sed consulto omissum, quasi: multa promovet, nihil assequitur.

Cui opponitur Hortensius: „quam plena manu, quam ingenue(!), quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci praetura et de illo tempore Allobrogum diceret!" Nunc tenemus Hortensius cur gratus sit, frigeat Varro. Ardua res erat tunc Ciceroni satisfacere, tamen alio quoque tempore tarditatem Varronis aliquam deprehendimus. Magnifice promiserat Varro de libris suis V et sequentibus de L. L. Ciceroni inscribendis. Quid lentus promissor? Ad Att. XIII. 12 „ille Καλλιππίδης — cursor — assiduo cursu — biennio — cubitum nullum" processit, cum interim Cicero libro quem remunerando Varroni destinarat perfecto, amicum praevertit, ad Fam. IX. 8. Sane duorum annorum dilatio magna erat Varroni, qui octonos fere libros quotannis conscriberet. Varro ipse in Hebdomadibus apud Gellium III. 10 narrat „se quoque iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse" (i. e. amplius 77 annos natum) „et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse". Ab anno fere 17 usque ad 77 efficiuntur 60 anni aetatis, quibus libros composuit 420, quod ne cui incredibile videatur, teneat non de operibus totis agi, ut e. g. satirae quot essent tot libri numerarentur. Copiose de hoc Ritschl., Op. III. 485.

Cicero cur fatali sibi anno tantam spem in Varrone posuerit

Digitized by Google

facile apparet; cum Tullius se inimicitiis implicaret, Varro principibus gratus erat, dignitate fortasse aliquando Cicerone minor, nam consul numquam fuit, praetorius tamen si fides Appiano Civ. IV. 47, qui proscriptionis attrocitatem exponens Varronem huic succubuisse narrat tam nobilem virum: (Οὐάρρων) ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκώς; Themistius p. 453 Ddf. Βάρων τὴν ἐξαπέλεκυν ἦρχεν ἀρχήν, testimonia non satis diserta, quod legatus in bello piratico „sexfascalem" honorem habuerat; App. Mithr. 94 (τοῖς πρεσβευταῖς ἐν τῷ κατὰ λῃστῶν πολέμῳ ὁ Πομπήϊος ἐδίδου — στρατηγίας σημεῖα περικεῖσθαι. Sic quaestorem habere poterat Septimium L. L. VII. 109.

At certe tribunus fuerat; ipse apud Gell. XIII. 12. 6: „ego triumvirum, vocatus a Porcio tribuno plebis, non ivi, auctoribus principibus, et vetus ius tenui" (secundum quod tribuni prensionem habebant, non vocationem). „Item tribunus cum essem, vocari neminem iussi". In quibus quin triumviratus significetur aut capitalis, aut monetalis dubium non videtur, quoniam de ordinario magistratu sermo est. Vigintiviratu (quo pertinent IIIviri memorati) fungebantur iuvenes fere, ante quaesturam. Quod cum ita sit et Varro sit natus a. 116, tribunus Porcius qui memoratur, nec C. Porcius Cato, qui causae Alexandrinae a. 56 secundum Ciceronem Fam. lib. I implicatus fuit, vir admodum turbulentus, nec L. Porcius Cato, qui ipso anno 100 a. C. Saturnino restitit esse potest, sed huius frater M. Porcius M. f. M. n. Cato, pater Uticensis. „Is M. Cato tribunus plebis fuit et praeturam petens mortem obiit" Gellius XIII. 20. 14; familiaris erat Sullae (Plut. Cato M. 1). Varro secundum morem vulgarem ante a. 30, quaestoriam aetatem, i. e. ante a. 86 triumviratu functus, eo anno quaestor, non multo post tribunus fuit. Quaestura praecedebat tribunatum. Quos significet *principes viros* Varro inutilis divinatio est.

Honoris locum quem Cicero in Academicis edendis Catulo et Lucullo assignaverat, in altera editione Varroni dedit. Simile quid in libris Rerum Rusticarum factum. In prooemio libri primi Varro „plus oti si (libri *potius*) essem consecutus, Fundania, commodius tibi haec scriberem, quae nunc ut potero exponam — annus enim octogesimus admonet me ut sarcinas

Digitized by Google

colligam" et paulo post § 4: „quocirca scribam tibi tres libros indices ad quos revertare, si qua in re quaeres" rell. (iungenda: *indices ad q. r.* = quos identidem consulere debeas, cf. § 3 „ad sibyllae libros *redire*"; fontes saepe indicat Varro, vide modo § 8). Sed in praef. libri II § 6 „e quis (eis quae ad rem rusticam pertinent) quoniam de agricultura librum Fundaniae uxori propter eius fundum feci, tibi, Niger Turrani noster qui vehementer delectaris pecore de re pecuaria breviter percurram." Tertium de villatica pastione librum Pinnio cuidam mittit. In quibus primum attendendum est opus totum quo tempore Fundaniam alloquatur non esse perfectum, ut apparet e futuris *ut potero* et *scribam tibi tres libros*. Dedit igitur Fundaniae unum librum. Secundum suspicor prius perfectum quam praefationem huic praemissam, quae fine caret et fortasse conscripta est ut succederet antiquiori prooemio; quod extremis praefatio truncata est manifesto factum est eo quod per se volumen explebat aut terminabat. Sine gravi causa autem Varro non fecisset, quod improbi parentes, qui ut quomodocunque sine suo dispendio liberos incitent, promittunt, quae non daturi sunt. An credemus libros librorum indices aemulos suos in amore mariti odisse Fundaniam et accipere noluisse? At talia dona honorifica et gratiosa non recusantur. Nisi Varronem inhumanitatis et feritatis incusare velimus statuendum erit Fundaniam post primum librum scriptum et traditum decessisse aut certe more illa aetate Romanis recepto in alius mariti penates migrasse. Fundania erat multis annis minor quam coniunx; non tantum compellatur ab eo tanquam marito certo superfutura (I, prooem.), sed pater eius Fundanius familiaris erat Varronis et partibus loquendi fungitur in libro primo 2. 3 „offendi (Varro) ibi Fundanium socerum meum", cf. I. 2. 27.

Quae interierunt in fine praefationis non ita pauca sunt. Nam primum quidem quoniam colloquium, de quo refertur, multo ante habitum erat quam descriptum, erat dicendum de opportunitate eius. Videatur II. 2. 2 „Atticus qui tunc Titus Pomponius, nunc Quintus Caecilius, cognomine eodem". Atticus testamento Q. Caecilii adoptatus est a° 696/58, ut apparet ex Cic. ad Att. III. 20 coll. Corn. Nepote vit. Att. 5. Conscriptum autem colloquium est, ut vidimus, a Varrone octogenario a. 36. Porro

Digitized by Google

qui loquentes inducuntur lectori erant tradendi, nec poterat tam abrupte narratio incipere: „cum Menates discessisset, Cossinius mihi". Quis ille Menates? et quorsum? De Cossinio certe in sequentibus audimus, Menates longo post intervallo semel rursus emergit, ut statim rursus non appareat. Operae pretium est de tempore et personis quae possumus conquirere.

Praeter Menatem (de cuius nomine per inscriptionem et libros II. 1. 1, 8. 1, 11. 12 satis constat, alius est *Menas*, *-ae*, cf. Hor. Eptl. I. 7. 50, 60 et al., Ritschl Opusc. III, 474), et Varronem ipsum dialogi personae sunt Cossinius, Murrius Reatinus II. 1. 1, Cn. Tremellius Scrofa, T. Pomponius Atticus, Q. Lucianus senator, Vaccius. Noti ex his Scrofa, ipse praetorius et cuius avus item a° 611/143 quaestor fuit (cf. 4. 1) et Atticus; Cossinius, Murrius, Vaccius agricolae et pastores. Omnes praeter Scrofam Epirotae iocose vocantur, non quo in Epiro vivant, — Murrius diserte Reatinus dicitur — sed quod pascua ibi habent. Atticus in Epiro villam habebat cuius amoenitatem Cicero de Legg. II. 3. 7 celebrat, eamque Tullius sine dubio cogitat cum in exilio in Epiro sibi perfugium esse ad Atticum scribens significat. „Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere" a. 686/78 scribit Attico ad Att. I. 5. 7 de fundo villave ibi nuper acquisita. Quae si fuit solum vel primum in ea regione eius praedium, quod credere par est donec contrarium probetur, post annum 68 et ante 58 dialogus, qui hic describitur, reapse habitus est aut factus esse fingitur. Arctius etiam definiri potest annus eo quod Varro narrat II, praef. 6 se materiam scribendi hausisse ex sermonibus quos „piratico bello" habuisset, anno nimirum 688/66: „de re pecuaria breviter ac summatim percurram ex sermonibus nostris collatis cum iis qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem". Levi in re haec pugnant cum accuratissima expositione Appiani Mithr. 95, qui imperium Varronis Σικελίαν καὶ τὸν Ἰόνιον extendit tantummodo μέχρι Ἀκαρνανίας, mare Aegaeum Lucio Lollio tribuit; fortasse in persequendis piratis classes maris Ionii et Aegaei subinde communi opera egerunt. Sed hoc quidquid est, suspicari licet viros quibuscum sermonem contulisset, fuisse equites Romanos qui agros vel pascua ibi possiderent et latronum invasionibus in-

Digitized by Google

festarentur. Huius igitur sermonis memor Varro, quae tunc disputata erant nunc sub colloquii forma persequitur, habiti Romae inter dominos pascuorum vel fundorum Epiroticorum, nam de Attico quidem hoc traditum, de reliquis „Epirotis", de quibus nihil constat, idem statuendum. Quamquam scrupulum quendam inicit quod auctor iocose „semigraecos pastores" compellat II. 1. 2; sed irridet eos quod frequenter Epirum et greges visitando aliquid pastoricii — quod genus minus etiam excultum est quam agricolae — contraxissent, quo pertinet quod eosdem „Epiroticos pecuariae *athletas*" appellat, ut vere emendavit Keil (libri *pecuariathietae*). Non curat Atticus his Epirotis se adscribi et statim respondet ad nomen ubi Epirotae compellantur II. 2. 1. Varronem non Epiroticis annumerari, non tam constat ex II. 5. 1, ubi Lucianus intrans „Synepirotae, inquit, χαίρετε et Varronem „nostrum, inquit, ποιμένα λαῶν, Scrofam enim mane salutavi" (ubi potius post λαῶν supplendum *salvere iubeo* quam Keilio adstipulandum, verba sic invertenti: „χαίρετε, Scrofam enim „et Varronem nostrum [inquit] π. λ. mane salutavi") — magis igitur id efficitur ex II. 1. 2, II. 2. 1 ubi Scrofa et Varro Epirotis opponuntur. Ex reliquis, Epirotis omnibus „historicae personae" sunt praeter Atticum Cossinius, qui generum habet C. Lucilium Hirrum, cuius nobiles pecuariae in Bruttiis habentur II. 1. 2 et Q. Lucianus Senator II. 5. 1, obscuri restant Murrius et Vaccius II. 5. 2. De Cn. Tremellio Scrofa „viro omnibus virtutibus polito qui de (sic) agricultura Romanus peritissimus existimatur" praeter librum II (v. s.) cf. etiam I. 2. 10. Et est re vera valde doctus, ubique divisione et conspectu materiae viam indicans qua disputatio procedat, quod eam vim habet, ut genera pecoris et eorum qui pecus curant in tres triadas dividat, deinde de singulis novem capita observanda moneat, quo fiat, ut de locis 81 sit agendum. Quale trichotomiae exemplum patrum memoria vel peritissimos oratores sacros obstupefecisset. Fatendum tamen non ubique eam patere nec obtrudi. Scrofa est etiam inter auctores Columellae. Dialogus inter Romanos (sive non-Ep.) et Epirotas partitur sic ut prius dicant Romani, Varro et Scrofa, deinde, inde a c. 2, sermonem excipiant soli Epirotae praeter Scrofam, qui inter hos quoque c. 4 caput de sue pertractat.

Digitized by Google

Initio dialogi Maenates, incertum quo et cur, discedit; ab eo, magna parte dialogi perfecta venit libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem divinam paratam, si vellent „venirent et ipsi pro se sacrificarentur" c. 8. In fine colloquii „Vituli libertus in urbem veniens ex hortis devertitur ad nos et Ego ad te missus, inquit, ibam domum (int. tuam), ne diem festum faceres breviorem et mature venires." Varro dicitur ποιμὴν λαῶν 5. 1, isque „non patitur" omnes abire 8. 1. Ad eius domum properatur 11. 12. Venerant omnes ad „constitutum" 5. 1. Ex his omnibus effici hoc potest: Varro festo quodam die, e. g. Cereris aut Feriis sementivis cum amicis constituerat Romae in templum convenire et commune donum Deae Deove offerre. Omnibus congregatis amandatur Maenates (aedituus?) ut sacrificium paret.

Haec in exordio scripta erant et fortasse alia quae ad statum civitatis (vel factum memorabile) pertinerent, quemadmodum in Ciceronis libris de Oratore; neque enim facere Varro potuit quin declararet lectoribus, quid se movisset ut dialogum triginta ante annis habitum fingeret quam conscriberetur. In libro quoque primo et tertio a recenti re initium capit ab Italia picta et exposita in pariete aedis Telluris et a comitiis aediliciis. Neque in clara et ad vivum expressa descriptione Varro tanto inferior est Cicerone, quam Cicero Platone. Sic quoque ad veritatem narrationis confert quod bis colloquium abrumpitur, primum a liberto Maenatis, qui parata ad sacrificium liba nuntiat, deinde adventu Q. Luciani, qui ex itinere redux Murrium comitem secum abducit, ut asses solvat Laribus, Vialibus sine dubio, II. 5. 1 „tu vero Murri, veni mi advocatus, dum asses solvo Laribus" (ut recte pro *palibus* restitutum est, nam Lares accipiunt saepius assem, Nonius 5. 31. 11), denique quod in fine Vituli sive Pomponii Vituli (II. 1. 10) libertus invitatione sua conventum dirimit (v. s.), unde nunc primum discimus (sed noverant sine dubio lectores ex lacero nunc prooemio) convivium festum in hortis Vituli Varroni et Scrofae paratum esse. Hoc quoque, quod non domi apud Varronem sermo fiebat, nam libertus casu offendit Varronem antequam in domum eius pervenit.

Digitized by Google

DE VARIIS LECTIONIBUS A RUTHERFORDIO E SCHOLIIS ARISTOPHANEIS ERUTIS.

SCRIPSIT

J. VAN IJZEREN.

(*Continuatur ex pag.* 200).

IV.

Ecce quartum suspicionum genus me quidem iudice minime probabilium. Interdum enim lectio quam *μηχαναῖς ταῖς Σισύφου* e scholiastarum verbis protraxit editor celeberrimus ne ipsi quidem scholio, unde eam effinxit, apta est. Exempla recensebo.

Schol. Nubb. 745. In fabula sic loquitur Socrates:

ἔχ' ἀτρέμα· κἢν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
ἀφεὶς ἄπελθε, κἄτα τῇ γνώμῃ [1]) *πάλιν*
κίνησον αὖθις αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.

Scholiastam qui scripsit haec: *ἔασον τὸ ἀπορούμενον, ἔπειτα πάλιν ἀνασκοπεῖν καὶ οἷον ἀνοίγειν ἀποπειρῶ. τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν ἐστι τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν*, pro *ζυγώθρισον* legisse *κἀναζύγωσον* contenderunt Valckenaer (ad Adoniaz. vs. 33, p. 335) et Brunck, vereor ut recte, nam tutius scholion corruptum esse statuemus, quam metrum hoc modo in antiquo aliquo codice fuisse pessumdatum [2]). Minus tamen accurate scholii verbis convenit id quod scholiastam legisse putat Rutherford: *κἄτ' ἀναζύγου*. Idem —

1) Sic Reiske; *τὴν γνώμην* codices.

2) Lenissima mutatione pro *τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν* legendum esse *καὶ γ. ἀ.* censet v. cl. van Leeuwen; cui libenter assentior.

Digitized by Google

ut quidquid de hoc loco observat in unum colligam — nimio usus esse mihi videtur mentis acumine cum ad verba scholii quae sequuntur *ἀντὶ τοῦ καὶ δεύτερον ἐπίστησον περὶ τῶν αὐτῶν καὶ τρίτον* annotaret: „This note perhaps implies still another variant *καὶ ζύγου τρίτον* or the like." Quae lectio quid significare posset? Scholiastae autem explicationem sic interpretor: „iterum iterumque easdem res mente tua revolve". Neque melius denique, ut censeo, e scholio *ζυγώθρισον*] *ἀντὶ τοῦ ἴσωσον* alios *ζυγοστάτησον* legisse effecit; ego certe quid eum hic moverit nescio, neque verbum *ζυγοστατεῖν* apud Atticos scriptores alibi obvium esse puto.

Schol. Nubb. 1195. In textu Phidippides narrat qua de causa *ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς προσέθηκε τὴν ἔννη*:

ἵν', ὦ μέλε,
παρόντες οἱ Φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
πρότερον ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες· εἰ δὲ μή,
ἔωθεν ὑπανιῷντο τῇ νουμηνίᾳ.

Ad vocabula *ὑπανιῷντο τῇ νουμηνίᾳ* v. cl. van Leeuwen annotat: „verba optimo iure in suspicionem vocarunt Naber (*ἀπολύοιντο* scribens) et Blaydes; *ὑπομανιῶν τὴν νουμηνίαν* R". Ravennatis scholion autem est: *μετὰ βίας ἀπαιτοῖντο, μαστίζοιντο*; ad quae Rutherford: „It is not unlikely that these are adscripts to a variant or to variants of *ὑπανιῷντο*. Neither of them is at all appropriate to the gloss." Recte hactenus, ut opinor; sed mire mihi quidem displicent ea quae sequuntur: „*ὑπανιμῷντο* might explain *μαστίζοιντο* and perhaps *μετὰ βίας ἀπαιτοῖντο* as well. In the first note *ἰμᾶν* would be taken in its ordinary sense, in the second as = *ἰμάσσειν*". Primum enim, quodnam est verbum *ὑπανιμᾶν*? Deinde, quo iure hoc pro *ἰμάσσειν* usurpatum esse putare potuit scholiasta?

Schol. Pac. 365. In scena Mercurio exclamanti: „actum est de te", Trygaeus reponit:

οὐκοῦν ἦν λάχω,
Ἑρμῆς γὰρ ὢν κλήρῳ ποιήσεις· οἶδ' ὅτι.

Sic codices. Ad scholion *οἶδα γὰρ ὅτι ὡς Ἑρμῆς ὢν ποιήσεις με κληρῶσαι*, haec est Rutherfordii annotatio: „There may have

Digitized by Google

been a variant κληροῦν for κλήρῳ"; cui ego non magis credo quam v. cl. van Herwerden. Cur enim praesens κληροῦν per aoristum κληρῶσαι explicasset scholiasta? Nonne veri est similius eum ante oculos habuisse id quod e coniectura restituit recentissimus fabulae editor: κλῆρον ποιήσεις?

Schol. Pac. 482. In variis vocabulorum γλισχρότατα σαρκάζοντες explicationibus hanc quoque legimus: ἤτοι ἐξισχνούμενοι καὶ ἠτονηκότες; quod scholion melius fortasse referetur ad versum qui sequitur:

ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες.

Utut est, prorsus me latet cur interpretem σαρκίζοντες legisse suspicetur Rutherford; σαρκίζειν enim sec. Polluc. II 233 est τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν; quae explicatio minime cum scholii verbis congruit.

Schol. Avv. 498. In ipsa fabula Pithetaerus longa narratione exponit quomodo pallium sibi eripuerit λωποδύτης τις; sic autem finem facit:

κἀγὼ πίπτω, μέλλω τε βοᾶν· ὁ δ' ἀπέβλισε θοἰμάτιόν μου.

Ad ἀπέβλισε et alia annotantur et haec: ἀπὸ τῶν γάλα ἀμελγόντων. Errat scholiasta, nam haud dubie vera est ea quae praecedit explicatio: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κηρίων: verbum enim βλίττειν ortum est, ut videtur, ex μελίττειν. Collato tamen Hesychio ἀπέβλισεν] ἀπεπίασεν apparet omnino iniuria Rutherfordium annotasse: „It is evident that a variant ἀπέβλυσε is here implied". Verbum autem ἀποβλύζειν significat „emittere aquam, evomere", potius quam „exprimere".

Schol. Lysistr. 539. Poetae verba sic sunt tradita:

αἴρεσθ', ὦ γυναῖκες, ἀπὸ τῶν καλπίδων, ὅπως ἂν
ἐν τῷ μέρει χἠμεῖς τι ταῖς Φίλαισι συλλάβωμεν.

Rectissime hic Brunckius e scholio ἀναχωρήσατε ἀπὸ τῶν καλπίδων restituit veram lectionem ἀπαίρετ' pro αἴρεσθ', coll. Hesych. ἀπαίρει] ἀναχωρεῖ; multo improbabilius Rutherford: „The ἀναχωρῆσαι has been taken to imply a variant ἀπάρατ' ὦ"; quod verbum ἀναχωρῆσαι desumptum est ex eo scholio quod solum in Ravennate traditum est: παρακελεύονται γὰρ

Digitized by Google

ἀλλήλαις αἱ ὑδροφόροι ⟨ἀπὸ add. Blaydes⟩ τῶν καλπίδων ἀναχωρῆσαι ὅπως ἐν τῷ μέρει ὀρχήσωνται; nam annotatio quam supra citavi in illo codice deest.

Schol. Ran. 498. Xanthiae Baccho sarcinas tradentis et se ipsum dei veste induentis haec apud poetam sunt verba:

φέρε δὴ ταχέως αὔτ'· οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.

Scholion est: οὐδαμῶς, φησίν, ὀφείλεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ διδόναι, ἵνα σοι πιστεύσω ὅτι ἀληθῶς ἐπαγγέλλῃ μοι αὐτὰ διδόναι, i. e. „non ego verba pro factis accipiam, inquit, sed revera tuam mihi dare debes vestem, ut fidem habere possim iis quae promisisti". Inepta profecto explicatio! Videtur enim interpres πειστέον accepisse quasi a verbo πείθειν deductum, non a πείθεσθαι; nihil autem quam lectioni traditae haec explicatio aptior est ei lectioni quam excogitavit Rutherford: οὐ γὰρ ἄλλῃ πειστέον", i. e. „aliter tibi parere non debeo".

V.

Hic quoque facilis mihi transitus: nunc enim tales tractare locos in animo est, ubi nullam habemus causam ob quam Rutherfordio obsequamur, cum aut scholiasta meras nugas dedisse censendus sit, aut scholion sit corruptum. Quales loci hi sunt:

Schol. Acharn. 431. Ad versum

τούτου δός, ἀντιβολῶ σε, μοι τὰ σπάργανα

in Ravennate haec annotantur: τὰ ἱμάτια, κυρίως δὲ τὰ ῥάκη· ὡς ἐπὶ βιβλίων τινῶν ἢ ῥακῶν. Ultima verba valde sunt confusa, neque haec sic edere licet, ut edidit Rutherford: σπάργανα] τὰ ἱμάτια· κυρίως δὲ τὰ ῥάκη || · σπάρτινα (?)] ὡς ἐπὶ βιβλίων τινῶν || σπάργανα] ῥάκη.

Schol. Acharn. 629: ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ παραβάσει οὕπω εἶπεν. Nonne facile est ad intellegendum Ravennatis lectionem εἶπον ex εἶπεν corruptam esse? Sic necessarium non est cum Rutherfordio statuere scholiastam legisse:

Digitized by Google

ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
οὔπω παρέβην (pro παρέβη) πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς
[δεξιός ἐστιν,

quae lectio insulsissima.

Schol. Acharn. 669. Musam suam, ἔντονον Ἀχαρνικήν, invocat chorus, ut veniat:

οἷον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων φέψαλος ἀνήλατ' ἐρεθιζόμενος
οὐρίᾳ ῥιπίδι.

Quid significet ῥιπίς nisi aliunde satis esset cognitum, docere nos posset scholiasta ad hunc locum, qui: „τὸ πρὸς κίνησιν πνευμάτων ἐπιτήδειον, ὃ ἡμεῖς ῥιπίδιον καλοῦμεν." Alterius tamen interpretis haec sunt verba: τῇ τοῦ ἀνέμου Φορᾷ; ad quae Rutherford: „This is either a mistake" — quod probandum censeo — „or a note on some variant, perhaps ῥιπῇ" — quod delendum.

Schol. Nubb. 1038. Ad adiectivum ἥττων in versu:

ἐγὼ γὰρ ἥττων μὲν λόγος δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐκλήθην,

annotatum legimus in Ravennate ἥττων λόγος ἀντὶ τοῦ ἄδικος ἢ ποιῶ αὐτοὺς ἡττηθῆναι [1]). Tales qui fundere nugas potuit quales is qui alteram scripsit huius scholii partem, eum non necessarium est ἡττῶν pro ἥττων ante oculos habuisse, ut putat Rutherford.

Schol. Vesp. 757. In versibus

σπεῦδ' ὦ ψυχή· ποῦ μοι ψυχή;
πάρες, ὦ σκιερά,

qui quin corrupti ad nos pervenerint dubitari non potest [2]), vocabulum σκιερά explicatur per ἀντὶ τοῦ ὡς ἀσθενής. Temere autem Rutherfordius suspicatur interpretem legisse ὡς κηρίνα, satis magna cum fiducia addens: „There can be no doubt of this variant for ὦ σκιερά". Cur? Fieri potuit ut in scholiastae

1) Omisso lemmate Venetus pro ἢ ποιῶ habet καὶ ποιῶν.

2) Miror haec tacite praeterita esse a recentissimo fabulae editore Starkio; equidem meam facio annotationem v. cl. van Leeuwen: »In Philocleonis ore quid significet imperativus πάρες non capio, versus autem 758 sq. nullum idoneum sensum praebent, quantum video Quapropter vix dubito quin corruptus sit locus."

Digitized by Google

exemplari scriptum esset *ὡς σκιερά*, sed veri mihi quidem similius videtur delenda esse vocabula *ἀντὶ τοῦ*, ita ut legamus: *σκιερά*] *ὡς ἀσθενής*, i. e.: „*σκιερά* — quoniam animus tenuis est" [1]).

Schol. Pac. 527. Scholii ad verba *γυλίου στρατιωτικοῦ* pars haec est: *ἔστι δὲ καὶ ζῷον, οὗ μέμνηται Σώφρων, ὁ καλούμενος ὑπό τινων χοιρογρύλλιος*. Rutherfordii autem haec est sententia: „The animal was no doubt *γρύλλιος*, not *γύλιος*, but there may have been a variant here *γρυλλίου* for *καὶ γυλίου*, in which case the words from *ἔστι* would be a separate note"; Herwerdeni: „quidni potius *καὶ γρυλίου*?" Utraque sententia mihi reicienda videtur; nam mihi quidem minime constat de animalis istius vero nomine, si quidem alibi quoque invenitur nomen *γύλιος*, cf. Sophr. fragm. *73 (Kaibel Fr. Com. I, 1 p. 167). Praeterea, nonne veri esset similius ipsum commentatorem ambo nomina confudisse, quam eum usum esse exemplari tam foede corrupto?

Schol. Pac. 939. Versus est:

ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ χἠ τύχη κατορθοῖ [2])
χωρεῖ κατὰ νοῦν.

Haud dubie corruptum est scholion *τινὲς οὕτως· ὁπόσα ἂν θελήσωσιν οἱ θεοὶ* ‹*τε* inser. Ruth.› *χἠ τύχη κατορθοῖ*, unde quo iure Rutherfordius effecerit alios olim legisse *θεὸς θέλῃσι χἠ κτέ.*, ipse viderit.

Schol. Avv. 218. *ἀντιψάλλων*] *ἀνακρούων*. Mallem Rutherfordius omisisset priorem partem annotationis: „This may be a note on a reading *ἀναψάλλων*, or *ἀνακρούων* may be a corruption of *ἀντικρούων*".

Schol. Avv. 715. Ad anapaestorum:

εἶτα χελιδών,
ὅτε χρὴ χλαῖναν πωλεῖν ἤδη καὶ λῃδάριόν τι πρίασθαι,

1) Praestat etiam fortasse eam recipere lectionem, quam nulla adnotatione addita quasi in Ravennate tradítam edidit Dübner: *ἀντὶ τοῦ ὦ ἀσθενής*.

2) Hoc corruptum; vide apud van Herwerden.

Digitized by Google

verbum ultimum annotata sunt haec: *ἐν συστολῇ εἶπε τὸ πρίασθαι.* Rutherfordius autem, intempestive memor Suidae glossae *πρίεται*] *σχίζεται*, scholiastam legisse censet *πρίεσθαι* „to be torn"; *πρίω* tamen significat *serrare*, deinde *lignum findere*, non *scindere*, idemque sibi vult Suidae annotatio. Scholion autem ortum videtur ex errore hominis, qui aut notatu dignum putabat id quod nemo nescit, verbi *πρίασθαι* litteram iota brevem esse, aut eiusdem verbi litteram alpha non ex contractione esse ortam.

Schol. Avv. 1191. Ad verba

ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
ἀέρα περινέφελον, ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο,

in Ravennate annotatum est: *τὴν ἀορασίαν, τὸ σκότος.* Neque haec integra ad nos pervenerunt; ego certe vix mihi persuadere possum quemquam tam fuisse ineptum ut duo hic interpretationis causa adscriberet substantiva, quae etiam quonam essent referenda dubitari posset: olim haec ad *ἀέρα περινέφελον* adscripta edebantur, sed glossam *τὸ σκότος* vocabulum *Ἔρεβος* respicere manifestum est; idem de verbis *τὴν ἀορασίαν* censet Rutherford, simul sic variam lectionem eruens *ὃς Ἔρεβος* pro *ὃν Ἔρεβος*; qua nihil vidi ineptius. Tutius profecto statues partem tantum scholii servatam esse.

Schol. Avv. 1355. Veterem ciconiarum hanc poeta citat legem:

ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων,
δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Schol.: *δι' ὃ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ποτάμιον ἵππον, δηλοῦντες ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. οἱ γὰρ πελαργοὶ, δικαιοπραγεῖς ὄντες, ἐπὶ πτερῶν βαστάζουσι τοὺς πατέρας γεγηρακότας, οἱ δὲ ἱπποπόταμοι ζῷον ἀδικώτατον.* — Merae nugae! Neque scholiasta in versu 1357 pro *τρέφειν* legit *φέρειν*, ut Rutherfordius suspicatus est; quae lectio omnino vitiosa esset post praecedens *πάλιν*.

Schol. Avv. 1493. Ad *τἀπιδέξια* in Ravennate annotantur

Digitized by Google

haec: *οἷον τὰ δεξιὰ τῆς ὄψεως· ἐπλήττοντο γὰρ οἱ συντυγχάνοντες αὐτῷ ἢ τἀπιδέξια ὀφθαλμοὺς κεφαλῆς· ἅμα δὲ ἐπεὶ οἱ ἐντυγχάνοντες νυκτὸς ἥρωσι διέστρεφον τὰς ὄψεις* et: *τἀπιδέξια*] *ὀφθαλμοὺς καὶ κεφαλήν*. Donec certa manu emendatrice hic scholiastae verba restituta sint, non licebit cum Rutherfordio suspicari that „some variant may be implied".

Schol. Lysistr. 191. Ad versum:

εἰ λευκόν ποθεν
ἵππον λαβοῦσαι τόμιον ἐντεμοίμεθα,

haec nugatur scholiasta: *πρὸς τὸ αἰδοῖον παίζει τὸ λευκὸν ἵππον, λευκὸν μὲν ὅτι Φάλης τὸ αἰδοῖον λέγεται, Φάλιον δὲ τὸ λευκόν· ἵππον δὲ ἐπεὶ καὶ κέλης λέγεται. ἢ παίζει κατὰ τὸν τύπον τῶν Ἀμαζόνων· γυναῖκες γὰρ οὖσαι λευκοὺς ἵππους ἔθυον*. Quae sic interpretor: „ad pudendum alludunt vocabula *λευκὸν ἵππον*: vox *λευκὸς* ideo adhibita est quod idem significat atque *Φάλιος*, et *Φάλης* partem indicat pudendam; *ἵππος* autem usurpatum est quoniam eadem significatione *κέλης* in usu est, e. q. s." Quae interpretatio si vera est, iniuria Rutherford scholion sic edidit: *εἰ Φάλιόν ποθεν ἵππον κ.τ.λ.*] *πρὸς τὸ αἰδοῖον παίζει.* ‖ *Φάλιον ἵππον*] *ὅτι Φάλης τὸ αἰδοῖον λέγεται.* ‖ *Φάλιον*] ⟨*Φάλιον*⟩ *τὸ λευκόν.* ‖ *ἵππον*] *ἐπεὶ καὶ κέλης λέγεται* ⟨*τὸ αἰδοῖον*⟩, et deinde annotavit: „There can, I think, be no doubt that the true reading of the text is *εἰ Φάλιόν ποθεν*, the *λευκόν* beeing really an adscript which has replaced the true reading." Adiectivum tamen *Φάλιος* vereor ut defendi possit exemplis ex Attica dialecto desumptis.

Schol. Lysistr. 511. Scholion olim sic edebatur: *τὸ ἐξῆς, ἐγινώσκομεν ὑμᾶς κακῶς βουλευσαμένους*; in Ravennate autem pro *βουλευσαμένους* traditum est *βουλευσομένους*; cui vitiosae lectioni nimium tribuisse Rutherfordium apparet ex his eius verbis: „This annotator took the words from *καλῶς* to *ἠκούσαμεν* as parenthetical, and may have read *βουλευσομένους*", in his Lysistratae verbis:

καὶ πολλάκις ἔνδον ἂν οὖσαι
ἠκούσαμεν ἄν τι κακῶς ὑμᾶς βουλευσαμένους μέγα πρᾶγμα.

Schol. Lysistr. 660. Rectissime Dübnerus et Rutherfordius

Digitized by Google

scholion sic edunt: *κἀπιδώσειν μοι δοκεῖ*] *Ἀντὶ τοῦ προσθήκην σχήσειν* (D.) et *ἐπιδώσειν*] *προσθήκην σχήσειν* (R.). Minus recte tamen, ut censeo, hic, quoniam in R traditum est *σχήσει*, annotat: „The *σχήσει* may be right. The annotator's text may have had *ἐπιδώσει*". — Quam lectionem parum aptam esse in versu:

καὶ ἐπιδώσειν μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μᾶλλον,

non multis verbis opus est demonstrare ut coner.

Schol. Lysistr. 826. Versus

ἀλλ' ὅμως ἂν οὐκ ἴδοις
καίπερ οὖσης γραὸς ὄντ' αὐ-
τὸν κομήτην, ἀλλ' ἀπεψι-
λώμενον τῷ λύχνῳ,

longiore, ut videtur, olim illustrabantur annotatione, ex qua haec supersunt: *ὅτι ἀπεψιλωμένον φησί* — at ne haec quidem integra servavit codex Ravennas, nam pro *ἀπεψιλωμένον* habet *ἀπεψωμένον*. Unde statim nova suboritur Rutherfordio suspicio, qui scholion sic edit: *ἀπεψολωμένον*] *ὅτι ἀπεψ<ολ>ωμένον <τὸ ἀπεψιλωμένον> φησί*. Vix opus est dicere mihi quidem parum persuasisse virum doctissimum.

Schol. Lysistr. 1184. Versus sunt Lysistratae:

νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε,
ἕως ἂν αἱ γυναῖκες ὑμᾶς ἐν πόλει
ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν.

Parum prudenter Rutherford ad scholion *ἀντὶ τοῦ ὧν εἴχομεν ἐδεσμάτων ἐν τῇ κίστῃ*: „The singular *κίστῃ* seems to indicate some variant." — Qui singularis si eum male habet, quidni levi coniectura in pluralem *ταῖς κίσταις* eum mutet?

Schol. Ran. 518. Blande Proserpinae illa ministra Pseudoherculem ut domum intret invitat:

ἀλλ' εἴσιθ', ὡς ὁ μάγειρος ἤδη τὰ τεμάχη
ἔμελλ' ἀΦαιρεῖν, χἠ τράπεζ' εἰσήρετο.

Ex glossemate *ἀΦαιρεῖν*] *κλέπτειν* Rutherfordius effecit olim hoc loco alios legisse *ὑΦαιρεῖν*, sed sic scholio redditur sana mens, scholiastae omnino demitur, quid enim significare potuit: *ὁ*

Digitized by Google

μάγειρος ἤδη τὰ τεμάχη ἔμελλ' ὑΦαιρεῖν? Nonne prudentius est hic quoque in scholio legere ἀΦαιρεῖν] κόπτειν, ita ut repetatur tantum annotatio praecedens: ἀΦαιρεῖν] ἀντὶ τοῦ κόπτειν? Nam quamquam haec quoque errore nata est, huius tamen erroris originem aperire potest Hesychii glossa ἀΦεῖλεν] ἦρεν, ἔκοψεν; ob eandem vereor ut scholion recte sic verterit Rutherfordius: „that is, To bolt", addita annotatione: „In late Greek ἀΦαιρεῖν has this sense of bolting food"; nam pro verbo „to bolt" adhibendum potius erat, ut videtur, „to beat", „tundere".

Schol. Ran. 714. Haec chorus canit de Κλειγένει illo τῷ μικρῷ:

ἰδὼν δὲ τάδ' οὐκ
εἰρηνικός ἐσθ', ἵνα μή ποτε καὶ ἀποδυθῇ μεθύων ἄ-
νευ ξύλου βαδίζων.

Verba quae annotationis loco in Ravennate inveniuntur προσεποιεῖτο δὲ ὡς Φασὶ καὶ μανίαν, εἰδὼς ὅτι μισεῖται παρὰ τῶν πολιτῶν num integra sint tradita dubitari potest [1]), dubitat certe Rutherford, qui pro δὲ ὡς Φασί recepit id quod habet Venetus πρόΦασιν, quam lectionem me omnino non intellegere fateor. Quidquid id est, superesse haec videntur ex ampliore commentario, in quo plura de illo Cligene narrabantur; quam ob causam non recte Rutherfordium annotasse censeo: „This comment implies some variant, perhaps μανιῶν for μεθύων. The form μανιῶν is good enough in late Greek".

Schol. Ran. 1096 sqq. Versus Aristophanei sunt:

ὁ δὲ τυπτόμενος ταῖσι πλατείαις
ὑποπερδόμενος
Φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔΦευγε.

Ad primi versus vocabulum πλατείαις hoc scholion adscriptum est: ταῖς πλατείαις χερσὶ δηλονότι ἢ μάστιξιν ἢ οὕτω λεγομέναις Κεραμεικαῖς πληγαῖς πλατείαις. Satis inepta haec, opinor, est explicatio πλατείαις μάστιξιν; tutius tamen statuas scholiastam ineptiisse quam eum pro πλατείαις legisse πλάστιγξι, ut statuit

1) Quamquam me quidem nil offendit in hac versione: „simulabat etiam, ut dicunt, se insanire, probe sibi conscius se civibus suis odio esse".

Digitized by Google

Rutherford, coll. Hesych. πλάστιγξ] μάστιξ; ab hoc certe loco aliena mihi videtur quaestio illa sitne Atticae dialecti vocabulum πλάστιγξ, quod pro Aeschyleo (Choeph. 290) citat Hesychius l.l. (cf. Wecklein Berl. Philol. Wochenschr. 1884 p. 900 sq.).

Ad ultimum autem quem citavi versum annotatum est in Rav. ἀνεχώρει καὶ ἔφευγεν; quae misera videntur longioris notae rudera; parum recte Rutherford: „The form which this note has in the codex suggests some variation in the text — either a variant φεύγων for φυσῶν or some other word than ἔφευγεν as principal verb."

Schol. Ran. 1168. Ad Euripidis verba:

οὐ φημὶ τὸν Ὀρέστην κατελθεῖν οἴκαδε·
λάθρᾳ γὰρ ἦλθεν, οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους,

scholion extat hoc: διὰ τοῦ ι γραπτέον καὶ ὀξυτονητέον ἵνα ᾖ δευτέρου ἀορίστου καὶ μέλλοντος. Ultima verba (quae desunt apud Suid. i. v. πιθὼν, quaeque uncinis saepsit Rutherford) absurda sunt et Rutherford melius omisisset hanc annotationem: „The words καὶ μέλλοντος which follow in the codex imply that one reader at least found a reading ΠΕΙCΩΝ which is at any rate as good as ΠΕΙΘΩΝ" [1]).

Schol. Eccl. 100. Praxagora his verbis alloquitur mulieres quae ut rerum potiantur convenerunt:

οὐκοῦν καλά γ' ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι
ὁ δῆμος ὢν, κἄπειθ' ὑπερβαίνουσά τις
ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν Φορμίσιον.
ἢν δ' ἐγκαθεζώμεσθα πρότεραι, λήσομεν
συστειλάμεναι τὰ ἱμάτια· τὸν πώγωνά τε
ὅταν καθῶμεν, ὃν περιδησόμεσθ' ἐκεῖ,
τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἄνδρας ἡγήσαιθ' ὁρῶν;

Annotatur: ἀντί, ὅτε καθήμεθα. Commentatorem pro ὅταν καθῶμεν legisse ὅταν καθώμεθα post O. Langium (l.l. p. 36) suspi-

1) Estne scribendum in scholio καὶ μὴ μέλλοντος? Tenendum autem hic est multos codices e recitatione descriptos esse, et aevo certe posteriore πιθὼν et πείσων eundem fere habuisse sonum, nisi quod accentus differebat.

Digitized by Google

catur Rutherford; multo tamen probabilior est altera quam ille profert suspicio scholion ad vs. 98 referendum esse.

Schol. Eccl. 117. Vocabulo ἅτινα quod scholii loco in Ravennate servatum est, Langius (l.l. p. 36) et Rutherfordius respici suspicati sunt lectionem:

οὔκουν ἐπίτηδες συνελέγημεν ἐνθάδε,
ὅπως προμελετήσαιμεν ἅττα δεῖ λέγειν,

pro ἀκεῖ δεῖ λέγειν. Quam suspicionem ineptam vocare minime ausim; attamen tutius mihi esse videtur statuere hic quoque, ut saepius alibi, in Ravennate partem tantum servatam esse annotationis, qua tota explicabatur sententia.

Schol. Eccl. 152. Neque hic scholion ἀντὶ τοῦ ἥσυχα τάδε τοιαῦτά ἐστι integrum ad nos pervenit; quod iniuria sic divulsit Rutherford:

ἥσυχος] ἀντὶ τοῦ ἡσυχία.
νῦν] ⟨ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ⟩ τάδε τοιαῦτά ἐστι,

ad posteriorem notam annotans: „Or perhaps this is a note on a variant τάδ' ἐστιν for τί δ' ἔστιν in 157."

Schol. Eccl. 904. Puella iuvenes ad se allicere his verbis conatur:

τὸ τρύφερον γὰρ ἐμπέφυκε
τοῖς ἀπαλοῖσι μηροῖς,
κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπαν-
θεῖ,

tum anum aemulam his conviciis petit:

σὺ δ', ὦ γραῦ, παραλέλεξαι κἀντέτριψαι
τῷ θανάτῳ μέλημα.

Scholion est: ἢ τὰς πολιάς σου παραλέλεξαι, ἢ ἐπλέξω τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν. Priori parti parum recte Rutherfordius praeponit lemma παρατέτιλσαι, annotans haec: „On the whole the chances stand that there was a reading παρατέτιλσαι to which παραλέλεξαι was adscript," — parum prudenter dico, nam sua ipsius caedit vineta addens: „nothwithstanding the apparent evidence for παραλέγεσθαι being used pretty early for παρατίλλεσθαι. Pollux II 35 παραλελέχθαι τὰς τρίχας τὸ τὰς

Digitized by Google

περιττὰς ἀφαιρεῖσθαι· ὅθεν καὶ παρὰ Φερεκράτει· ἄσμηκτος, ἀπαράλεκτος". — In altera autem scholii parte vix videtur esse dubium quin corruptum sit verbum ἐπλέξω; nam nihil omnino significare potest πλέκεσθαι τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν; ego saltem frustra mihi fingere conor quales hinc proditurі sint πλοκαμοί; qua de causa iniuria Rutherford haec sic edidit: παρ' ἓν πέπλεξαι] ἐπλέξω τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν; et deinde annotavit: „There can be as little doubt that the note implies this lemma as that the lemma in turn implies a variant παρενπέπλεξαι. Pollux II 35 παραπλέκειν τὰς τρίχας τὸ ἀναπλέκειν καὶ παραπεπλεγμένη Ἀθηνᾶ ἡ ἀναπεπλεγμένη. Perhaps the misreading παρ' ἕν here is the origin of the Hesychian παρ' ἕν] κατὰ τὸ ἑξῆς." — Nihilo melius Dindorf: „Altera interpretatio ad παραπέπλεξαι spectare videtur."

Schol. Eccl. 1072. Ad versum

πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου,

in Ravennate adscriptum est glossema μαστός; quod in μεστός mutatum ad ἀνάπλεως referendum esse rectissime monet Blaydes; pessime contra Rutherfordius hinc eruit variam lectionem πιθάκνη pro πίθηκος.

Schol. Plut. 174. In Ravennate ad versum

ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται,

annotatur: „ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν πλούσιος, εἶπεν οὐχὶ κλαύσονται. Quibus verbis corruptis sic refictis: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ⟨οὐχὶ⟩ πλούσιος; εἶπεν οὐχὶ κλαύσεται, Rutherfordius interpretem legisse censet διὰ τοῦτον οὐχὶ κλαύσεται; quae lectio etiamsi unquam extitisset, tamen utique esset reicienda propter vs. 171:

ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται,

et vs. 175

ὁ Βελεοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου.

Scholiasta autem levi neglegentia particulam οὐχὶ eo posuit loco, ubi aptissime se habere ei videbatur.

Digitized by Google

VI.

Iam mihi quam maxime caute et circumspecte progrediendum est, et vel sic vereor ne nimis multa stolidae mentis prolaturus sim documenta; eos enim nunc indicabo locos, ubi quid Rutherfordium moverit, ut suspicaretur alios olim ante oculos habuisse aliam lectionem, omnino me latet. Itaque facile fieri poterit ut editor doctissimus si quando perlegat hanc disputationem, exclamet: „at non mea haec est culpa, sed tuae mentis caecitati hoc debetur." Sed ad rem!

Schol. Acharn. 398. Notissima Ianitoris Euripidei verba:

ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια
οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγῳδίαν,

hac illustrantur annotatione: *οἷον, αὐτὸς μὲν ἔσω ἐστίν, ὁ δὲ νοῦς αὐτοῦ συλλογίζεται τῶν ἔξω τι καὶ μετεωρίζεται.* „It would seem that this annotator punctuated after the second *ἔνδον* or perhaps after *ἀναβάδην*" Rutherford; qui ut mihi quidem persuadeat certiora afferre debebit argumenta.

Schol. Acharn. 717. *κἂν ἐξελαύνειν χρὴ κἂν φυγῇ ζημιοῦν, ὑπὸ γέροντος τοῦτο πάσχειν τὸν γέροντα.* Quae rectissime sic interpretatus est Rutherford: „and if it is necessary to exile or fine with banishment, the old should be so punished by the old" — at ex hac ipsa versione apparet pro *χρὴ* recipiendam fuisse lectionem apud Dübnerum servatam *χρῇ* [1]). Deinde non intellego quid sibi velit haec annotatio: „It seems simplest to suppose an unmetrical variant *κἂν ἐξελαύνειν*", in versibus quos corruptos esse viro clarissimo van Leeuwen libenter concedo:

καὶ ἐξελαύνειν χρὴ τὸ λοιπὸν, κἢν φύγῃ τις ζημιοῦν
τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ.

Schol. Acharn. 772. In sequentibus Megarensis Dicaeopolidi persuadere conatur veros esse *χοίρους* quos offert porcellos:

---

1) Praeterea pro *κἂν* rescribendum potius erit *κἢν*, nam ex *καὶ ἐὰν* hoc vocabulum hic ortum esse in aperto est.

Digitized by Google

ἀλλὰ μὰν,
αἰ λῇς, περίδου μοι περὶ θυμιτίδων ἁλῶν,
αἰ μή ἐστιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ.

Scholion est: εἰ βούλει, φησί, ποιησώμεθα συνθήκας περὶ θυμιτίδων ἁλῶν. Suis igitur verbis usus scholiasta eadem enuntiat quae poeta; paratam autem habet Rutherfordius suspicionem — quam tamen unde conceperit vix capio —: „A variant περιδώμεθα may be implied".

Schol. Nubb. 761. Versus sunt:

μή νυν περὶ σαυτὸν ἴλλε τὴν γνώμην ἀεί,
ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' εἰς τὸν ἀέρα κτέ.

Hic ἴλλειν τὴν γνώμην περὶ ἑαυτὸν significat fere: „mente sua omnes suas continere cogitationes", sive „a ceterorum hominum commercio se abstrahere"; ex eiusmodi autem explicatione ortum videtur glossema quod in Ravennate adscriptum est ἄφελκε; qua de causa nolo alios olim in textu legisse ἕλκε τὴν γνώμην ἀεί cum Rutherfordio suspicari.

Schol. Nubb. 969. κάμψειέν τινα καμπήν] οἱονεὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ τὴν ᾠδὴν προσενέγκοι (προσενέγκοιτο emendatur e Suida). Cur tandem „is there some variant behind this note κομψεύοι or κομψεύσαι" (ut Rutherfordii utar verbis)?

Schol. Nubb. 1163. In fabula Strepsiades filium suum et aliis ornat epithetis honorificis et hoc: λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν. Scholion est: λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας. Roganti Rutherfordio: „was there a reading λυσανίας πατρῷος?" suo ipsius sermone responsum velim „no question about"; nullum certe quod ad hanc opinionem corroborandam afferri possit invenio argumentum.

Schol. Nubb. 1379. In textu Strepsiades filio, qui Euripidem σοφώτατον dixit, respondet:

„σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ ... τί σ' εἴπω;
ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι.

Tum sic Phidippides:

νὴ τὸν Δί' ἐν δίκῃ γε.

Digitized by Google

In Ravennate annotatum legimus: *λείπει Φοβοῦμαι*, quae verba ostendunt scholiastam haec, ut debebat, sic explicavisse: *ἀλλὰ ⟨Φοβοῦμαι,⟩ αὖθις ⟨γὰρ⟩ τυπτήσομαι*. Vix autem intellego Rutherfordium haec sic edentem: *μὴ τὸν Δί' κ.τ.λ.] λείπει Φοβοῦμαι*, et annotantem: „Whatever may have been the words following the *μή*, it is plain that the annotator read *μή* and not *νή*".

Schol. Nubb. 1408. *ἀπέσχισας*] *ἐκώλυσας, ἀπεχώρισας* RV. „Not unlikely implies a reading *ἀπέσχασας*", Rutherford. Argumenta desidero; nam quod confert schol. Nubb. 740, ibi *σχάσας* explicatur per *καταπαύσας*, non per *κωλύσας* vel *ἀποχωρίσας*; neque quicquam obstat quominus verbum *ἀποσχίζειν* i. e. retinere, prohibere, in versu:

ἐκεῖσε δ', ὅθεν ἀπέσχισάς με, τοῦ λόγου μέτειμι,

explicatum sit per *ἐκώλυσας*.

Schol. Pac. 28. *αἱ γὰρ γυναῖκες, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς μάζης, μικρᾶς εἶναι δοκούσης, ὀλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι, στρογγύλας αὐταῖς ποιοῦσαι τὰς μάζας*. Hic dativus pronominis *αὐταῖς* optime convenit cum dativo *γυναιξί* in versibus:

τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος
βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ,
εἰ μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέρας ὅλης,
ὥσπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην.

Neque iustam invenire possum causam ob quam assentiar Rutherfordio annotanti: „Two notes may be here contaminated: (1) *αἱ γὰρ γυν. ἵνα ... εἶναι στρογγύλας κ.τ.λ.* (2) *αἱ γὰρ γυν. ἐκ τῆς ... ἐμφαίνουσι*. There may also have been a textual reading *γυναῖκες* for *γυναιξί*." Explicat interpres cur *γυναικὶ παρατίθεσθαι* solitum sit *γογγύλας μεμαγμένας*, non cur mulieres tales panes facere soleant.

Schol. Pac. 576. Vocabulum *τρυγός* in *τῆς τρυγός τε τῆς γλυκείας* explicatur per *ἀντὶ τοῦ νέου οἴνου*. Nullam video causam ob quam Rutherfordio credamus annotanti: „There may, however,

Digitized by Google

have been a variant *καὶ γλυκείας*, in which case the lemma should be here given as *γλυκείας*."

Schol. Pac. 644. Versus:

οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες ἃς ἐτύπτονθ', οἱ ξένοι

in scholiis hanc invenimus *παράφρασιν*: *τὸ ἐξῆς· οἱ δὲ ξένοι ὁρῶντες τὰς πληγὰς ἃς ἐτύπτοντό τινες τῶν δημοτῶν χρυσίον προσέφερον τοῖς ταῦτα ποιοῦσι, λέγει τοῖς ῥήτορσιν.* Why looks it „as though this annotator read *ἐτύπτοντο ξένοι*"? ut ipsius Rutherfordii verba in meum convertam usum.

Schol. Pac. 704. Versus est:

χἄτερα πόσ' ἄττ' οἴει γεγενῆσθ' ἐν τῇ πόλει;

Schol.: *ὥσπερ ἐκπλαγείσης τῆς Εἰρήνης ἐπήγαγε τὸ καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγονέναι ἐν τῇ πόλει.* Scholiasta igitur per sententiam quae dicitur adfirmativam interpretatur quae per interrogationem enuntiaverat Trygaeus; quod observare neglegens Rutherford in eius exemplari extitisse censet *χἄτερα τοιαῦτ' οἴει γεγενῆσθ' ἐν τῇ πόλει.*

Schol. Pac. 879. Ad versus:

οὗτος, τί περιγράφεις; ΟΙΚ. τὸ δεῖν', εἰς Ἰσθμια
σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω,

has habemus annotationes: „*εἷς τῶν θεατῶν*[1]) *τὰ ἴσχια τῆς Θεωρίας καταλαμβάνει καὶ ἐφάπτεται περιφέρων τὸν δάκτυλον*" et: „*ἐπιτιμᾷ ὁ δεσπότης ὡς ἀπτομένῳ τῶν ἰσχίων αὐτῆς.*" Quanam de causa Rutherfordius suspicatur commentatores legisse:

οὗτος, τί περιγράφεις τὰ δεῖν'; : εἰς ἴσθμια κ.τ.λ.?

Schol. Pac. 908 *ἀλλ' ἦρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν*] *ὡς προφασιζομένων ὅτι „ἐκεχειρία ἐστίν· οὐ δυνάμεθα σήμερον προσαγαγεῖν*". Quam causam Rutherfordius habuerit coniciendi interpretem legisse *ἂν ὑπέχοντα* pro *ἄν σ' ὑπέχοντα*, utinam addidisset!

---

1) *οἰκετῶν* Rutherford; sed „unus tantum servus aderat; itaque revera, quamvis falso, *θεατῶν* dedit Schol." (van Herwerden).

Digitized by Google

Schol. Avv. 1. Ravennas habet haec: *ὡς ἐν ἀπόπτῳ τινὶ δένδρου τινὸς ὄντος καὶ τοῦ κολοίου σημαίνοντος κατ' ἐκεῖνο πορεύεσθαι.* i. e. „fingit se in loco quodam qui spectatorum oculos fugiat arborem videre eoque se graculi illius indiciis duci". Annotat Rutherford: „The annotator evidently read *ἤ τι* for *ᾗ τὸ*". Mea fortasse haec est culpa, sed quo modo quod citavi scholion aptius sit versui:

ὀρθὴν κελεύεις, ἤ τι δένδρον φαίνεται,

quam versui:

ὀρθὴν κελεύεις, ᾗ τὸ δένδρον φαίνεται,

id atra nocte mihi est obscurius.

Schol. Avv. 446. In scena Pithetaerus chori verbis:

ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς
καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν,

addit: *ἔσται ταυταγί.*

Ad quae verba scholion est: *ἐπειδὴ περὶ νίκης εὔχεται, ποιεῖ αὐτὸν ὁ ποιητὴς εὐφημοῦντα „ἔσται ταυταγί"*. Rectissime hoc se habet scholion, quo scholiasta explicat Pithetaerum *εὐφημίαν* quandam chori verbis addere exclamando: „sic erit"; quae *εὐφημία* interiret si diceret „sic res eveniat". Quod parum attendit Rutherford cum annotaret: „The annotator seems to have assigned the whole from *ὄμνυμ'* to *μόνον* to the Chorus. He may even have read *ἔστω* for *ἔσται.*"

Schol. Avv. 1378. Cinesiam illum in exemplari quo utebatur scholiasta *Φελλύριον* dictum fuisse, non *Φιλύριον* Rutherford effecit ex scholii verbis *Εὐφρόνιος κοῦφον, ὡς ἂν διθυραμβοποιὸν εὐτελῆ καὶ κοῦφα ποιοῦντα· τοιοῦτον γὰρ τὸ ξύλον, κοῦφον καὶ ἐλαφρόν.* Quae tamen explicatio quidni lectioni vulgatae *Φιλύριον*, i. e. tileaceum, non minus apta sit quam ei quam in textu habent V [1]) et R *Φελ(λ)ύριον*? Quod adiectivum vix aliunde notum est.

---

1) Recte Cobetum lectionem *φελύριον* ex hoc codice citasse testis oculatus affirmare possum.

Digitized by Google

Schol. Lysistr. 1286. Varios deos variasque deas chorus invocat:

Δία τε πυρὶ φλεγόμενον, ἐπί τε
πότνιαν ἄλοχον ὀλβίαν κ.τ.λ.

Scholion Ravennatis Ἥραν τὴν Ἀριάδνην, quod olim edebatur Ἥραν ἢ τὴν Ἀριάδνην, Rutherfordius sic edidit: πότνιαν ἄλοχον] Ἥραν. ‖ πότνιαν ἄλοχον] τὴν Ἀριάδνην; mire autem annotat: „It is possible that this note implies some variant like ὄμμασι δαίεται ἐπί τε πότνιαν κ.τ.λ., in which case the Δία τε would be due to dittographia and the πυρὶ φλεγόμενον would be part of an adscript to ὄμμασι δαίεται, namely, ὄμμασι πυρὶ φλεγομένοις βλέπει". Cuius annotationis ratio me quidem omnino fugit.

Schol. Thesm. 710. Mnesilocho, qui Telephi Euripidei ad exemplum mulieribus θεσμοΦοριαζούσαις eripuit quod ipsa vita iis carius est, haec una ex iis minatur:

ἀλλ' οὖν ἥκεις θ' ὅθεν ἥκεις
Φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις
οἷον δράσας διέδυς ἔργον,
λήψει δὲ κακόν.

Haec certe est lectio tradita; quam apte defendi non posse non multis est demonstrandum verbis. Optime haec sic restituit Reisigius:

ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν οὐ Φαύλως γ'
ἀποδρὰς λέξεις,

quae lectio omnibus numeris placet, nisi quod non solum particulam γε post Φαύλως iure omittendam censuit Dindorf, sed etiam post ἥκεις abundat eadem particula (quae ibi tradita est apud Suid. i. v. ἥκεις). Scholia autem tradita sunt haec: ἐκ τῶν ἀνδρῶν Φησὶν, ὅθεν οὐκ ἔξεστιν ὁ συμμαχῶν γελοίως· Φησὶ γὰρ ὅθεν ἥκεις Φαύλως ἥκεις — ἥκεις Φησὶ εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν ὅθεν οὐ Φεύξῃ. Ultima verba non dubito quin respiciant veram quam restituit Reisigius lectionem; priorem autem scholii partem recte sic edidisse mihi videtur Rutherford: ὅθεν ἥκεις] ἐκ τῶν ἀνδρῶν, Φησίν. ‖ ὅθεν οὐχ ἥκει] „ὅθεν οὐκ ἔξεστιν," ὁ Σύμμαχος, γελοίως· Φησὶν γάρ „ὅθεν ἥκεις Φαύλως ἥκεις." Unum tamen non intellego, unde eruerit lemma ὅθεν οὐχ ἥκει.

Digitized by Google

Schol. Thesm. 846. *ἴλλος* explicatur per *διεστραμμένος τὴν ὄψιν*, quae explicatio et per se spectata nihil omnino habet quod offendat et confirmatur etiam Hesychii verbis: *Ἴλλος*] *στρεβλός*, *στραβός*, *διεστραμμένος*. Tamen Rutherford annotat: „Perhaps a note on a variant *μυλλός*"; ut videtur nimis bene memor alius Hesychii loci *μύλλον*] *καμπύλον*, *σκολιόν*, *κύλλον*, *στρεβλόν*. *καὶ εἶδος ἰχθύος*. Vide autem quanto aptior sit qui comparetur quem priorem citavi Hesychii locus.

Schol. Thesm. 948. Laete victoriam de Mnesilocho reportatam celebrat chorus:

ἄγε νυν ἡμεῖς παίσωμεν ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν,
ὅταν ὄργια σεμνὰ θεοῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ
Παύσων σέβεται κτὲ.

Hic unus e scholiastis haec annotavit: *ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν· τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀνέχωμεν.* Verbum igitur *ἀνέχειν* per *ὕμνοις ἐπαίρειν* explicavit interpres; sed quid sibi vult Rutherfordii observatio: „Perhaps two notes. In any case a reading *ᾠδαῖς* for *ὥραις* seems implied"?

Schol. Ran. 538. In ipsa fabula chorus canit illa:

ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
νοῦν ἔχοντος καὶ Φρένας καὶ
πολλὰ περιπεπλευκότος,
μετακυλίνδειν αὐτὸν ἀεὶ
πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον
μᾶλλον ἢ γεγραμμένην
εἰκόν' ἑστάναι κτὲ.

Schol.: *ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀνύοντα, ὅτι ἀκίνητον τὸ ἐπιγεγραμμένον τῇ εἰκόνι.* Pertinere haec ad totam locutionem *γεγραμμένην εἰκόνα* non facile, opinor, quisquam negabit. Attamen Rutherford scholiastam legisse putat *γεγραμμένον* pro *γεγραμμένην*; cur nescio.

Schol. Ran. 543. In sequentibus Bacchus haec choro respondet:

οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ
Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν ἐν
στρώμασιν Μιλησίοις

Digitized by Google

ἀνατετραμμένος, κυνῶν ὀρ-
χηστρίδ', εἶτ' ᾔτησεν ἀμίδ', ἐ-
γὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων κ.τ.λ.

Schol. R: τινὲς οὐρητρίδα τὸ οὐρηρὸν ἀγγεῖον, quae supersunt e vocis ἀμίδα explicatione [1]). Defendat autem qui possit Rutherfordii opinionem: „It is evident that in some texts ὀρχηστρίδα has been replaced by οὐρητρίδα, an adscript to ἀμίδα."

Schol. Ran. 1260. Non dubito quin verum viderit Meinekius in his versibus (quos spurios ducunt Kock et van Leeuwen):

θαυμάζω γὰρ ἔγωγ' ὅπῃ
μέμψεταί ποτε τοῦτον
τὸν Βακχεῖον ἄνακτα
καὶ δέδοιχ' ὑπὲρ αὐτοῦ.

Rectissime enim observat (Vind. Ar. p. 178): „prorsus non intelligitur quo modo is qui se mirari profitetur quo pacto quis Aeschylum reprehensurus sit, simul de eo se timere dicere possit"; deinde καὶ mutat in κοὐ. Qua tamen ratione Rutherfordius idem scholiastae ante oculos fuisse effecerit ex eius verbis ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἔρχεται ἐπὶ τὰ μέλη αὐτοῦ," non capio.

Schol. Eccl. 6. Sic lucernam quam manu tenet hortatur Praxagora:

ὅρμα Φλογὸς σημεῖα τὰ ξυγκειμένα.

Schol.: σύμβολον ἡμῖν δίδου περὶ τῶν συγκειμένων διὰ τῆς Φλογός. Rutherford: „The annotator's meaning is clear" — recte hactenus, ut opinor; sed minime persuaserunt mihi ea quae sequuntur: „but seems to imply a reading τῶν ξυγκειμένων.

Schol. Eccl. 48. Vocabula κατὰ σχολὴν in versibus:

κἀμοὶ δοκεῖ
κατὰ σχολὴν παρὰ τἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνῃ,

sic illustrantur: „ἀντὶ τοῦ μόλις ἢ ἀψοφητί." Cur tandem Rutherfordius ad ultima verba annotarit: „Did this annotator read

1) Quae opinio hinc quoque corroborari potest quod in Veneto nil traditum est nisi τὸ οὐρηρὸν ἀγγεῖον; non recte enim Dübnerus totam annotationem in hoc codice omissam esse contendit.

Digitized by Google

μόνον for μόνῃ at the end of the line," id non intellego quamvis saepe re pensitata.

Eccl. 140. In scena muliercula quaedam probare conatur viros in concione bibere et libare solere:

νὴ τὴν Ἄρτεμιν
καὶ ταῦτά γ' εὔζωρον. τὰ γοῦν βουλεύματα
αὐτῶν ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνθυμουμένοις
ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ παραπεπληγμένα.
καὶ νὴ Δία σπένδουσί γ'· ἢ τίνος χάριν
τοσαῦτ' ἂν ηὔχονθ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;

Supervacuum profecto est scholion τίνος χάριν κ.τ.λ.] κατ' ἐρώτησιν; quod hac quoque de causa mallem nunquam esset scriptum, quod tum Rutherfordius non potuisset annotare: „A note of this sort can hardly have been required. Was there a reading οὐ σπένδουσί γ'; to which it refers?"

Schol. Eccl. 294. Chorus sic mulieres ut ad concionem festinent incitat:

ἀλλ' ὦ Χαριτιμίδη
καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκης
ἕπου κατεπείγων
σαυτῷ προσέχων, ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς
ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι.

Annotatur in R: ἀντὶ τοῦ σεαυτόν; qua nota hoc sibi volebat scholiasta: „pronomen respicit verbum προσέχων, non verbum κατεπείγων." Neque hic intellego Rutherfordium annotantem: „A note on a reading κατεπείγων σαυτὸν προσέχων ὅπως."

VII.

Ad ultimum denique distuli complures locos, in quibus Rutherfordius, licet minime absurdam vocare ausim eius opinionem, non tamen persuasit mihi hac de causa, quod mihi non

Digitized by Google

necessarium esse videtur statuere scholion variam aliquam respicere lectionem. Quos deinceps tractabo.

Schol. Acharn. 231. Scholio *ἀντὶ τοῦ διὰ νεὼς καὶ ναυτικὸς ὢν ἐπίω αὐτοῖς*, i. e. „till I attack them by ship or as a naval man", totam respici puto sententiam:

κοὐκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ
ὀξὺς, ὀδυνηρὸς, ἐπίκωπος,

in qua excidisse aliquid metrum sententiaque testantur; quid enim unquam significare potuit *σχοῖνος ἐπίκωπος*? Neque iure Rutherfordius interpretem legisse suspicatus est *ἐπίω κώπαις*; nihilo melius Bergk (praef. p. x): „sed scripsit poeta: *ὀξὺς, ὀδυνηρὸς, ἐπίω τ' ἂν* (vel *ἄμ'*) *ἐπίκωπος*."

Schol. Acharn. 600. *τάξεσι*] *τοῖς τοῦ πολέμου καταλόγοις*. Parum accurate hic interpres explicavit vocabulum *τάξεσι* in versibus:

ταῦτ' οὖν ἐγὼ βδελυττόμενος ἐσπεισάμην,
ὁρῶν πολιοὺς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσιν.

Cum tamen aliunde nihil omnino sit notum de varia aliqua lectione, cautius non statueris interpretem legisse *πινάκεσιν* pro *τάξεσιν*.

Schol. Acharn. 753. In fabula Megarensis ille Dicaeopolidi roganti quid agant eius cives, respondet:

οἷα δή.
ὅκα μὲν ἐγὼ τηνῶθεν ἐνεπορευόμαν,
ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπρασσον τᾷ πόλι,
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπόλοιμεθα.

Schol.: *οἷα δή*] *ἀντὶ τοῦ τοιαῦτα δή*. Hic quoque, ut sexenties alibi, scholiasta suo ipsius sermone verba Aristophanea interpretatus est; sic enim loquitur: „pro Aristophaneo *οἷα δή* nos dicimus *τοιαῦτα δή*." Minime necessarium est hic utramque interiectionem — nam nil nisi interiectio est illud *οἷα δή* (Belgice: „*zoo zoo*," Anglice „*so so*", Italice „*così così*") — prorsus eandem habere significationem; itaque sine iusta causa Rutherfordium annotasse censeo: „The annotator's text may have read *τοῖα δή*."

Schol. Equitt. 131. Scholii verba *τὸ ἐξῆς τοῦ χρησμοῦ τί*

Digitized by Google

ἀπαγγέλλεται aptissima sunt explicandis vocabulis τί τὸ ἐντεῦθεν in versu:

εἷς οὑτοσὶ πώλης. τί τοὐντεῦθεν; λέγε;

neque, donec certiora afferantur testimonia, Rutherfordio credam, qui putat in scholiastae exemplari traditum fuisse:

εἷς οὑτοσὶ πώλης. τί τοὐντεῦθεν λέγει;

Schol. Nubb. 220. Versus:

ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα,

sic explicatur: οὐκ ἤκουσε μοῦ· αὐτὸς σὺ [1]) βόησον μέγα; in qua interpretatione pronomen αὐτὸς ita necessarium est, ut non liceat ex ea efficere scholiastam legisse αὐτὸς pro αὐτόν; quod tamen post Hermannum fecit Rutherford.

Schol. Nubb. 361. Versus sunt chori:

οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν πλην εἰ [2]) Προδίκῳ.

Ad ultima verba scholion est hoc: πλὴν μόνου Προδίκου. Commentator igitur πλὴν adhibuit praepositionis loco, neque satis apta est causa ob quam „we may suspect that there was some textual variant which would explain μόνου, perhaps ἑνί."

Schol. Nubb. 699. In scena Strepsiades exclamat:

κακοδαίμων ἐγώ,
οἵαν δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερον.

Apud Suidam legimus haec: τήμερος] ὁ σημερινός, καὶ ἔστι τεταγμένος ἐπὶ σώματος, τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται. καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Ἰὼ Λακεδαίμων, τί ἄρα ποιήσει τημέρα. Scholion autem ad nostrum versum est hoc: ἀντὶ τοῦ σήμερον καὶ (hucusque deest in Rav.) τήμερος ὁ σημερινὸς (ὡσημερινός R) καὶ ἐστὶ τεταγμένον ἐπὶ σώματος· τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται, καὶ ἐν τῇ Εἰρήνῃ [3])· „Ἰὼ Λακεδαῖμον τί ἄρα πείσῃ τημέρα; ἀντὶ τοῦ σημερινή." — Quibus inter se comparatis suspicor ambos ex eodem antiquo lexico hausisse quaedam de vocabulo τήμερος;

1) Pronomen σὺ in Ravennate omissum est.
2) Sic Meineke; ἢ codd., cf. locos a Lœuwenio allatos.
3) ἐν Ὀλκάσιν olim edebatur ex Aldina editione.

Digitized by Google

in scholio autem cum his confusam esse annotationem, qua notabatur pro communi σήμερον Atticum esse τήμερον (cf. Hesych. τήμερον] Ἀττικοὶ τήμερον καὶ τήμερα λέγουσιν); quae si vera sunt, sine iusta causa Teuffelius et Rutherfordius contenderunt grammaticum in versu Aristophaneo τήμερος pro τήμερον legisse.

Schol. Nubb. 727. Ad Socratis verba:

οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα

hoc legimus scholion: περικαλυπτέα] δεῖ σε, φησί, καλύψασθαι καὶ σκέψασθαι, ἐπεὶ οἱ εἴς τι τείνοντες τὸν ὀφθαλμὸν ἀποπλανῶνται τὴν γνώμην. Quae sic interpretor: „oportet te, inquit, capite obvoluto rem tecum considerare, nam qui oculos alicui rei habet intentos, mente aberrare solet." Quae interpretatio si vera est, omnino non necessarium est cum Rutherfordio statuere: „The annotator had before him some monstruous reading of l. 728 beginning with some part of ὁρατέος or ὁρητέος."

Schol. Nubb. 740. Sic in textu Socrates Strepsiadem alloquitur:

ἴθι νυν καλύπτου, καὶ σχάσας τὴν Φροντίδα
λεπτὴν κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα
ὀρθῶς διαιρῶν καὶ σκοπῶν.

Verbum σχάσας explicatur per: ἀντὶ τοῦ καταπαύσας, στήσας, ἀτρεμίσας. Eadem habet Suidas i. v. σχάσον; tria autem verba explicationi adhibita idem fere significant, neque iusta causa erat Rutherfordio cur censeret eum qui ἀτρεμίσας adscripsit, in textu legisse καὶ ἡσυχάσας vel χἠσυχάσας pro σχάσας.

Schol. Nubb. 800. Ad εὐπτέρων et alia annotantur et haec: εὐγενῶν, ἀπὸ τῶν ὀρνέων. Nimis acute Rutherford: „It is conceivable that the εὐγενῶν is a note upon a variant εὐπατέρων, and that the ἀπὸ τῶν ὀρνέων belongs to another comment."

Schol. Nubb. 920. Apud poetam Iniusto dicenti: αὐχμεῖς αἰσχρῶς, Iustus reponit: σὺ δέ γ' εὖ πράττεις. In scholio ἀντὶ τοῦ καλῶς λέγεις latere variam lectionem φράζεις vel eiusmodi aliquid pro πράττεις suspicatur Rutherford; cui tum denique

Digitized by Google

credam, cum persuasum mihi erit scholiastae annotationem non sic posse explicari: „facile tibi, cui iam res bene succedat, est pulchris uti verbis."

Schol. Nubb. 1243. Versus est:

ἀλλ' εἶτ' ἀποδώσεις δὴ [1]) *τὰ χρήματ', εἴτε μή,*
ἀπόπεμψον ἀποκρινάμενος.

In Ravennate et Veneto annotatur: *εἰπὲ μόνον τὸ δοκοῦν σοι*, e quo scholio orta est lectio codicis Arundeliani: *εἶτ' ἀποδώσεις μοι τὰ χρήματ' εἰπέ μοι εἴτε μή*. Vel sic demonstrari potest nullo iure Rutherfordium annotasse: „A variant *εἰπέ* may be implied."

Schol. Nubb. 1317. *οἵσπερ ἂν ξυγγένηται*] *οἷς* ⟨*ἂν*⟩ [2]) *ἀντιταχθῇ καὶ ἀντιλέγῃ*. Nihil omnino me quidem in hac explicatione offendit. Tamen Rutherford haec sic edit: *οἵσπερ ἂν ξυγγένηται*] *οἷς* ⟨*ἂν*⟩ *ἀντιταχθῇ*. ‖ *ξυγγένηται*] *ἀντιλέγῃ*, ad alteram annotationem annotans: „These may be adscripts to some variant or variants".

Schol. Nubb. 1354. *ἐστιᾶσθαι ἐστὶ τὸ εὐωχεῖσθαι, οὐχὶ δὲ τὸ παρά τινι πάντως* (*πάντες* V) *ἔλεγον*. Scholion hoc codicum R et V fortasse ex lexico aliquo sine ulla mutatione desumptum est; scholiasta autem pravum sui aevi morem perstringit dicendi *ἐστιᾶσθαι παρά τινι*; nullam igitur iustam ob causam Rutherfordius suspicatur eum in suo Aristophane pro *ἐπειδὴ γὰρ εἰστιώμεθ' ὥσπερ ἴστε*, „some other reading" habuisse, „perhaps *ᾧ παρ' ἴστε*."

Schol. Nubb. 1506. Ultima in Nubium fabula Strepsiadis verba sunt haec:

τί γὰρ παθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε,
καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;

Scholion est: *ἐπὶ τίνος ὀχεῖται καὶ πῶς καὶ διὰ τί μένει*, quibus

---

1) Qua de causa hanc lectionem veram esse censeam, exposui in libello De Vitiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum p. 35.

2) Particulam *ἄν* addiderunt Blaydes et Rutherford.

Digitized by Google

verbis quidni explicentur illa τῆς Σελήνης τὴν ἕδραν? Temere Rutherfordius verba καὶ πῶς καὶ διὰ τί μένει spectare putat ad lectionem τὰς ἕδρας; neque maiore iure addit: „It is conceivable that there was a further reading still τὴν σελήνην ἐσκοπεῖσθε ταῖς ἕδραις, and that the words πρὸς τοὺς λόγους αὐτῶν (note on l. 1503) belong to it, calling attention to ll. 193, 194 of the play." Neque quid sibi velint intellego ultima quae citavi Rutherfordii verba, nam scholion ad vs. 1503 πρὸς τοὺς λόγους αὐτῶν (αὐτοῦ Rutherford) optime quadrat in versum ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον; hoc enim indicat scholiasta: „ipsorum Socraticorum (vel ipsius Socratis, si Rutherfordium sequimur) hic Strepsiades utitur verbis e versu 225 desumptis."

Schol. Vesp. 1045. In Veneto annotatum est: τὰς καινὰς διανοίας ἀγνοήσαντες ὑπὸ τοῦ μὴ νοεῖν προεκρίνατε καὶ ἐποιήσατε ἀσθενεῖς [1]); hinc in Schol. R pro ἀναλδεῖς] ἀφανεῖς legendum esse ἀναλδεῖς] ἀσθενεῖς recte statuisse videtur Rutherfordius; quem tamen non eo usque sequor, ut statuam hic explicari variam lectionem ἀναλκεῖς.

Schol. Pac. 24. ὗς καὶ κύων κοπροφάγα τὰ ζῷα. Hinc variam lectionem ὗς μὲν γὰρ, ὥσπερ ἂν χέσῃ τις καὶ κύων pro ἢ κύων eruit Rutherford; sine causa: primum enim quam facile, in scholio praesertim, ἢ in καὶ abire potuerit, docet ars palaeographica; deinde quidni ipse scholiasta καὶ scripserit in hac annotatione: „sus et canis animalia sunt, quae vescuntur stercore?"

Schol. Pac. 42. Pro

οὐκ ἔσθ' ὅπως

τοῦτ' ἔστι τὸ τέρας οὐ Διὸς καταιβάτου

Meinekius rescripsit σκαταιβάτου, quod ad interpretationem ioci eodem fere redit; Blaydesius autem dedit σκαταιφάγου, pervertens verborum lusum. Idem me offendit in lectione quam a Rutherfordio propositam recepit v. cl. van Herwerden σκαταιβότου [2]);

1) Praeterea vocabulo ἀναλδεῖς superscriptum est ταπεινᾶς (sic).

2) Idem Zachero placet, qui Rutherfordii suspicionem „sehr hübsch" vocat (pag. 527).

Digitized by Google

neque opus est hoc scholiastae ante oculos fuisse, qui annotavit: *παίζει σκαταιβάτην αὐτὸν καλῶν, ἐπεὶ σκάτοις τρέφεται ὁ κάνθαρος*, „i. e. iocum petit e cognomine (*σ*)*καταιβάτης*, quoniam scarabaeus stercore pascitur."

Schol. Avv. 900. Versus sunt:

εἶτ' αὖθις αὖ τἄρα σοι
δεῖ με δεύτερον μέλος χέρ-
νιβι θεοσεβὲς
ὅσιον ἐπιβοᾶν καλεῖν δὲ
μάκαρας, ἕνα τινὰ μόνον, εἴπερ
ἱκανὸν ἕξετ' ὄψον.

Scholion est hoc: *εἰ καὶ ἑνὶ μόνῳ ἀρκέσει τὸ θῦμα*, i. e. „si quidem uni tantum sacrificium (quod vos ei paratum habebitis) sufficiet." Sic si annotationem vertimus, apparet parum recte Rutherfordium hanc protulisse sententiam: „Some variant to *ἕξετε* seems to be implied in this rendering, perhaps Kock's *ἱκανὸν ὄψον ἕξει*. Surely *ἕξετ'* can not have been taken even by a scholiast for *ἕξεται* with the sense of *ἕξει*."

Schol. Avv. 1381. Nimis acute Rutherfordium ad scholion *λιγύμοχθον* (sic Kuster *λιγύφθογγον* codd.) *ἔφη διὰ τὸν μόχθον καὶ τὸν θρῆνον τὸν ἡδυτάτως ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν παῖδα γινόμενον* annotasse: „The latter part of this note suggests *γλυκύμοχθος*," iam observavi in libello De vitiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum pag. 69.

Schol. Avv. 1468. *στρεψοδικοπανουργίαν*] *διχῶς στρουθοδικοπανουργίαν* — quae varietas fortasse e solo describentis errore nata est. Deinde haec sequuntur: *συνέθηκε τὴν λέξιν παρὰ τὸ στρεβλὸν ἦθος καὶ συκοφαντικὸν αὐτοῦ καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν πανουργίαν.* Ut igitur primam vocis *στρεψοδικοπανουργία* partem quid significet explicaret, scholiasta usus est eo adiectivo quod a verbi *στρέφειν* stirpe deductum est, *στρεβλός*; hic quoque nimis accurate rem egisse videtur Rutherford annotans: „This may imply a third variant *στρεβλοδικ.*".

Digitized by Google

Schol. Avv. 1633. Versus

τὴν μὲν γὰρ Ἥραν παραδίδωμι τῷ Διί,

sic explicatur: οὐ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἐρῶμεν; ad παραδίδωμι annotatur: ἐγχωρῶ ἔχειν ὡς ἔχει. Quae omnia mihi quidem aptissima videntur; aliter Rutherford, qui suspicatur latere „some variant for Ἥραν or an unmetrical dittographia like ἥραν ἐρᾷ.

Schol. Lysistr. 542. Corruptos ad nos pervenisse versus:

ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη
οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἐλεῖ μου καματηρός,

docet et metrum versuum antistrophicorum et ars grammatica; sed unum nego atque pernego, e scholiis quicquam ad emendationem adiumenti peti posse; in quibus hanc legimus liberam sententiae paraphrasin: „οὐδὲ τὰ γόνατά μου ἔλαβε καματηρὸς κόπος" (καματηφόρος πόνος R). Aliter tamen Blaydes, qui: εἶλε videtur legisse schol.", et Rutherford: „The text reads ἐλεῖ, but the annotator seems to have had another reading."

Schol. Thesm. 18. Neque hic quem ultimum citabo versum integer ad nos pervenit:

αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο
καὶ ζῷ' ἐν αὐτῷ συνετέκνου κινούμενα,
ᾧ μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτ' ἐμηχανήσατο
ὀφθαλμὸν ἀντίμιμον ἡλίου τρόχῳ,
ἀκοὴν δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο.

Vereor tamen ut verum hic viderit Dobraeus, qui proposuit ἀκοῇ δὲ χοάνην ὦτα διετετρήνατο; multo certe elegantius Reiskius coniecit δίκην δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο, quam coniecturam quominus utique recipiendam esse censeam obstat forma δίκην comico inusitata. Quod autem ad priorem sententiam: scholiastam, qui annotavit λείπει ὡς, in suo exemplari legisse lectionem a Dobraeo propositam opinati sunt Hermann, Blaydes, Rutherford; at recte Engerus observavit: „Scholiasta vulgatam videtur legisse, quod inepte, ut multis aliis locis explicat ἀκοὴν δὲ ὡς χοάνης ὦτα διετετρήνατο."

Schol. Eccl. 2. Ecce alius locus, ubi dubitatur adhuc de

Digitized by Google

vera lectione. Versus enim, a quibus Ecclesiazusarum fabula incipit, sic sunt traditi:

ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου,
κάλλιστ' ἐν εὐσκόποισιν ἐξητημένον,

nisi quod R pro εὐσκόποισιν habet εὐστόχοισιν, quam lectionem, in κάλλιστον εὐστόχοισιν ἐζητημένον auctoribus Westonio et Dobraeo mutatam, recepit von Velsen; vix tamen recte hic articulus τοῖς omittitur. Idem valet de lectione κάλλιστ' ἐν εὐστόχοισιν ἐξηυρημένον, quam probavit Meineke. Veri mihi quoque est simile iure Bergkium Dindorfiumque recepisse lectionem a Bentleio propositam κάλλιστ' ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρτημένον, sed unum me offendit quod sic particula γὰρ in versu sequenti vix habet quo referatur. Scholii initium est: ἡ ἔννοια· κάλλιστα τοῖς σοφοῖς εὑρημένον, unde Blaydesius veram lectionem esse putat κάλλιστα τοῖς σοφοῖσιν ἐξηυρημένον; quod si in codicibus legeretur, statim multi, opinor, exclamarent: „Coll. schol. vulgatam lectionem e glossematis ortam esse suspicor!" Multo profecto prudentius Rutherford: „We cannot say what this annotator read in his text or wether we should translate „for" or „by the wise"; idem tamen sine iure ad ea quae sequuntur τοῖς εὖ σκεπτομένοις annotat: „Did the annotator read κάλλιστον εὐσκόποισιν or even εὖ σκοποῦσιν?" Verba enim τοῖς εὖ σκεπτομένοις non minus apta sunt explicandae lectioni εὐστόχοισιν quam lectioni εὖ σκοποῦσιν.

Schol. Eccl. 940. Glossema codicis Ravennatis ἄμορφον bene illustrat vocabulum ἀνάσιμον in versibus:

εἶθ' ἑξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν
καὶ μὴ ἔδει πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν.

Parum recte Rutherfordius non dubitari posse censet quin hoc scholion olim respexerit lectionem ἄσημον.

Schol. Eccl. 1036. Nullo modo Iuvenis ille effugere potest aniles amplexus; cui anus quaedam:

ἦ μὴν ἔτ' ὠνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἐμοί.

Tum ille:

νὴ τὸν Δί', ἥνπερ ἥ γέ που τῶν κηρίνων.
οἶμαι γὰρ ἔνδον διαπεσεῖσθαί σ' αὐτίκα.

Digitized by Google

Hic quoque ingenio abusus esse videtur Rutherfordius, cum ad scholii διαπεσεῖσθαι] τεθνήξεσθαι, διαρρυῆναι partem alteram annotaret: „Either implies a reading διαπεσεῖν, or an idea that διαπεσεῖσθαι was aorist, or else is only part of a note." Sermone enim quo cottidie utebatur verba Aristophanea explicavit scholiasta.

Schol. Plut. 730. περιέψησεν] ἀπέματτεν. „The imperfect tense in the adscript seems to imply that the annotator read περιέψηχεν," Rutherford, fieri potest ut recte. Quoniam tamen talia minime anxie curare solent scholiastae, cautius nihil de varia lectione suspiceris.

Schol. Plut. 1159. In ipsa fabula varia sua enumerat ministeria Mercurius, quorum unum saltem aptum sit quo fungatur in aedibus Chremyli recens ditati: „Recipite me," inquit, „ἀλλ' ἡγεμόνιον"; respondet Cario:

ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει,
ὥσθ' ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ' ἔτι.

Scholion est: ὥστε μὴ δεῖσθαι ἡγεμόνος (ἡγεμονίου Rutherford) καὶ ὁδηγοῦ. Hinc Rutherfordius effici posse censet: „that l. 1160 in the text is an adscript, modified to make the metre out." Nullo tamen modo hic versus omitti potest, nam cur Cario responderit ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει ipsis verbis ei est significandum; praeterea etiam in praecedentibus (vs. 1155 sq., vs. 1157 sq.) semper uno versu atque dimidio in responsis suis usus est servus. Scholion autem hic quoque nil est nisi sententiae paraphrasis, quamvis supervacua.

Iam satis superque exposuisse mihi videor, quibusnam de causis equidem non nimis profecto magnifice sentiam de Rutherfordii meritis in eruendis variis lectionibus in scholiis Aristophaneis latentibus.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MISCELLANEAE

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 156).

Quaest. Conviv. p. 612 D: ἔνιοι δὲ τὴν παροιμίαν οἴονται τοῖς παρὰ πότον λεγομένοις καὶ πραττομένοις ἀμνησίαν ἐπάγειν. Conieci ἐπιτάττειν.

Ibid. p. 613 E. Quid faciat philosophus inter convivas οἳ παντὸς μὲν ὀρνέου, παντὸς δὲ νεύρου ἢ ξύλου μᾶλλον ἢ Φιλοσόφου Φωνὴν ὑπομένουσι. Verum in convivio cantantibus avibus non est locus: reponam: ὀργάνου.

Ibid. p. 617 E: ἐκ τῶν Ὁμήρου τὸ θεώρημα τοῦτο λαμβάνων καθηκόντων. Nonne verius καθῆκον?

Ibid. p. 619 E: μάλ' ἐμμεμαὼς καὶ περιεσκεμμένος vel, sicuti apud Wyttenbachium est, περιεσκεμμένως. Homericum participium displicet et arridet: μάλ' ἐμμελῶς καὶ περιεσκεμμένως. Sic saepe Plutarchus: p. 634 F: ἐμμελῶς καὶ κεχαρισμένως, p. 654 D: ἐμμελῶς καὶ προσηκόντως. Ad sententiae integritatem aliquid videtur deesse.

Ibid. p. 621 F. Extremae rusticitatis est si προστάττομεν in

Digitized by Google

convivio ἆδειν ψελλοῖς ἢ κτενίζεσθαι Φαλακροῖς ἢ ἀσκωλιάζειν χωλοῖς. Hic conferre poterimus Synesii Φαλακρᾶς ἐγκώμιον p. 64 B: ὅταν ἔτνους προκειμένου μετώπων ἐξέτασις γένηται, ubi *Mnem.* 1894 p. 123, laudato Phaedro V 6, suasi: κτενὸς προκειμένου. Conferantur apud paroemiographos Φαλακρῷ κτένα δανείζεις et Φαλακρὸς κτένα.

Ibid. p. 623 A. Hunc locum quum primum legebam, h. e. diu antequam prodiit Bernardacis editio, iam correxeram λῦπαι pro eo quod apud Wyttenbachium absurde legitur λύσσαι. Postea vidi itidem Bernardacem scripsisse λῦπαι, sed quum prorsus nihil adnotarit, credibile est eum veram lectionem invenisse in Vindobonensi libro, Wyttenbachio non usurpato, quem Quaestionum Convivalium ἀρχέτυπον esse novimus. Admirabile est videre quam frequenter prorsus eadem vitia ubique recurrant. Est Aeschyli fragmentum 39, in Scholio ad Iliad. N 198, apud Nauckium p. 14:

εἶλκον δ' ἄνω λυκηδόν, ὥσε διπλόοι
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Scripsi aliquando Nauckio malle me λυσσηδόν, nam per complures annos suave inter nos fuit literarum commercium, isque significavit in *Tragicae dictionis indice* p. VIII sibi eam correctionem probari.

Ibid. p. 627 B: καὶ τέφρᾳ καὶ λίθοις κἂν μὴ παρῇ δὲ ταῦτα, κονιορτῷ πολλάκις παχύνουσι τὸ ὕδωρ, ὡς μᾶλλον τῶν γεωδῶν τῇ παχύτητι καταπλύνειν δυναμένων τὸν ῥύπον. Hunc lapidum usum in lavandariis non intelligo: quid tandem latere potest nisi λίτροις? [1]) Ceterum παχύτητι Hirschigii est, nam in Codice est τραχύτητι. Hinc infra p. 627 D: τὸ μὲν οὖν γλυκὺ ῥᾳδίως ὁ ἥλιος ἐξάγει διὰ κουφότητα, τὸ δ' ἁλμυρὸν ἐνισχόμενον τοῖς πόροις διὰ τραχύτητα δυσξήραντόν ἐστι et p. 627 F: τὸ δ' ἁλμυρὸν αὐτὸ καὶ τραχὺ καταλειφθέν itidem rescribam: παχύτητα et παχύ.

Ibid. p. 630 C. Qui multum peregrinati sunt προθύμως διη-

1) Actum egi: cf. Herw. *Mnem.* 1893 p. 99.

Digitized by Google

γοῦνται καὶ διαγράφουσι κόλπους καὶ τόπους οἰόμενοι καὶ χάριν τινὰ τῶν πόνων ταύτην καὶ παραμυθίαν κομίζεσθαι. Longe praestat: ποταμούς.

Ibid. p. 631 F. Lepida est historiola quam Plutarchus respicit: ὁ γελάσας καὶ ἡσθεὶς πρὸς τὸν δοκοῦντα λωποδυτεῖν ἐρωτῶντα δ' αὐτὸν εἰ ἐπὶ δεῖπνον βαδίζοι, Φήσαντος βαδίζειν ἐκεῖ μέντοι καθεύδειν, βεβαιοῦντι τὴν διαβολὴν ὅμοιός ἐστι. Hic locus mihi Aristophanis verba revocat in memoriam, quae leguntur in Avibus vs. 496:

ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς ὑπέπινον ἐν ἄστει,
κἄρτι καθηῦδον καὶ πρὶν δειπνεῖν τοὺς ἄλλους οὗτος ἄρ' ἦσε
κἀγὼ νομίσας ὄρθρον ἐχώρουν Ἀλιμουντάδε.

Corruptus locus est nec quantum novi interpretibus successit emendatio. Apparet tamen quid Pithetaerus debuerit dicere. Modo somnum post compotationem capessiverat necdum crapulam edormiverat et intempestivus galli gallinacei cantus eum ex somno excitavit. Quod in *Mnem.* 1897 p. 428 tectis verbis indicaveram, id nunc aperte perscribere iuvat, cum aliquid praesidii in Plutarchi loco invenerim. Dixerat Aristophanes: καὶ πρὶν διυπνεῖν, τηνάλλως οὗτος ἄρ' ἦσε. Neque haec verba obscura sunt et aliquid lucis accipiunt ex Dioclis testimonio apud Andocidem de Mysteriis § 38: ἔφη γὰρ εἶναι μὲν ἀνδράποδον οἱ ἐπὶ Λαυρίῳ, δεῖν δὲ κομίζεσθαι ἀποφοράν· ἀναστὰς δὲ πρῲ ψευσθεὶς τῆς ὥρας βαδίζειν· εἶναι δὲ πανσέληνον, incidisse autem εἰς τοὺς Ἑρμοκοπίδας.

Ibid. p. 632 B. Ismenias celeberrimus tibicen ad sacra cecinerat nec litarat; tum qui conduxit, arrepta tibia ηὔλησε γελοίως· αἰτιωμένων δὲ τῶν παρόντων ... sed vide apud Plutarchum quid illi lepide inter se iocati sint. Malo tamen: ἀνιωμένων.

Ibid. p. 633 B: ὁ Κασάνδρου φίλος οὐκ ἠχθέσθη τοῦ Θεοφράστου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· θαυμάζω σου τοὺς ὀφθαλμούς, ὅτι οὐκ ἄδουσι τοῦ μυκτῆρος αὐτοῖς ἐνδεδωκότος. Casandri amicum ignoro, sed hoc video de oculis locum intelligi non posse. Erat autem adunco naso et Theophrastus mirabatur τοὺς ὄλμους quod non

Digitized by Google

concinerent τοῦ μυκτῆρος ἐνδεδωκότος. Erant ὄλμοι, ut suspicor, foramina in superiore tibiae parte. Photius: ὄλμοι καὶ ὑφόλμια ἐπὶ αὐλῶν· Εὔπολις Φίλοις· Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὄλμους· οἶμοι τῶν κακῶν. Polluc. 4. 70: τῶν δ' ἄλλων αὐλῶν τὰ μέρη γλῶττα, τρυπήματα καὶ βόμβυκες, ὄλμοι καὶ ὑφόλμια. Hesychius: ὑφόλμιον· μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι. Proprium verbum est ῥιναυλῆσαι, quod vide Lucian. Lexiph. 19.

Ibid. p. 641 B. Sermo fit de remora quae ὑπὸ τοῦ πρῳρέως ἐάλω προσεχομένη τῷ τοίχῳ τῆς νεὼς ἔξωθεν. Nimis languet postremum vocabulum et placet ὡς εἴωθεν.

Ibid. p. 642 A. Quaeritur διὰ τί τοὺς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι λέγουσιν. Etenim, uti ait Plutarchus, ἵππους λυκοσπάδας οἱ μὲν ἀπὸ τῶν χαλινῶν τῶν λύκων ἔφασαν ὠνομάσθαι διὰ τὸ θυμοειδὲς καὶ δυσκάθεκτον, οὕτω σωφρονιζομένους. Ὁ δὲ πατὴρ ἡμῶν ἤκουσα περὶ τὰς ἱσηγορίας αὐτοσχέδιος ὢν καὶ κεχρημένος ἀεὶ κρατιστεύουσιν ἵπποις, ἔλεγε κτέ. Herwerdenus coniecit προσηγορίας, Bernardaces ἰσορίας· mihi quidem placet ἱπποτροφίας.

Ibid. p. 642 A: τὰς ὁρμὰς ὀξυρρόπους καὶ ταχείας ἴσχουσιν ὥσπερ τὰ λινόπληκτα τῶν θηρίων. Praestat: λινόληπτα.

Ibid. p. 649 F: ὥστε πολλοὺς τῶν εὐπόρων ὅταν ἐμπλήσωσι ἀσκοὺς ὕδατος, ἐπὶ τούτων καθεύδειν ἀναψυχομένους. Wyttenbachius habet ἐμπόρων, sed equidem praeferam: ἐγχωρίων.

Ibid. p. 650 C. Perhibent muliebre corpus πολύπορον γεγονέναι καὶ τετμῆσθαι καθάπερ ἀνδήροις καὶ ὀχετοῖς. Nonne praestat τετρῆσθαι?

Ibid. p. 650 F. Grammaticus Apollonides dicitur τακτικός. Hoc quid sit nescio; an forte ἐνστατικός fuit?

Ibid. p. 651 A. Coenae interest medicus Ἀθρουΐλατος. Quam mirum, imprimis propter variam lectionem p. 651 E, praeter Reiskium neminem intellexisse non barbarum latere nomen sed

Digitized by Google

Aviti = Ἀουΐτου. Bernardaces in *Symbolis* p. 55 in clara luce caecutivit, sed Wyttenbachius nihilo oculatior fuit.

Ibid. p. 657 E: ὁ παῖς ἐπέχει τὸν ἄκρατον. Recte intellexit Bernardaces praepositionem ὑπὸ requiri, sed quod scripsit ὑπήχει pro ὑπέχει, in ea re eum ratio mirifice fugit. Cf. Cobetus in *Mnem.* 1854 p. 299 et 1858 p. 141 et 150.

Ibid. p. 663 D. Hic necessario paulo plura describenda erunt, ut loci sententia plana fiat. Sermo fuerat de victus simplicitate: τί οὖν; rogat unus ex iis qui coenae intererant, οὐχὶ κρίμνον μὲν ἡμεῖς ἀντὶ πόλτου μάττομεν, ἀντὶ δ' ἀσπαράγου γήτεια καὶ σκολύμους παρασκευάζομεν, τὸν δ' ἀνθοσμίαν ἀπωσάμενοι τουτονὶ καὶ ἡμερίδην ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου κωνώπων χορῷ περιᾳδόμενον. Hic quivis corrigere poterit περιᾳδόμενοι, sed quid tandem est ἐκ πίθου? Latet ἐκ λάκκου vel certe synonymum aliquod.

Ibid. p. 664 A: ποικιλίαν δὲ καὶ Πλάτων παρέχει τοῖς καλοῖς καὶ γενναίοις ἐκείνοις πολίταις, παρατιθεὶς βολβούς, ἐλαίας, λάχανα, τυρόν, ὀψήματα παντοδαπά, qui locus conferendus est cum p. 668 B: ἐπ' ἀκτῆς τις λέκυθον ὀψᾶται καὶ κάππαριν; Quod statim apparet, Plutarcho obversabatur Platonis locus qui invenitur Rep. II p. 372 C: ἅλας τε δῆλον ὅτι καὶ ἐλάας καὶ τυρὸν καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἐψήματα ἐψήσονται, unde Bernardaces Plutarcho ἐψήματα reddidit, cum in archetypo sit ὀψίματα. Sed id ipsum quaeritur, an non verior scriptura sit quam Plutarchus in suo Platonis codice invenit ὀψήματα ὀψήσονται quam ἐψήματα ἐψήσονται. Mirum certe est in eo simplici vitae genere priscos mortales apud Platonem ea coquere, quibus coctione nihil opus sit. Nec absurde Clemens Alexandrinus Protr. II p. 173 Pott.: τῶν γάρ τοι βρωμάτων ἐπιτηδειότατα, οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχει δίχα πυρός, ut appareat apud Platonem vel certe apud Plutarchum eum legisse ὀψήματα non ἐψήματα.

Verum paulo curatius videndum quid proprie ἔψημα sit. Legitur apud Platonem Rep. II p. 373 A: καὶ ὄψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα καὶ ἕκαστα τούτων

Digitized by Google

πανταδαπά. De hoc loco quaesivit Nitzschius in *Museo Rhenano* XII. p. 472 et recte demonstravit meretriculas hic non debuisse memorari, sed quod reposuit ἀθῆραι, est ea infelix suspicio. Verum erui debet ex Rep. 455 C: τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἐψημάτων θεραπείαν, ubi Scholiasta: ποπάνων· πλακουντίων πλατέων καὶ λεπτῶν καὶ περιφερῶν· ἔψημα δ' ἐστὶν ὃ ἔνιοι ἕραιον καλοῦσιν, sed emendandum est σίραιον. Vere hoc traditur: nihil interest inter ἔψημα et σίραιον, nisi quod Athenienses paulo frequentius appellant σίραιον quam ἔψημα, qua de re conferri poterit Piersonus ad Moeridem p. 184. Latine *sapa* vel *defrutum* dicitur et saepe Galenus inculcat in Asia ἔψημα dici quod Atheniensibus σίραιον est. Itidem apud Platonem pro ΕΤΑΙΡΑΙ legendum ΣΙΡΑΙΑ et vides corruptelae causam. Οἶνος σίραιος dicitur et neutrum genus enotavit Pausanias apud Eustathium p. 1385. 13. Quod ad pluralem numerum σίραια attinet, non tantum τὸ ἡψημένον γλεῦκος ita dicitur, sed est quoque caricarum decoctum, τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα, qua de re multa invenies apud Henricum Stephanum VII. 129 et Coraem Ἀτάκτ. IV. 181. Verum nunc apparet quam incommode apud Platonem legatur ἐψήματα ἐψήσονται, quum vocabulum sibi propriam et peculiarem significationem habeat et gratiam Plutarcho habemus, qui veram lectionem servavit: ὀψήματα ὀψήσονται.

Ibid. p. 666 D. Laudat Plutarchus Euripidis versiculum:

πολλοὺς δὲ βροντῆς πνεῦμ' ἄναιμον ὤλεσε.

Theo Smyrnaeus qui locum itidem laudavit, τραῦμ' habet; Schmidtius coniecit πλῆγμ', Bernardaces πῦρ. Equidem malim appellare βροντῆς πτῶμ' ἄναιμον. Cf. praeterea Hemst. ad Lucian. Tim. 2.

Ibid. p. 668 F: τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἅλες ἧδιστον ὄψον εἰσίν. Ita scribitur ex Reiskii coniectura, nam antea legebatur: ἥδιον, quod facilius corriges ut sit ἴδιον.

Ibid. p. 672 C. In adnotationibus ad Vitam Antonii enumeravi aliquot locos in Vitis Parallelis, qui mihi utrumque Testamentum nescio quomodo in memoriam revocabant, sed professus sum me ad hoc argumentum rediturum esse in Moralibus

Digitized by Google

Operibus tractandis, quae longe plura habent eodem pertinentia. Erit autem separatim videndum de Vetere et de Novo Testamento, nam causa est penitus diversa. Ac primum satis credibile est tum Alexandriae tum Romae Plutarchum saepe una fuisse cum Iudaeis, a quibus fama et auditione multa eum accepisse consentaneum est. Conferam p. 669 F: *τὰ παρ' ἐκείνοις λεγόμενα μύθοις ἔοικεν, εἰ μή τινας ἄρα λόγους σπουδαίους ἔχοντες οὐκ ἐκφέρουσιν.* Et liquido apparet numquam eum cognovisse Sacram Scripturam, quam si vel semel obiter inspexisset ipsum Israelitarum deum non cum Baccho composuisset; quod quam absonum esset dixit Reinachius *Textes relatifs au Judaïsme* p. 147. Sed novit quod omnes norant, Iudaeos abstinere carne suilla, p. 669 E; itidem lepore non vescuntur, cuius rei origo repetitur ex leporis similitudine et asini, quo nullum aliud animal sanctius venerantur! Ceterum, quod mihi *ὁδοῦ πάρεργον* esto, nuperrime *in het Theologisch Tijdschrift* 1899 p. 293 clarissimus meus collega J. C. Matthes quaesivit cur Israelitae tum alias carnes abominentur tum vero etiam leporinam. Reiicit id quod olim theologi perhibebant, pagina est 315, lepore iis interdictum fuisse propter immodicam Venerem; sed fortasse immemor fuit eius quod tradit Herodotus III 108: *ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων, καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρί, τὸ δὲ ψιλόν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται, τὸ δὲ ἀναιρέεται.*

Sed missis fabellis, ceterum Plutarchus meliora edoctus fuit quam putaveris. Veluti p. 1051 E, ubi adversus Epicureos disputat: *ὅρα γὰρ οἷα Ἰουδαῖοι καὶ Σύροι περὶ θεῶν φρονοῦσιν, ὅρα τὰ τῶν ποιητῶν πόσης ἐμπέπλησαι δεισιδαιμονίας· φθαρτὸν δὲ καὶ γενητὸν οὐδεὶς ὡς ἔπος εἰπεῖν διανοεῖται θεόν.* Saepe vidit quam religiose Iudaei *τὴν τῶν σαββάτων ἑορτήν* observitarent, p. 169 C et p. 671 C. De reliquis festis diebus non quidem vere omnia retulit, qua de re Reinachius adeundus erit, sed miror tamen unde philosophus tam multa resciverit, quum Iudaei sacras suas caerimonias occultare mallent quam divulgare. Veluti quod p. 184 F de festivitate tabernaculorum legitur, lucem accipiet ex iis quae Iosephus habet Antiqq. XIII § 242. Sed prae ceteris me advertunt quae invenio p. 671 D: *τὴν λεγομένην νηστείαν ἄγοντες ἀκμάζοντι τρυγητῷ τραπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας ὑπὸ σκηναῖς καὶ καλιάσιν ἐκ κλημά-*

Digitized by Google

των μάλιστα καὶ κιττοῦ διαπεπλεγμέναις· καὶ τὴν προτέραν τῆς ἑορτῆς σκηνὴν ὀνομάζουσιν. ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις ἄλλην ἑορτήν, οὐκ ἂν δι' αἰνιγμάτων ἀλλ' ἄντικρυς Βάκχου καλουμένην, τελοῦσιν. ἔτι δὲ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς, ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασιν, εἰσελθόντες δ' ὅ τι δρῶσιν οὐκ ἴσμεν. Novit quoque sacerdotes Levitas nominari itemque qua veste indutus pontifex maximus in publicum prodeat. Etenim describitur, p. 672 A, *μιτροφόρος τε προϊὼν ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ νεβρίδα χρυσόπαστον ἐνημμένος, χιτῶνα δὲ ποδήρη φορῶν καὶ κοθόρνους, κώδωνες δὲ πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος ὑποκομποῦντες ἐν τῷ βαδίζειν.* Haec non plane quidem conveniunt cum iis quae Iosephus habet Antiqq. III § 159 et Plutarchus addidit *τὴν νεβρίδα*, quo magis Bacchi sacerdos videretur esse: illud magis miror quomodo captis Hierosolymis et templo incendio deleto Plutarchus praesens tempus usurpare potuerit. Simile quid occurrit in Epistula ad Hebraeos IX 25 itemque, nisi me fallit memoria, apud Flavium Iosephum et in Epistula ad Diognetum. Infra eodem redibo ad p. 799 D.

Pauca de hoc genere restant. Veluti p. 968 F: *οἱ μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθαι χειμῶνος μὲν εἶσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δ' ἀποπτᾶσαν.* Quaeritur p. 281 F cur Romani *λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν ἀλλ' αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ περιεώρων μαραινόμενον* eademque de re disputatur p. 702 D: quis non recordatur Iesaiae XLII. 3: *κάλαμον τεθλασμένον οὐ συντρίψει καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει.* Certamen sophistarum p. 152 F componi poterit cum iis quae narrantur in tertio libro Ezrae. Alia sciens omitto.

Ancipitem rem esse video et periculi plenam Plutarchum conferre cum Novo Testamento, nam quas cernimus forte convenientias si quaeris unde repetendae sint, diversae necessario erunt hominum opiniones. Difficillimam quaestionem olim obiter attigi in *Verisimilibus* p. 222, sed ductu auspicioque Piersoni. Tali auxilio destitutus hodie vix extremis digitis attingere audeo quaestionem cui solvendae me prorsus imparem esse sentio. Animum tamen addidit Straussius in Vita Iesu 1864 p. 368: „Wer nur seinen Sueton mit Verstand liest, dem muss ein Licht darüber aufgehen, wie er die Wunder der Evangelischen Geschichte anzusehen hat. Denn von der über-

Digitized by Google

natürlichen Zeugung bis zur Himmelfahrt laufen die Parallele fort." Uti coniicio, scripsit Straussius recens a Suetonii lectione, cum totus esset mente ac cogitatione in reconcinnanda Iesu imagine, nam non admodum luculenta sunt quae ex Romano scriptore profert. Legimus v. c. p. 387: „Von Augustus erzählt Sueton, nachdem ihn noch als kleines Kind eines Abends die Amme in einem Gemache zu ebener Erde in die Wiege gelegt, sei er am andern Morgen verschwunden gewesen, und nach langem Suchen habe man ihn endlich im höchsten Theile des Hauses, gegen Sonnenaufgang liegend, vorgefunden". Quaeris quo hoc pertineat? Scilicet Straussius, quod non sine admiratione audies, composuit cum iis quae leguntur Luc. Evang. II 41—52. P. 572. agit de uxore Pilati: „wer denkt bei diesen warnenden Träumen der Claudia Procula, wie die Legende die Gattin des Pilatus bald benannte, nicht an den angeblichen Traum der Calpurnia, Cäsar's Gattin, in der Nacht vor seiner Ermordung?" Duae mulieres sunt et duo somnia: reliqua omnia discrepant. Itidem me advertunt quae de defectu solis leguntur p. 587: „So war es Zeitgeschmack, so hatte es die Sonne nach damaliger römischen Legende auch bei der Ermordung Cäsar's, vor dem Tode des Augustus gemacht. Die Verfinsterung der Sonne um die Zeit von Cäsar's Ermordung wird uns zwar von Geschichtschreibern als trüber, dunstiger Charakter des ganzen Jahrgangs beschrieben: — doch bald fasste man die Erscheinung als eine wirkliche, und zwar auf Tag und Stunde mit der Ermordung Cäsar's zusammengetroffene Sonnenfinsterniss, wie nach den drei ersten Evangelien die Finsterniss mit den Stunden des Todes Iesu zusammengetroffen sein soll." Tam leve indicium causae quam Straussius agit, nocet magis quam prodest.

Ὁδοῦ πάρεργον alium etiam Straussii errorem iuvat arguere. Legitur in Evang. S. Johannis XIX 34: ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. De his verbis ὁ ἀποστάτης ita argutatur p. 593: „Das kann nun freilich, wie jeder Sachverständige uns belehren wird, in keinem Falle herausgekommen sein; denn war das Blut in dem Leibe Jesu noch flüssig, sei es, dass der Tod noch nicht, oder erst vor ganz Kurzem erfolgt war, so kam eben Blut; war es bereits geronnen, so kam gar nichts heraus,

Digitized by Google

und auch das Wasser aus dem Herzbeutel, falls dieser von der Lanze getroffen war und seine Flüssigkeit sich nicht vielmehr ins Innere der Brusthöhle ergoss, müsste sich im ersteren Falle mit dem Blut ununterscheidbar vermischt, im andern ohne Blut gezeigt haben." Non assentior. Quid est Euroaquilo? Ventus, credo, inter Eurum et Aquilonem. Quid est Εὐρύνοτος? Ventus inter Eurum et Notum. Eodem modo λιβόνοτος dicitur, λιβοφοίνιξ sim. Nemo ignorat Homerum qui cecinit:

ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον.

Ex commixtione duorum ventorum necessario oriebatur unus qui flabat inter Boream et Zephyrum. Iliad. P 64 αἵματα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει, viscera sanguinolenta intelligenda sunt. Iliad. H 9: ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, duobus elementis commixtis nascitur lutum. Apud Plutarchum p. 928 B: ἥλιος καρδίας ἔχων δύναμιν ὥσπερ αἷμα καὶ πνεῦμα διαπέμπει, nam sanguis spiritum intus alit. Paulus in priore Epist. ad Corinth. XV 50 *humanum corpus* appellavit σάρκα καὶ αἷμα eademque periphrasi usus est Plutarchus p. 999 A. Similiter αἷμα καὶ ὕδωρ sanguis est aqua commixtus. Sed unde illa aqua? Nimirum Evangelista indicare voluit sanguinem qui ex vulnere exibat, valde fuisse *pallidum*: nihil ultra. Nec quisquam illum pallorem in emaciato corpore mirabitur. Postea, circa annum 170, Apollinaris Episcopus Hierapolitanus illud αἷμα καὶ ὕδωρ mystice interpretatus est, cf. Strauss. p. 69. Sed hoc nihil ad nos.

Sed redeo ad id quod ago. Exstat p. 554 A proverbium: τῷ σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος ἐκφέρει τὸν αὑτοῦ σαυρόν. Pythia est p. 438 B ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος πλήρης et componam Evang. Marci IX 25: τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν. Ventriloquos Plutarchus nominat p. 414 E Εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ δὲ Πύθωνας προσαγορευομένους, quibuscum confer Act. Apost. XVI. 16: παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος. Denique quam illa conveniunt p. 108 A καὶ γὰρ πολέμους καὶ σάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι· διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται· τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ, cum Epist. Iacobi IV 1—4.

Digitized by Google

Tandem venio ad p. 672 C, a quo loco hanc disputationem exorsus sum. Lacuna est trium foliorum post p. 741 C; etenim in Codice Vindobonensi, qui Quaestionum Convivalium archetypus est, haec folia abscissa sunt. Itidem magna lacuna est aliquot foliorum post p. 672 C; est autem ea aliquanto vetustior, nam paginae quae deficiunt, iam perierant in eo codice, ex quo descriptus est archetypus qui aetatem tulit. Quantum video, non casu vel fortuito quaedam interiere, sed fuit qui de industria unum et alterum folium, integrum fortasse quaternionem, avelleret. Vide modo. Traditum fuerat Bacchum Israelitarum deum esse: *κἀκεῖνο σημεῖον οὐ μικρόν ἐστι, τὸ πολλῶν τιμωριῶν οὐσῶν παρ' αὐτοῖς μίαν εἶναι μάλιστα διαβεβλημένην, τὴν οἴνου τοὺς κολαζομένους ἀπείργουσαν, ὅσον ἂν τάξῃ χρόνον ὁ κύριος τῆς κολάσεως· τοὺς δ' οὕτω κολα* ... deinde reliqua sine vestigio perierunt. Hic autem conferamus quod Matthaeus habet XXVII 34: *ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον καὶ γευσάμενος οὐκ ἤθελε πιεῖν.* Diversum est quod Marcus tradidit XV 23: *καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δ' οὐκ ἔλαβε.* Non meum est dicere quid interpretes sentiant de ea Evangelistarum discrepantia. Est, ut scribit Straussius p. 578, nempe Marco id incredibile fuisse visum quod Matthaeus narrasset: „daher macht er aus dem Essig mit Galle Wein mit Myrrhe, und gewinnt damit eine Anknüpfung an die jüdische Gewohnheit, hinzurichtende Missethäter durch Gewürzwein vorher zu betäuben." Contradicit Plutarchus uti vidimus itaque quod verisimile est, Christianus quidam ne quid lectores reperirent quod faceret ad Marci fidem infringendam, ea quae sequebantur ultro resecuit. Sic in Iuliani Codice Vossiano p. 336 C unum folium propter insignem scriptoris impietatem a fanatico lectore rescissum fuit, cf. *Mnem.* 1860 p. 269 itemque in *Mnem.* 1885 p. 279 operam dedi ut ostenderem, deleta fuisse quae Flavius Iosephus de Iesu memoriae prodidisset, substitutum autem fuisse falsum testimonium, quod viris doctis tamdiu negotia facessivit. Nec magis fanatici pepercerunt Luciani opusculo de morte Peregrini, cf. Fritzsche I. 2 p. VI.

Ibid. p. 675 E: *ὁ περιηγητὴς τὸ μυθῶδες ἐπῆρεν.* Malo: *ἐπῆγεν.*

Digitized by Google

Ibid. p. 679 D. Agitatur quaestio περὶ τῶν πολλοὺς ἐπὶ δεῖπνον καλούντων et commendatur id quod sequitur: ἐπιτήδειοι δὲ τῷ μὲν ἡγεμόνι δειπνίζοντι συνδειπνεῖν οἵ τ' ἄρχοντες ἐὰν ὦσι Φίλοι, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως. Sed non praecipit Plutarchus quos praeses provinciae ad coenam adhibere debeat, sed quales convivas simul invitare deceat, si forte praeses sibi coenam condixerit. Vides emendandum esse: ἡγεμόνα.

Ibid. p. 680 B: ὁ Ἐπαμεινώνδας — τὴν Φάλαγγα περιπίπτουσαν ἑαυτῇ καὶ ταρασσομένην ὑπολαβών, ἐξέλυσε καὶ κατέςησεν εἰς τάξιν. Notabilis est Xylandri correctio ἐξείλισσε.

Ibid. 684 F: Πλάτωνος δὲ τῶν ἀλῶν σῶμα κατὰ νόμον ἀνθρώπων θεοφιλέςατον εἶναι Φάσκοντος. Respiciuntur Platonis verba in Timaeo p. 60 E: τὸ δ' εὐάρμοςον ἐν ταῖς κοινωνίαις ταῖς περὶ τὴν τοῦ ςόματος αἴσθησιν ἁλῶν κατὰ λόγον νόμου θεοφιλὲς σῶμα ἐγένετο, sed diligenter videndum, numquid veri in Plutarchi lectione lateat.

Ibid. p. 698 B. Movetur absurda quaestio quo iure Plato contenderit τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος ἐξιέναι. Hic tum alia multa dubia proferuntur in medium, tum hoc quoque: τοῦ πνεύμονος λείου καὶ πυκνοῦ παντάπασι γεγονότος, πῶς τὸ σὺν κυκεῶνι πινόμενον ἄλφιτον διέξεισι καὶ οὐκ ἐνίσχεται; Plane non assequor, quid obstare possit pulmonis *laevitas* quominus farina simul cum potione transmittatur. Cogitavi de: πλεύμονος λοξοῦ καὶ πυκνοῦ.

Ibid. p. 699 D: τῆς ἀρτηρίας τρωθείσης, οὐ καταπίνεται τὸ ὑγρόν, ἀλλ' ὥσπερ ὀχετοῦ διακοπέντος ἐκπίπτον ἔξω καὶ ἀποκρουνίζον ὁρᾶται. Rectius videtur: τρηθείσης.

Ibid. p. 701 A. Obscurus et impeditus locus est: ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ λέγοντες· ἔτος Φέρει οὕτις ἄρουρα, τὰ καθ' Ὅμηρον λέγοντες. Haec equidem non magis intelligo quam quisquam alius et miseret me eorum qui haec interpretari et in alium sermonem receperunt convertere: tantum ausim affirmare proverbium respici, in quo ἐτός mutato accentu paulo minus absurdum erit quam ἔτος.

Digitized by Google

Ibid. p. 704 D: διασείσας καὶ διακωδωνίσας τὸ συμπόσιον, ὡς ἠσθάνετο τοὺς πολλοὺς ἐγκεκλικότας καὶ παρέχοντας ὑφ' ἡδονῆς ὅ τι βούλοιτο χρῆσθαι καὶ καταυλεῖν καὶ ἀκολασαίνειν. Praestat: καταακολασαίνειν. Cf. p. 713 E et 785 F: καταυλεῖν καὶ καταψάλλειν.

Ibid. p. 709 B. Pares cum paribus libenter congregantur: huius rei memor esse debet qui amicos invitat ad coenam neque ἐπάγειν νέῳ ποτικῷ καὶ Φιλοπαίγμονι πρεσβύτας σκυθρωποὺς ἢ βαρὺ φθεγγομένους ἐκ πώγωνος σοφιστάς. Immo: νέῳ σκωπτικῷ καὶ Φιλοπαίγμονι.

Ibid. p. 712 E: τὸν δὲ τῶν ζωδιογλύφων ἀγῶνα βραβεύσομεν αὔριον. Nihil proficimus Meziriaci coniectura κωμῳδιογράφων· aliud quid latet. Athenaeus copiose ostendit quanto in honore γρῖφοι olim post coenam inter pocula fuerint; sunt septem species quas enumerat. Etiam Plutarchi tempore convivae αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀλλήλοις προσβάλλουσι, p. 717 A, ne quis rem in desuetudinem abiisse existimet. Est tamen de hoc argumento in Quaestionibus Convivalibus altum silentium, quocirca pro ζωδιογλύφων reponam ... γρίφων, sed etiamsi vocabuli compositi caudam fortasse recuperaverim, priorem partem non mihi contigit restituere.

Ibid. p. 714 E. Bacchus ebriis ferulam tradidit, κουφότατον βέλος, ὅπως ἐπεὶ τάχιστα παίουσιν, ἥκιστα βλάπτωσι. Convenientius erit: τὰ μάλιστα.

Ibid. p. 715 E. Paulo certius est quod de hoc loco potero proferre. Hodie ita editur: τὸν Αἰσχύλον ἰσοροῦσι τὰς τραγῳδίας ἐμπίνοντα ποιεῖν, καὶ οὐχ, ὡς Γοργίας εἶπεν, ἓν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μεσὸν Ἄρεος εἶναι τοὺς Ἑπτ' ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. Facile intelligimus respici Aristophanis locum in Ranis vs. 1021; sed quo pertinet Gorgiae mentio? Rogat Herwerdenus utrum γοργῶς an γαυριάσας an forte δι' ὀργῆς vera scriptura sit. Simplicior ratio est Bernardacis, qui verum esse suspicatur: ὥσπερ τις εἶπεν. Nihil horum sufficit. Dederat Plutarchus, uti arbitror, ὡς μεγαληγορήσας εἶπεν. Librarius sibi videre visus

Digitized by Google

est non ΜΕΓΑΛΗΓΟΡΗΣΑΣ, sed ΜΕΓΑΛΗΓΟΡΓΙΣΑΣ, unde sex literulis resectis exsculpsit Gorgiae nomen.

Ibid. p. 730 B: *οὐδὲ ὅσα γαλῇ καὶ μυΐᾳ κατοικιδίῳ μικρολόγως ἐγκαλοῦμεν, ἔχοι τις ἂν αἰτιάσασθαι τὸν μέγιστον ἰχθύν.* Vix oculis meis fidem habeo; apud Aristophanem me legere memini: *οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ*, novi *τοὺς κατοικιδίους μῦς*, veluti statim apud Plutarchum p. 733 C. Tamen hucusque nemo fuit qui reponeret: *γαλῇ καὶ μυΐ*. Idem fortasse remanet vitium p. 728 A: *μόνα τῶν συνοίκων μυῖα καὶ χελιδὼν οὐχ ἡμεροῦται πρὸς ἄνθρωπον οὐδ' ἀνέχεται ψαῦσιν οὐδ' ὁμιλίαν οὐδὲ κοινωνίαν ἔργου τινὸς ἢ παιδιᾶς.* Rem non praesto, sed quod continuo sequitur *τὴν μυῖαν φοβεῖσθαι τῷ πάσχειν κακῶς καὶ διασοβεῖσθαι πολλάκις*, id verius de mure dicitur quam de musca. De fele Hehnius satisfaciet. Eandem confusionem notavit Reitzius ad Lucian. Somn. s. Gall. 24.

Ibid. p. 733 F. De hoc loco quanta maxima cura potui disputavi in *Mnem.* 1888 p. 105. Intelligitur *θαλάττιος ἐχῖνος*, qui est et dicitur esculentus.

Amator p. 754 F: *τῶν οὖν φίλων τοὺς μάλιστα τοῖς βίοις νεαροὺς καὶ συνερῶντας αὐτῇ — μεταπεμψαμένη καὶ συγκροτήσασα.* Tacet Bernardaces nec sane amplectar Wyttenbachii coniecturam *συνεαρίζοντας*. Verum ante pedes est: nempe *συνεργοῦντας*, cf. p. 769 D.

Ibid. p. 755 D: *οἴει γὰρ ἁρπαγήν, ἔφη, γεγονέναι καὶ βιασμόν, οὐκ ἀπολόγημα καὶ στρατήγημα τοῦ νεανίσκου νοῦν ἔχοντος;* Praestare credo: *ἀποτόλμημα*.

Amator. Narrat. p. 772 E. Phido Argivorum tyrannus, ut Corinthios in suam potestatem redigeret, illinc mille satellites arcessiverat, quos cum e medio tollere vellet, fuit ex amicis qui fraudem indicavit: *καὶ οὕτως οἱ Φλιάσιοι πρὸ τῆς ἐπιθέσεως εἰς τὴν Κόρινθον ἐσώθησαν.* Nusquam pertinet Phliasiorum mentio itaque Amyotus Amyotumque secutus Meziriacus reposuerunt *χίλιοι*· recte ad sententiam; quod si autem literarum

Digitized by Google

ductibus insistere debeamus, elegantius corrigemus: οὕτως ἀσπάσιοι. Sed non est operae pretium Amatoriis illis Narrationibus multum studii impendere, nam ineptum opusculum est nec dignum Plutarcho. Hic autem nescio quomodo venit mihi in mentem elegantissimae emendationis Milleri. Fuerat reperta in insula Cypro inscriptio quam nescio quis ita ediderat:

οὐκ ἄκος ἔσαι δ' ἀσπάριοι, ξενε, χαῖρε προσείπας.

Millerus autem correxit:

οὐ κακός ἐς' Ἀΐδας· πάριθι, ξένε, χαῖρε προσείπας.

Ad principem ineruditum p. 780 A. Sunt ἀνδριάντες, οἳ τὴν ἔξωθεν ἡρωικὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες ἐντός εἰσι γῆς μεσοὶ καὶ λίθου καὶ μολίβδου. Malim βύπου. Est nisi fallor Platonis locus qui Plutarcho obversabatur. Cf. Lucian. Somn. s. Gall. 24 et Iov. trag. 8.

Ibid. p. 781 C. Est Δίκη αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ ὠφελείας σύνοικος. Cum Xylandro malim: ἀφελείας. Vide τὴν Ἀθηνᾶν IX p. 48.

Ibid. p. 871 E: πῶς οὗτος οἴεσθε τὸ θέατρον ἐπεφρίκει; Verius esse arbitror: οὗτος πῶς οἴεσθε. De ea locutione interpretes egerunt ad Aristoph. Acharn. 12 et Blaydesius nubem exemplorum congessit.

An seni resp. gerenda sit p. 784 A: ἐφορῶντα καλαμητρίδας καὶ θερισάς. De forma καλαμητρίδας quam Coraes Plutarcho reddidit, conferri poterit Lobeckius ad Phrynichum p. 256, sed praeterea malim θερισρίας, quod vocabulum ex Aristophane enotavit Poll. VII. 150.

Ibid. p. 784 B: τῶν ἔτι χρόνον ἐχόντων μεταδιδαχθῆναι καὶ μεταμαθεῖν μάθημα διὰ πολλῶν ἀγώνων καὶ πραγμάτων μόλις ἐκπονούμενον. Verbum μεταμαθεῖν usurpatum est, quomodo solet; etenim quarto casu adsciscit id quod quis *addidicit*. Apud Aeschinem Ctesiph. § 157 plane contra est; significat enim *dediscere*: πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν. Hunc locum Chariton bis imitatus est,

Digitized by Google

p. 431. 4: πρὸς τοὔνομα τοῦ κυρίου πηγὴν ἀφῆκε δακρύων κάτω κύψασα ὀψὲ μεταμανθάνουσα τὴν ἐλευθερίαν et p. 454. 28: καὶ οὗτοι μὲν ἦσαν ἐν τοιαύταις συμφοραῖς ὀψὲ μεταμανθάνοντες τὴν ἐλευθερίαν. Cobetus in *Mnem.* 1857 p. 279 ad illum peculiarem usum non videtur attendisse.

Ibid. p. 785 B. Sophocles in illa celeberrima causa recitavit coram iudicibus τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ πάροδον· adeo senectus eum non fregerat; quin et fertur ἐπιγραμμάτιον in Herodoti honorem:

Ὠιδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὤν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα.

Annus erat 441, quo anno Sophocles erat praetor bello Samio; sed non admodum memorabile est poetam aetatis anno quinquagesimo quinto, vel si id mavis sexto, odarium composuisse, quum adeo non esset decrepitus senex ut etiam ad bellum proficisceretur. Aut inconsiderate Plutarchus scripsit, aut vitium subest.

Ibid. p. 785 D. Hic quantum memini, unicus locus est, ubi mulier περίζωμα habet. Sed copa erat.

Ibid. p. 787 A: ἔστι δὲ καὶ δόξης καὶ φλογὸς οὐ χαλεπὴ σωτηρία. Imo: ὡς φλογός.

Ibid. p. 791 C. Huc fere perveneram in Plutarcho relegendo, quo tempore *Museum Groninganum* in meas manus pervenit, in quo VII p. 1 clarissimus collega Speyer retulit de Syntaxi Comparata Delbruckii. Cum alia in spisso libro laudantur, tum: „de begrenzing van de stof tot de teksten, *waarmede de auteur vertrouwd is*, de(n) Vedische(n) en den *Homerustekst.*" Ipse Speyerus hoc vix serio scribere potuit: quid enim narrat sequenti pagina? „Op bldz. 472 vertaalt D. de plaats Σ 499: ὁ μὲν εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι ... ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἐλέσθαι aldus: der eine berühmte sich (versprach) alles geben zu wollen, der andere weigerte sich, irgend etwas anzunehmen." Di vostram fidem! Delbruckius mea non leget, quemadmodum ego non curabo legere *Syntaxin Comparatam*, nam unum γεῦμα abunde

Digitized by Google

sufficit et admirari possum felix ingenium eorum qui ubique habitare consueverunt, ipse autem mea mediocritate contentus, mihi plaudo dum unum sermonem paulo diligentius studeo pernoscere. Libet autem duos locos Plutarchi adscribere, quo melius appareat quid de aoristorum infinitivis censendum sit. Alter locus est quem supra indicabam: πολιτεύεσθαι καθῆκόν ἐςιν οὐ πεπολιτεῦσθαι, καθάπερ ἀληθεύειν οὐκ ἀληθεῦσαι· καὶ δικαιοπραγεῖν οὐ δικαιοπραγῆσαι καὶ Φιλεῖν οὐ Φιλῆσαι τὴν πατρίδα. Alter legitur p. 816 A: οἱ τὸ συςρατεύσασθαι καὶ συνεΦηβεῦσαι Φιλίας ἀρχὴν τιθέμενοι, τὸ δὲ συςρατηγεῖν καὶ συνάρχειν ἔχθρας αἰτίαν λαμβάνοντες, ἓν τῶν τριῶν κακῶν οὐ διαπεΦεύγασιν.

Ibid. p. 793 A: ὅπως μηδὲν ἀπρεπὲς μηδὲ βαρὺ τῷ γήρᾳ προσάξομεν ἀγώνισμα. Magis placet: προστάξομεν.

Praec. gerendae reip. p. 799 A. De C. Graccho ita legimus: οὐχ εὗρε καταθέσθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ διὰ μέγεθος ἀλλὰ προαπώλετο. Dicendum hoc fuit: παραπώλετο.

Ibid. p. 799 B: οἶνος ἐν ἀρχῇ μὲν ὑπὸ τῶν ἠθῶν κρατεῖται τοῦ πίνοντος, ἡσυχῇ δὲ διαθάλπων καὶ κατακεραννύμενος αὐτὸς ἠθοποιεῖ τὸν πίνοντα. Fortasse magis placere debebit κατασκεδαννύμενος, sed nihil affirmo.

Ibid. p. 799 D. Supra ad pag. 672 C dixi me plurimum mirari quomodo Plutarchus itemque alii haud pauci praesenti tempore scribere potuerint de re iamdudum vetustate obsoleta. Narrat Plutarchus de Iudaeorum pontifice maximo nec tamen ignorare potuit, captis Hierosolymis, postquam templum arserit, non superesse pontificem, qui collem scanderet et intraret sanctum sanctorum. Eadem de causa memorabilis locus est, ad quem iam pervenimus. Atheniensibus, quorum ingenia descripsit, opponit Carthaginienses: ἕτερον ἦθος τοῦ Καρχηδονίων δήμου, πικρόν, σκυθρωπόν, ὑπήκοον τοῖς ἄρχουσι, βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις et caetera. Si praeterea nihil Plutarchi esset reliquum, sic firmiter nobis persuaderemus aequalem eum fuisse Hannibalis, nec facile fidem haberemus, si quis docere vellet eum vixisse tribus saeculis post. Nobis fortasse res tanti non est, nam in

Digitized by Google

clara luce nullum est caecutiendi periculum, sed Theologis utilis est observatio, nam simili argumento confisi fuerunt olim qui serio crederent Epistulam ad Hebraeos nondum eversis Hierosolymis fuisse compositam; verum iamdudum coeperunt sanius iudicare.

Ibid. p. 800 F. Lepida est historiola de Livio Druso: Λιούιος Δροῦσος ὁ δημαγωγὸς εὐδοκίμησεν ὅτι, τῆς οἰκίας αὐτοῦ πολλὰ μέρη κάτοπτα τοῖς γειτνιῶσιν ἐχούσης καὶ τεχνιτῶν τινος ὑπισχνουμένου ταῦτ' ἀποσρέψειν καὶ μεταθήσειν ἀπὸ πέντε μόνων ταλάντων, δέκα, ἔφη, λαβὼν ὅλην μου ποίησον καταφανῆ τὴν οἰκίαν, ἵνα πάντες ὁρῶσιν οἱ πολῖται πῶς διαιτῶμαι. Ingens pretium est, ut rotundis numeris contenti simus, flor. 13500, quo redemtor domus illius vitium corrigere volebat. Sequens aetas gliscente luxuria vidit effrenatam luxuriam; sed tempore Livii Drusi omnia longe erant simpliciora. Quo pretio tunc venalis erat privata domus nec nimis magna neque angusta, sed in qua mediocria omnia? Propter Mostellariam III. 1. 113 dixeris Plauti tempore pretium fuisse talentum circiter duorum, necdum Gracchanis temporibus omnia facta erant cariora. Scribit certe Mommsenus in Historia Romana II p. 382 mediocrem domum tum verosimiliter constitisse sexagenis sestertiis, h. e. florenorum sex millibus. Certe Cornelia Gracchorum mater Miseni villam emit septuagenis quinis sestertiis (= flor. 7500), quae villa postea Lucullo cessit insano pretio vendita. Iamne credemus circa idem tempus redemptorem privatae domus vitium ut corrigeret, postulavisse quinque talenta, h. e. flor. 13500, cum praesertim appareat artifici levem pecuniae summam fuisse visam, nec Livio valde magnam? Ex his tenebris lucem dabit Clemens Alexandrinus, cuius locum Cobetus tractavit ἐν Ἑρμῇ λογίῳ p. 185. Queritur ille de mulierum luxuria: τὸ μὲν σῶμα αὐταῖς εἰ πιπράσκοιτο, οὐκ ἄν ποτε χιλίας εὗροι Ἀττικάς, μίαν δὲ δήπου ἐσθῆτα μυρίων ταλάντων ὠνούμεναι σφᾶς αὐτὰς ἀχρειοτέρας καὶ ἀτιμοτέρας τῶν ὑφασμάτων ἐλέγχουσιν. Nulla fuit umquam muliebris vestis decies mille talentum, h. e. flor. 2.700.000. Τί οὖν; Cobetus inquit, Ἐξαλείψομεν τὸ ταλάντων ἢ οὔ; τὸ μὲν σῶμά, φησιν, οὐκ ἄν ποτε χιλίας εὗροι Ἀττικάς, μίαν δέ που ἐσθῆτα μυρίων ὠνοῦνται. Δραχμῶν δήπου, τίς γὰρ καὶ τῶν

Digitized by Google

μετρίως πεπαιδευμένων ἀγνοεῖ ὅτι τοῖς Ἕλλησιν οὕτως ἔθος λέγειν· ὠνεῖσθαι τρισχιλίων, χιλίας ὀφλεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. Res in aprico est itemque apud Plutarchum expungendum est id quod est ταλάντων, deinde ἀπὸ πέντε μόνων refingendum est ut fiat: ἀπὸ πέντε μνῶν. Hoc redemtionis pretium aliquanto verisimilius: non fuit flor. 13500 sed 225. Architectus ut artem suam commendaret, significavit se tantam rem tam levi dispendio efficere posse. Si unius domus μετάθεσις constitisset quinque talentis, non intelligo quomodo Chaeronenses φῶτα μεταθέντες καὶ κλίμακας μεταβαλόντες καὶ θύρας τινὰς ἀνοίξαντες τὰς δὲ κλείσαντες totam suam urbem salubriorem reddere potuerint, cf. p. 515 B. Non satis fuisset nummorum in arca. Itidem notabilis locus est p. 843 E: τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα ἢ ὥς τινες μνῶν, ut videas non inauditam fuisse horum vocabulorum confusionem.

Ibid. p. 801 C. Laudatur Menandri versiculus: τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος· etenim, inquit, καὶ γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος. Correxit Wilamowitzius: οἷος ὁ τρόπος τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος. Bernardaci satis videtur: οἷος ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος. Etiam simplicius erit: ὡς γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος.

Ibid. p. 807 E. Euripidis Pegasus

ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον εἰ μᾶλλον θέλοι.

Non intelligo. Fortasse legendum:

ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον σθένοι.

Sic demum apparet cur cum Pegaso comparetur Agesilaus περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὐτοῦ γιγνόμενος ἀσθενέστατος καὶ ταπεινότατος. Quo erat potentior, eo se gerebat submissius usque ad vitium.

Ibid. p. 808 B: δεῖ γὰρ οὐκ ἄχρι τοῦ βωμοῦ φίλον εἶναι, ὥς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἄχρι παντὸς νόμου καὶ δικαίου. Post φίλον εἶναι glossema irrepsit: τῷ μὴ συνεπιορκεῖν· vide modo p. 531 D.

Ibid. p. 809 D: προχειρότερον εἰπεῖν ἑκάστῳ· μισῶ τὸν δεῖνα. Malo: ἑκάστοτε. Sed totus locus considerandus est.

Digitized by Google

Ibid. p. 810 E. Saepe calumniae recidunt in ipsos auctores, καθάπερ τῶν βελῶν ὅσα πρὸς τὸν βαλόντα φέρεται πάλιν ῥώμῃ τινὶ δοκεῖ καὶ σφενδόνης τοῦ πληγέντος ἀνακρουόμενα τοῦτο πάσχειν. In Australia novimus indigenas tractavisse ac fortasse etiam tractare *bomerangas*, nunc videmus ne in Europa quidem tale telorum genus incognitum fuisse. Fuit etiam nuper qui mihi narraret in Hispania effossam fuisse *bomerangam*, sed, quod doleo, plura mihi indicare non poterat.

Ibid. p. 815 D. Venio ad locum quem expedire non potui, sed operae pretium videtur lectoribus rem proponere considerandam. In *Collectaneis Criticis* p. 519 Cobetus disputavit de p. 604 D: οἱ δὲ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους καὶ μετέσησαν οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δ' ἐξ Ἀθηνῶν. „In his", ut Cobetus ait, „duo offendunt τὸ ἀργύριον pro τὴν ἄγκυραν et ἀράμενοι pro ἄραντες. Ἀγκύριον recte dicitur in Charonis *cymba* apud Lucianum, in qua omnia sunt parva et exilia, sed naves maiores, quibus ex Italia Athenas proficiscebantur, ἀγκύρας habebant, non ἀγκύρια. Deinde τὴν ἄγκυραν αἴρειν dicitur, ἀνασπᾶν, ἀνιμᾶν, ἀναιρεῖσθαι, ἀνέλκεσθαι, sed αἴρεσθαι τὴν ἄγκυραν nusquam legitur." Haec postquam Cobetus praemisit, addit se scribere malle αὐτοὶ τὸ ἀκάτιον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο. Speciem hoc habet, nam ludit Plutarchus in decantatis Epicuri verbis: παιδείαν δὲ πᾶσαν, ὦ μακάριε, φεῦγε τὸ ἀκάτιον ἀράμενος. Eandem locutionem itidem usurpavit p. 15 D et 1094 D; quid autem significet, non dubitatur, nempe plenis velis et navigatione quam velocissima. Levis tantummodo Cobeti error est, qui credidit τὰ ἀκάτια in Graecorum navibus fuisse τὰ μεγάλα ἱστία· plane contra est, τὸ ἀκάτιον velum minus est in anteriore navis parte, quod post Boeckhium de Reb. Naut. p. 127 cum cura ostendit Breusingius p. 68.

Haec igitur, sicuti dixi, speciem habent, sed locus quem indicavi, p. 815 D, est longe difficillimus. Libellus est in quo tradit Plutarchus praecepta gerendae reip. Dum omnia parent Romano imperio, ostendit quomodo se gerere debeat Graecus homo, qui remp. capessiverit. Hic multa utilia praecipiuntur, inter quae illud quoque est: qui in Graeca urbe primum locum

Digitized by Google

tenet, sedulo cavere debet ne quid in urbe turbetur vel provinciae praeses offendatur: quodsi res quaepiam gravior inciderit, non debebit relinquere causam quam suscepit tuendam, sed intrepide coram ipso adeo Imperatore pugnare pro civium salute et incolumitate: *δεῖ γὰρ οὐ ποιεῖν χειμῶνας αὐτὸν ἀλλὰ μὴ προλείπειν ἐπιπεσόντων, οὐδὲ κινεῖν τὴν πόλιν ἐπισφαλῶς, σφαλλομένην δὲ καὶ κινδυνευούσην βοηθεῖν, ὥσπερ ἄγκυραν ἱερὰν ἀράμενον ἐξ αὐτοῦ τὴν παρρησίαν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις.* Deinde sequuntur exempla Pergamenorum qui apud Neronem, Rhodiorum qui apud Domitianum et Thessalorum qui apud Augustum rerum suarum egregium habuerunt patronum, non *αὐτὸν τῶν δεινῶν ἔξω τιθέμενον ἀλλὰ πρεσβεύοντα καὶ πλέοντα καὶ λέγοντα* causamque civium suam facientem. Novimus satis quae sit *ἄγκυρα ἱερά*, sed quaeritur quid sit *ἄγκυραν αἴρεσθαι*, quod sine exemplo dictum est. Ne sit offensio in media verbi forma: locum non magis intelligam. Est quoque tertius locus cuius est intricata ratio: legitur in vita Coriolani c. 32. 1: *ἐπανελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἀκούσασα ἡ βουλὴ καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως ἄρασα τὴν ἀΦ' ἱερᾶς ἀΦῆκε.* Hic tandem quid significat *αἴρειν*? deinde novi quid sit *ἄγκυραν καθιέναι*, sed quid est *ἀΦιέναι*? Mihi quidem merae tenebrae sunt.

Ibid. p. 829 C: *πέΦευγε γὰρ ἐξ ἡμῶν καὶ ἠΦάνισαι πᾶς μὲν Ἕλλην, πᾶς δὲ βάρβαρος πόλεμος.* Melius erit: *ἐΦ' ἡμῶν.*

De vitando aere alieno p. 828 E. Plutarchus memor eorum quae apud Herodotum legerat VII 141 ita scribit: *μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνας τε μένειν μηδ' ὀχήματα ζευκτὰ κερασΦόρα καὶ κατάργυρα.* Reiskius coniecit *κατάχρυτα* vel *καταπόρΦυρα*, Bernardaces *ὀχήματα κερασΦόροις ἐζευγμένα* suspicatur intelligenda esse, Papabasilius *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* X 211 reponendum esse existimat *σειρασΦόροις* vel *σειραΦόροις*. Lenius est remedium *γερασΦόρα*. Vide hoc adiectivum apud Pindarum Pyth. II 78. Cf. quoque Bernardaces ad p. 150 F.

Ibid. p. 830 B. Poterit unusquisque vitare aes alienum *γράμματα διδάσκων καὶ παιδαγωγῶν καὶ θυρωρῶν, πλέων, παραπλέων· οὐδέν ἐστι τούτων αἴσχιον οὐδὲ δυσχερέστερον τοῦ ἀκοῦσαι*

Digitized by Google

ΑΠΟΔΟΣ. Nihil potest esse facilius intellectu, sed quodnam latet servile ministerium sub illo πλέων παραπλέων? Hic locus diu me torsit; nihil melius invenire potui quam: ἐγχέων παραχέων. Ἐγχέων, vinum scilicet; παραχέων autem aquam. Vide Platonem Comicum p. 736 Mk.

De Herodoti Malignitate p. 855 D. Qui libenter omnia vilipendit ἔοικεν εἰς τὴν τραγικὴν ἐμπίπτειν κατάραν θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς. Excidit quod additum reperies p. 520 B: (ὅλοιο) θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

Ibid. p. 856 D: τὸ κακόηθες εἰς πίστιν ὧν ψέγει προσαποτίθεται τὸν ἔπαινον. Correxit Herwerdenus προσεπιτίθεται vel προστίθεται, Abreschius προυποτίθεται. Mihi placet: προσπαρατίθεται.

Ibid. p. 858 B. Magna reportata victoria Pittacus ἀκοντίσας τὸ δόρυ, τοῦτο μόνον τὸ χωρίον ἠξίωσεν ὅσον ἐπέσχεν ἡ αἰχμή. Fieri potest ut Reiskius vere correxerit τοσοῦτο μόνον χωρίον, sed praeterea requiritur ἤτησεν.

Ibid. p. 859 A. Herodotus I 157 de Persa quodam retulerat, qui a Cyro defecerat: hunc Mytilenaei prodere pararunt ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως. Exclamat Plutarchus indignabundus: εὖ τὸ μὴ διαβεβαιοῦσθαι πόσος ἦν ὁ μισθός, τηλικοῦτο δ' Ἑλληνίδι πόλει προσβαλεῖν ὄνειδος, ὡς δὴ σαφῶς εἰδότα. Emenda: Φεῦ τὸ μὴ διαβεβαιοῦσθαι. Similiter Cobetus in *Collectaneis* p. 515 correxit p. 507 F Φεῦ τοῦ τάχους· edebatur enim εὖ τοῦ τάχους.

Ibid. p. 863 E. De Argivis legimus: οὐ συναράμενοι τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡγεμονίαν καὶ τῆς ἀρετῆς Λακεδαιμονίοις ἐκσάντες, κατῄσχυναν τὸν Ἡρακλέα. Praefero τῆς ἀρχῆς, sed vel sic tamen locus nondum perpurgatus est.

Ibid. p. 870 B: ἀλλ' ὁ μὲν ἔψευσαι, λόγος ἡμῖν οὐδείς· ἃ δὲ τ... ψεῦσαι μόνον ἐξετάζομεν. Supplevit Turnebus: ἃ δέ γε κατέψευσαι, Cobetus: ἃ δὲ τῶν Κορινθίων καὶ τῶν Θηβαίων κα-

Digitized by Google

τέψευσαι, Herwerdenus: ἃ δέ τινων κατέψευσαι, Bernardaces autem in *Symbolis* p. 126: ἀλλ' ὅσα μὲν ἔψευσαι — ἃ δὲ τῶν Ἑλλήνων κατέψευσαι. Nihil horum mihi admodum placet, nam in bimembri sententia incommoda est verbi ψεύδεσθαι iteratio; est praeterea in libris lacuna duarum triumve literularum, non plurium: quocirca commendo: ἃ δὲ τερθρεύεται μόνον ἐξετάζομεν. Hoc verbum Plutarchus habet p. 43 A.

Quaest. Natur. p. 911 E: ἡ κονία γίγνεται ὕδατος εἰς τέφραν ἐμπεσόντος. Participium displicet, sed nihil reperire contigit quod prorsus satisfaciat. Num forte ἐμπασθέντος?

Ibid. p. 913 C: πολλοὶ δὲ καὶ κηρίνοις ἀγγείοις ἀναλαμβάνουσιν ἐκ τῆς θαλάττης ὕδωρ γλυκὺ διηθούμενον, ἀποκρινομένου τοῦ ἁλυκοῦ καὶ γεώδους. Hic quaero quaenam κήρινα ἀγγεῖα intelligenda sint. Interpres respondet cerea vasa esse, sed vasa ex cera numquam fuerunt nisi in apiario et, si vel maxime fuissent, certe non perpluerent vel ad percolandum utilia forent. Etiam hinc apparet nihil profici etiamsi cerata vasa velimus intelligere. Constat, credo, de corruptela: iam, quid latet? Non fuerunt vasa ex argilla, nam sequitur: ἡ δὲ δι' ἀργίλου προδιαγωγὴ παντάπασι τὴν θάλατταν διηθουμένην πότιμον ἀποδίδωσι. Solum restat de *ligneis* vasis mentionem factam fuisse. Secundum Athenaeum XI p. 500 A σκύφος erat ἀγγεῖον ξύλινον στρογγύλον, ὕστερον δὲ κατὰ μίμησιν εἰργάσαντο κεραμέους τε καὶ ἀργυροῦς σκύφους. Materies plerumque fagus erat. Tibull. I. 10. 8:

Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,
Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

item I. 1. 39:

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitque luto.

Et quis ignorat Ovidianum illud?

Sistitur argilla crater; fabricataque fago
Pocula qua cava sunt, flaventibus illita ceris.

Nam cera illinebantur, quod item Theocritus monstrabit I 27:

καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον(?) ἀδεῖ καρῷ.

Uti plerique autumabant, κισσύβιον ex hedera erat indeque nomen habebat: de etymologia nihil affirmo, sed norant certe

Digitized by Google

veteres κίσσινα ποτήρια. Euripidis fragmentum est apud Athen. XI p. 477 A:

πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεώς,
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος,
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Item Cycl. 389:

σκύφος τε κισσοῦ παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν
πήχεων,

quae poetica licentia est, nam tale certe vas ex hedera numquam fuit. Alia colligere perfacile est, sed satis evicisse mihi videor apud Plutarchum reponendum esse κισσίνοις ἀγγείοις. Id aliquando investigare debebunt harum rerum curiosi possitne aqua per hoc lignum ita percolari, ut cum reliquis sordibus sal quoque remaneat. Est cur dubitem. Scribit tamen Cato de r. r. 111: si voles scire, in vinum aqua addita sit, necne, vasculum facito de materia hederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit; nam non continet vinum vas hederaceum.

De facie in orbe Lunae p. 922 F: τοῦτ' ἐκεῖνο ἐφ' ἡμᾶς πάλιν ἀφῖκται τὸ περίακτον ἐκ τῆς Ἀκαδημείας. Conferendum est id quod legitur in Comp. Lys. et Syllae 3: τουτὶ τὸ περίακτον· οἶκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες· quod Cobetus *Mnem.* 1856 p. 203 correxit: τὸ περιβόητον id etiam priore loco restituendum censeo.

Ibid. p. 924 C: τοῦτο γάρ ἐϛι τἄνω κάτω καὶ πάντα τραπέντα πάλιν εἶναι. Quod correxeram τραπέμπαλιν, sero veni, nam emendare occupavit Bernardaces. Itidem p. 936 D: ὅρα τὰ τῆς εἰκόνος ὡς ἄνω ποταμῶν καὶ τραπὲν πάλιν λαμβάνουσιν, Meinekius correxit τραπέμπαλιν. Restat p. 1059 D: Χρύσιππον οὐκ ἀπὸ τύχης ἀλλ' ἐκ προνοίας ἡ Φύσις ἤνεγκεν, ἄνω τὰ κάτω καὶ τοὔμπαλιν ἀνατρέψαι δεομένη τὸν βίον, vide an non praestet τραπέμπαλιν. Itidem p. 1071 C: οἱ τριπέμπελοι βιαζόμενοι μὴ τὸ τυγχάνειν τῶν κατὰ Φύσιν τοῦ ϛοχάζεσθαι τῶν κατὰ Φύσιν εἶναι τέλος, ἀλλὰ τοῦ λαμβάνειν τὸ ἐκλέγεσθαι. Secundum Hemsterhusium οἱ τριπέμπελοι admodum decrepiti sunt et convenienter vertit Wyttenbachius: plusquam

Digitized by Google

deliri isti contendentes, cet. Equidem hic quoque fidenter corrigam: *οἱ τραπέμπαλιν βιαζόμενοι*. Latine *perverse* dicitur, quod existimari potest ex Suet. Galb. 18: observatum est Kalendis Ianuariis in senatu curulem *perverse* collocatum. Scribit Photius *τραπέμπαλιν· ἐπαρίσερα* (sic enim scribi debuerat, non *ἐπ' ἀριστερά*), *ὑπεναντίως· οὕτως Φερεκράτης*. Dindorfius reddidit Dioni Cassio XLII. 40: *τὸν στέφανόν τις τραπέμπαλιν αὐτῷ ἐπέθηκε*, nam in libris est *τραπέντα πάλιν*, qui locus imprimis utilis esse poterit iis qui etiamnum de primitiva vocabuli potestate dubitant. Postremus omnium qui *τραπέμπαλιν* usurpavit, Ruhnkenius fuit in Epistula ad Cobetum *Mnem.* 1877 p. 120.

Ibid. p. 937 A. Legitur *ἥλιον*, reposuit Turnebus quod sententia flagitat *ὀφθαλμόν*. Scilicet sunt harum vocum peculiaria signa hieroglyphica, quae facili opera potuerunt confundi. Quodnam sit signum quo sol indicatur, in vulgus notum est et copiose dixit Cobetus in Praefatione *Variarum Lectionum*. Quo compendiolo *ὀφθαλμός* scribatur, ostendet Gardhausenus p. 259. Formas videbis non multum dissimiles.

De primo frigore p. 253 C: *ἰχθῦς μὲν γὰρ ἰσορεῖ Θεόφραστος ὑπὸ ῥίγους πεπηγότας, ἂν ἀφεθῶσιν εἰς τὴν γῆν, κατάγνυσθαι καὶ συντρίβεσθαι δίκην ὑελῶν ἢ κεραμεῶν σωμάτων*. Verior scriptura erit *ἐκπωμάτων*.

Aquane an ignis sit utilior p. 957 C: *οὐδεμίαν αἰτίαν εὕροι τις ἄν, δι' ἣν ἄγονοι πέτραι καὶ τὰ κατεσκληκότα τῶν ὀρῶν πᾶσιν ἢ ὅτι πυρὸς οὐδ' ὅλως ἢ ὀλίγον μετέσχηκε*. Quaerit Bernardaces sitne pro *πᾶσιν* corrigendum *πάρεισιν* an *πάρεσιν*. Contradicit Papabasilius *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* X p. 219 et commendat *περίεσιν*. Mihi lenior placet coniectura: *πλὴν ἢ ὅτι*. Corruptela orta ex usu uncialium literarum.

De Sollertia Animalium p. 959 E: *ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος*. Reiskio *Ἐπιτήδειος* nomen proprium visum fuit; sed merito nemo eum sequitur. Incommodam sen-

Digitized by Google

tentiam in integrum restitues leni correctione ἀποθανεῖν, eodem modo quo mox recte dictum est: σῦς αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γευσάμενος ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν. Hiatus horror fecit ut Plutarchus naturalem verborum ordinem inverteret; sic enim solet; ne longe abeam, p. 970 B: καθάπερ ἀθλητῇ σίτησιν ὑπὸ γήρως ἀπειρηκότι ψηφισάμενος. Conferri quoque poterit p. 998 B.

Ibid. p. 963 B: οὐ διὰ τοῦτο τυφλὸς οὐδ' ἀδύνατος οὐδ' ἄωτος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. Commonstrare hic locus poterit quid verum esse existimem p. 947 A: τυφλῶν καὶ γυμνῶν καὶ ἀνόπλων οὐκ αἰσθησίς ἐστιν, nam minime dubito quin reponendum sit ἀώτων· id magis ambigitur quid sub illo γυμνῶν lateat. Apud Flavium Iosephum IV § 276 edidi: ὁμοίως μηδὲ βλασφημείτω τις τὸν ἄωτον καὶ τὸν ἐνεόν, cum in codicibus sit ἀπόντα et ἄοπτον. Pariter apud Plutarchum fortasse corrigendum: τυφλῶν καὶ ἐνεῶν καὶ ἀώτων. Ceterum notabile est Vol. VII p. 180. 9 Bern. κωφοὶ καὶ βωβοί.

Ibid. p. 971 D: κατὰ μικρὸν ἐξανισάμεναι, μέχρι ἂν οὕτως ἁλισκομένων δόξαν ἐνδιδοῦσαι, μακρὰν ἀποσπάσωσι τῶν νεοττῶν. Scripserim: ὅσον οὔπω ἁλωσομένων, sed fortasse hiatus obstat.

Ibid. p. 985 A: πεντηκόντορον ἔχων, ὥς φασι, λῃστῶν ἄνδρας ἄγουσαν. Commendat Bernardaces: λῃστῶν πεντήκοντα, nec repugno; sed qui sunt λῃστῶν ἄνδρες? Corrigam: λῃστῶν πεντήκοντα γέμουσαν.

Bruta ratione uti p. 987 D: bestia ἀνθίσταται τῷ κτείνοντι καὶ πηδᾷ καὶ ἀγανακτεῖ, μέχρι ἂν ὥσπερ πῦρ ἐγκατασβεσθῇ παντάπασι καὶ ἀπόληται. Hic quid requiram, ostendam initio sumto a Timaeo: ἀκταίνειν· γαυριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν, de qua glossula est perdocta Ruhnkenii adnotatio. Rarissimum verbum est, cuius sunt duae formae ἀκταίνειν et ἀκταινοῦν, quarum haec activam, illa fere neutram significationem habet. Scribit Phrynichus apud Bekkerum in Anecd. p. 23. 7: ἀκταινῶσαι· σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι καὶ ἐπᾶραι καὶ μετεωρίσαι, deinde omis-

Digitized by Google

sis quibusdam quae nihil ad nos: Αἰσχύλος οὐκέτ' ἀκταίνω φησί, βαρυτόνως, οἷον οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι ὡς ἀπὸ περισπωμένου. In Phaedone locum frustra quaeres, ubi hoc verbum reponi possit, quamobrem Meinekius Platonem Comicum intellexit et correxit: ἐν τῷ Φάωνι. Aeschyli fragmentum apud Nauckium est 454 et praeterea in Etym. magno p. 54. 37: ἀκταῖνον μένος ex nescio quo poeta affertur. Legitur praeterea in Eumen. 36: ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν. Itidem e Phrynicho est quod invenitur in sexto Bekkeri lexico p. 373. 18: Ἀκταινῶσαι· ἀντὶ τοῦ ὑψῶσαι καὶ ἐξᾶραι καὶ μετεωρίσαι, sed non opus est omnes grammaticorum locos describere, nec magis omnia compilabo quae ex Ruhnkenio et Henrico Stephano nullo negotio derivari possunt. Hesychium secuti Batavi editores verbum reddiderunt Homero ψ 3: γούνατα δ' ἐρρώσαντο, πόδες δ' ὑπὸ ἡκταίνοντο pro vulgata lectione ὑπερικταίνοντο. Plato semel vocabulo usus est, nempe Legg. II p. 672 C: ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν Φρόνησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχισα, ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. Quod in oculos incurrit, corruptus locus est et de ipso adeo vocabulo ἀκταινώσῃ merito dubitatur, sitne hoc legendum an magis ἀκταίνῃ, quo ducit vetus scriptura ἀποκτείνῃ. Illud paulo fidentius affirmaverim eo loco a quo hanc disputationem exorsi sumus, Plutarchum Platonis non immemorem fuisse et dedisse non πηδᾷ καὶ ἀγανακτεῖ, quae verba nunc quidem incommoda ratione coniunguntur, sed πηδᾷ καὶ ἀκταίνει.

De Esu Carnium p. 995 A: οὐ τραχύτης ὀδόντος πρόσεσιν, οὐ κοιλίας εὐτονία καὶ πνεύματος θερμότης τρέψαι καὶ κατεργάσασθαι δυνατὴ τὸ βαρὺ καὶ κρεῶδες. Quod impense miror, reiicit Bernardaces quod Cobetus acute correxerat πέψαι. Sed praeterea malo: τὸ βαρὺ καὶ νοσῶδες. Vide modo p. 995 C: δεινὰς βαρύτητας ἐμποιεῖ καὶ νοσώδεις et p. 998 C: νόσους καὶ βαρύτητας ἐμποιεῖν.

De Communibus Notitiis p. 1059 A: πρὸς μικρὰ καὶ μετ' αἰδοῦς τὰ παρ' ἐμοῦ λεχθέντα σεμνῶς ἠτιάσαντο. Praefero: ἠναντιώσαντο.

Digitized by Google

Ibid. p. 1059 D: οἱ πηλὸν ἢ κονιορτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντες τὸν ἀπτόμενον αὐτῶν καὶ προσαναχρωννύμενον οὐ κινεῖν ἀλλὰ προσβάλλειν τὸ τραχῦνον δοκοῦσιν. Longe praestat: κονίειν. Athletae se pulvere aspergebant: res nota est.

Ibid. p. 1068 B: διψῶντες οὖν ὕδατος οὐκ ἔχουσι χρείαν οὐδ' ἄρτου πεινῶντες,

ἕς ε ξένοισι μειλίχοις ἐοικότες
σέγης τε μοῦνον καὶ πυρὸς κεχρημένοις.

Sunt duo senarii nescio unde desumti et facillima verba sunt praeter illud ἕς ε, quod in Plutarchi textu incommode additum est, nec valde commode apud ipsum poetam. Quid latet? Credo: ἀς υξένοισι, de quo vocabula complura congessit Ruhnkenius ad Tim. p. 57. Dicitur ἀσύξενος proprie ὁ μὴ ἔχων ἐν τοῖς πολίταις οἰκίαν ἰδίαν, sed postea inter δορυξένους, ἰδιοξένους et ἀσυξένους non distinguitur. Argumentum attigi in Prolegomenis ad Photium p. 74. Ipsius Aristophanis Byzantii doctrina per Aelium Dionysium et Pausaniam ad nos propagata fuit.

Ibid. p. 1067 D: οἱ κατὰ τὰς ἐννοίας Φιλοσοφοῦντες. Plane contrarium requiritur: παρὰ τὰς ἐννοίας. Vide p. 1068 D, 1071 A et ubi non in vicinia.

Ibid. p. 1068 D: ἀλλ' οὐκ ὠΦελοῦνται τούτων τυγχάνοντες οὐδ' εὖ πάσχουσιν οὐδ εὐεργέτας ἔχουσιν οὐδ' (ἄρα) εὐεργετῶν ἀμελοῦσιν. Sentis quid exciderit. Similiter p. 1069 A scripserim: ἐλήρει δ' (ἄρα) Ἀριστοτέλης.

Ibid. p. 1068 E: τὸ μὲν ὠΦελεῖν καὶ ὠΦελεῖσθαι σοΦῶν ἐστι, χάριτος δὲ καὶ Φαῦλοι τυγχάνουσιν. Supple: (μόνων) σοΦῶν.

Non posse suaviter vivi sec. Epic. p. 1088 F: τὸ μνημονευόμενον αὐτῆς (scil. τῆς ψυχῆς) ἀμαυρόν ἐστι καὶ κνισῶδες. Non intelligo. An σκιῶδες corrigendum?

Ibid. p. 1097 D. Euripidis versiculi sunt:

καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀΦθόνως δεδευμένα.

Displicet κροτητά et correxi κἀκροΦητά *Mnem.* 1882 p. 288.

Digitized by Google

Ibid. p. 1098 B. Post Metrodori nuptias verba sunt matris vel sororis: ἡδέως τε βεβιωκέναι καὶ βρυάζειν καὶ καθυμνεῖν τὸν ἑαυτῶν βίον. Festo die peracto, non scripserunt ἡδέως βεβιωκέναι, sed βεβρωκέναι. Ceterum βρυάζειν Epicureum verbum est, cf. 1107 A, 1117 A et Madv. ad p. 1090 A.

Ibid. p. 1100 A: Καλλικρατίδας ἔλεγε τὸν Κόνωνα μοιχεύειν τὴν θάλασσαν. Ita Plutarchus, sed quid ipse Xenophon dederit in Hellen. I 5. 20, quaerere institui *Mnem.* 1894 p. 102.

Ibid. p. 1104 D. Sine sensu editur: οἱ δ' Αἰακοὶ καὶ Ἀσκάλαφοι καὶ Ἀχέροντες οὐ πάνυ διαταράττουσιν. Coniicio: ἀσφόδελοι.

Ibid. p. 1104 F: τὸ παρὸν ὡς μικρὸν, μᾶλλον δὲ μηδ' ὁτιοῦν πρὸς τὸ σύμπαντα ἀτιμάσαντες. Haec librorum scriptura est, quam Duebnerus correxit πρὸς τὰ σύμπαντα, Wyttenbachius πρὸς τὸν σύμπαντα αἰῶνα, in qua scriptura duplex hiatus molestus est. Arridet πρὸς τὸν σύμπαντα χρόνον. Compendiolum est eius quod est χρόνος et tale compendium haud semel omissum fuit librariorum incuria.

Adversus Coloten p. 1107 E. Coloten Epicurus ὑποκοριζόμενος solebat appellare Κωλωτάραν καὶ Κωλωτάριον. Non nota mihi est haec deminutivi forma: praestare dixerim Κωλωτίδιον καὶ Κωλωτάριον, quod forte scriptum fuit Κωλωτιαῖον atque sic ulterius corruptum fuit.

Ibid. p. 1123 F: ποίαν δ' οὐκ ἄνω καὶ κάτω ποιεῖ συγκατάθεσιν καὶ κρίσιν; Malo ἄνω κάτω. Occasione data repetere iuvat quae olim disputavi in angulo quodam, ad quem paucissimis aditus erit. Sumam initium a verbis Dobraei in *Adversariis* I p. 373: ἄνω καὶ κάτω cum copula potius est *up and down, backwards and forward;* sine copula *upside down, topsy turvy, at sixes and sevens;* tum laudat Bakium ad Cleomedem p. 381. In locutione ἄνω καὶ κάτω copulam haud raro librariis deberi constat ex iis locis, in quibus optimi libri ea carent et ἄνω

Digitized by Google

κάτω habent, cum deteriores eam repraesentant. Fuit Graecis usitatum dicere ἄνω κάτω εἶναι, τρέχειν, μεταβάλλειν cet.: efficitur hoc tum aliunde tum comicorum testimoniis. Anonymi est versiculus apud Ammonium:

ὡς τοῦτο δ' εἶδεν, εὐθὺς ἦν ἄνω κάτω.

Apud Menandrum quater invenio, primum eo loco quem Terentius vertit in Eunucho 2. 2. 47: ne *sursum deorsum* cursites: quocum cf. Petronius c. 58 et 63. Tum eo loco quem Plutarchus affert de Tranq. p. 466 B: οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω. Deinde apud Stobaeum Flor. 44. 3:

οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν
ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'· εἰ δὲ μή, τἄνω κάτω
ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταστραφεὶς ὅλος.

Denique apud Schol. Plat. p. 359:

τὸ λεγόμενον
τοῦτ' ἐστὶ νῦν τἄνω κάτω, τὰ κάτω δ' ἄνω,

nam sic locus a Cobeto emendatur in *Mnem.* 1885 p. 128. Ἄνω καὶ κάτω copula addita bene Graecum est, sed non prorsus idem significat. Absurdum sane foret mutare velle Theophr. Charact. XI: ἐλλέβορον πιὼν ἄνω καὶ κάτω ἐκαθάρθην. Vel Antiphanis locum apud Athen. X p. 444 B:

ἂν σκοπῇ τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια
τὰς φλέβας θ' ὅποι φέρονται τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω
τεταμένας, δι' ὧν ὁ θνητὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.

Nec copula peculiari significatione caret apud Xenarchum, quem locum Athenaeus habet VI p. 225 C:

οἱ μὲν ποιηταὶ λῆρός εἰσιν· οὐδὲ ἕν
καινὸν γὰρ εὑρίσκουσιν, ἀλλὰ μεταφέρει
ἕκαστος αὐτῶν ταὔτ' ἄνω τε καὶ κάτω.

Vel apud Aristophanem Nub. 616:

ὑμᾶς δ' οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας
οὐδὲν ὀρθῶς ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν.

Recte quoque in Pac. 1180:

τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω
ἐξαλείφοντες δὶς ἢ τρίς.

Et in Eqq. 862:

ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
αἱροῦσι.

Digitized by Google

Ne in Acharnensibus quidem copula sine idonea causa additur:

οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κἄνω καὶ κάτω
τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

Significat enim: οἱ μὲν φεύγουσιν ἄνω, οἱ δὲ κάτω. Alibi sine copula: Av. 3:

τί ὦ πονήρ' ἄνω κάτω πλανύττομεν;

Et Lysistr. 719:

ποιεῖ μ' ἀθυμεῖν περιπατεῖν τ' ἄνω κάτω.

Uti et apud Alexidem, laudatum a Diogene Laertio III 27:

εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ' ὥσπερ Πλάτων
σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ', ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Tragici raro usurpant ἄνω κάτω, quod plebeio sermoni iis nimis affine videbatur. Habent tamen, ut Eurip. Electr. 842:

ἔρρηξεν ἄρθρα. πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω
ἤσπαιρεν.

Eur. Bacch. 349:

ἄνω κάτω τε πάντα συγχέας ὁμοῦ.

Sed plerumque vitant speciem proverbii, ut Aesch. Eum. 650:

τὰ δ' ἄλλ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων τίθησιν.

Sic Herc. Fur. 953: ὁ δ' εἶρπ' ἄνω τε καὶ κάτω. Suppl. 689: ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους. Pirithoi fragmentum 7: ἄνω τε καὶ κάτω λόγοις ταράσσων. Herodotus semel, nempe III 3, ad quem locum dignus est qui conferatur Wesselingius. In philosophiam intulit Heraclitus, vide modo Diog. Laert. IX 8. Huc respicit notum Epigramma:

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί μ' ἄνω κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;

Adi quoque Cleomedem Meteorol. p. 76 Bk: ὁδὸς γὰρ ἄνω κάτω, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, δι' ὅλης οὐσίας τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν πεφυκυίας. Ad hunc locum vide Bakium qui decerpsit particulam e notis Ruhnkenii ad Scholiastam Platonis, quas tunc editurus erat. Aliquoties ἄνω καὶ κάτω legitur apud Dionem Cassium; semel, si bene memini, sine copula LXXIX 7: οὕτω γάρ που πάντα ἄνω κάτω συνεχύθη. Hinc suspiceris eam delendam esse XLVI 2: ἀφ' οὗπερ πρὸς τὴν πολιτείαν προσῆλθεν, ἄνω καὶ κάτω ταράττων διατετέλεκεν, nam haec ut plurima

Digitized by Google

alia, efficta videntur ad exemplum Attici cuiusdam scriptoris. Ne recentissimi quidem Graeculi ab ea locutione abstinuerunt; vide exemplum in Epistula Imperatoris Byzantini ad grammaticum Sennacherim, qui duobus saeculis vixit ante caput imperii a Turcis expugnatum, apud Cobetum in *Variis Lectionibus* p. 186. Demosthenes saepe sic loquitur, Plato saepissime.

Primum videamus de illo; exscribendus est locus ex priore oratione contra Aristogitonem, qui manifesto vitio tenetur. Recte legitur § 75: *τὰ ἄνω κάτω γεγενῆσθαι τί ποτ' οἴεσθε εἶναι*; tum paucis quibusdam interpositis, subiicitur: *ὅταν τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον ἡττᾶται τοῦ φθόνου, τότε ἄνω καὶ κάτω πάντα χρὴ νομίζειν τετράφθαι.* Luculentum est, nisi fallor, hoc certe loco *καὶ* non posse ferri. Iterum manifesto ad proverbium respicitur in Orat. c. Aristocr. § 178: *ὁρᾶτε καὶ συνίετε τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀπιστίαν ὡς ἄνω καὶ κάτω.* Eliminanda est particula estque hoc dictum elliptice, ut in versiculo Mnesimachi apud Athen. IX 403: *πάντες δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω.* Non magis probandum est in tertia oratione c. Philippum § 36: *ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα*, quae verba paucis mutatis recurrunt de Fals. Legat. § 261 et c. Aristocr. § 178. Facile potest sentiri, quid intersit utrum copula addatur nec ne et cur *ἄνω κάτω* nunc solum rectum sit; sed ita circumscribere et verbis declarare discrimen, ut is quoque agnoscat, qui careat sensu eius quod decet, hoc difficile est ac fortasse etiam inutile. *Omnia miscere* est *πάντα ἄνω κάτω ποιεῖν*; faciebat hoc Cersobleptes, cuius Demosthenes meminit ultimo loco quem adduxi. *Πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν*, h. e. *ἄνω ποιεῖν καὶ κάτω ποιεῖν*, significat quaedam *sursum* tollere, quaedam *deorsum* demittere. Philippus *miscuit* res Graecorum, h. e. *ἄνω κάτω πεποίηκε*. Omnium Graecorum opus fractae sunt; nihil prorsus Philippus *ἄνω πεποίηκε*· hoc egit ut omnes essent *κάτω* et ipsi parerent: itaque *ἄνω κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα.* Consimilis causa est cur particula retineri nequeat in Orat. de Corona § 111: *τῶν λόγων οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε*, nam non vereor ne quis ad vulgatam tuendam abutatur loco ex Arist. Eqq. 862, quem supra laudavi. In Midiana § 91 ex optimis Codicibus Bekkerus rescripsit: *ἄνω κάτω τοὺς νόμους στρέφει*, sed ibi quoque quinque codices particulam perperam

Digitized by Google

inferserunt. Itidem in secunda Olynthiaca § 16 nunc recte editur: *ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω κάτω*· neque vitium editores latuit in Philippica prima § 41: *συμπαραθεῖτε ἄνω κάτω*, quibus locis omnibus, etiamsi Bekkerus taceat, optimum codicem Parisinum inutili particula carere suspicor.

Videamus etiam de Platone et primum de locis integris, ut sic veniamus ad eos qui corrigendi sunt. Non potest dubitari servatam esse sinceram scripturam Theaet. p. 143 D: *γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα*. In eodem dialogo p. 195 C *ἄνω κάτω ἕλκειν* sine vitio editur. In Phaedro p. 278 D et Phaedone p. 90 C legitur *ἄνω κάτω στρέφειν*, in Gorgia p. 493 A *μεταπίπτειν*, in Protagora p. 361 C *ταράττεσθαι*, in Phaedone p. 96 A *μεταβάλλειν*, in Minoe p. 316 C *μετατίθεσθαι*, denique in Timaeo p. 58 B: *ἄνω κάτω μεταφέρεται*. Itaque memor locorum quos e Phaedro et Phaedone modo excitavi, suspicor *ἄνω καὶ κάτω στρέφειν* sciolis deberi in Gorgia p. 511 A, Phaedr. p. 272 B, Ion. p. 541 E, Lach. p. 196 B, Hipparch. p. 228 A. Videmus recte scriptum esse *ἄνω κάτω μεταβάλλειν, μεταπίπτειν*· facit hoc ad reponendam veriorem scripturam Gorg. p. 481 E et Sophist. p. 242 B. Imprimis luculentum est Rep. VI 508 D: *δοξάζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον*· quia opiniones non *invertuntur*, sed *miscentur*, necessarium est particulam delere. Similiter iudico de Alcib. II p. 147 F. Habuimus sine vitio *ἄνω κάτω ἕλκειν*· sine mora idem redde Cratylo p. 386 E. Non credo in Phaed. p. 111 E recte dici *κινεῖται ἄνω καὶ κάτω*, si quidem passive in usu est *πάντα γίγνεται ἄνω κάτω* atque sic sim. Hoc si concedis, simul concedas necesse est, idem vitium esse tollendum p. 112 B: *αἰωρεῖται δὴ καὶ κυμαίνει ἄνω καὶ κάτω*, nam de eadem re agitur, ut videbis. In Protagora p. 356 D: *αὕτη μὲν ἡμᾶς ἐπλάνα καὶ ἐποίει ἄνω τε καὶ κάτω πολλάκις μεταλαμβάνειν ταὐτά*· nullum dubium est quin *τε καί* delendum sit, quod usui et sanae rationi repugnat. Itidem corrigam in Hipp. Min. p. 376 C: *ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι*, in Luciani Timone 24: *ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινοστῶν*. Suadent hoc poetarum loci quos supra indicavi. Contra copulam servandam arbitror Rep. III p. 400 B: *ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος*. Sed in Epinom. p. 982 D reponam *μεταβουλευόμενον ἄνω κάτω* et in septima Epistula Platonis p. 343 E:

Digitized by Google

ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ ἄνω κάτω μεταβαίνουσα ἐφ' ἕκαστον, nam ἄνω κάτω optime dicitur de re quam mente agitamus. Alexis apud Athen. VII 336 E:

τί ταῦτα λῃρεῖς, Φληναφῶν ἄνω κάτω.

Hoc addendum est Platonem interdum ne ambigue dicat, dicere sicuti fecit in Timaeo p. 43 B: εἰς γὰρ τὸ πρόσθε καὶ ὄπισθε καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω. Itidem p. 63 A: μεταβολαὶ κάτω τε καὶ ἄνω γιγνόμεναι, quod facit ut subdubitem de verbis quae praecedunt: ἀεὶ γὰρ ἅπαντα ἄνω τε καὶ κάτω ῥεῖ, ubi itidem praefero κάτω τε καὶ ἄνω. In Parmenide p. 129 C: ἕτερα μὲν τὰ πρόσθεν, ἕτερα δὲ τὰ ὄπισθεν, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὡσαύτως, erunt qui malint: καὶ κάτω καὶ ἄνω. Quod nunc doleo, inter legendum neglexi Plutarchi locos colligere.

De latenter vivendo p. 1129 A: Ἐπίκουρε μὴ γράφε τοῖς ἐν Ἀσίᾳ φίλοις μηδὲ τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ξενολόγει μηδὲ τοὺς Λαμψακηνῶν ἐφήβους δορυφόρει. Edidit Bernardaces τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου, sed multum praestabit rescribere ξενοδόκει.

Ibid. p. 1130 B. Impeditus locus est quem Wyttenbachius ita edidit: ὥσε μηδ' ἄλλο τι τῶν φύσει τερπνῶν ἄνευ φωτὸς ὑπὸ σκότους θέλειν, sed quam adscripsit in margine correctionem θάλπειν, ex typothetae errore ea nata videtur; non dubito quin commendaverit θάλλειν.

De Musica p. 1138 C: πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀγνοεῖται μὲν ὑπὸ τῶν χρωμένων, ἀπηλλοτρίωται δ' αὐτῶν. Contrarium obtinet, nempe: ὑπὸ τῶν (οὐ) χρωμένων.

Propero ad finem et raptim percurram septimum Bernardacis volumen, quod fragmenta Plutarchi genuina et spuria continet. Sequar novae editionis paginas:

P. 2. 11: οὐκ ἄδηλον ὅτι καὶ αὐτὸς (Plato scilicet) παρέξει ζήτησιν εἴτε (scil. ὁ θυμός) τοῦ σώματος ἐκριπτούμενος χειμάζει τὸν ἄνθρωπον ..... Commendo ἐκριπιζόμενος. Pariter

Digitized by Google

p. 654 E: τὸ ἐνδιατρίβειν αὖθις ἐκριπίζει τὰς ἐπιθυμίας, emendatio est Turnebi, nam in codice est ἐκριπτεῖ.

P. 9. 7: ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ ταῖς χερσί· καὶ λακτίζει ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ τοῖς σκέλεσι. Stultum hoc; simplicissimum fuerit rescribere: ὀρέγεται.

P. 61. 24. Laudatur Hesiodi versiculus, Ἔργ. κ. Ἡμ. 314, qui ita edi solet:

δαίμονι δ' οἷος ἕησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον.

Quae verba sic restitui poterunt et facilia intellectu fient:

δαιμόνι' οἷος ἕησθα· τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον.

P. 122. 16: μεθύουσιν εἰς ἀναισθησίαν, λαγνεύουσιν εἰς αἰῶνα, καθεύδουσιν εἰς ἔργα. Quod correxeram καθεύδουσιν εἰς ἑσπέραν, idem etiam Usenero placuisse video; sed quid est λαγνεύουσιν εἰς αἰῶνα? Meinekius probavit ἀτονίαν, Iacobsius μωρίαν, Hauptius ἄνοιαν, Usenerius ἕω. Nihil horum sufficit, uti vides. Observarunt veteres, verene an falso nescio, nec meum hoc dicere; sed legimus v. c. in Scholio ad Iliad. Z 211: τὸ γὰρ αἷμα εἰς θορὸν μεταβάλλεται· οἱ γοὺν συνεχῶς ἀφροδισιάζοντες τὸ τελευταῖον αἷμα φέρουσιν· τὸ γὰρ μεταβαλλόμενον ἀναλώσαντες τὸ ἀμετάβλητον ἐξέλκουσιν. Quapropter scribam: λαγνεύουσιν εἰς αἷμα.

P. 160. 4: ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου πίνειν φάρμακον καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν ταὐτόν ἐστιν. Intelligo: εὐγνώμονος.

P. 181. 1: τέφραν ... κειμένην εὗρον αὐτὴν οὕτως ὡς ἔθεσαν. καὶ ἐν Κυλλήνῃ δέ φασιν (Ἀρκαδίας δ' ὄρος) βληθεῖσαν (μήθ' ὑγρασμένην) μήτε ὑπὸ πνευμάτων διεσκεδασμένην. Vides quid exciderit; cf. Papabasilius ἐν τῇ Ἀθηνᾷ X p. 238.

P. 450. 22: διὰ τοῦτο γοῦν φησι τὸν μὲν Τηλέμαχον τηλικοῦτον εἶναι Ἀπόλλωνός γε ἔκητι, τὰς δὲ Τυνδάρεω κούρας ὑπὸ Ἀρτέμιδος ηὐξῆσθαι. Ut vidi, ut correxi Πανδάρεω propter Homer. Odyss. υ 71, scilicet memor Iuliani Orat. II p. 59 A: δαίμων τιμωρὸς ξυνήρπασεν, καθάπερ Ὁμηρός φησι τὰς τοῦ Τυν-

Digitized by Google

δάρεω θυγατέρας, ubi ex Vossiano codice itidem reposueram Παυδάρεω *Mnem.* 1883 p. 405. Sed sero veni; iam enim Barnesius hoc viderat; illud miror Bernardacem Barnesio verum monenti non obsecutum fuisse. Quorsum enim pertinet in hoc argumento Helenae et Clytaemnestrae mentio? Sed manum de tabula.

ΑΝΗΛΙΠΟ(Τ)Σ.

Noveramus e Theocrito IV 56 ἀνάλιπος, sed deerat hucusque forma Ionica accurate huic Dorico vocabulo respondens, ἀνήλιπος sive ἀννηλίπους = νηλίπους. Latet autem ea forma in sera Prusiae inscriptione plena itacismis, edita a Koertio nuperrime in Mittheil. XXIV p. 413:

ΛΑΣΣΟΜΕΝ . . . . . .
ΔΑΙΤΡΤΕΤΩΑΝΗΡ . ΠΑΣΑΙΑ
ΝΙΛΙΠΟΔΕΣΤΕΙ/////ΙΜΑΣΙ
ΦΑΙΔΡΤΝΘΙΣΑΙ . ΤΩΚΑΛΑ
ΘΩΣΤΝΕΠΕΣΘΕΤΑΔΕ
ΧΡΤΣΙΑΘΕΤΟΙΚΟΙΣ . ΔΗΡ///
ΘΙΓΑΡΤΑΜΕΝΕΧΘΡΑΙΝΕΙΤΟ///
ΣΙΝΔΕΠΡΟΣΑ///ΔΑ

Verba editor sic transscribit:

. . . λασσομεν . . . . . | δαιτρ⟨ε⟩υέτω ἀνήρ·
πᾶσαι ἀνειλίποδές (!) τε καὶ εἵμασι Φαιδρυνθεῖσαι
τῷ καλάθῳ συνέπεσθε, τὰ δὲ χρυσία θέτ' οἴκοις·
δηρόθι γὰρ τὰ μὲν ἐχθραίνει τοῖσιν δὲ προσαυδᾷ.

Sed nemo non videt absurdum esse ἀνειλίποδες, et nihil aliud significari quam ἀννηλίποδες. Idem vs. ultimo scribens δηρ[ό]θι, quod poetastrum ad exemplum v. τηλόθι formasse putat, non sensit hoc etiam propter sententiam verum esse non posse. Equidem vix dubito, quin sit in lapide ΚΗΡ///ΘΙ et restituendum sit notissimum voc. Homericum κηρόθι. Pro absurdo προσαυδᾷ nihil certi reperio. Vix enim sufficit, quamvis sit minus ineptum, προσάιδει, et quod aptius mihi suggerit vLeeuwen προσηνής nimis distat a tradita scriptura. Lapis accuratius examinetur omnino necesse est. H. v. H.

Digitized by Google

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. G. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888. 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1900. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
OCT 29 1900
CAMBRIDGE, MASS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. Francken, J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda,
H. T. Karsten, J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. van der Vliet, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
De scytala Laconica, scripsit J. H. LEOPOLD	365—391.
Ad Aristoph. Av. vs. 1247, scripsit J. v. L.	391.
Ad Aeschyli Eumenides, scripsit H. VAN HERWERDEN . . .	392—395.
Praesensio veri, scripsit C. M. F.	395.
Ad titulos quosdam Rhodios nuper repertos, scripsit H. VAN GELDER	396—403.
Ad Geoponica, scripsit H. VAN HERWERDEN.	404—421.
Varroniana (*contin. ex pag.* 297), scripsit C. M. FRANCKEN. .	422—435.
Ad Xenoph. de Venat. VIII 1, scripsit J. v. L.	435.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag.* 84), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	436—451.
Ad Aristoph. Acharn. vs. 927, scripsit J. v. L.	451—452.

Digitized by Google

365

DE SCYTALA LACONICA.

SCRIPSIT

J. H. LEOPOLD.

Nota et, quantum video, accepta est huius vocis explicatio quam omnium optime enarrat Gellius (XVII. 9. 6), cuius verba hic repetiisse utile fuerit:

„Lacedaemonii autem veteres, cum dissimulare et occultare literas publice ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eae captae [1]) forent, consilia sua noscerentur, epistulas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento eiusdemque longitudinis, derasi atque ornati [2]) consimiliter; unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus cum iure atque cum signo habebant. Quando usus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicae tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant, volumine rutundo et simplici, ita uti orae adiunctae undique et cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras, versibus a summo ad imum proficiscentibus, inscribebant; id lorum literis ita perscriptis revolutum ex surculo imperatori, commenti istius conscio, mittebant, resolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat membraque earum et apices in partes diversissimas spargebat: propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo scripto quibat; sed

1) exceptae Codd. recent., quam lectionem iure probavit Gronovius.

2) tornati Salmasius. Cf. Schol. ad Pind. Ol. VI. 154: τορεύοντες ξύλον στρογγύλον, κτέ.

Digitized by Google

ubi ille, ad quem erat missum, acceperat, surculo conpari, quem habebat, a capite ad finem, proinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atque ita literae per eundem ambitum surculi coalescentes rursum coibant integramque et incorruptam epistulam et facilem legi praestabant. Hoc genus epistulae Lacedaemonii σκυτάλην appellant".

I.

Si ipsos Graecorum scriptores de scytala consulere volumus, locus, qui primus in examen venire debet, legitur apud Thucydidem I. 131:

οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι τό τε πρῶτον δι' αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτόν, καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηὶ τὸ δεύτερον ἐκπλεύσας οὐ κελευσάντων αὐτῶν τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν, καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίᾳ ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς ἐς μὲν τὴν Σπάρτην οὐκ ἐπανεχώρει, ἐς δὲ Κολωνὰς τὰς Τρῳάδας ἱδρυθεὶς πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος, οὕτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον, ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ ἔφοροι καὶ σκυτάλην εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι, εἰ δὲ μή, πόλεμον αὐτῷ Σπαρτιάτας προαγορεύειν.

Praeclare haec omnia procedunt optimeque cum Gellii definitione quadrare videntur; et tamen inest aliquid, quod lectori moram iniciat, dum haeret, quomodo fieri potuerit, ut Pausanias, qui privatus clam ex urbe profectus esset, clavam ad literas per scytalam scriptas solvendas secum haberet. Quae res minime per se patet. Nam si explicationi Gellii fides habetur et per scytalam intellegitur artificium illud ad literas secretiores magistratuum celandas et extricandas excogitatum, vix credibile est, ephoros, cum primum Pausanias domum revocatus munere se abdicasset et rationes reddidisset, ab eo non repetiisse clavam, scytalam, ei olim traditam, ut adhiberetur ad epistulas occultas solvendas, sed rem tanti pretii tantique momenti in privati civis manibus reliquisse.

Audiamus Scholiastam, qui hanc ipsam rem attingit: εἴ δέ τις εἶποι, καὶ πῶς εἶχεν ὁ Παυσανίας τὴν σκυτάλην λάθρᾳ τῆς πόλεως ἐξελθών; ῥητέον ὅτι ἀπὸ τῆς πρώτης στρατηγίας εἶχε τὴν σκυτάλην. Vides hominem sensisse difficultatem et conatum esse

Digitized by Google

lectorem dubitantem occupare asserendo rem, quae et documentis omnino caret et rationi repugnat; quo factum est, ut, dum causam suam probare studeret, tantum ipsam difficultatem magis manifestam reddiderit [1]).

Haeremus igitur, et cum in ipso loco Thuc. nihil inveniatur, quod nobis subsidio esse possit, exspectandum est et opperiendum num fortasse ex alterius scriptoris verbis aliam scytalae explicationem elicere possimus et quidem, si fieri possit, talem, qua illa scytala, quam affert praeco, non alio instrumento indigeat ad epistulam perlegendam, sed ipsa per se sufficiat ad iussa ephororum transmittenda.

Antequam autem ad alios scriptores nos convertamus, paucis verbis etiam hoc monuisse volo: neque a Thucydide expressis verbis statui literas ad Pausaniam missas secretas fuisse neque in literis ipsis quicquam inesse, ad quod occultandum artificio quodam opus fuisse suspiceris. Literae nihil continent nisi grave imperium, mandatum severum, cui nisi obtemperatum esset, bellum indictum; quod cur praeconem, qui ipse Pausaniam domum reducturus esset, vel etiam alios celare ephori studuerint, non liquet [2]). Ex tota autem enarratione Thucydidea proditionis Pausaniae hoc tantum effici potest: ephori, postquam diu cunctati sunt et ob causas has illasve, quas reticuit Thucydides, regem domum revocare dubitarunt, tandem urgente re ipsa et sine dubio Atheniensibus quoque eorumque sociis flagitantibus descendunt ad rem ultimae necessitatis, nuntium mittunt praeconem, qui regi breve sed severum mandatum significaret eumque, si dicto audiens non fuisset, hostem patriae declararet. Sentis, opinor, ab auctore in verbis allatis non tam secretum et occultum quam sollemne ideoque a praecone transmissum iussum, severum et quasi supremum imperium indicari moveturque, nisi omnia me fallunt, suspicio per illam vocem σκυτάλην illudque epistularum

1) Idem valet de explicatione Classenii, qui contendit verisimile esse Pausaniam tamquam tutorem regis Plutarchi scytalam retinuisse.

2) Si in re ignota coniectare quid liceat, potius crediderim ephororum interfuisse, ut iussa sua ad Pausaniam missa ceteris quoque Graecis innotescerent. Etenim cum semel in Pausaniam animadvertere statuissent, eorum intererat ut consilium suum et severitas adhibita Atheniensibus et sociis clare appareret, quia sic saltem aliquatenus dignitatem recuperare et se suamque perfidam socordiam apud illos purgare possent.

Digitized by Google

genus, qualecunque fuerit, non tam arcanum et absconditum quam sollemne et irrecusabile mandatum designari.

Pergamus igitur ad secundum locum et videamus an illinc quid subsidii nobis comparare possimus. Qui locus legitur apud Aristoph. Lys. 980 sqq.:

ΚΗΡΥΞ. πᾷ τᾶν Ἀσανᾶν ἐστιν ἁ γερωία
ἢ τοὶ πρυτάνιες; λῶ τι μυσίξαι νεόν.
ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ. σὺ δὲ τίς; πότερον ἄνθρωπος ἢ κονίσαλος;
Κ. κάρυξ ἐγὼν ὦ κυρσάνιε ναὶ τὼ σιώ
ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν.
ΠΡ. κἄπειτα δόρυ δῆθ' ὑπὸ μάλης ἥκεις ἔχων;
Κ. οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγών γα.
ΠΡ. ποῖ μεταστρέφει;
τί δὴ προβάλλει τὴν χλαμύδ'; ἢ βουβωνιᾷς
ὑπὸ τῆς ὁδοῦ;
Κ. παλαιόρ γα ναὶ τὸν Κάστορα
ὤνθρωπος.
ΠΡ. ἀλλ' ἔστυκας ὦ μιαρώτατε.
Κ. οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγών γα· μὴδ' αὖ πλαδδίη.
ΠΡ. τί δ' ἐστί σοι τοδί;
Κ. σκυτάλα λακωνικά.
ΠΡ. εἴπερ γε χαὔτη 'στὶ σκυτάλη λακωνική.
ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότ' ἐμὲ σὺ τἀληθῆ λέγε. κτἑ.

Ecce, quem quaerimus, praeco ipse cum scytala Laconica, iocans quidem sed ita iocans, ut ex eius verbis tamen aliquid elicere possimus, quod in usum nostrum convertamus.

Procedit homo omnibus Priapis tentior, cuius nervus pertundit tunicamque palliumque, et variis modis interrogatus a probulo, qui nunc eum Conisalo comparat, modo sub turgida veste hastam latere suspicatur, modo nuntium lassitudine confectum bubonibus laborare conicit, tandem quaestionibus oppressus „scytala est Laconica" exclamat, ad quod responsum ille „tunc, mehercle et hanc (mentulam indicans) scytalam Laconicam iure vocaveris".

Vix opus est ostendere quam longe hic absimus ab illo loro, quod vult Gellius; immo si quis recordatur, quid apud Ovidium aliosque in tali re lorum indicare soleat, ridens profecto mirabitur hic unquam de loro cogitari potuisse.

Omnino baculum vel clava est, quam praeco per vocem scy-

Digitized by Google

talam intellegit, cui tentiginem suam comparat, quam paulo ante Atheniensis hastam esse coniecerat. Itaque praeco ille Lacedaemonius, qui de scytala loquitur tamquam de re sibi nota et familiari, quae ad suum munus pertineat unumque sit ex eius attributis, manifesto non lorum vel simile quod involucrum sed ipsum lignum, ipsum bacillum intellegit, quod literis de pace componenda inscriptum ad senatum et prytanes se perferre fingit.

Non opus est demonstrare, quanti pretii hic locus sit ad rem de qua agitur recte intellegendam; statuendum tantum, ex loco Aristophaneo perlecto apparere scytalam Laconicam a praecone allatam baculum vel clavam fuisse, epistula vel mandato inscriptam.

Porro, cum praeco ille lignum, scytalam literis inscriptam ad prytanes Atheniensium pertulisse fingitur, hoc est ad hostes civitatis Laconicae, quibus profecto neque secretum quoddam scripturae genus cum ephoris convenisset, neque instrumentum in manibus esset, quo illorum occultas literas solverent, confirmatur opinio, quam ratio quoque ipsa commendat, epistulas illas in clavis ligneis incisas, non arcano quodam sed plano literarum genere perscriptas fuisse neque ad eas perlegendas altero baculo vel nescio quo alio instrumento opus fuisse.

Contra illa sollemnitas, quam scytalae inesse suspicati eramus, loco Aristophaneo optime convenit. Nam quivis sentit vim comicam totius loci, quae in eo consistat ut res alienissimae inter se componantur, singulari modo augeri, si per verba illa *σκ. Λ.* grave quid et sollemne intellegendum sit, si praeco partes suas pudendas scytalam esse declaraverit, membroque tam ignobili tam praeclarum titulum indiderit.

Iam transeundum nobis est ad Xenophontem; sed antequam ad illum pergamus, breviter agendum erit de alio loco poetico aequali Aristophanis, qui fortasse iis, quae iam comperimus, illustrari poterit. Locus, quem volo, legitur apud Athenaeum X. p. 451c his verbis: *Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἰριδι σατυρικῇ. λέγει γάρ·*

λιθάργυρος δ'
ὅλπη παρῳωρεῖτο χρίματος πλεκτόν
Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ.

τὸν γὰρ λευκὸν ἱμάντα βουληθεὶς εἰπεῖν, ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος

Digitized by Google

ἐξήρτητο, Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιᾶτιν σκυτάλην.

Versus sunt corrupti, quorum tamen partem feliciter emendavit Toup pro πλεκτὸν corrigens πλέα τὸν, simul et sensui medicatus et metro satisfaciens. Porro Bergk (de reliquiis com. Att. p. 120) versum ultimum sic constituere conatus est:

τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
κύρβιν.

His verbis scytalam Laconicam αἰνιγματωδῶς designari, satis perspicuum est. Videamus tamen num reliqua recte interpretatus sit Athenaeus. Ac statim offendit ratio, qua auctor verbum παρῃωρεῖτο et sequentem accusativum explicuit. Qui modus loquendi etiamsi exemplis careat, tamen vix explicari potest: ampulla suspensa erat *ex* scytala, ἐξ οὗ ἡ λήκυθος ἐξήρτητο (in qua periphrasi non sine causa praepositionem mutavit interpres) sed potius: suspensa erat secundum, prope scytalam, et sic etiam Bergk l. l.

Deinde haerebit lector in re quae profecto minime perspicua est, scilicet quomodo lorum album vocari possit κύρβις. De qua re merito queritur Wagner poet. trag. fragm. III. p. 60: „Obscuritas in eo posita est, quod pro loro albo scripsit Laconicam scytalam, deinde quod ne scytalam quidem dixit sed scytalae loco intulit κύρβιν, qua voce Athenienses tabulas, ligna significant. Res igitur alienissimae inter se mixtae". Ultima verba rem acu tangunt neque facile dictu esse confido, quomodo lorum designari possit per κύρβιν, i. e. tabulam ligneam.

Quid multa? Athenaeum transversum egit opinio sua, qua scytalam lorum fuisse existimabat, ad quam vocis significationem versus non nisi violenter accommodari potuit. Quodsi verba Achaei per baculum vel clavam interpretaris, quamquam ne sic quidem apparet, unde pendeat ille accusativus, tamen vocabula ipsa satis perspicua fiunt. Quid quod sic demum et recte et eleganter clava illa antiquo more iussis severis inscripta vocatur κύρβις Laconica, i. e. idem quod κύρβεις, tabulae vetustae legibus inscriptae, Athenis valent, scytalae, clavae ephororum iussis et mandatis incisae Spartae sunt, ambae venerabiles et ob memoriam temporum morumque antiquorum, quorum illae tamquam reliquiae et documenta supersunt, et propter gravitatem rerum, quas con-

Digitized by Google

tinere censentur. Aut omnino fallor aut sic tertium illud, quod aiunt, comparationis clare elucet.

Denique quod attinet ad totius loci tenorem, cum recte interpretes statuisse videantur Iridem fingi, quae deorum praecepta scytalae inscripta tamquam nuntia afferat, hic quoque praeconem invenimus vel deam, quae praeconis munere fungi solet, eamque praeditam scytala, quod sollemne eius officii attributum fuisse agnovimus.

Itaque etiam hic locus, qui primo aspectu discrepare videbatur, tamen ad ea, quae supra disputavimus de materia et usu scytalae et de eius moris gravitate et sollemnitate, proxime accedit et postquam a locis tractatis Thucydidis et Aristophanis lucem accepit, etiam ipse invicem ea, quae adhuc exposuimus, tueri potest.

Atque iam ad Xenophontem pervenimus, cuius primus locus, ubi scytalae mentio inicitur, legitur Hell. III. 3. 8 sq., ubi scriptor post coniurationem Cinadonis patefactam ephoros ficto mandato auctorem consilii Aulonem ablegasse narrat his verbis: *ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἔφοροι ἐσκεμμένα τε λέγειν ἡγήσαντο αὐτὸν καὶ ἐξεπλάγησαν, καὶ οὐδὲ τὴν μικρὰν καλουμένην ἐκκλησίαν συλλέξαντες, ἀλλὰ συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλος ἄλλοθι ἐβουλεύσαντο πέμψαι τὸν Κινάδωνα εἰς Αὐλῶνα σὺν ἄλλοις τῶν νεωτέρων καὶ κελεῦσαι ἥκειν ἄγοντα τῶν Αὐλωνιτῶν τέ τινας καὶ τῶν εἱλώτων τοὺς ἐν τῇ σκυτάλῃ γεγραμμένους. καὶ τότε δὴ ἔδοσαν τὴν σκυτάλην αὐτῷ, ἐν ᾗ γεγραμμένοι ἦσαν οὓς ἔδει συλλαβεῖν.*

Traditur Cinadoni baculum nominibus inscriptum eorum, quos comprehendere debebat; ergo neque ei, qui scytalam afferebat, neque iis, ad quos veniebat, obscura esse potuit scriptura epistulae, ex qua cognoscerent, quos in vincula conici iuberent ephori. Neque credibile est Aulonitas illos socios possedisse alterum illud instrumentum ad literas ephororum sibi missas extricandas. Itaque et hic statuendum clavam illam planis et perspicuis literis inscriptam fuisse et solam suffecisse ad iussa ephororum cognoscenda. Denique neque illa sollemnitas ab hoc loco abest, immo sola consilium et rationem huius missionis scytalae aperire potest. Vix enim intellegitur, unde Cinadon, civis non ex optimatium numero, auctoritatem sumere potuerit ad tam grave imperium exsequendum, nisi in ipsa scytala erat

Digitized by Google

aliquod auctoritatis summi domi magistratus. Nempe illud lignum, prisco et rudi epistulae genere incisum, quasi pignus quoddam et symbolum erat augustae ephororum maiestatis severitatisque, quod vel erga inferioris ordinis civem obsequium extorquere valeret.

Secundus locus legitur Hell. V. 2. 33, ubi Thebana arce a Phoebida iniussu civitatis occupata, Leontiades, qui consilii princeps auctor fuerat, verba facit Lacedaemoni ad se Spartanumque ducem excusandos: *ἔπειτα μέντοι ὁ Λεοντιάδης ἐλθὼν εἰς τοὺς ἐκκλήτους ἔλεγε τοιάδε· ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ὡς μὲν πολεμικῶς ὑμῖν εἶχον οἱ Θηβαῖοι, πρὶν τὰ νῦν πεπραγμένα γενέσθαι, καὶ ὑμεῖς ἐλέγετε· ἐωρᾶτε γὰρ ἀεὶ τούτους τοῖς μὲν ὑμετέροις δυσμενέσι φιλικῶς ἔχοντας, τοῖς δ' ὑμετέροις φίλοις ἐχθροὺς ὄντας. — νῦν δ' ἐπεὶ τάδε πέπρακται, οὐδὲν ὑμᾶς δεῖ Θηβαίους φοβεῖσθαι· ἀλλ' ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη ὥστε ἐκεῖθεν πάντα ὑπηρετεῖσθαι, ὅσων ἂν δέησθε. κτἑ.*

Nihil clarius verbis Leontiadis, qui „nunc" ait „quoniam illa omnia perpetrata sunt, nihil iam vobis Thebani extimescendi sunt, sed sufficiet vobis vel parva scytala, ut omnia illinc subministrentur, quibus vobis opus erit". Vides scytalam mitti ad administrandos et regendos Thebanos, nuperrime socios factos, itaque etiam hic cogitari non posse de scriptura secreta, quae prius inter Thebanos et ephoros convenisset neque de clava vel alio quodam instrumento olim tradito; quod autem ad gravitatem scytalae attinet, haud facile credo alterum locum reperias qui potestatem scytalae melius illustret quam illa *ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη*. Neque errasse Leontiadem in iis quae de obsequio civium suorum et de auctoritate scytalae profitetur, apparet § 36 eiusdem capitis: *οἱ δὲ περὶ Λεοντιάδην εἶχον τὴν πόλιν καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἔτι πλείω ὑπηρέτουν ἢ προσετάττετο αὐτοῖς.*

Ultimus [1]) locus Xenophonteus legitur in proxima vicinia V.

1) Dubitari potest de loco qui legitur Agesil. I. 36: *ἄξιόν γε μὴν καὶ ἐντεῦθεν ὑπερβαλλόντως ἄγασθαι αὐτοῦ, ὅστις ἄρχων μὲν — ὅμως ὑπ' οὐδενὸς τούτων ἐκρατήθη, ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο τῇ πόλει οὐδὲν διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. κτἑ.* — Fuerunt sane, qui hic vocem *σκυτάλη* inserere vellent. Tamen verbum *ἔρχεσθαι* impersonaliter adhibitum sequente Infinitivo videtur defendi posse collato Hell. III 4. 27: *ὄντι δ' αὐτῷ* (sc. *Ἀγησιλάῳ*) *ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ὑπὲρ Κύμης ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ, ὅπως γιγνώσκοι, καὶ καταστήσασθαι*

Digitized by Google

2. 37: *τούτων δὴ πεπραγμένων οἱ Λακεδαιμόνιοι πολὺ δὴ προθυμότερον τὴν εἰς τὴν Ὄλυνθον στρατιὰν συναπέστελλον. καὶ ἐκπέμπουσι Τελευτίαν μὲν ἁρμοστὴν, τὴν δ' εἰς τοὺς μυρίους σύνταξιν αὐτοί τε ἅπαντες συνεξέπεμπον, καὶ εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις σκυτάλας διέπεμπον, κελεύοντες ἀκολουθεῖν Τελευτίᾳ κατὰ τὸ δόγμα τῶν συμμάχων.*

Verba quam maxime perspicua sunt neque commentatione indigent, cum ea, quae de superioribus locis disputavimus, omnino etiam de hoc loco valere appareat.

Itaque omnia, quae in locis Thucydidis et Aristophanis perlustrandis de ratione et usu scytalae, quam ipsam clavam fuisse suspicabamur, de scripturae genere, quam planam et minime secretam fuisse contendimus, ita ut scytala ipsa per se sufficeret ad perlegendas literas, denique quae de maiestate et sollemnitate scytalae disseruimus, omnibus, quos citavimus, locis Xenophonteis confirmantur et probantur.

Superest adhuc locus ex scriptore eiusdem paene aetatis petitus, in quo scytalae Laconicae nulla quidem fit mentio, qui tamen ob silentium illud ipsum citandus erit.

Aeneas Tacticus, qui Xenophontis fere aequalis putatur, in commentario suo Poliorcetico fuse egit de scriptura occulta et per integrum caput idque satis longum (XXXI) indulsit descriptioni *τῶν κρυφαίων ἐπιστολῶν*. In quo capite quamquam ad viginti genera literarum secretarum enumerantur et explicantur, tamen ne verbo quidem scytala Laconica memoratur. Quodsi scriptor eandem vel similem opinionem de illo epistularum genere atque serioris aetatis auctores habuisset, vix intellegi posset, quo consilio

---

ναύαρχον ὄντινα αὐτὸς βούλοιτο. Quamquam iure miramur sententiarum similitudinem et Plutarchus in vita Agesilai, in qua se Xenophontem auctorem habuisse passim implicite confitetur, in enarranda regis revocatione c. 15 vocem scytalam exhibet itemque in commemorandis iis rebus, quae altero loco Xenophontis continentur, cum paene isdem verbis utitur (c. 10): *καὶ καθ' ὁδὸν ὧν σκυτάλην δέχεται παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν κελεύουσαν αὐτὸν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ.*

Praeterea quodammodo huc faciunt duo illi loci, qui vulgo invicem se tueri creduntur, etsi ibi nec plane eadem et multo lenior est breviloquentia: Thuc. VIII. 96: *τοῖς δ' Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη.* Demosth. Olynth. III. 5: *ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς (ἦλθε γὰρ ἀμφότερα) οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες, ἀφεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον.*

Digitized by Google

genus literarum secretarum tam subtile et simul unum omnium notissimum et usitatissimum omisisset, praesertim cum non tantum suorum temporum artificia explicaverit sed etiam veterum, Timoxeni, Histiaei aliorum inventa tanta cum diligentia enumerarit. Adde quod ad rem ipsam, quam volunt Gellius et ceteri, lorum scilicet literis inscriptum, scriptor quam proxime accessit in media sua dissertatione § 23, ubi de artificio quodam agit, quod nonnulli ad literas celandas adhibuerunt: *εἰς βιβλίον γράψαντες ὡς λεπτότατον μακροὺς στίχους καὶ λεπτὰ γράμματα*, ita ut vix credibile sit quemquam, qui Gellii opinionem de artificio scytalae Laconicae amplecteretur, verbis allatis non statim descriptionem illius inventi subiuncturum fuisse. Itaque haud temere statuas ne hunc quidem auctorem per scytalam Laconicam intellexisse instrumentum quoddam ad celandas literas excogitatum, quod non nisi prava socordia abreptus in enumeratione sua omittere potuisset.

Atque haec sunt, quae invenire potui apud eos scriptores, qui moris illius in scytala scribendi aequales fuerunt, qui rem ipsam aut suis oculis viderunt aut saltem videre potuerunt, qui in tota hac quaestione quasi primarii existimandi sunt dignique sunt quorum verba fundamentum et principium investigandi efficiant.

Ex quibus primo cognovimus scytalam Laconicam, quae a praecone afferri soleret, fuisse ipsum bacillum vel clavam, in qua inscriptum esset mandatum vel iussum aliquod ephororum Spartanorum. Vidimus deinde nusquam expressis verbis tradi epistulas illas secretas fuisse, contra ad civitates stipendiarias, ad socios, ad eos denique missas esse, quibus cum ephoris nullo modo secretum literarum genus convenisse vel instrumentum quoddam traditum esse potuit, ita ut confirmetur id, quod etiam res ipsa et ratio commendat, clavas illas planis et perspicuis literis incisas fuisse. Postremo ex plerisque locis adhibitis apparet huic epistularum generi magnam, ut par esset, fuisse auctoritatem, magnam potentiam, quippe quae ephororum, summi Spartanorum magistratus, iussa et mandata transmitterent.

Quodsi haec, quae ex optimorum scriptorum locis comparatis collegimus, conferre volumus cum iis, quae de singulis scytalae missionibus, de quibus fide historica nobis constat, etiam apud scriptores serioris aetatis traduntur, neque hos dissentientes inveniemus.

Digitized by Google

De revocatione Pausaniae egimus in loco Thucydideo interpretando; revocationem Agesilai verbo iam attigimus, cum de Xenophontis loco Agesil. I. 36 disseruimus, quibus addi potest Plut. Agesil. 15: *Ἀγησιλάῳ μέντοι οὐδὲν κρεῖσσον ἢ μεῖζόν ἐστι τῆς ἀναχωρήσεως ἐκείνης διαπεπραγμένον οὐδὲ γέγονε παράδειγμα πειθαρχίας καὶ δικαιοσύνης ἕτερον κάλλιον. — πῶς οὐκ ἦν τὴν Σπάρτην μακαρίσαι τῆς Ἀγησιλάου τιμῆς πρὸς ταύτην καὶ πρὸς τοὺς νόμους τῆς εὐλαβείας; ὃς ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν εὐτυχίαν τοσαύτην καὶ δύναμιν παροῦσαν καὶ τηλικαύτας ἐλπίδας ὑφηγουμένας ἀφεὶς καὶ προέμενος εὐθὺς ἀπέπλευσεν ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ* — et idem auctor in Agesil. et Pomp. comparatione 2: *τίθεμαι δὲ κἀκεῖνο τὸ ἀμίμητον ἔργον εἰς πολιτικὴν ἀρετὴν τοῦ Ἀγησιλάου, τὸ δεξάμενον τὴν σκυτάλην ἀπολιπεῖν τὰς ἐν Ἀσίᾳ πράξεις.* Vides non minus clare quam in sententia Xenophontis, etiam in utroque Plutarchi loco illam gravitatem et potentiam scytalae apparere in eo, quod laudibus extollitur obtemperantia et modestia regis, qui terra marique potens, fama, opibus, fortuna, spe florens, tamen simulac scytalam accepit, statim omnia illa dimiserit et dicto audiens domum profectus sit.

Addenda est revocatio Lysandri, de qua conferri possunt Plut. Lys. 19: *ἀγανακτήσαντες οἱ ἔφοροι — ἐκείνῳ δὲ σκυτάλην ἔπεμψαν ἥκειν κελεύοντες.* Polyaen. VII. 19 in Pharnabazo: *Φαρνάβαζος κατὰ Λυσάνδρου Λακεδαιμονίοις ἔγραψεν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλέσαντο σκυτάλην πέμψαντες.* Et haec igitur revocatio per scytalam facta est, ob quam constantiam fuerunt inter viros doctos, qui opinarentur omnino morem fuisse sollemnem Spartae, ut reges per scytalam revocarentur.

Supersunt loci tres, ubi non revocatio sed res aliae gravissimae per scytalam regibus significantur. Plut. Artax. 6: *Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν σκυτάλην πρὸς Κλέαρχον ἀπέστειλαν ὑπηρετεῖν Κύρῳ πάντα κελεύοντες.* Deinde idem auctor Agesil. 10: *καὶ καθ' ὁδὸν ὧν σκυτάλην δέχεται παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν κελεύουσαν αὐτὸν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ. τοῦτο μόνῳ πάντων ὑπῆρξεν Ἀγησιλάῳ.* Postremo Alcibiad. 38: *τέλος δὲ Κριτίας ἐδίδασκε Λύσανδρον, ὡς Ἀθηναίων οὐκ ἔστι δημοκρατουμένων ἀσφαλῶς ἄρχειν Λακεδαιμονίοις τῆς Ἑλλάδος· Ἀθηναίους δέ, κἂν πράῳ πάνυ καὶ καλῶς πρὸς ὀλιγαρχίαν ἔχωσιν, οὐκ ἐάσει ζῶν Ἀλκιβιάδης ἀτρεμεῖν ἐπὶ τῶν καθεστώτων. οὐ μὴν ἐπείσθη γε πρότερον τούτοις ὁ Λύσανδρος ἢ*

Digitized by Google

παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν σκυτάλην ἐλθεῖν κελεύουσαν ἐκποδῶν ποιήσασθαι τὸν Ἀλκιβιάδην.

Videmus omnibus locis eundem sensum subesse et ubique idem consilium fuisse scytalae, missae scilicet ut absentibus iussum vel mandatum gravissimum et quasi absolutum significaretur, ita ut verbum κελεύειν, sicut ὑπηρετεῖν apud Xenophontem, fere sollemne factum sit in scytala memoranda. Cuius rei locus ultimus et verba οὐ μὴν ἐπείσθη γε πρότερον ἢ σκυτάλην ἐλθεῖν κελεύουσαν κτἑ. exemplum vel luculentissimum praebent.

II.

Moris in clavis, in ipso baculorum ligno, in scytalis denique scribendi, antiquae scilicet consuetudinis et priscorum temporum simplicitatem referentis, nonnulla documenta nobis etiam aliunde supersunt.

Primo loco conferri potest Pindarus Olymp. VI. 154, ubi haec leguntur:

ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθός,
ἡυκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Recte Scholiasta: τῶν εὐκόμων Μουσῶν, ἀξιόλογε ἄγγελε καὶ κήρυξ· σκυτάλην γὰρ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος λέγουσιν; poeta eum, quem paullo ante nuntium veracem appellaverat, per amplificationem pergens metaphorice Musarum clavam, scytalam nominat, hoc est Musarum epistulam, divinis quasi manibus perscriptam et a deabus hominibus missam. Vocem autem scytalam tamquam notam profert poeta, neque facile contenderis verbis illis ipsam illam Laconicam scytalam designari, sed potius universe literas in clava scriptas, quae res igitur aetate poetae aut usitata adhuc aut saltem hominibus nota fuisse existimanda est [1]).

Et sane multo ante Pindarum iam Archilochus similiter vocem scytalam adhibuerat famoso illo versu (fr. 89 Bergk):

ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη·
ἀχνυμένη σκυτάλη.

Versus sunt difficiles et varie tentati; tamen, quantum ad

1) Cf. Nitzsch, de Hist. Hom. I. p. 75.

Digitized by Google

nostrum usum pertinet, satis perspicui. Etenim sive ἀχνυμένη σκυτάλη ad vocativum Κηρυκίδη rettuleris, sumens poetam simili metaphora ac Pindarum usum, inimicum quendam, qui revera praeco fuerit vel a praeconio nomen habuerit, cum ignominia et acerbitate per instrumentum officii et muneris compellantem; sive versum nominativo casu elatum statueris poetam ipsum intellegens, qui iambis suis praeconem illum exagitans cum acerba ironia profiteatur se ipsum iam praeconibus istis tristem nuntium, tristem praeconem futurum; sive denique versum ad fabulam quam narraturus est poeta rettuleris, leni mutatione ἀχνυμένην σκυτάλην scribens: quocumque modo illa sese habent, hoc certe apparet versu ipso per se spectato nuntium tristem id est nuntium rei ingratae et parum iucundae significari.

Neque apud antiquos aliud quid valuerunt verba illa. Quamquam enim locutio ipsa etiam veteribus subobscura, certe commentatione digna visa est, de qua teste Athenaeo III. 85 Aristophanes Byzantius sive commentarium sive singularem libellum scripserat [1]) et quam Apollonius Rhodius in libro de Archilocho attigisse putandus est, tamen versus ipse in proverbium abiisse videtur, quo ingratus quisque nuntius designaretur. Ideo invenitur apud Diogenianum Cent. III 25, ubi explicatur ἀχνυμένη σκυτάλη ἐπὶ τῶν λυπηρὰς ἀγγελίας ἀγγελλόντων. Et eodem sensu proverbium illud citatur a Plutarcho in septem sap. convivio 6: βασιλεὺς Αἰγυπτίων Ἄμασις λέγει Βίαντι σοφωτάτῳ Ἑλλήνων· „βασιλεὺς Αἰθιόπων ἔχει πρὸς ἐμὲ σοφίας ἄμιλλαν· ἡττώμενος δὲ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ πᾶσι συντέθεικεν ἄτοπον ἐπίταγμα καὶ δεινόν, ἐκπιεῖν με κελεύων τὴν θάλατταν". — 8. „ἀλλὰ μὴν" ὁ Νειλόξενος ἔφη „τὴν μὲν τοῦ Αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἂν τις ἄλλο πλὴν ἀχνυμένην σκυτάλην προσείποι κατ' Ἀρχίλοχον".

Ex locis Archilochi et Pindari comparatis patet priscis temporibus morem exstitisse epistulas in scytala, in clava lignea scribendi, quae vulgo praeconi transferenda committebatur. Quod autem in Pindari loco animadvertimus, poetam scytalam nominando non rem peregrinam et Spartae tantum usitatam sed unicuique notam et tritam designasse videri, hoc multo etiam magis valet de loco Archilochi. Cui, si inimicum perstringere vellet,

1) Cf. A. Nauck, Aristoph. Byz. fragm. p. 273 sqq.

Digitized by Google

minime ad verbum inusitatum et parum notum confugiendum erat, cum iocum, quo tritius vocabulum adhibuisset, eo acerbiorem et efficaciorem redditurus esset. Itaque licebit statuere morem illum in scytala scribendi non tantum apud Lacedaemonios viguisse sed olim per plures civitates Graeciae propagatum fuisse. Procedente tempore primum ex vita privata, deinde etiam ex vita publica, in qua talia diutius retineri solent, simplex et rude illud scribendi genus evanuisse credendum est; tantum Spartae, quod nemo mirabitur, servatum esse tamquam pristini temporis reliquiae, more maiorum sanctae et consecratae. Hinc intellegitur quomodo fieri potuerit, ut apud scriptores fere sola Laconica scytala memoraretur, itemque iam melius percipitur unde scytalae venerit illa gravitas et sollemnitas, quam plerisque auctorum locis ei esse deprehendimus et quam non minimam fuisse causam crediderim, cur ephori hoc imprimis literarum genus elegerint et sibi proprium fecerint, quod deinde etiam sua auctoritate auxerunt.

Hoc de origine scytalae; novum autem usum scytalae et quidem in re argentaria nobis tradidit locus Dioscuridis e libris *περὶ νομίμων*, qui apud Photium et Suidam in voce *σκυτάλη* et in scholiis ad Aristoph. Aves vs. 1283 [1]) isdem fere his verbis citatur: *Διοσκουρίδης δὲ ἐν τοῖς περὶ νομίμων τοὺς δανείζοντας ἐν Σπάρτῃ διαιρεῖν σκυτάλην δύο παρόντων μαρτύρων καὶ γράφειν τὸ συμβόλαιον ἐν ἑκατέρῳ τμήματι· καὶ τὸ μὲν ἑνὶ τῶν μαρτύρων διδόναι, τὸ δὲ δι' ἑαυτοῦ ἔχειν· ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἰθακησίων πολιτείᾳ μβ.*

Quae fuerit illa consuetudo, quam descripsit Dioscurides, satis perspicuum est: aeris summa ligno vel potius utrique dimidio ligni inscribi solebat, cuius altera pars a feneratore servaretur, altera testibus tribueretur. Cuius rei consilium manifestum est; scilicet utrique fenerantium dabatur dimidium *eiusdem ligni*, coram testibus divisum et summa pecuniae inscriptum, ut si forte dubium vel dissensio orta esset, partes ambae componerentur et tamquam *eiusdem originis* agnoscerentur et negantem

1) A viris doctis pertinaciter etiam Eudocia p. 280 citari solet. Quo loco tamen fragmentum supra laudatum non invenitur, sed longe alia notitia ex Schol. Apoll. Rhod. I. 740 desumta, quae in Dioscuridis fragmentis VIII numeratur.

Digitized by Google

vel dubitantem coarguerent. Patet igitur rationem duplicis huius scytalae eandem fuisse ac ceterorum symbolorum et tesserarum hospitalium, fuisse talem scytalam artificium simplicissimum ad fidem probandam; nam si dubitatio vel controversia orta esset, partes tantum comparandae erant ut, si revera eiusdem materiae et structurae essent, semet ipsas et ea quae inscripta gerebant, tamquam genuina et legitima vindicarent.

Hoc autem genus scytalae, quod perinde ac de simplici illa scytala vidimus, non tantum Spartae sed etiam in aliis Graeciae civitatibus viguisse apparet, ephori Lacedaemonii videntur adhibuisse, quotiescumque occasio data erat, hoc est cum reges vel imperatores a se dimitterent. His igitur proficiscentibus ligni coram dissecti dimidia pars tribuebatur asservanda, ut mox si literae ephororum allatae essent, earum genuinitatem et sinceritatem ad partem clavae sibi traditam exigere possent. Hinc intellegitur quid sit illud *ξύλον διπλοῦν* in versu Achaei supra laudato, patet quid sibi velit *ξύλον εἰς δύο τεμνόμενον*, vel *ξύλον διαπρίζοντες* apud Scholiastas Aristophanis et Pindari, de quibus infra, nec non explicatur cur toties legamus alteram scytalam proficiscenti regi vel duci traditam esse, alteram domi apud magistratum servatam, quae omnia supra dictis patefacta esse confido. Unum observandum superest, rem ipsam et rationem scytalae duplicis docere tantum inter homines quodammodo inter se notos, qui quasi pactionem fecissent, illud artificium adhiberi potuisse, neque huic invento locum fuisse nisi antea ambo illi inter quos scytala commearet in unum convenissent et clavae partes, ipsis inspectantibus divisae, dein servandae et in posterum adhibendae traditae essent.

Iam si rationem duplicis scytalae recte per pignus et symbolum explicuimus, eius usus imprimis in re argentaria, in qua summae diligentiae studere solent homines, multifarius esse potuit pro cuiusque ingenio. Sic Lysander quondam callidissime scytalas adhibuit in praeda domum mittenda, quam rem narrat Diodorus XIII. 106: *εὐθὺς δὲ τῇ δυνάμει πλεύσας ἐπὶ Σάμον αὐτὸς μὲν ταύτην ἐπολιόρκει, Γύλιππον δὲ τὸν εἰς Σικελίαν τοῖς Συρακοσίοις συμπολεμήσαντα ἀπέστειλεν εἰς Σπάρτην τά τε λάφυρα κομίζοντα καὶ μετὰ τούτων ἀργυρίου τάλαντα χίλια καὶ πεντακόσια. ὄντος δὲ τοῦ χρήματος ἐν σακίοις καὶ τούτων ἔχοντος ἑκάστου*

Digitized by Google

σκυτάλην ἔχουσαν τὴν ἐπιγραφὴν τὸ πλῆθος τοῦ χρήματος δηλοῦσαν, ταύτην ἀγνοήσας ὁ Γύλιππος τὰ μὲν σάκια παρέλυσεν, ἐξελόμενος δὲ τάλαντα τριακόσια καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς γνωσθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων ἔφυγε καὶ κατεδικάσθη θανάτῳ. — Quae res etiam plenius a Plutarcho exponitur in lepida narratione Lys. 16: ὁ δὲ Λύσανδρος ἀπὸ τούτων γενόμενος αὐτὸς μὲν ἐπὶ Θρᾴκης ἐξέπλευσε, τῶν δὲ χρημάτων τὰ περιόντα — ἀπέστειλεν εἰς Λακεδαίμονα διὰ Γυλίππου τοῦ στρατηγήσαντος περὶ Σικελίαν. ὁ δὲ, ὡς λέγεται, τὰς ῥαφὰς τῶν ἀγγείων κάτωθεν ἀναλύσας καὶ ἀφελὼν συχνὸν ἀργύριον ἐξ ἑκάστου πάλιν συνέρραψεν ἀγνοήσας ὅτι γραμματίδιον ἐνῆν ἑκάστῳ τὸν ἀριθμὸν σημαῖνον. ἐλθὼν δὲ εἰς Σπάρτην ἃ μὲν ὑφήρητο κατέκρυψεν ὑπὸ τὸν κέραμον τῆς οἰκίας, τὰ δὲ ἀγγεῖα παρέδωκε τοῖς ἐφόροις καὶ τὰς σφραγῖδας ἐπέδειξεν. ἐπεὶ δὲ ἀνοιξάντων καὶ ἀριθμούντων διεφώνει πρὸς τὰ γράμματα τὸ πλῆθος τοῦ ἀργυρίου καὶ παρεῖχε τοῖς ἐφόροις ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα, Φράζει θεράπων τοῦ Γυλίππου πρὸς αὐτοὺς αἰνιξάμενος ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χάραγμα τοῦ πλείστου τότε νομίσματος διὰ τοὺς Ἀθηναίους γλαῦκες [1]). Videtur igitur Lysander, cum satis magnam summam pecuniae domum mitteret, ad eam custodiendam novum quid et singulare excogitasse et singulis sacculis singulas scytalas clam inseruisse, in quibus aeris summa inscripta esset, quae unoquoque sacco contineretur. Quo artificio effecit, ut ephori adveniente Gylippo et sacculis apertis statim pecuniam inventam cum numeris, quos singulae scytalae gerebant, conferre et Gylippi furtum deprehendere possent; ipse autem Lysander, si alteras partes scytalaram isdem summis notatas sibi reservavit, domum redux suas rationes cum ephororum rationibus comparare et si forte uni vel alteri scytalae alia, minore scilicet summa inscripta, substituta esset, fraudem detegere potuit [2]).

1) Eandem rem breviter repetit auctor in vita Nicia 25, ubi Gylippum ex mille talentis tantum *triginta* surripuisse tradit.

2) Cum artificio Lysandri porro conferri possunt Hesychius, qui de voce σκυτάλη inter alia haec habet: ἢ θύλακοι δερμάτινοι, et Schol. Pind. Ol. VI. 154: ἄλλοι δὲ, ὅτι ἐχρῶντο πλατείαις σκυτάλαις οἱ Λάκωνες, ἐγγράφοντες αὐτῶν τὰς ἐπιστολὰς καὶ ἐγκλείοντες εἰς σκύτινα ἀγγεῖα καὶ οὕτω σφραγίζοντες. Qui loci manifeste ex narratione aliqua fraudis Gylippi originem traxerunt. Scholiasta autem more suo (de quo infra) res duas diversas confudit, scilicet artificium Lysandri et sollemne literarum commercium ephororum Lacedaemoniorum.

Digitized by Google

Postremo commemorandus est alius usus scytalae, et ille ad prisca tempora referendus. Traditur enim bello cum Messeniis secundo Spartiatas, proelium commissuros, nomina sua in scytalis parvulis, in clavulis vel tabellis ligneis inscripsisse, deinde illas ex laeva manu suspendisse quo facilius, si occidissent, a suis agnosci et sepeliri possent. Notitiam, quae ex Ephoro, satis antiquo fonte, defluxisse videtur [1]), narrat Diodor. fr. VIII. 27. 2 (Dindorf.): *ὥστε μέλλοντες παρατάττεσθαι τὰ ὀνόματα σφῶν αὐτῶν ἐγράψαντο εἰς σκυταλίδα καὶ ἐξῆψαν* [2]) *ἐκ τῆς χειρὸς, ἵνα τελευτῶντες μὴ ἀγνοῶνται ὑπὸ τῶν οἰκείων.* Cf. Polyaen. I. 17. in Tyrtaeo: *ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ [τὰς] σκυταλίδας τοὔνομα γραψάντων καὶ περὶ τῇ λαιᾷ χειρὶ φερόντων κτέ.* Optime rem enarrat Iustinus III. 5: „itaque tantum ardorem militibus iniecit, ut non de salute sed de sepultura solliciti, *tesseras* insculptis suis et patrum nominibus dextro bracchio deligarent, ut, si omnes adversum proelium consumsisset et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent". Cui explicationi quicquam addere inutile videtur [3]).

Iam ut ea, quae hoc capite disputavimus, comprehendamus, haec fere sunt. Antiquis temporibus vulgo in Graecia morem viguisse scribendi in ligno, in baculis, in scytalis; eiusmodi autem scytalas adhibitas esse ad omnes scripturae usus, ad literarum commercium quae per praeconem transferrentur, ita ut scytala fere illius ministerii insigne et perpetuum attributum facta sit, ad usus militares, denique in re argentaria ad pactiones consignandas, addito artificio, ut clava in duas partes dissecaretur, quae res unice apta erat ad fraudem detegendam et stipulantibus quam maximam fidem praestare valebat. Porro procedente tempore morem illum paullo molestiorem et inhabilem primo ex vita privata deinde etiam ex vita publica evanuisse videri, sed servatum esse Spartae, in illo antiqui moris et me-

1) Cf. I. Melber. Ueber den Quellen und den Wert der Strategemensammlung Polyaens. Ann. Phil. Suppl. XIV. p. 428.

2) *σκυταλίδας ἃς ἐξήψαντο* v. Herwerden.

3) Alium etiam usum scytalidos commemorat Aen. Tact. XXII. 27: *χρὴ σκυταλίδα ἔχουσαν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ παραδίδοσθαι τῷ πρώτῳ φύλακι. κτέ.* Cum quo loco conferri potest usus tesserae in re militari Romanorum.

Digitized by Google

moriae sacrario, ibi autem praecipue ephoros usos esse illo scribendi genere, quod temporum vetustate quasi sanctum et consecratum esset optimeque summi magistratus augustam maiestatem referre posset.

Itaque ephori hanc avorum consuetudinem sibi vindicasse et propriam fecisse putandi sunt ad iussa vel edicta sua regibus vel sociis vel peregrinis communicanda, et duplici quidem illa scytala quoties fieri posset, hoc est, cum aliquem ex suis, magistratum vel regem, a se dimitterent, usi esse videntur, ligni igitur in duas partes divisi alteram partem proficiscenti regi tradentes, qui mox, si ephororum literae allatae essent, partem a se conservatam ad earum fidem explorandam et probandam adhibere posset [1]).

Itaque cave ne per scytalam genus quoddam occultarum literarum intellegas neve duplicis scytalae rationem ita explices, quasi partes illae instrumentum effecerint ad arcana et secreta nescio quo modo extricanda. Nam simplicissimum tantum artificium fuisse credendum est in pactionibus et documentis excogitatum ad fidem probandam adque praestandam integritatem et sinceritatem, eodem plane modo, quo postea in chartis et codicibus sigilla et subscriptiones in usu fuerunt.

III.

Restat, ut quam brevissime in alteram illam scytalae explicationem, quam Gellii verbis huic dissertationi praemisimus, inquiramus, unde orta sit, si quidem fieri possit, et quomodo se propagaverit.

In qua investigatione sponte fere deferimur ad Alexandrinorum tempora et propter studia antiquitatis tunc maxime florentia, et quod scytala eiusque usus illa aetate iam satis evanuisse videtur ut viri docti in eam, tamquam in rem antiquam et obsoletam, inquirere potuerint et varias novasque opiniones, ut

1) Patet, postquam scytala semel divisa et distributa esset, eodem modo atque ephoros ad reges, etiam reges ad illos per scytalam scribere potuisse. Tamen notandum ne semel quidem tales regum literas a scriptoribus commemorari, quo clarius apparet, quantopere ephori ius in scytala scribendi suum ipsorum privilegium reddiderint et quam recte Achaeus poeta scytalas κύρβεις nominaverit.

Digitized by Google

de re ignota et coniectura vel ratiocinatione assequenda, excogitare et proponere.

Et revera viri docti Alexandrini, qui primi in Archilocho operam suam et studium collocarunt, Apollonium Rhodium puta et Aristophanem Byzantium, facere non potuerunt quin in commentandis illis versiculis de quibus supra egimus, de scytala brevius vel fusius verba facerent. Quorum alter teste Athenaeo III. 85. (*μνημονεύων δ' αὐτῆς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης συγγράμματι*) libello vel commentario illustravit [1]) illam *ἀχνυμένην σκυτάλην*, et quamquam ex iis, quae affert Athenaeus, nihil de ipsius libelli contextu colligi potest, tamen viro docto de significatione scytalae expressis verbis disserendum fuisse, haud temere contenderis.

Paullo explicitius idem Athenaeus X. 451 d agit de libro, quem Apollonius Rhodius scripsit de Archilocho, ex quo haec afferuntur: *ὅτι δὲ λευκῷ ἱμάντι περιειλοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἠβούλοντο, εἴρηκεν ἱκανῶς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου.*

Primus igitur, quantum hodie videre possumus, Apollonius Rhodius novam illam scytalae explicationem proposuit, per vocem scytalam intellegens lorum album, literis inscriptum, clavae circumvolvendum, totum denique illud artificium, quod disertis verbis enarravit Gellius [2]).

In qua re hoc vel maxime dolendum est, quod ex rationibus et argumentis, quibus auctor huius opinionis interpretationem superstruxit, omnino nihil ab Athenaeo nobis traditur, ita ut testimoniis plane deficientibus de nostro tantum coniectare nobis supersit.

Suspicari autem licet etymologiam praesertim Apollonium,

---

1) Cf. A. Nauck. Aristoph. Byz. fragm. p. 273 seqq.

2) Est cur hic etiam Callimachi mentionem faciamus. Exstat enim notitia apud Hesychium in voce *σκ.*: *πίνακες ἐφ' οἷς ἡ Δίκη γράφει τὰ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα.* Cum quibus verbis Ruhnk. Ep. Crit. p. 171 contulit Callimach. hymn. Cer. 57: *Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.*

Sive autem Callimachum sive alium poetam spectant verba ab Hesychio allata, locus certe notatu dignissimus est, qui evincit poetam Graecum, quisquis ille fuit, scytalam tribuisse Iustitiae ad hominum delicta consignanda; quae res quam egregie consentiat cum iis quae in primo capite disputavimus et imprimis cum versu Achaei illic laudato, neminem fugere opinor.

Digitized by Google

vel quisquis hanc explicationem excogitavit, adduxisse ad opinionem suam de loro circumvoluto proponendam. Cuiusvis enim erat voces σκυτάλην et σκῦτος earumque derivata inter se coniungere, et ne nostris quidem diebus defuerunt qui haec vocabula e communi fonte (verbo ξύω) defluxisse putarent [1]). Hinc apparet, qui fieri potuerit, ut res inter se dissimillimae coniungerentur; postquam autem semel explicatio per lorum accepta esse et constare visa est, iam minoris audaciae erat deinde addere illud lorum fuisse album, scilicet in quo literae ipsae facilius inscribi clariusque perlegi possent.

Sane supererat ut explicaretur, quomodo vox quae semper et ubique baculum, bacillum, lignum denique vel aliquid ligni simile significavisset [2]), lorum vel corium indicare posset; commode tamen ad hanc difficultatem expediendam praesto erat artificium illud, quod Plutarchus in loco mox tractando [3]) verbis τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον designavit. Quae figura tamen vix id, quod vult Plutarchus, probare posse videtur. Etenim si recte rem intellego, illa metonymia hoc efficitur, quod optime Festi verbis (153. 21.) redditur, ut „ab eo quod continet significetur id quod continetur"; in scytala igitur, ut nomen instrumenti, in quo epistula scripta est, adhibeatur ad epistulam ipsam designandam. Quod quin in scytala saepissime acciderit, nemo opinor dubitabit, cum plerisque locis, quibus scytalae mentio fit, ut res ipsa docet, non lignum illud ipsum vel bacillum designetur sed potius epistula in ligno scripta, inque omnium antiquissimo illo versu Archilochi ipsum attributum ἀχνυμένη satis declarat non lignum sed nuntium, qui in ligno continetur, tristissimum, deinde accedente nova metaphora eum, qui nuntium tristissimum perfert, a poeta designari. Condonemus igitur Plutarcho inventum suum et figuram male huc arcessitam et iterum statuamus vocem σκυτάλην constanter baculum, clavam, lignum designasse

1) Nitzsch l.l. p. 75.

2) Cf. Stephanum. Qui quomodo in explicandis locis, quales sunt Plato Theaet. 209 D et Lucian. Somn. 3, de loro cogitare potuerit, equidem me non intellegere confiteor.

3) Plut. Lys. 19: καλεῖται δὲ ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον, ὡς τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον.

Digitized by Google

neque temere credendum esse tale vocabulum in significationem lori vel corii abire potuisse.

Haec erant quae de Alexandrinis disserenda habebamus. Proximis saeculis siletur de scytala; apud Romanos demum scriptores eius mentionem factam invenimus, apud Nepotem scilicet et Ciceronem. Quorum prior in vita Pausaniae 3 haec exhibet: „id postquam Lacedaemonii rescierunt, legatos cum clava [1]) ad eum miserunt, in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capite eum damnaturos". In quo loco inde ab Aldo usque ad Cobetum fuerunt, qui pro clava ipsam vocem *σκυτάλην* Nepoti reddere cuperent. Sed si lectiones librorum Mss. proxime observantes cum plerisque interpretibus [2]) „cum clava" legimus, patet Nepotem non solum locum Thucydidis de revocatione Pausaniae optime et accuratissime vertisse, sed etiam rem ipsam et rationem scytalae rectissime intellexisse; nam verba Latina „clava, in qua erat scriptum" admodum simplicia et diserta neque per lorum explicanda esse quivis concedere debet. Quod cum sentirent interpretes ad vocem Graecam confugerunt, quae duas illas diversas significationes admittere videbatur, cum potius statuendum esset Nepotem recentiorem illam scytalae explicationem aut non habuisse cognitam aut sprevisse, certe sinceram et genuinam rei notitiam, quam ex Thucydide vel Xenophonte vel aliis Graecorum scriptoribus hausisset, integram nobis servasse et tradidisse.

Sequitur Cicero, qui obiter scytalam memorat in epistula ad Att. X. 10: „me caecum, qui hoc non viderim! misi ad te epistolam Antonii. Ei cum ego saepissime [3]) scripsissem nihil me contra Caesaris rationes cogitare, meminisse me generi mei, meminisse amicitiae, potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio, me autem, quia cum lictoribus invitus cursarem, abesse velle nec id ipsum certum etiam nunc habere, vide quam ad haec *παροινικῶς*" [4]). Exscribitur epistula Antonii, deinde pergit Cicero: „Habes *σκυτάλην Λακωνικήν*. Omnino excipiam hominem", etq. seq. Ex ultimis verbis, quae eo consilio adduntur, ut per-

1) lava Dan. A. P. lana B. M. R.
2) Cf. e. g Nipperdey Opusc. p. 22.
3) Aequissime Madvig.
4) Victorius *τυραννικῶς*, quod probat Boot.

Digitized by Google

stringatur insolentia et superbia Antonii, manifesto apparet locutionem σκ. Λ. a Cicerone tamquam proverbium adhibitam esse, quod iussum vel imperium severum et quasi absolutum designaret. Ceteroquin de Ciceronis opinione de scytala et quomodo sibi illam σκ. Λ. finxerit, cum res ipsa tantum summatim tangatur, omnino nihil docemur.

Primus Plutarchus quique post Plutarchum scripserunt, certis et haud ambiguis verbis novam illam scytalae explicationem exposuerunt; itaque iam ad eos pergendum erit et ad locum Plutarchi qui legitur Lys. 19, dignus quem totum exscribamus: *ἔστι δὲ ἡ σκυτάλη τοιοῦτον. ἐπὰν ἐκπέμπωσι ναύαρχον ἢ στρατηγὸν οἱ ἔφοροι ξύλα δύο στρογγύλα μῆκος καὶ πάχος ἀκριβῶς ἀπισώσαντες, ὥστε ταῖς τομαῖς ἐφαρμόζειν πρὸς ἄλληλα, τὸ μὲν αὐτοὶ φυλάττουσι, θάτερον δὲ τῷ πεμπομένῳ διδόασι. ταῦτα δὲ τὰ ξύλα σκυτάλας καλοῦσιν. ὅταν οὖν ἀπόρρητόν τι καὶ μέγα φράσαι βουληθῶσι, βιβλίον ὥσπερ ἱμάντα μακρὸν καὶ στενὸν ποιοῦντες περιελίττουσι τὴν παρ' αὐτοῖς σκυτάλην, οὐδὲν διάλειμμα ποιοῦντες, ἀλλὰ πανταχόθεν κύκλῳ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς τῷ βιβλίῳ καταλαμβάνοντες. τοῦτο δὲ ποιήσαντες ἃ βούλονται καταγράφουσιν εἰς τὸ βιβλίον ὥσπερ ἐστὶ τῇ σκυτάλῃ περικείμενον· ὅταν δὲ γράψωσιν, ἀφελόντες τὸ βιβλίον ἄνευ τοῦ ξύλου πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀποστέλλουσι. δεξάμενος δὲ ἐκεῖνος ἄλλως μὲν οὐδὲν ἀναλέξασθαι δύναται τῶν γραμμάτων συναφὴν οὐκ ἐχόντων, ἀλλὰ διεσπασμένων, τὴν δὲ παρ' αὐτῷ σκυτάλην λαβὼν τὸ τμῆμα τοῦ βιβλίου περὶ αὐτὴν περιέτεινεν, ὥστε τῆς ἕλικος εἰς τάξιν ὁμοίως ἀποκαθισταμένης ἐπιβάλλοντα τοῖς πρώτοις τὰ δεύτερα κύκλῳ τὴν ὄψιν ἐπάγειν τὸ συνεχὲς ἀνευρίσκουσαν. καλεῖται δὲ ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον, ὡς τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον.*

Vides rem satis perspicue et luculenter enarrari neque facile quicquam in verbis auctoris desideres. Et tamen vel in hac diligentissima descriptione insunt nonnulla, quae lectori moram iniciant, quod vel ex arbitrio auctoris addita vel ab eius proposito aliena videantur; quin videamus an antiquae illius traditionis, quam in oblivionem abisse credebamus, vestigia quaedam et elementa recentiori explicationi intersparsa et admixta deprehendere possimus.

Ad quam rem primum velim attendas ad verba *βιβλίον ὥσπερ ἱμάντα*. Ex quibus apparet Plutarchum iam ulterius processisse

Digitized by Google

quam ipsos auctores novae de scytala opinionis. Nam cum hi etymologia, ut coniecimus, duce scytalam per lorum circum baculum involutum interpretati essent, lorum illud apud Plutarchum iam in comparationem relegatur et substituitur charta velut lorum. Quo facto merae fiunt tenebrae; etenim quamdiu scytala per lorum baculo involutum reddebatur, saltem aliquatenus intellegere poteramus quomodo hic vel ille, fallaci etymologia confisus, vocem quae bacillum designaret, per lorum accepisset; in Plutarchi vero invento etiam illud quamvis tenue filum, quod a pristina vocis significatione ad recentem interpretationem ducebat, omnino deficit nullaque causa apparet, cur eandem vocem baculum et chartam significare potuisse credamus.

Sequentes auctores Plutarchi rationem non secuti, explicationem scytalae per lorum retinuerunt, uno, quoad video, Ausonio excepto, qui pag. 283. vs. 23 (ed. Peiper) haec habet:

Vel Lacedaemoniam scytalen imitare libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus
Non respondentes sparso dabit ordine formas,
Donec consimili ligno replicetur in orbem.

Ceteri omnes interpretationem per lorum servaverunt; quid quod fuerunt qui eam augere et amplificare conarentur, ut Hesychius, qui inter varias huius vocis significationes *Φραγέλλια*, *λῶροι* exhibet itemque Photius; quasi vox scytala non semel, in uno hoc verborum connexu et quodammodo metaphorice sed saepius et proprie lorum significaret!

Secundum, quod in loco Plutarchi lectorem monuisse velim, continetur verbis illis: *ξύλα δύο στρογγύλα μῆκος καὶ πάχος ἀκριβῶς ἀπισώσαντες, ὥστε ταῖς τομαῖς ἐφαρμόζειν πρὸς ἄλληλα.*

Ultima lectorem aliquantulum morantur, quae neque cum loci totius tenore neque cum argumentatione auctoris satis conveniunt; haud facile enim dictu esse crediderim, quid in explicatione lori interesset, utrum scytalarum intersectiones apte congruerent, dummodo scytalae ipsae plane eiusdem formae essent, ita ut lorum uni vel alteri involutum eandem semper scripturam bene restitueret.

At aliter res se habet si statuimus unum idemque lignum in duas partes esse divisum, dein cum usus adesset, alteram partem

Digitized by Google

cum altera esse compositam et agnitum num eiusdem ligni et materiae essent, num „in intersectionibus inter se congruerent".

Quid multa? Agnoscimus vestigia veteris traditionis, quae Plutarchus in explicatione recentioris de scytala opinionis servavit imprudens, quamquam ibi nihil ad rem faciunt et sententiam aliquatenus perturbant.

Eadem autem inconstantia cum etiam in aliis scriptoribus occurrat, liceat hic iterum observare, in antiqua explicatione opus fuisse duabus clavis *eiusdem originis*, quem ad finem unum lignum in duas partes dissecabatur, quo efficeretur, ut, sectionibus recte congruentibus, partes tamquam genuinae et inter se convenientes agnoscerentur; contra in recentiore opinione requiri duo bacula *eiusdem formae*, quorum utrumque ex quovis ligno fieri poterat, dummodo ambo eiusdem magnitudinis eiusdemque crassitudinis essent, ita ut lorum involutum literas bene redderet.

Quod autem vestigium pristinae traditionis in verbis Plutarchi agnovimus, ubi lignum describitur, quod in duas partes inter se congruentes divideretur, id etiam clarius apparet in serioris aetatis scriptoribus, Scholiastas dico Aristophanis et Pindari. Quorum prior ad Lys. 990 haec exhibet: *σκ. Λ. ξύλον ἐστὶν εἰς δύο τεμνόμενον. καὶ τὸ μὲν ἓν δίδοται τῷ στρατηγῷ ἐξερχομένῳ, τὸ δ' ἄλλο κεῖται ἐν πόλει*[1]), alter ad Ol. VI. 154 annotat: *οἱ δὲ ὅτι ξύλον τι στρογγύλον, ὅπερ διαπρίζοντες τὸ μὲν ἥμισυ κατεῖχον αὐτοῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἐδίδουν τῷ ἁρμοστῇ τῷ ἐκπεμπομένῳ. — δεξάμενος ὁ ἁρμοστὴς περιείλει ᾧ εἶχεν ἐκεῖνος ἀποκόμματι κτέ.* Nota porro Scholiastam Pindari, qui pergit enarrando recentiorem scytalae explicationem, postquam commemoravit lignum unum in duas partes dissecari, quod nihil ad suam rem, plane omisisse addere clavas illas eiusdem formae fuisse, quae res unice opus erat in eius explicatione, ita ut mox alterum adiungatur scholion tamquam plane novam interpretationem afferens: *τινὲς δὲ ῥάβδους δύο ἰσοπάχεις καὶ ἰσομήκεις.*

---

1) Frustra Blaydes Lysistr. p. 278 *τετμημένον* tentavit, ad quam coniecturam refutandam vel loci supra allati sufficiunt. Adde, quod coram testibus fieri solebat illa ligni dissectio, ut res ipsa docet et disertis verbis testatur locus Dioscuridis in praecedentibus citatus *διαιρεῖν δύο μαρτύρων παρόντων*, ita ut omnino tempus praesens requiri videatur.

Digitized by Google

Quo autem abire potuerit error, cum semel non intellegeretur ad quem usum et quo consilio lignum illud esset dissectum, optime percipitur ex eodem Scholiasta Pindari ad l. l., ubi profert: *οἱ δὲ ὅτι ξύλον διαιρίζοντες ἔνδον ἀπέγραφον καὶ οὕτως ἀπέστελλον.*

Locum Plutarchi absolvimus. Proximus aetate A. Gellius est, cuius de scytala notitiam, tamquam omnium luculentissimam et disertissimam, in fronte huius dissertationis exscripsimus. Neque immerito imprimis ille a viris doctis hac in re citari solet, qui licet in re erraverit, tamen in verbis ipsis descriptionis suae ut sibi constaret assecutus est, ita ut nihil desideretur, nihil incongruum vel ineptum occurrat. Quo magis dolendum est textum ipsum corruptela laborare, imprimis in his verbis: „unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus *cum iure atque cum signo* habebant". Sub quibus verbis cum nescio quid maioris momenti latere suspiceris, magnopere piget totum locum medicum suum nondum invenisse [1]).

Sequitur Diogenianus, qui l.l. (Cent. III. 25) scytalam sic explicat: *ἐπὶ ξύλου γὰρ ἔθος ἦν εἰλοῦντας τὸ γραφέν, εἶτ' ἀφειλοῦντας οἷς ἐβούλοντο πέμπειν. οἱ δὲ δεχόμενοι ἴσῃ σκυτάλῃ ἐφειλοῦντες ἀνεγίνωσκον τὸ γραμματεῖον*; itaque et hic recentiorem de scytala opinionem amplexus esse et breviter exposuisse statuendus est.

Contra Clemens Alexandrinus, qui illi succedit, pristinam scytalae explicationem servasse videtur, qui Stromat. II. p. 367 haec habet: *ἴσασι δὲ Ἕλληνες τὰς τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐφόρων σκυτάλας νόμῳ ἐπὶ ξύλων ἀναγεγραμμένας*, qua brevi notitia tamen fere omnia, quae de scytala disseruimus, continentur.

De Ausonio iam egimus, itaque pergendum ad Hesychium. Qui praeter illam notitiam *Φραγέλλια, λῶροι*, de qua supra disputavimus, ceteroquin satis accurate rem explicat: *σκ. Λ. ἐπὶ τῶν ἀγγελιαφόρων τάσσεται. ἔθος γὰρ ἦν ἀρχαῖον τὸ χρήσασθαι ταῖς σκυτάλαις ἀντὶ τῶν παρ' Ἕλλησι γραμματείων καὶ βιβλίων.* Patet iterum hic deprehendi antiquam traditionem sinceram et ab alienis additamentis integram servatam.

---

1) Göttling: cum loro. Madvig, Adv. Crit. II p. 607: cum cura atque cum signo (obsignatum) habebant. Cf. etiam Hertz, Vind. Gell. alterae in Jahrb. f. Class. Phil. Suppl. VII p. 76, cuius satis ampla dissertatione tamen parum proficitur, et Hagen, Bursian's Jahresb. 1873. p. 1416. De obsignatione scytalae, quam innuit Madvig, nihil traditum est.

Digitized by Google

Ex Hesychio pendet Etymol. Magn. p. 720. 49: *σκυτάλη δὲ πίναξ, δέλτος. ἔθος δὲ Λακεδαιμονίοις χρῆσθαι σκυτάλῃ ἀντὶ τῶν γραμματείων*, et haec optima est notitia.

Ultimus citandus Photius p. 525. 21. in voce *σκ.*: *ἐπιστολὴ Λακωνική. ἦν δὲ ἡ σκυτάλη ξύλον ἐξεσμένον ἐπίμηκες· δύο δὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον σκυτάλαι. καὶ τὴν μὲν μίαν κατεῖχον οἱ ἔφοροι τῶν Λακεδαιμονίων, τὴν δ' ἑτέραν τῷ ἐκπεμπομένῳ παρ' αὐτῶν στρατηγῷ παρεῖχον. καὶ ὁπότε ἐβούλοντό τι ἐπιστεῖλαι αὐτῷ, φέροντες ἱμάντα λεῦκον περιεῖλλον τὴν σκυτάλην· καὶ ἐπὶ τοῦ ἱμάντος ἔγραφον· καὶ ἀνελίττοντες παρεῖχον τὸν ἱμάντα τῷ ἀποφέροντι· τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα μὴ μανθάνωσιν οἱ ἀποφέροντες τὸ δηλούμενον ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ στρατηγὸς δεχόμενος τὸν ἱμάντα τῇ ἑαυτοῦ σκυτάλῃ περιείλιττεν, καὶ ἀνεγίνωσκεν οὕτως τὰ γεγραμμένα. λέγεται οὖν καὶ ἡ ἐπιστολὴ σκυτάλη καὶ αὐτὸ τὸ ξύλον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἐπιστολή.* Cetera Photii verba iam supra attigimus.

Ex hoc fonte fluxerunt ea, quae de scytala habent Suidas in voce. *σκ.*, Moeris p. 346 Anecd. Paris. ed. Cramer IV. 175, 8, Scholiastae denique ad Thuc. I. 131 Aristoph. Av. 1283 Pind. Ol. VI. 154. Quos omnes exscribi vix opus est [1]), praesertim cum plerique annotationem Photii paene ad verbum repetiverint. Ex uno Scholiasta Pindari libet pauca afferre, quae hominis turbulentum ingenium, quod iam in superioribus arguimus, optime illustrant: *ἡ δὲ σκυτάλη τοιοῦτόν ἐστι· Λάκωνες κήρυκας διαπεμπόμενοι, ξύλον μελαίνοντες περιείλισσον λευκῷ ἱμάντι καὶ περιέγραφον τῷ τε ἱμάντι καὶ τῷ ξύλῳ, εἶτα ὑπέλυον, ὥστε τὴν ἀκολουθίαν τῆς γραφῆς μὴ σῴζεσθαι, εἰ μὴ προστεθείη πάλιν ὁ ἱμὰς, καὶ οὕτω διὰ μὲν ἑτέρου τὸν ἱμάντα, διὰ δὲ ἑτέρου τὸ ξύλον*

1) Antiquae doctrinae reliquias satis mutilas servavit Scholiasta Aristophaneus in primo scholio: *τοῦ δὲ σκυτάλιον τὸ α ἐκτείνεται, ὡς ἐν Ὀλκάσιν, ἔνθα καὶ τὸ Νικοφῶντος* [Kock. fr. 2.] *ἐξ Ἀφροδίτης Γόνων παρετέθη· οὐκ εἰς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν | ἀπὸ τοῦ σκυταλίου* (*τοῦδε* Meineke) *καὶ τῆς διφθέρας; οὕτω Σύμμαχος. ὁ δὲ Δίδυμος σκυτάλια τὰς βακτηρίας, αἷς τὰ σκύταλα τύπτουσιν, ὅ ἐστι τοὺς τραχήλους ἢ παύσει* (L. *παίσει*) *βάκτρῳ καλίνῳ σκύταλα Φρὺξ ἀνήρ.* Ad Holcadum locum cf. Pollux X. 173. Kock. fr. 418. 421. 422. Fallitur autem Schol. in iis, quae de *α* producta praecipit, cf. Eccles. vs. 76 et 78.

Notitia ex Didymo petita intricatissima est eo quod initium versus allati corruptum est, quod metrum claudicat, denique quod etymologia, quam probare studet auctor, admodum insolita videtur; adde quod nimis incertum est id quod perhiberi illic videtur, voces *σκύταλον* vel *σκύτα* vel *σκύτη* vel *σκύτος* collum vel cervicem vel totum caput significare potuisse.

Digitized by Google

ἀπέστελλον. — Confusio manifesta est. Tamen vel ex hac farragine effici posse videtur auctorem non tantum recentiorem sed etiam antiquam scytalae explicationem novisse, quas ambas quamvis contrarias et inter se pugnantes conciliare conatus nescio quid portentosi conflavit.

Atque his testimonia antiqua absolvimus. Vidimus igitur, cum res ipsa et usus scytalae paullatim in oblivionem abisset, quod Alexandrinorum aetate factum esse coniecimus, viros doctos utpote de re obsoleta et ignota novam explicationem excogitasse et proposuisse; recentem autem illam interpretationem, ut par erat, mox praevaluisse, ita tamen ut antiquam traditionem non plane opprimeret. Cuius vestigia ubique fere lectori diligentiori apparent. Nam ii quoque scriptores, qui novae opinioni toti addicti sunt, elementa antiquioris doctrinae recentioribus interspargunt; antiqua autem traditio postquam intermortua fere in umbra diu latuit, apud hunc vel illum auctorem clare subito apparet seseque in vitam vindicat.

AD ARISTOPH. AV. VS. 1247.

Pithetaerus summa petulantia Iridem deorum nunciam irridens *nihil te moror*, ait, *et ipse Iuppiter si perget negotia mihi facessere*,

μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν ἀετοῖς,

Aeschyli verbis ex Nioba tragoedia desumtis usus, ut docent nos scholia. Sed minime sufficit haec notitia ad *Amphionis* nomen defendendum, quod a Pithetaeri minis plane alienum esse nemo non videt, et in sinu opinor ridens interpres Britannus annotavit: „A. has not much to do with it." Nam ita uti tragicorum verbulis, id non facetum est, non ridiculum, sed ieiunum insulsum absurdum.

Itaque nullus dubitans quin mero errori proprium illud nomen debeatur, confidenter satis rescribo:

μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ ἀμφικίονας δόμους
καταιθαλώσω,

commodum autem in mentem venit versus Sophoclis, ubi Polynices ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων patriam suam invasisse dicitur (Soph. Ant. 285). J. v. L.

Digitized by Google

AD AESCHYLI EUMENIDES.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Vs. 96. ὧν γὰρ ἔκτανον
ὄνειδος ἐν Φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται.
Suspectus hic verbi passivi usus pro activo fecit ut adolescens proponerem ἐκνίπτεται, quamquam Aeschylus, si hoc verbo usus est, procul dubio scripsit ἐκνίζεται, quae lectio in sequiorem formam detorta facillime abire potuit in ἐκλείπεται.

Vs. 120. Clytaemnestrae umbra ad Furias:
ἄγαν ὑπνώσσεις κοὐ κατοικτίζῃ πάθος·
Φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται,
quibus verbis repetitur quod modo dixerat: ἀνὴρ δ' οἴχεται Φεύγων πρόσω, a somnolentis Diris non satis auditum. Quare fieri potest ut vocula δὲ non sit genuina.

Vs. 217. εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μόρσιμος
ὅρκου 'στὶ μείζων, τῇ Δίκῃ Φρουρουμένη.
Pro μόρσιμος in tali quidem sententia expectabam θέσμιος, i. e. νόμιμος, *legitimus*, quo adiectivo Aeschylus ter usus est, substantivo autem θεσμός in hac fabula quinquies.

Vs. 258. ὃ δ' αὖτε γ' οὖν ἀλκὰν ἔχων
περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου
ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν (χρεῶν Scal., θεῶν Blaydes).
Deleto οὖν cum Hermanno et Dindorfio, conieci
ὃ δ' αὖτ' ἐς ἀλκὰν βλέπων κτέ.

Digitized by Google

Vs. 377. πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ·
τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μέλαν πεπότηται,
καὶ δνοφερόν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος αὐδᾶται
πολύστονος φάτις.

Αὐδᾶται dictum pro αὐδᾷ iam per se valde suspectum est, sed ipsum verbum prorsus inepte cum obiecto ἀχλύν coniungitur. Procul dubio poeta dicere voluit sermonem sive rumorem multos gemitus cientem atra quasi caligine premere domum, ubi scelus perpetratum sit. Ferrem αἰωρεῖ, *suspendit*, sed certam medelam frustra circumspicio.

Vs. 459 ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
μήτηρ κατέκτα ποικίλοις ἀγρεύμασι
κρύψασα, λουτρῶν ἐξεμαρτύρει Φόνον.

Vulgo e Musgravii coniectura editur

κρύψασ', ἃ λουτρῶν κτέ.

Nonne probabilius est:

κρύψασα, λουτρὼν ⟨δ'⟩ ἐξεμαρτύρει Φόνον?

Vs. 482. ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
Φόνων δικαστὰς ὁρκίους αἱρουμένη
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

Ex eiusdem Musgravii correctione vulgo scribitur

θεσμόν τιν' κτέ.

Quoniam vero ipsa Areopagi institutio, quam infra vss. 681 sqq. pluribus describit poeta, his verbis significatur, nescio an minus aptum sit pronomen indefinitum, et transponendum suspicor:

τὸν θεσμὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον,

hoc institutum (τὸ δικαστήριον) *in omne aevum condam.*

Vs. 553. τὸν παντότολμον δὲ Φαμὶ παρβάταν
ἅπαντα παντόφυρτ' ⟨ἄγοντ'⟩ ἄνευ δίκας
βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν
λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος θραυομένας κεραίας.

Acute Wakefield

λαῖφος ὅταν λάκῃ, πόνοις θραυομένας κεραίας.

Sed etiam praetulerim:

λαῖφος, ὅταν λάκῃ τόνοις (s. τόνῳ) θρ. κ.

Digitized by Google

aut simili sensu:

ὅταν ῥαγῇ τ.

Vs. 649. τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
οὐμός, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στέφων τίθησιν οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.

Sententiae quidem bene consulit Rauchensteini coniectura

στέφων τίθησι, κοὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει,

sed nullam habent tam violentae mutationes probabilitatem. Fortasse sufficit

κοὐδὲν ἄρθμιον μένει

sive ἄρμενον, dictum pro ἁρμόδιον, i. e. ἡρμοσμένον; *et nihil manet in compagibus suis.*

Vs. ~~992~~. 902

Chor. τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;
Min. ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
καὶ ταῦτα(?) γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου
ἐξ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα.

Nec quid sit εὐηλίως πνεῖν intelligo nec placet verbum ἐπιστείχειν. Conieci:

κἀνέμων ἀήματα
εὐήλιον πνέοντ' ἐπιψύχειν χθόνα.

coll. Apoll. Rhod. II 525 γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιοι. Hoc ipsum est quod *aprica* terra Attica requirit, quodque ei proprium esse testantur hodieque omnes.

Quod ἀνέμων στίχες Pindarus dixit Pyth. IV 200, nihil ad rem.

Vs. 938. δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα·
τὰν ἐμὰν χάριν λέγω·
Φλογμός τ' ὀμματοστερὴς Φυτῶν, τὸ μὴ περᾶν ὅρον
τόπων,
μηδ' ἄκαρπος αἰανὴς ἐφερπέτω νόσος κτέ.

Τὸ μὴ περᾶν significare ὥστε μὴ περᾶν nemo ignorat, sed quid quaeso ea scientia huic loco prodest. Vs. 940 arena est sine calce.

Fortasse Φυτῶν, quod propter praegressum δενδροπήμων abundat, est glossema, quo deleto, suspicor:

Digitized by Google

φλογμός τ' ὀμματοστερὴς ⟨δύναι⟩το μὴ περᾶν ὅρον
τόπων, κτἑ.

Vs. 1044. σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἐνδαΐδες οἴκων
Παλλάδος ἀστοῖς· Ζεὺς ὁ πανόπτας
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβαν.
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

Ut e stropha apparet tres priores versus dactylici sunt, itaque primum tetrametrum dactylicum fuisse optime monuit Dindorf, sed frustra, critici enim plerique et nuper Blaydes anapaestos restituere conati sunt. Solus Hartung

σπονδαὶ δ' ἔστων ἐνθάδ' ἐνοίκων.

Quae verba quamquam sic ab Aeschylo scribi non potuerunt, hoc tamen bene perspexit agi de foedere Eumenidum cum populo Atheniensi. Non potuit autem poeta melius fabulam finire quam significando aeternum hoc foedus fore, faventibus Iove et Parca. Sed verba penitus depravata sunt. Aut fallor, aut in traditis litteris

ΣΠΟΝΔΑΙδ'ЄϹτοπανЄΝΔΑΙΔЄσοικων

solae genuinae sunt, quas quadrata scriptura exaravi. Quod si recte statuo, expleverim sic:

σπονδαὶ ἐς ⟨αἰ⟩ὲν δ' αἵδε ⟨μενοῦσιν⟩
Παλλάδος ἀστοῖς

traiecta, ut saepe apud tragicos, vocula δέ.

PRAESENSIO VERI.

Varro Rerum Rusticarum I. 12. 2 „Animadvertendum etiam si qua erunt loca palustria èt propter easdem causas (frigus et calorem) èt quod crescunt animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, et per aera intus in corpus per os ac nares perveniunt atque efficiunt difficilis morbos".

C. M. F.

Digitized by Google

AD TITULOS QUOSDAM RHODIOS NUPER REPERTOS.

SCRIPSIT

H. VAN GELDER.

Florent hodie studia epigraphica, dies diem nova edocet. Sic ego, cum ante paucos menses titulos omnes corpore uno comprehendissem dialectum Rhodiam exhibentes (Die Rhodischen Dialektinschriften, Vandenhoeck und Ruprecht 1899), jam ecce adducor, ut iterum de novis titulis Rhodiis exponam. Repertae enim sunt schedae Hedenborgianae quae semper latuerant, deprompsit inde titulos aliquot haud prorsus inutiles Angelus Scrinzi Venetus. Quos publici juris factos retractavit quidem Hiller von Gärtringen (Berl. Ph. W. 20. 16 sqq.); restant tamen etiam post Hillerum quaedam quae proferri possint.

Lectorem benevolum qui de schedis Hedenborgianis fortasse numquam comperit monitum velim, vixisse in insula Rhodo ab anno 1840 usque ad annum 1864 quo mortuus est medicum Suecum doctissimum, nomine Johannem Hedenborgum, ab omnibus qui tunc ex nostris regionibus Rhodios adibant ob singularem rerum Rhodiarum cognitionem summis laudibus elatum, qui materia undique corrasa spissis voluminibus quattuor vel quinque res Rhodias universas scribere sibi destinaverat. Nec tamen propositum exsecutus est: scripto enim cum omnia mandavisset, deerat artium liberalium fautor qui suis impensis opus tam copiosum de insula tam parva prelo submitteret. Perisse deinde per multos annos schedae Hedenborgianae credebantur; donec tandem, nullo jam exspectante in lucem posse eas revo-

Digitized by Google

cari, Pisis in urbe integrae emerserunt. Venditatas exeunte anno 1896 emit Guido Marchese di Sommi Picenardi Romanus, vir rerum Rhodiarum Medii Aevi studiosissimus. Qui cui lucro cetera versurus sit adhuc exspectamus; sed titulos Graecos, quos permultos ab Hedenborgo exscriptos in ejus schedis invenit, amico suo edendos dedit Angelo Scrinzio, qui publici juris eos fecit in Actis Instituti Regalis Veneti (Angelo Scrinzi, Iscrizioni Greche inedite di Rodi, Atti del R. Istituto Veneto di scienze, lettere ed arti, LVII 1899, p. 251 sqq.). Titulorum quibus Hedenborg operam dederat longe major pars jam sensim innotuerat; quod nemo opinor mirabitur, qui memoria tenet, anno 1864 quo mortuus est ille titulos Rhodios nondum exstitisse centum, nunc suppeditare plus mille ducentos. Supersunt tamen quadraginta quattuor, quos prorsus adhuc ignotos ex ejus schedis nunc demum protulit Scrinzi; quorum duodecim paulo longiores sunt. Nec parva laus Scrinzio danda est, qui publici juris eos fecerit, deinde qui editionem bonam diligentemque procuraverit. Rem perfectam tamen quis homo umquam assecutus est? Condonandus ergo certe videbitur, si quaedam interdum aliis quoque emendanda reliquerit.

Titulus qui apud Scrinzium locum sextum obtinet „Iscrizione inedita" non est; ediderunt enim anno 1866 Foucart (Rev. arch. 13. 363 ann.), qui Smyrnae eum exscripserat apud cauponem, deinde melius anno 1872 Gelzer in Museo Rhenano (Rh. Mus. N. F. 27. 467; ex ejus apographo iterum edidit Foucart Assoc. relig. 236 n°. 59). Caupone Smyrnaeo auctore Trallianum lapidem esse scripserunt Foucart et Gelzer; Rhodium esse nunc asseverat Hedenborg. Cui fidem majorem habeo quam cauponi. Accedit quod Ἀλκιμέδων Ἀλκιστράτου Τγασεύς, cujus laudes hoc titulo praedicantur, uti jam vidit Scrinzi, in titulo recurrit G D I n°. 3790_{13}, civisque Rhodius igitur fuit. Versum ultimum sic tradit Hedenborg: „καὶ εὐεργεσίας ἐν (l. ἐς) τὸ κοινόν"; verius utique Foucart et Gelzer: „καὶ εὐεργεσίας τᾶς εἰς τὸ κοινόν.

Haec inscriptio novum argumentum praebet rei a me nuperrime demonstratae (Geschichte der alten Rhodier 195), Hygasenses, i. e. homines qui Peraeam Rhodiam habitarent, civitate Rhodia gavisos esse.

Titulus qui septimo loco profertur elogium est — ΕΙΑΙΣΤΟΤ

Digitized by Google

'Αντιοχέως. Suspicatur Scrinzi, homini nomen fuisse „[Μ]ε[γ]ίστου (?)"; ad literarum ductus etiam propius mihi accedere videtur „'Ηδίστου". Nec nimiae temeritatis fortasse arguar, si, mecum reputans nomina propria graeca paulatim innotuisse Μειδίαν, Μειδύλον, Μειδυλίδην, Μειδύλιον, Μείδωνα, hoc loco novum nomen emergere conjecerim adhuc incognitum „Μειδίσκου".

Inscriptio quae decima est victorem celebrat „νικάσαντα ΕΤ — — ΝΑ|ΚΑΙΛΑΜΠΑΔΙΔΕΣ — — ΡΙΑ". Quid literae ΕΤ — — ΝΑ sibi velint, non intellego; conjicit Scrinzi „'Ε(λ)[ευσί]ν(ι)α (?)". Deinde scribit: „καὶ λαμπά(σι 'Ελ)ε(υθέ)ρια (?)". Hic manifesti erroris facile convincitur; nam nihil mutandum est, λαμπάδι enim ἐνίκων Graeci (cf. Andoc. 4. 42; CIA 2 n°. 4441_{61}; Michel Recueil n°. 901_4 et GDI n°. 4271_{13}, quibus locis ipsa verba occurrunt). Quosnam ludos locus respiciat, nemo pro certo dixerit; crediderim tamen equidem, legendum esse „καὶ λαμπάδι Διοσκούρια". Memorantur ludi in fratrum geminorum honorem instituti (Διοσκούρια) in titulo GDI n°. 4271_{15}, qui Cedreis repertus est, i. e. in illa Cariae parte quae Rhodiorum erat.

Titulorum omnium quos Hedenborgo debemus gravissimus est duodecimus. 'Αναγραφή illa est sacerdotum Neptuni Equestris, quam inde ab eo tempore, quo scripsit Guérin (Voyage dans l'île de Rhodes 1856^1, 188; 1880^2, 214) se vidisse quidem lapidem, sed molestum exscribendi onus detrectavisse, aegerrime desiderabant viri docti. Qua nobis ex improviso restituta nimirum gaudemus; nec tamen omnia laeta sunt. Nam cum catalogus ille nomina centum fere quondam exhiberet, neglectis ceteris duodeseptuaginta exscripsit Hedenborg; deinde illa quae dedit partim desperata, partim mendosa sunt. Rem ita explicat, ut facile excusetur: „Da der Marmor sehr übel zugerichtet und schwer zu lesen war, glaubten wir, in einer brennenden Sonnenhitze, es der Mühe nicht werth zu seijn, alle Priesternamen und Opferdiener zu abschreiben, da die Hauptsache gewonnen war". Admirationem tamen ne moveat, titulum sicuti hucusque circumfertur amplam emendandi materiem praebere.

Ab tempore quo incisa est inscriptio initium faciam. Scrinzi, cum Δεινίαν 'Ανθαγόρα qui vs. 7 memoratur recurrere vidisset in titulis GDI n°. 4154_{23} et n°. 4157_6, optime inde collegit, catalogum nostrum saeculi tertii a. Chr. n. esse. Indicia tamen

Digitized by Google

exstant aetatem tituli respicientia plura et certiora. Nam qui sacerdos verbi causa vs. 30 designatur, Ἀγήσανδρος Πολυαράτου, est idem „Ἀγήσανδρος Πολυαράτου Ἀργεῖος", quem ex titulo G D I n⁰. 4154_{10} jamdudum cognitum habebamus. Deinde Εὐμένης Ἱεροφάνευς, sacerdos duodequadragesimus (vs. 45), in inscriptione recurrit G D I n⁰. 4157_{55}. Ansam tamen omnium optimam aetatis hujus tituli definiendae praebet sacerdos undequadragesimus (vs. 46). Hominis nomen sic tradit Hedenborg: ΔΙΟ . . ΕΝΗΣΑΡΙΣΤ —. Supplevit Scrinzi „Διο[γ]ένης Ἀριστ[ομάχου]". Noli tamen de ejus nomine dubitare: Διογένης Ἀριστώνδα fuit. Hic enim vir jam titulis duobus inclaruit, G D I n⁰. 3749_{101} et n⁰. 4158_{7}. Inter eos fuit, qui foederi subscripserunt inter Rhodios et Hierapytnios icto; quod foedus duce Nabero confidenter anno 220 assignare solemus. Constat igitur, annum quo sacerdos undequadragesimus sacerdotium gessit ab anno 220 non multum discrepasse. Haec quoque valent ad aetatem arctius circumscribendam tituli illius, omnium quos Lindus urbs hucusque tulit longissimi, G D I n⁰. 4157. Literarum ductibus confisi tertio saeculo ineunti titulum adscribebant viri docti (sic etiam nuperrime Hiller von Gärtringen Berl. Ph. W. 20. 21). Verum Εὐμένης Ἱεροφάνευς, cujus mentio fit in titulo illo (vide supra), anno eodem, ut nostro catalogo edocemur, sacerdos fuit Neptuni Equestris quo Διογένης Ἀριστώνδα; certe non amplius anno uno ab eo distabat in sacerdotio illo gerendo. Rectius igitur saeculo tertio exeunti assignanda est inscriptio G D I n⁰. 4157.

Etiam sacerdotes alii sunt, titulo nostro memorati, quos jam antea cognoveramus. Vs. 22 B in mentionem incidimus [Ἀρ]χοκράτευς Ἀρχιπό[λι]ος καθ' ὑοθεσίαν δὲ Λυσιστράτου. Hominem agnoscimus titulis G D I n⁰. 4209 et 4210 laudatum. Aetas hinc efficitur titulorum illorum. Haec quoque pertinent ad inscriptionem alteram emendandam. Sic enim circumfertur G D I n⁰. 4210, elogium hominis nostri: [Ἀρ]χοκράτε[υς Ἀρχιπόλιος Λινδοπολίτα, |καθ'] ὑοθεσίαν [δὲ — — — |Κατ]αβίου. Cujus lacunae nunc medicina reperta est. Vs. 12 B deinde catalogi Hedenborgiani sacerdotem offendimus Ἀριστοκράτη Στράτων[ος] καθ' ὑοθεσίαν δὲ ΕΠΕΙΣΙ . . . . Qui homo sane aliunde notus non est; at filium ejus jamdudum tenemus. Inscriptio Delphica est (omnium postremus edidit Michel Recueil n⁰. 655), qua πρόξενοι enumerantur

Digitized by Google

Delphorum quotquot fuerunt ab anno 197 ad annum 170. Inter eos vs. 218 Στράτων. Ἀριστοκράτευς occurrit Rhodius. Qui πρόξενος anno 180_{79} fuit. Neque ulla est causa, quin filium illum fuisse accipiamus hominis nostri. Conjecit denique jam Hiller von Gärtringen, sacerdotem qui vs. 30 B laudatur, Παναίτιον Νικαγόρα καθ' ὑοθεσίαν δὲ [ΕὐΦ]ρανορίδ[α], clarissimum philosophum esse, Scipionis et Laelii familiarem.

Ad emendationem jam transeamus nominum traditorum. Sacerdotes quattuor enumerantur στατοί. Quorum primus Χαρίδαμος appellatur ΚΟΡΚΤΡΑΙΟΤ. Quod nomen lateat, haud facile quispiam dixerit; ab literarum ductibus minime recedere videtur „Δορκυλαίου". Sed obstat, quod nominis illius ne singulare quidem invenitur exemplum. Δορκεύς exstat, Δόρκις, Δορκίνας, Δόρκος, Δορκίων, Δόρκων, Δορκίλλεις, Δορκύλος; deest adhuc Δορκυλαῖος. Nil tamen refragatur, quin ab nomine „Δορκύλος" recte derivatum esse „Δορκυλαῖος" sumamus. Sacerdos quartus ΠΑΣΤΩΡΙΔΑΣ Ἀ[κ]εστορίδα est. Apud Scrinzium Παστορίδας est, quod nomen proprium Graecum neque est neque esse potest; levissima mutatione „Καστορίδας" nomen assequimur. Cum tamen pater Ἀκεστορίδας appellaretur, ad veritatem proxime accedere mihi videor, si filio quoque illud nomen fuisse conjecerim.

Inter sacerdotes plus sexaginta qui annui fuerunt secundus Πυριλάμπης est Ξένωνος, non (Ζ)ήνωνος, uti scribit Scrinzi; exemplar Hedenborgianum rem liquido demonstrat. Sacerdoti sexto (vs. 12) non nomen est Εὐρυκράτει Πανκρέωντ[ος], uti est apud Scrinzium et Hedenborgum, sed Πανκρέοντ[ος]. Sacerdos octavus (vs. 14) sic traditur: ..ΟΛΤΚΛΗΣΡ..ΚΡΑΤΕΤΣΙΠΠΟΛ. Restitutio incerta est; locum certe non expedivit Scrinzi, conjiciens „Πολυκλῆς Πολυκράτευς Ἵππολα". Nam, ut de ceteris taceam, quid sibi vult Ἵππολα? Patris nomen ultro sese offert Κρατήσιππος (cf. CIG 2 n°. 2479); filio fortasse nomen fuit Πολυμνήστῳ, Πολυκλείδᾳ vel Πολυκλείτῳ. Omnium tamen verisimillima haec suspicio mihi esse videtur. Notissimum nomen Graecum Εὐκλῆς est; a quo derivatur nomen Εὐκλήσιος, cuius unicum exemplum, atque hoc quidem Rhodium, invenitur (GDI n°. 4157_9). Sic, nisi fallor, Πολυκλῆς nomen nullo negotio in „Πολυκλήσιος" abiit; Πολυκλήσιος autem cum loco nostro optime quadrat.

Sequitur sacerdos (vs. 15), cui nomen indidit Hedenborg

Digitized by Google

„..ΡΗΣΙΔΑΜΜΟΣ...ΚΡΑΤΕΤΣ". Scrinzi „Σωκράτευς" supplevit; rectius fortasse Σωικράτευς scripsisset, quae nominis forma re vera apud Rhodios exstitisse videtur (cf. G D I n°. 3790_{41}). Filii nominis non ita difficilis restitutio est: in suspicionem statim incidimus, ei nomen fuisse Ἀγησιδάμῳ. Sacerdos duodecimus [Θε]όδ(ω)ρος est ΚΛΕΙΤ.ΡΟΤΟΤ (vs. 18). Veram conjecturam fortasse Scrinzi protulit „Κλει(σ)[ιμβ]ρότου; etiam magis tamen arridet Κλε(υμ)[β]ρότου. Sacerdos quartus decimus (vs. 20) sic traditur: ...ΣΓΟΡ...ΟΙΝΕΤΣ. Nihil supplevit Scrinzi; nulla tamen dubitatio esse potest, quin patris nomen „Γοργοσθένευς" fuerit. In titulo G D I n°. 4157, cui saepius cum nostro homines idem communes sunt, filii quattuor memorantur Γοργοσθένεος cujusdam, quorum nomina omnia in ς desinunt (G D I n°. 4157_{103}). Sequuntur sacerdotum nomina multa, quorum vestigia nulla vel fere nulla sunt.

Sacerdos tricesimus quintus (vs. 41) non [Ἀν]δρό[τι]μος Ἀντιστεῦς fuit, uti scribit Scrinzi; nam quid est Ἀντιστεῦς? Ἀντισθένευς fuit vel tale quid. Qui sequitur sacerdos (vs. 42) Ἀνδρωνίδας fuit Φιλίνου, non Ἀνδρονίδας. Excipit alius (vs. 43), cui nomen fuit Ἀρατίδᾳ ΑΓΕ..ΟΣ. Suspicatur Scrinzi legendum esse „Πέλοπος". Verum praecedit litera A; quam quae est causa, cur eliminemus? Deinde Πέλοψ nomen est heroum, non mortalium. A vero non longe abesse mihi videor, cum supplendum esse conjecerim „Ἀγε[πόλι]ος". Ἀγέπολις nomen est, iis qui rebus Rhodiis student notissimum: Ἀγέπολις legatus Rhodiorum saepius fuit apud Romanos bello Macedonico tertio; Rhodius alius innotuit, hoc nomine praeditus (Journ. Hell. Stud. 9. 89 n°. 2).

Sacerdos quadragesimus quintus ... ΑΡΦΙΤΙΜΟΤ est (vs. B 9). „Ἀρχιτίμου" Scrinzi proposuit; possis nihilominus de „Ἀμφιτίμου" dubitare. Sequitur sacerdos (vs. B 10), qui Hedenborgo et Scrinzio Ἀμμόνικος est. Vix tamen quemquam fugere potest, hic „Δαμόνικος" nomen latere. Vs. B 14 sacerdotem offendimus [Ἀ]γήσανδ(ρο)ν .ΚΙΩΝ —. De quo conjecturam proferre liceat admodum incertam. Titulus G D I n°. 3819_{16} Rhodium quendam laudat Ἀγήσανδρον Παιωνίου. Hic quidem saeculo primo floruit; sed nescio an loco nostro proavus ejus respiciatur, ita ut supplendum sit „Παιωνίου". Sacerdos quinquagesimus tertius .. ὄννος Παυσιμάχου est (B 18). De loco sanando dubitari nequit: Δίοννος

Digitized by Google

nomen Graecum est, apud solos Rhodios hucusque repertum (G D I n°. 3791_{188}). Sequitur vs. B 19 ..ΡΟΦΤΛΟΣ Μνασαγόρ[α] sacerdos. .. *ρόΦ(ι)λος* Scrinzi proposuit; quidni [Χω]*ρόΦ(ι)λος* (cf. I G S 1 n°. 2718_4)? Ab literarum ductibus tamen qui traduntur non magis abhorret nomen *Κριτόφυλος*. Deinde sacerdos memoratur (vs. B 20), qui Hedenborgo . ΣΤΟΝΟ . ΟΣΠΟΛΕΜΑΧΟΤ, Scrinzio ... *στονος Πολεμάχου*, mihi autem [Ἀρι]*στόνο*[μ]*ος Πολεμά(ρ)χου* est. Vs. B 25 in mentionem incidimus ΔΑΜΟΣΤΡ.. ΝΑΤΚΑΝΑΡ.. sacerdotis. Medicamen certum loci non exstat; verisimile tamen videtur, hic nomina latere „*Δαμόστρ*[*ατο*](ς) *Λυ*(*σ*)*άνδρ*[*ου*].

Titulum quintum decimum sic excripsit Hedenborg: ΑΡΙΣΤΟ-ΒΟΤΛΙΑΣ|ΕΙΣΡΟΔΟ. | ΛΑΔΡ[Ι]ΜΙΟΣ. Elogium titulum esse, et versu tertio legendum esse „*Λαδάρμιος*", iam vidit Scrinzi. Nec minus certa ratione versui secundo succurri potest. Neque enim latet *εἰς Ῥόδον*, uti Hedenborgo, neque „*Ἡροδότου* o simile", uti Scrinzio persuasum erat; latet nomen rarissimum, sed Rhodium, [Π]*εισ*(*ι*)*ρόδο*[*υ*]. Pisirrhodus unus innotuit, Diagorae nepos, qui certamine Olympiaco vixisse traditur (Paus. 6. 7. 2 et 3). Patri Pisirrhodi nostri nomen fuisse videtur *Ἀριστοβούλῳ*.

Titulus sextus decimus elogium est: [Ἐρ]*μοκύδης Ἑρμοκρέοντος Βρυκουντίας*. Incognitum hucusque nomen muliebre *Ἑρμοκύδη* est. Apud Rhodios *Ἑρμορόδη* quaedam memoratur (G D I n°. 3838_{15}); quod nomen num loco nostro accommodatius sit, quis pro certo effecerit?

Elogium titulus quoque vicesimus primus est. *Λακράτης*, si fidem Hedenborgo Scrinzioque habemus, ibi laudatur *Ἱεροφάνευς Τλῶιος*. Lapis interiit; sed dubito, num re vera *Λακράτης* in eo fuerit. Nam civem Rhodium novimus *Φιλοκράτη Ἱεροφάνευς* (G D I n°. 3761_{29}). Neque absurda suspicio est, non nomen rarissimum *Λακράτη* hoc elogio exhiberi, sed civis Rhodii memoriam servari jam aliunde cogniti.

Elogium aliud in titulo exstat vicesimo quarto. *Στράτος Ἐπικράτ*(*ε*)*υς* ibi celebratur *Βυβάσσιος*. Iterum anceps haereo, num recte sese habeat versus primus, crediderimque fere, mutilum esse, legendum esse „*Πολύστρατος*". Cum enim *Στράτος* nomen proprium sit paene ignotum, ducis Rhodii fama ad nos pervenit *Ἐπικράτους Πολυστράτου* (cf. B C H 10. 112 sqq. n°. 2; unde

Digitized by Google

desumpsit Michel Recueil n°. 391). Anno 200 rem contra Philippum Macedonem gessit navalem. Hujus Epicratis sive patris sive filii elogium nobis servasse videtur Hedenborg.

Inscriptio duodetricesima elogium est Ἀγησιστράτου Ἀγησιστράτου καθ' ὑοθεσίαν δὲ ΦΙΧΗΡΑΤΤΝΤΟΤ. Conjecit Scrinzi „[Κ]ρατ(ίππ)ου o qualche cosa di simile"; coniecerim ego „Φιλ-ηράτου". Philerati multi in terra Rhodiorum fuerunt (I G I 1 n°. 964 Add.; G D I n°. 4135_{12}; 4136_{18}; 4322_{22}; Ath. Mitt. 21. 45 n°. 16); literas tres postremas in apographo suo imprudens iterasse videtur Hedenborg.

Titulus tricesimus tertius mulierem laudat ΗΑΣΤΩ Ἐφεσίαν. Annotat Scrinzi: „Il nome va corretto in Ἀγησώ o simili". Haec emendatio violentior fortasse cuipiam videbitur. Violentiam paulo minorem mihi assecutus esse videor substituendo „Χαριτώ". Χαριτώ nomen muliebre apud Rhodios occurrit in titulo G D I n°. 4346.

In honorem scriptus est Τείσωνος ΑΓΓΗΣΙΟΣ titulus tricesimus sextus. Ἀγγήσιος, quod nomen Scrinzi commendat, nihili est; confidenter repone „Ἀγήσιος". Ἄγησις nomen Rhodi in insula occurrit G D I n°. 4016; 4121_3; 4198_{17}; 4245, 75.

Titulus quadragesimus alter hic est: ΦΙΛΟΤΑΧΡΗΣΤΕ. Elogia talia qui bene novit, non duce Scrinzio in lapide quondam fuisse asseverabit „Φιλότα χρηστέ", sed „Φιλώτα χρηστὲ [χαῖρε]. Idem valet de titulo quadragesimo quinto: „Δόξα χρηστὰ [χαῖρε]".

ADDENDUM.

Titulum nobilissimum, foedus Rhodiorum et Hierapytniorum exhibentem (cf. supra p. 399), de quo praeter ceteros optime meruerunt Cobet et Naber, non perisse accipio, uti vulgarem hominum opinionem secutus annotavi G D I n°. 3749 p. 411; meliora me docuit Angelo Scrinzi, Musei Civici praefectus apud Venetos, qui titulum, diu foedissime neglectum, in lucem denuo protractum Venetiis in Museo Archaeologico reponendum curavit, deinde edidit novoque commentario instruxit (La guerra di Lyttos e i trattati internazionali Cretesi, Atti del R. Istituto Veneto IX, Ser. VII. Venezia 1898, Ferrari).

Tituli, quem edidi G D I n°. 3799, lectionem emendatiorem praebuisse Wescherum (Rev. Arch. 12. 1865 p. 223) monuit me Hiller von Gärtringen.

Digitized by Google

AD GEOPONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici de re rustica Eclogae. Recensuit Henricus Beckh. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri MDCCCXCV.

Lib. I p. 3, 8. *συνείλεκται* (sc. *τουτὶ τὸ βίβλιον*) *ἐκ τῶν Φλωρεντίνου καὶ Οὐϊνδανιωνίου — καὶ τῶν Κυντιλίων*. Desiderantur in hoc indice nomina ARATI (tit. I 2—4), ARISTOTELIS (tit. XV 26, sed *Ἀριστοτέλους* om. codd. L(aurentianus 28, 23) et M(arcianus 25), DIONYSII (tit. I 11), PTOLEMAEI (tit. I 13), unde apparet eclogas ita inscriptas non ex ipsis horum operibus a Cassiano Basso descriptas esse, sed sumtas ex uno alterove scriptore eorum, quibus se usum esse affirmat.

I 5 § 5. *κατ' ἐκείνας γὰρ τὰς ἡμέρας οἱ μ' μάρτυρες τοῖς πάγοις παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν*. Procul dubio corruptum est *πάγοις*, sed ignorans quinam Martyres significentur et quo supplicio perierint, quid lateat (*σταυροῖς* aliudve) reperire non potui.

I 11 § 9. *ἀστέρες διαπίπτοντες κτἑ*. Hoc verbum de stellis transcurrentibus nusquam vidi adhibitum. Contra in vulgus noti sunt *οἱ* ΔΙΑΙΤΤΟΝΤΕΣ (*διάττοντες*) *ἀστέρες*. Etiam *διατρέχειν* dicuntur.

I 12 § 36. *τῷ φθινοπώρῳ γίνεται πνεύματα ὑδατώδη κτἑ*. Legitur hoc praesens in mediis futuris *ἔσται — ἔσονται — ἔσονται — ἔσται — ἔσται — ἔσται — ἔσται — τελευτήσει*, ita ut in probo

Digitized by Google

scriptore de restituendo γενήσεται nullus dubitarem, in Cassiano vero, qui perpetuo ambo tempora confundit, codices sequi praestiterit.

I 14 § 12. καὶ ἵππου ποταμίου τῆς δορᾶς ἀποτμήματα, καθ' ἑκάστου τῶν τερμόνων τεθέντα, τὴν τῆς χαλάζης ἵστησιν ἀπειλήν. Perinepte haec observatio seorsum a reliquis tempestatis remediis in fine capitis posita est, nisi forte Africanus voluit significare hoc remedium sibi, non antiquis, deberi. Praecedit enim § 11 ταῦτα μὲν εἴρηται τοῖς ἀρχαιοῖς — αὐτὰ συνέγραψα, ἵνα μὴ δόξω τι παραλιμπάνειν τῶν τοῖς ἀρχαιοῖς εἰρημένων.

1, 15. ξύλα δαφνήσας παρθένου κνήμας ἀλληωρῆσαι· cum v. l. ἀλλιορίσαν. Verba funditus corrupta.

II 3, 1. οἱ παραθαλάσσιοι τόποι εἰσὶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑγιεινότεροι καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀνακεκλιμένοις τόποις πρὸς βορρᾶν νεύοντες. Quia πρὸς βορρᾶν pendet ab ἀνακεκλιμένοις, locus non est participio νεύοντες. Nec tamen deleverim, quia pauca verba post βορρᾶν excidisse arguunt quae statim subsequentia his opponuntur: οἱ δὲ πλησίον ἑλῶν καὶ λιμνῶν ἢ ἐν κοίλοις τόποις ἢ πρὸς νότον ἄνεμον ἢ πρὸς δυσμὰς κεκλιμένοι νοσώδεις. Quare vide an supplendum sit: οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀνακεκλιμένοις τόποις πρὸς βορρᾶν ⟨καὶ οἱ πρὸς ἀνατολὴν (-s. λὰς)⟩ νεύοντες.

II 4, 1. ἔνθα πεφύκασι λύγοι — ἢ κόνυζα, ἢ ὄθλεις, ἢ κάλαμοι. Pro ignoto vocabulo ὄθλεις Schneider proposuit ὁ φλεὼς, quod notare neglexit editor. At articulo saltem locus non est.

§ 2. ἐν ᾧ ἂν βούληταί τις τόπῳ, ὀρυξάτω βόθρον βάθει πηχῶν τριῶν καὶ ποιησάτω ἀγγεῖον μολιβοῦν. Ne forte requiras πορισάσθω aut προχειρισάσθω, cf. II 6, 42 κατεσκευασμένον ἔχειν μολιβοῦν ἀγγεῖον. Sed mendum manifestum est in verbis sequentibus hisce καὶ δύνοντος ἡλίου, ἐλαίῳ διαχρισάτω ἓν τῶν εἰρημένων, καὶ λαβὼν ἔριον πεπλυμένον, ξηρόν καθαρόν, ὡς παλαιστιαῖον, δησάτω κατὰ μέσον τοῦ ἐρίου μικρὸν λιθάριον καὶ προσκολλησάτω ἔσω τοῦ ἀγγείου [τὸ ἔριον dele] κηρῷ, ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν κτέ. Corrigendum esse λι⟨ν⟩άριον apparebit cum ipsam rem considerantī

Digitized by Google

tum comparanti eiusdem rei descriptionem II 6 § 42 — *καὶ λαβόντα ἐρίου μαλλοὺς δύο ἢ τρεῖς πεπλυμένους διαξάναντα καλῶς, δῆσαι μέσους λίνῳ, τὸ δὲ λίνον προσκολλῆσαι κηρῷ πρὸς τὸν πυθμένα ἔσωθεν τοῦ ἀγγείου κτέ.* Postquam e *λινάριον* factum est *λιθάριον*, necessario addendum erat quod delevi *τὸ ἔριον*, quo restituta genuina lectione facile, opinor, carebimus.

II 5, 12. *συντήρει δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἡλίου λάμψει κωνώπια ἀναπετόμενα εἰς ὄρθρον ἄνω καὶ συντρεφόμενα ὥσπερ δοκίδα.* Verba *εἰς ὄρθρον* male coeunt cum praegressis. Corrigatur *εἰς ὀρθόν*. — Sequentia § 13 sic expleantur: *δέον δὲ ἐξ ὑψηλοτέρου τόπου σκοπεῖν ⟨σκόπει⟩ τῷ μὲν θέρει ἐν ταῖς μεσημβρίαις, ὅτε ⟨ὁ?⟩ ἀὴρ καθαρὸς καὶ ἡ γῆ ξηροτάτη εἴη· κτέ.*

II 6. Hoc caput inscriptum *ὑδροσκοπικὸν Δημοκρίτου* non claro illi physico deberi nuper idoneis argumentis demonstravit Eugenius Oder in docta commentatione *de aquilegibus antiquis* (*Quellensucher im Alterthum*) edita in Philologi Suppl. VII 2 a. 1898, e Posidonio Rhodio ea fluxisse suspicatus. Democriti illius non esse eo facilius mihi persuasit, quod omnino nihil eorum quae Democriti nomine a Basso afferuntur magnum philosophum auctorem habere planissime constat, minus propter vitia sermonis, quae Byzantinis excerptoribus imputari possint, quam propter ridiculas superstitiones, quae si ipsius essent, immerito Abderitas suos risisset, omnium quippe Abderitarum ineptissimus. Fueritne autem Democritus scriptoris a Basso excerpti verum nomen an de industria fictum ignoro, nec multum refert scire; certum puto eum fuisse auctorem recentem, ut reliquos, quorum nomina affert I p. 3, 8 sqq. Compluribus locis hoc caput feliciter emendavit Oder, qui § 2 *ἐδαφῶν* corrigit pro *ὑδάτων*, § 4 init. *κατὰ* pro *τὰ*, § 27 extr. *ἐοικέναι* pro *εἶναι*, alia quae apud ipsum legantur l.l. p. 369 sqq. Locus § 4 nondum persanatus videtur. Scripserim: *⟨κα⟩τὰ μὲν οὖν πεδία δι' ὅλης ἐπέχοντα τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον ἐξαμέλγειν τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξατμίζειν, ὅθεν τὰ μὲν τελέως ἄνυδρα ὑπάρχει, ἐν οἷς δὲ καταλείπεταί τινα τῶν ὑδάτων, ἁλμυρὰ εὑρίσκεται πάντως, τοῦ ἐλαφροῦ καὶ γλυκέος ἐξ αὐτῶν ἀναλισκομένου, καθάπερ καὶ ⟨κατὰ⟩ τὴν θάλατταν συμβέβηκε.* — Nec § 8: *τινὰ δὲ τῶν ὑδάτων παρὰ ταύτας μὲν τὰς ὑπωρείας μὴ ἐκφανῆ γίνεσθαι,*

Digitized by Google

ποιησάμενα δὲ ἕως τινὸς ὑποφορὰν κατὰ γῆς οὕτως εἰς τὸ φανερὸν ἐκθλίβεσθαι. τὸ δὲ σύνολον διὰ τὸν ἀνάγοντα τόπον ἕως θαλάσσης φανέντα ἐξωθεῖσθαι, ubi ἀτμὸν et ἀχθέντα pro τόπον et φανέντα coniecit Oder, illud coll. Aristot. de plant. II 1 p. 822 b, 25 Vitruv. VIII 3, 2 Lucr. VI 883. Ita tamen verbo composito ἀνάγοντα locus non est, sed requiritur ἄγοντα; nec sanum arbitror initio ταύτας, pro quo αὐτὰς scribendum suspicor.

II 8, 1. καλὸν μὲν αὐτομάτου ὄρους ἀμφιλάφειαν ἔχειν ἐν τῷ ἀγρῷ, εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει τοῦτό σοι, οὐ δυσχερὲς καὶ ὄρη ὑλώδη καταφυτεῦσαι. Manifestum est αὐτόματον ὄρος significare non posse quod sententia postulat *montem natura consitum arboribus*. Intelligerem αὐτομάτως ὑλώδους (s. δασέος) ὄρους, sed nescio an multo facilior correctio in promptu sit αὐτόματον ὄρους ἀμφιλάφειαν. Quia enim ἀμφιλαφής saepe usurpatur de arboribus *patulis*, potuit scriptor substantivo ἀμφιλάφεια tribuere notionem *silvae late patentis*. De forma communi αὐτόματος = αὐτομάτη vid. Thesaur. Gr. s. v.

II 13, 3. τοὺς δὲ κυάμους καὶ τὸν πισσὸν (l. πίσον cl. XIV 1, 5 XVIII 19, 8. In cod. Laur. est πίστον) σπαρτέον πηλώδους οὔσης τῆς γῆς, εἰς γὰρ κατάξηρον γῆν κόπτονται πρὶν φῦναι, καὶ διαφθείρονται. Manifeste post γῆν excidit participium σπαρέντες sive ἐσπαρμένοι.

II 14, 3 σπείρειν προσῆκον ἀπὸ ἰσημερίης φθινοπωρινῆς, ἥτις ἐστὶ πρὸ δύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων. Male haec concinunt cum I 1 § 7 ἡ δὲ μετοπωρινὴ (sc. ἰσημερία ἐστὶ) τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἤτοι πρὸ ἕξ. Cf. I 1 § 9. Antiquiori traditioni dies *octavus*, recentiori *sextus* convenit, sed procul dubio δύο corruptum est.

II 15, 1. πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἔν τινι τόπῳ ἀπὸ ἑκάστου σπέρματος [πρὸς] ὀλίγον μέρος δοκιμασίας ἕνεκεν σπείρουσιν. Deleatur importuna praepositio nata fortasse e cauda vocabuli praegressi.

II 18, 3. εἰ δὲ καρκίνους ποταμίους, τουτέστι πα-

Digitized by Google

γούρους, εἰς ὕδωρ βαλὼν ἐάσεις ἡμέρας ὀκτώ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος ἔξωθεν τὸν σπόριμον καταρρανεῖς, οὐκ ἀδικηθήσεται τὰ σπέρματα οὐδὲ τὰ φυτὰ ὑπὸ πτηνῶν. Apud veteres πάγουροι semper sunt cancri marini et sic infra V 50 § 1: καρκίνους ποταμίους πλείστους ἢ παγούρους θαλασσίους — εἰς ἀγγεῖον — μεθ' ὕδατος ἔμβαλε κτέ., quod praeceptum X 89, 1 ita sonat καρκίνους, τουτέστι παγούρους, ποταμίους ἢ θαλαττίους, — εἰς ὕδωρ βαλὼν κτέ.; unde fere nescio an locus, quem nunc tractamus, corrigendus et explendus sit. Cf. etiam X 87, 2 ἐὰν καρκῖνος (l. καρκίνος. Vid. Arcad. p. 65, 16), τουτέστι πάγουρος, αὐτῇ περιαφθῇ. Contra loco nostro melius legitur ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος quam X 89, 1 ἐκ τοῦ ὕδατος.

II 21, 11. αὕτη γὰρ ὠφελεῖ μὲν οὐδέν, πρὸς οἷς δὲ καὶ βλάπτει. Necessarium videtur πρὸς δὲ καὶ βλάπτει. Vocula οἷς dittographema videtur. Deinde legitur: ἐν γὰρ τῷ πλείονι χρόνῳ πᾶν ὅπερ ἂν δυσῶδες ἦν (ᾖ?) διέπνευσε, καὶ εἴ τι δὲ σκληρόν, ἐμαλακύνθη. Aut καὶ abiciendum, aut δὲ in δὴ mutandum puto.

II 22, 3. τοῦτο γὰρ τὸ ὕδωρ ἰλυῶδες ὂν καὶ θολερὸν αὔξει [εἰς] τὴν ἐγκειμένην κόπρον καὶ συσσήψει πολλῇ καλοποιήσει. Deleta absurda praepositione recipienda fuerat Needhami correctio, ne commemorata quidem a Beckhio, καλλίω ποιήσει (cod. H καλλοποιήσει).

II 26, 6. Τὰ δὲ τιθέμενα ἐπὶ τῆς ἄλω γενήματα (fruges) τὴν τομὴν ἐχέτω πρὸς μεσημβείαν. ἔσται γὰρ πληρέστερα, καὶ εὐμαρέστερον ἀλοηθήσεται. Quid hoc praeceptum facere potuerit ad maiorem plenitudinem, non exputo. Vix aliud auctor scripsit quam σκληρότερα, utpote siccata solis calore.

II 36, 4. ἵνα δὲ ἀκμάζοντας (τοὺς ἐρεβίνθους sc.) μηδεὶς δύνηται φαγεῖν, σικύου ἀγρίου καὶ ἀψινθίου σπέρμασι λειωθεῖσι μεθ' ὕδατος, κατὰ πέντε ἡμέρας ὄρθρου ἐπίρραινε. Procul dubio hoc remedio cavebatur, ne quod animalculum ciceres comederet. Sed non potuit ita dici μηδείς. Ferrem μηδέν, sed fortasse periit aliquod substantivum. Aptissima correctio fuerit μὴ τὶς δύνηται φαγεῖν.

II 39, 8. τοῖς ὀμφαλοῖς λειωθέντες [καὶ] ἐπιτιθέμενοι (θέρμοι sc.)

Digitized by Google

τοὺς ἕλμινθας ἐκβάλλουσι. Quia dativus pendet a participio ἐπιτιθέμενοι, voculae quam delevi locus non est.

II 40, 3. καὶ λῖνος δὲ ὁμοίως τοῖς ἰλυώδεσι χαίρει τόποις. Imo λίνος, quod pro λίνον legitur etiam in papyris Aeg. Cf. Papiers du Louvre nº. 22, 28 (Philometorum aetate): ὥστε κομίσασθαι ἡμᾶς τὸν λίνον τὸν κατ' ἐνιαυτὸν κτέ. Plura autem in Geoponicis reperiuntur Aegyptiacae Graecitatis vestigia. Bassum natione Phoenicem fuisse crediderim ob locum II 14 § 5.

II 42, 2. λαβὼν πέντε ὄστρακα ζωγράφησον ἐν αὐτοῖς ἀπὸ κριταρίου ἢ ἀπὸ ἄλλου τινὸς λευκοῦ τὸν Ἡρακλέα πνίγοντα λέοντα. Intellige κρηταρίου, vocabulum Latino-Graecum a *creta* derivatum, quo caret Thesaurus. Similiter passim in Geoponicis a Beckhio editur τίλις (sic), licet multi codd. meliorem scripturam τῆλις exhibeant. Eiusdem farinae sunt γλιχωνίτης, γλίχωνα VII 7 et alibi pro γληχ.

II 44, 3. Hiant verba sic corrigenda et explenda codicum ope: ἀλλοτρίους πόνους (cum P pro λόγους) μὴ μισθούσθω (sc. ὁ οἰκονόμος), μηδὲ ἐργασίαν γῆς ⟨πλὴν τῆς⟩ δεσποτικῆς ἀναδέχεσθαι cum Laurentiano, nisi quod hic cod. πλὴν τοὺς τῆς exhibet. Possis etiam γῆς ⟨ἄλλης ἢ⟩ δ.

II 45, 4. κάλλιστον μὲν οὖν, ἐὰν πολλοὶ ὦσιν, εἰς δεκάδας τάσσειν τοὺς ἐργαζομένους, ἐὰν δὲ ὀλίγοι εἰς ἑξάδας, καὶ οὐ πεντάδας. Ambigo corrigamne ἢ καὶ πεντάδας an καὶ οὐ ⟨μείους ἢ⟩ πεντάδας. Tum § 5 requiro ἰσαρίθμων γὰρ σκαπτόντων, ἡ ἀκολουθία ὑπὸ αὐτῆς τῆς (pro τῆς αὐτῆς) ἰσότητος διασωθήσεται.

II 46, 3. Lege πλέον δὲ τῶν ἀμπέλων εὐκολώτερον ⟨ἡ⟩ ἀμίννιος ἐργάζεται, ἡ δὲ Συρεντῖνος τοὐναντίον. Haec vitis similiter vocatur IV 1, 14 V 17, 8; 27, 2 XVII 9, sed ἀμιννᾶιος IV 1, 3. VIII 2.

§ 5. κλαδεύεσθαι δὲ τὸ πλέθρον ὑπὸ τεσσάρων δύνασθαι παραπεφύλακται· βλαστολογεῖσθαι δὲ τὴν πρώτην βλαστολογίαν ὑπὸ ἑνὸς ἐργάτου, καὶ πολλῷ ἔλαττον τὴν δευτέραν. Utrum corrigendum est ἔλάττον⟨α οὖσαν⟩, an ἐλαφρότερον?

Digitized by Google

II 47, 4. *ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν ἡλίῳ ἐργαζομένων φλέγων ὁ ἥλιος βλάπτει τὰ σώματα καὶ τὰς φλέβας, μὴ ἀντέχοντα πρὸς τὴν τοσαύτην καῦσιν, δεῖ τὰς τροφὰς αὐτῶν αἴρειν, ἵνα μὴ ἅπαξ, μηδὲ δεύτερον, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ πολλάκις ἐσθίωσιν.* Vix credibile est editorem non vidisse pro absurdo **AIPEIN** sententiam postulare **ΔΙΑΙΡΕΙΝ**, *dividere*, *διαιρεῖν*.

In § 12 vitiose *μυγάλαι* editur pro *μυγαλαῖ*.

II 48, 1. *συμβουλεύουσί τινες μὴ ἐξ ὑγιεινῶν τόπων εἰς τοὺς νοσώδεις μεταφέρειν τὰ φυτά, καὶ τοὺς γεωργούς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ χειρόνων εἰς τοὺς κρείττους, ἢ ὁμοίους, ἢ εἰς τοὺς μὴ πολλῷ ἐλάττους.* Nota *ἐλάττους* usurpatum pro *χείρους*, de quo usu frustra consului Thesaurum.

III 2, 2. Legerim *τούτῳ τῷ μηνὶ φυτεύ⟨σ⟩ομεν τοὺς καλάμους*, cl. § 1 *μεταθήσομεν*, § 3, 1 *ληψόμεθα*, § 3, 3 *θεραπεύσομεν*, ib. 4 *ἐπιθήσομεν*, 5 *φυτεύσομεν*, etc.

§ 9. pro *ἀππίων* recte Laur. habet *ἀπίων*, quae forma et alibi quamvis invitis libris restituenda videtur.

III 5, 9. Haec paragraphus loco suo mota videtur. Propter argumentum enim expectatur statim post § 2.

III 6, 7. *τῷ αὐτῷ δὲ μηνὶ τὴν καλουμένην βικίαν τέμνειν χόρτον τε χλωρὸν ὄντα καὶ ξηραίνειν τερσάνῃ αὐτὸν ἐν σκιᾷ, οὕτως γὰρ ἂν γλυκὺς ἔσται.* Editor adnotans tantummodo „*τερσάνῃ* om. P" incogitanter textum sanum esse putavit. Ceterum non simpliciter male sanum vocabulum cum Palatino textui eximendum, sed *τερσάνηι* leviter depravatum e genuina lectione *τερσαίνειν* existimo, qua restituta expellendum esse eius glossema *ξηραίνειν*.

IV 1, 2. *σφένδαμος* forma nihili pro *σφένδαμνος*, quod legitur X 3, 3 XVIII 16, 1, nec melior quam *σφένδανος*, quod ex aliis codd. attulit editor in var. lect.

IV 3, 1. *ἐπειδὰν τὰς μεγάλας ἀμπέλους ἅπαξ καὶ δεύτερον γυροῦν τουτέστι περισκάπτειν ἀρξώμεθα, κτέ.* Scatent Geo-

Digitized by Google

ponica huiuscemodi interpretamentis Graece scientibus prorsus inutilibus, quae quin non ipsis scriptoribus, qui a Basso excerpti sunt, debeantur dubitari nequit. Utrum vero Bassus an librarii addiderint difficilius dictu est.

§ 6. δεῖ τοίνυν τοῦτο φυλαττομένους ἀφαιρεῖν τῷ ὄνυχι οὕτω τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς μὴ συγχωρεῖν βλαστάνειν, καὶ εἰ νεόποδες εἶεν ἐκφύντες, καὶ τούτους καθαιρεῖν χρή. Evidenter etiam posteriore loco requiritur idem verbum ἀφαιρεῖν.

§ 9. ἰσχυρότεραι δὲ αἱ ῥίζαι γίνονται, δευτέρῳ ἔτει ἀποτεμνομένου τοῦ κλήματος [δηλονότι ἀπὸ τῆς ἀμπέλου], ἵνα μὴ βλάψῃ τὴν μητέρα ἐπὶ πολὺ προσκείμενον τὸ φυτόν. Ne Bassus quidem ista addere potuit. Ceterum hinc corrige § 1 ἄνευ τοῦ ⟨τῇ⟩ μητρὶ ἐνοχλῆσαι. Cf. etiam § 10, ubi bis recte scriptum est τῆς μητρὸς et τῇ μητρί.

IV 12, 4. Corrigo: εἰ δὲ ἀνάγκη γένοιτο ἐν τῷ ὕψει ἐγκεντρίζειν (sc. τὴν ἄμπελον) διὰ τὸ ἐν βάθει ⟨μὴ⟩ εἶναι λειότητα, προπαρασκευάσας χάρακα, πρόσδησον τούτῳ τὸ ἐν ὕψει ἐγκεντριζόμενον διὰ τοὺς ἀνέμους· τινὲς δὲ καὶ τοὺς ὤμους αὐτῆς (sc. τῆς ἀμπέλου) ἐγκεντρίζουσιν. Vulgo abest negatio et legitur αὐτοῦ, pro quo utrum αὐτῆς legendum sit an αὐτῶν ambigens illud tamen praetulerim. *Humerus* (ὦμος), teste Columella III 10 § 4, est *id sarmentum, quod media vite situm est.* Negationem a me insertam, si opus, confirmabit locus § 13: δεῖ δὲ τὰ ἐν ὕψει ἐγκεντριζόμενα εἶναι λεῖα καὶ ὁμαλὰ κτἑ.

V 2, 5. χρὴ γὰρ τὰς μὲν φύσει ὑγροτέρας (sc. ἀμπέλους) ἐν τοῖς αὐχμώδεσι καὶ ξηροτέροις τόποις φυτεύειν, τὰς δὲ ξηροτέρας ἐν τοῖς ψυχροῖς καὶ ὑγροῖς. Verba ultima sensu cassa sunt; nam ut vitibus natura siccis terra humida utilis esse facile intellegitur, ita obscurissimum est cur iisdem prosit terra *frigida.* Turbatum vero hic esse a librariis confirmat magna lectionum varietas, quam vide apud Beckhium. Scribendum suspicor ἐν τοῖς λιπαροῖς, apta enim est oppositio inter λιπαρὸς et αὐχμώδης, ut apud Xenophontem Comm. II 1 § 31 ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος φερόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες. Cf. etiam in vicinia § 6 et 7.

Digitized by Google

V 2, 10. καὶ ὅλως, ὅπου δ' ἂν φυτευθῇ τὸ τούτου τοῦ οἴνου φυτόν, τῶν ἄλλων πολὺ καλλίονα οἴσει τὸν καρπόν. Imo vero ὅπου δ' ἂν, i. e. ὅπου δὴ ἄν. — Sequitur: οὕτω γὰρ καὶ ἡ σταφυλὴ αὐτῆς πρὸς βρῶσιν ἡδίστη καὶ νεκταρώδης ἐστίν, ὡς καὶ τὰς μελίσσας ἐπινέμεσθαι πρὸς τὴν ταύτης τροφήν. Nemo non sentit praesertim monitus ineptissime haec dicta esse et aut verba πρὸς τὴν ταύτης τροφήν expungenda esse, aut ἐπινέμεσθαι mutandum esse in ἐπιπέτεσθαι.

Obiter e § 11 (τοὺς δὲ κρεμαστῆρας τοὺς μετεωρίζοντας τὸν βότρυν) Thesauro Graeco s. v. κρεμαστὴρ addatur huius vocabuli notio qua caret. Omnino Geoponica a Thesauri conditoribus minus diligenter excerpta sunt.

§ 19. Requiro: εἰς ἡδυοινίαν δὲ πασῶν ἀδηρίτως καλλίων ἡ θηριακὴ (sc. ἄμπελος) ἧς (pro ᾗ) Δημόκριτος καὶ τῷ ὑγιεινῷ καὶ τῇ καλλιοινίᾳ μαρτυρεῖ.

V 3, 1. φοτύριον καλεῖται, ἐν ᾧ τὰ φυτὰ ‹τὰ adde› μεταφυτεύεσθαι μέλλοντα κατατίθεται. Recte articulus non repeteretur, si esset ἐν ᾧ τὰ φυτὰ μεταφυτευόμενα κατατίθεται.

V 9, 8. Corrupta sunt verba οἱ δὲ λίθοι κωλύουσιν ἐμπεσεῖν τὴν εὐρυχωρίαν, sed quomodo corrigenda sint non video.

V 17, 3. ἡδὺν δὲ ὁμοίως τὸν οἶνον φέρει καὶ ἡ παραπλησία αὐτῇ τῇ ἀμιννίᾳ ἄμπελος, ἡ — δρόσαλλις. Aut αὐτῇ delendum, utpote dittographia natum ex παραπλησίATHI ἀμιννίᾳ, aut τῇ ἀμιννίᾳ, ut pronominis interpretamentum, sufficientis, quia in praegressis ἡ ἀμιννία commemoratur. Absurdum est quod vulgatur.

V 19, 2. πάντες γὰρ οἱ λίθοι ὄντες ἄνωθεν καὶ διὰ τοῦ θέρους τὰ στελέχη προσκαίουσι, θερμαινόμενοι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, διὰ τὸ ἐμμένειν ἐν στερεῷ σώματι τὴν θερμότητα καὶ πάλιν διὰ τοῦ χειμῶνος ψυχροὶ οἱ λίθοι γινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ μικροί, παρεστηκότες τοῖς στελέχεσι βλάπτουσιν, ὥσπερ τοὐναντίον ‹ὠφελοῦσιν› οἱ ἐν βάθει ὄντες· καύματος γὰρ ὥρᾳ οὗτοι τὰς ῥίζας ἀναψύχουσι.

Digitized by Google

De meo inserui necessarium verbum *ὠφελοῦσιν*, sed praeterea haud dubie depravatum est *μικροί*, pro quo ipsa rei natura flagitat contrariam notionem *οἱ μείζους*, ut in praegressa sententia § 1 recte legitur *ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους ἐκφοροῦνται, καὶ μάλιστα τοὺς μείζους*. Superfuisse videtur MI = MEI, et perperam expletum.

V 21, 2. *τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς γυρωτέον, δεύτερον, εἶθε δὲ καὶ τρίτον*. Quis haec intelligit? Quantilli negotii fuisset reponere *εἰ δὲ δεῖ, καὶ τρίτον*.

V 30, 1. *ἀρκείῳ* (= *ἀρκτείῳ*) *στέατι τὸν φλοιὸν ἐπίχριε, καὶ οὐ ποιήσει φθεῖρας ἡ ἄμπελος, ἢ ἀρκείῳ στέατι τὰ δρέπανα χρίε μηδενὸς εἰδότος* (quod alibi quoque saepe additur; aliorum enim, praesertim malevolorum, conscientia magicorum praeceptorum vim frangere credebatur), *ἐν οἷς* (= *οἷς*) *τὰς ἀμπέλους τέμνοις· ἡ γὰρ τοῦ ἀλείμματος γνῶσις καταλύει τὴν ὠφέλειαν· καὶ οὔτε φθεῖρες οὔτε παγετὸς ἀδικήσει τὴν ἄμπελον· ἢ χρίε τὰ δρέπανα σκορόδῳ τετριμμένῳ μετὰ ἐλαίου*. Huius sectionis ope sic redintegranda est § 2: *ἐὰν δὲ τὰς ἐν τοῖς ῥόδοις εὑρισκομένας κάμπας ἐν ἐλαίῳ ἐψήσας ἀλείψῃς τὰ δρέπανα, ⟨οὔτε ἀπὸ⟩ τούτου οὔτε ἀπ' ἄλλου ζώου ἢ πάχνης* (= *οὔτ' ἀπὸ πάχνης*?) *ἀδικηθήσεται ἡ ἄμπελος*.

V 34, 1. *ὅταν ἡ ῥὰξ τοῦ βότρυος ὀροβιαία γενομένη ξηραίνεσθαι ἄρχηται, τότε πᾶν τὸ ξηραινόμενον τοῦ βότρυος μέρος — ἀφαιρεῖς, ἔπειτα κατάχριε τὴν τομὴν τέφρᾳ μεμιγμένῃ ὄξει δριμυτάτῳ*. Imo *ἀφαίρει* aut *ἀφαιρήσεις*, ut v. c. cap. 41, 1 *θεραπεύσεις* et passim alibi sic adhibetur futurum. E libris HP affertur *ἀφαιρεῖν*, sed infinitivus pro imperativo ab his scriptis alienus videtur.

V 44, 5. *ἔνιοι δὲ τοῖς μώροις, τουτέστι τοῖς καρποῖς τῆς βάτου, πεπανθεῖσι παρατρίβουσι ταῖς χερσὶ σχοινίον, κτἑ*. Sic interpungendum ante, non post *πεπανθεῖσι*, ut fecit editor, qui saepe verba male distinxit. Eodem errore X 29, 2 dedit: *ἐὰν λυγίσῃς τοὺς κλάδους αὐτῶν, τουτέστι περιστρέψῃς* (adde virgulam) *ἅπαξ ἢ δίς*.

Digitized by Google

V 52, 2. *φύλλων ἀμπελίνων ἐψυγμένων ὑπὸ ἡλίου.* Saepe in hoc libro *ψύχειν* ponitur pro *ξηραίνειν*. Vid. Beckhii Ind. verb. s. v. *ψύγω*, quae pessima forma bis male edita est IX 33, 2 et XI 26, 3, nam priore loco cod. H recte habet *ψύχουσιν*, posteriore autem M *ψύχειν*. Cf. II 27, 2 VIII 6, 3. Contra sequiorum usu teritur Aor. Pass. *ἐψύγην* = Att. *ἐψύχην*.

VI 2, 2. *τοὺς δὲ πίθους ἐδραστέον μὴ ψαύοντας ἀλλήλων — καὶ ἵνα, ἐὰν εἷς πίθος τράπῃ, μὴ συνεπισπάσηται τοὺς πλησίον.* Hoc loco optime illustratur notissimus versus Aristophanis Pac. 613: *καὶ πίθος πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πίθῳ.*

Haereo in § 10, ubi editur e libris *ἐὰν δὲ ἀγρίους* (*ἀγρείους* L) *οἰκῶμεν τόπους, τὸ ἔδαφος* (*τῆς οἰνοθήκης* scil.) *πλίνθοις καταστρωτέον εἰς ὕψος ἀνάγοντας, καὶ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τοὺς πίθους ἐδραστέον ὑποβάλλοντας τῆς ἄμμου.* Corrigendum arbitror *ὑγροὺς*.

VI 3, 9. Supple: *ἔστωσαν δὲ οἱ πίθοι μὴ μεγάλοι· οὐκ ἐπὶ πλέον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις <τὸ γλεῦκος> ἀναζεῖ, ἅτε μὴ στενοχωρούμενον, πλεονάζον δὲ αὐτὸ ἑαυτῷ ἐπανίσταται, καὶ οὐ μόνον τὴν ὀσμὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἄνθος ἀποπτύει.* Cf. cap. 12, 2 et cap. 16, 2.

VI 4, 2. *ὅταν ἡ ὄξυνος γένηται.* Forma nihili pro *ὀξίνης*, ut recte scriptum est cap. V 10, ubi HP exhibent *ὀξύνην*. Loco nostro partim subveniunt FH, in quibus est *ὄξινος*.

VI 17. *ἀχράδας, τούτεστιν ἀππίδια* (*ἀπίδια* recte LM) *τὰ ὠμότατα, βάλε εἰς τὸ γλεῦκος, καὶ ἐὰν ἔχῃ ὕδωρ βολίζονται· ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ, ἐπιπλέουσιν.* Corrigendi viam monstrant quae leguntur XX 46, 5 *ἅλμης στακτῆς δεδοκιμασμένης, οὕτως ὡς ὠὸν ἐμβληθὲν ἐπιπλεῖν* (*ἐὰν δὲ βυθίζηται, οὔπω ἔχει ἅλας τὸ ἀρκοῦν*) *κτέ.* Si sanum sit, quod dubito, *βολίζονται*, vertendum *bolidis instar fundum petunt.*

VII 7, 8. *δεῖ δὲ τὸν γεωργὸν πολλάκις γεύεσθαι τοῦ οἴνου, τοῦ τε νέου καὶ τοῦ παλαιοῦ, ὡς ἂν μὴ λάθοι αὐτὸν ὁ φεύγειν μέλλων.* Notabilis verbi *φεύγειν* vis, qua ponitur pro *ὀξίζειν* sive *τρέπεσθαι*. Cf. vernaculum verbum *vervliegen*, Germanicum *sich verflüchtigen.*

Digitized by Google

IX 1, 1. *Ἀθηνᾶ τε καὶ Ποσειδῶν ἐρασθέντες τοῦ τόπου ἅμιλλαν εἶχον πόλιν κτίσαι ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι.* Male editor sprevit optimam Laurentiani lectionem *ἑαυτῶν*.

IX 19, 8. *τὸ γὰρ ἐξ ἐλαφρᾶς τῆς θλίψεως πρόρυμον ἥδιστον καὶ λεπτότατόν ἐστιν.* Vox procul dubio corrupta. Beckh ne commemorat quidem aptam Nicolai coniecturam *πρόχυμα*. Cf. VI 16, 1. Laurentiani lectio *πρόρρυτον* coniecturae deberi videtur minus felici.

IX 22, 1. *κηρὸν λευκὸν μετὰ ἐλαίου καλοῦ ἕψησον, καὶ ὡς ἐστιν ὑγρὸν ἔμβαλε· καὶ ἅλας φρύξας ζεστοὺς ὄντας ἔμβαλε.* Suspicor *καί, ἕως ἐστὶν ὑγρόν, ἅλας φρύξας ζεστοὺς ὄντας ἔμβαλε.* Prius *ἔμβαλε* cum sequenti copula est insiticium.

IX 23, 2. *τινὲς δὲ καὶ ἀμφότερα* (sc. *ἐλαίας χλωρὰς* et *ἀπαλοὺς κλάδους τῆς ἐλαίας*) *ἐμβάλλουσιν* (sc. *εἰς ἀγγεῖον*), *ὀθονίῳ δηλονότι ἐνδήσαντες καὶ ἁλῶν κεκομμένων συμμίξαντες.* (3) *χρὴ δὲ μετὰ τρεῖς λαμβάνειν τὴν ὀθόνην, κτέ.* Haplographema pro *τρεῖς <ἐκ>λαμβάνειν*, *eximere*.

IX 26, 1. *ἐλαίῳ καθαρῷ ἀπὸ πάσης ἀμόργης ἄγαν ὑπερζέοντι τριπλάσιον ὕδατος μὴ ἄγαν ὑπερζέοντος καὶ ἅλας ὀλίγους κεκομμένους καὶ λελειωμένους πάνυ ἐπίβαλε* (*ἔμβαλε*?), *καὶ κινήσας καὶ συνταράξας ὡς διὰ παντὸς τὴν μίξιν γίγνεσθαι, ἔασον διάστημα ἐφ' ἡσυχίας ἕως ἂν εἰς τρόπον ἀμόργης ὑφιζήσῃ τὸ συμβληθὲν ὕδωρ.* Satin certum putas reponendum esse *διαστῆναι*?

IX 27, 2. *τοῦτό ἐστι τὸ καλούμενον Λιβυρνικόν, καὶ αὐτοὶ Ἰστριανοί.* Suspicor *καὶ <χρῶνται> αὐτῷ Ἰστριανοί.*

X 1, 3. *τὸ δὲ μεταξὺ τῶν δένδρων πᾶν πληρούσθω ῥόδων καὶ κρίνων καὶ ἴων καὶ κρόκου.* Vix recte pro *κρόκων*.

X 3, 1. *διάφοροί εἰσιν αἱ τῶν δένδρων φυτεῖαι. Φανερὰ γὰρ δένδρα ἀπὸ σπέρματος χρήσιμα πρὸς φυτείαν· ἕτερα δὲ ἀπὸ παρασπάδων —· τινὰ δὲ ἀπὸ πασσάκου· ἔνια δὲ ἀπὸ κλάδων.* Pro *Φανερὰ* exspectamus *ἕτερα*. Num forte *Φανερῶς γὰρ <ἕτερα>*

Digitized by Google

δένδρα κτέ.? Plura autem esse in hoc capite quae offendant diversos arborum catalogos inter se comparantibus facile apparebit.

X 4, 4. ἕως ἂν αὐτὴν ὁ ἐρώμενος παραμυθήσεται. Imo παραμυθήσηται.

X 14, 1. ἐπίγραψον ἐν τῷ ταύτης (sc. τῆς ἀμυγδάλης) Φλοιῷ χαλκῷ γραφείῳ εἴ τι ἂν βούλει μὴ βαθέως, κτέ. Lege ὅ τι ἂν βούλῃ (βούλῃ cod. F).

X 64, 6. φλώμου ῥίζαν. Imo φλόμου, ut recte habet Laurentianus. Idem scripturae vitium, licet pars codicum praebeat genuinam vocabuli formam, editor vitiorum studiosissimus admisit etiam X 87, 2 XVI 16.

X 78, 3. οὕτω δὲ σχηματίζεται τὸ φυτὸν ἐφάπαλον ὄν. Vocabulum nihili manifesto corruptum ex ἕθ' ἅπαλον.

XI 3, 1. οὗα forma suspecta pro ὅα.

XI 5, 2. μετὰ δὲ τοῦ σπόρου ταῦν κυπαρίσσων σύσπειρον κριθὰς ἀραιάς, καὶ πολλάλις αὐτῷ τῷ ἐνιαυτῷ ἀνδρόμηκες αὔξει ἡ κυπάρισσος. Lege τῷ αὐτῷ et idem vitium corrige XIV 7, 24 κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν et 8, 1, ubi eadem verba recurrunt.

Mox § 4 pro θριγγοῦ in cod. F exstat melior forma θριγκοῦ.

XI 20, 3. ἐντιθέασιν εἰς ἀγγεῖα κεράμεα νέα ἀκούνιστα, τουτέστιν ἀπίσσωτα κτέ. Alia corruptela cod. L habet ἀκονίωτα. Ex interpretamento ἀπίσσωτα liquet corrigendum esse ἀ-κώνιστα.

XII 11, 4. μηνὶ Ἀπριλλίῳ σπείρεται εἰς τὸ λῆγος σευτλομόλυχον. Imo εἰς τὸ λῆγον, nam substantivi λῆγος nusquam, quod sciam, reperitur vestigium. An λῆγος est unum ex permultis vitiis typographicis, quibus scatet haec editio? De dicendi ratione cf. § 10 Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ εἰς τὸ νέον ἔτος.

XII 17, 14. μυγάλης δήγματα κυνοδήκτους καὶ λυσσοδήκτους τὸ σπέρμα αὐτῆς (sc. τῆς κράμβης) ἢ τὰ φύλλα ἑᾶται

Digitized by Google

τετρεμμένα. Dicuntur λυσσόδηκτοι morsi canibus rabidis, ut infra cap. 30, 1 τὰ σπόρδα — λυσσοδήκτοις βοηθεῖ, itaque fortasse κυνοδήκτους non est genuinum; sin est, ut intelligendi sint morsi canibus *non rabidis*, corrigendum: μυγάλης δήγματα <καὶ> κυνοδήκτους καὶ λυσσοδήκτους. Concinnius quidem foret μυγαλοδήκτους καὶ κυνοδήκτους. κτἑ., sed concinnitatem hi scriptores non curant. Posterior autem correctio ideo praeferenda, quod λυσσόδηκτοι dici potuerunt etiam ii qui aliarum bestiarum rabidarum, velut luporum, morsu vulnerati essent.

XII 19, 18. ἀσκαμωνία = σκαμωνία addatur Thesauro.

XII 29, 6. τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν καὶ φαλαγγίων πληγάς, ἐὰν πράσα λελειωμένα ἐπιθήσεις, τάχιον ἑτέρου φαρμάκου θεραπεύσεις. Si secunda persona genuina est, necessario requiritur τάχιον <ἢ δι'> ἑτέρου φαρμάκου θεραπεύσεις, sin minus, θεραπεύσει, scil. τὰ πράσα.

XII 39, 6. δαφνάτους ποιήσεις κινάρας. Imo vero δαφναίους.

XII 41, 2. ἐπιμελοῦ καὶ καῦσον αὐτά, ὅπως ὁ ὄμβρος ἔλθῃ καὶ ἀνάψῃ τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς κτἑ. Hic aliquid suboluit editori, sed parum feliciter temptat σβεννύῃ. Debuerat ἀποσβέσῃ.

XIII 4, 4. τιθύμαλον perversa scriptura pro τιθύμαλλον, sed ut ex Indice apparet, vitium est typographicum.

XIII 8, 9. Sic exple: τοὺς ἐχιοδήκτους προπότιζε χυλῷ φύλλων μιλίας ἐν οἴνῳ μὲν <ἀκράτῳ> ἀπυρίκτους, πυρέττοντας δὲ εὐκράτῳ.

XIV 2, 2. οὐ φεύγουσι δὲ περιστεραί, ἐὰν κύμινον καὶ φακῆν εἰς μελίκρατον βρέξας παραβάλῃς. καὶ μελίκρατον δὲ ποτίζων, ἢ εἰ φακῆν καθ' ἑαυτὴν γλυκεῖ ἑψήσας δώσεις φαγεῖν, φιλοστοργεῖν αὐτὰς ποιήσεις. Sententia aperte postulat φιλοχωρεῖν.

XIV 7, 1. τὰς κατοικιδίους ὄρνεις ἐν θερμοτέροις οἴκοις καὶ

Digitized by Google

στεγνοτέροις θρεπτέον, ἐν οἷς καπνὸς παραφύεται. Non intelligo, nec lucem affert cap. 9, 1 τὰ νεόττια — ὑπὲρ ὀλίγου καπνοῦ αἰωρεῖται. Et qui καπνὸς dici potuit παραφύεσθαι? Quid latet sub ΚΑΠΝΟΣ? Cogitavi de scribendo [ἐν] οἷς κῆπος παραφύεται, sed aliud latere videtur.

§ 3 et saepe alibi male editur κύτισσος pro κύτισος, quod sine vitio legitur III 1, 8 et 3, 13.

XIV 7, 20. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο τεταγμένος δι' ἡμερῶν μεταστρεψάτω τὰ ὠά, ἵνα πάντοθεν ὁμαλῶς θάλπωνται. Nihil significat δι' ἡμερῶν, nisi addito dierum numero, qui procul dubio excidit. Facillima correctio fuerit δι' η' ἡμερῶν, sed an vera, ignoro. Fortasse opem ferent scriptores *de re rustica* Latini.

§ 24. δεῖ δὲ κατ' αὐτὴν τὴν (l. κατὰ τὴν αὐτὴν) ἡμέραν μὴ μίαν μόνην ἐπικαθίζειν ὄρνιν, ἀλλὰ γ' ἢ δ'. (25) τὰ δὲ ἐκκολαπτόμενα (= ἐκλεπόμενα) νεόττια εὐθέως ὑποσπαστέον ἐξ ἑκάστης ὄρνιθος καὶ ὑποβλητέον τῇ ὀλιγαρχούσῃ. τὰ δὲ παρ' αὐτῇ μὴ κολαφθέντα ὠὰ καταμεριστέον εἰς τὰς ἔτι θαλπεύσας, ἵνα μετ' ἐκείνων θαλπόμενα ζωογονῆται. τῇ δὲ ὀλιγαρχούσῃ τριάκοντα (?) μόνον νεοττούς, μὴ πλέον, ὑποβλητέον. Incredibili acrisia editor ne verbo quidem in adn. crit. monuit de manifesta ridiculae lectionis corruptela. Citat Dindorf in Thes. Gr. ex h. l. ὀλιγαρκέω, ut minus proprie usurpatum de *gallina paucos pullos habenti*, sed neque alibi usquam apparet verbum ὀλιγαρκεῖν, nec figuratum hunc eius usum de bruto animali expectamus. Quare vix dubito quin sub ΟΛΙΓΑΡΧΟΥΣΗΙ nihil aliud lateat quam ΟΛΙΓΑΕΧΟΥΣΗΙ, ὀλίγα ἐχούσῃ (sc. νεόττια). Etiam numerus τριάκοντα laborare videtur.

§ 28 supplendum: ἰστέον ὅτι τὰ ὠὰ τοῦ Φασιανοῦ ὁμοίως τοῖς οἰκείοις διὰ κα' <ἡμερῶν> ἐκγλύφει. Nihil enim est in praegressis, quo substantivi omissio excusetur, quod non valet de simili omissione § 30 ὡς ἐπωάζειν τὴν ὄρνιν μβ' ἢ ξγ', licet ibi quoque additum malim.

In § 29 expectatur: ὅπως δύο ἢ τρισὶν ἡμέραις <πρότερον> τῆς

Digitized by Google

πεμπταίας ἢ τοσαύταις ὕστερον ἐκγλύφῃ, quamquam multum abest ut vel sic universa sententia satis expedita sit, etiamsi expleamus τῆς πεμπταίας <καὶ εἰκόστης πρότερον> κτἑ. Videant alii.

XIV 13. ὄρνιθας σκοτῶσαι. Βηρυτίου.
Λάσαρ μέλιτι μίξας βρέχε τὸν σῖτον καὶ παράβαλε.
Procul dubio remedium contra caecitatem, qua gallinas saepe laborare notum est. Cf. cap. 17, 1. Corrigendum igitur ὄρνιθας <μὴ> σκοτοῦσθαι, ut cap. 12 titulus est ὄρνιν μὴ κορυζᾶν, cap. 14 ὥστε ὄρνιθας μὴ ἀμβλῶσαι, ne plura afferam.

20, 1 et 2 πυγμὴ improprie usurpatur pro μάχη, de *perdicibus*, quem usum non tetigit Thes. Gr.

XIV 24, 6. καὶ μύρτα δὲ καὶ [ἡ] σχῖνος καὶ κισσοῦ κάρπος κτἑ. Dele articulum.

XV 1, 5. ἵππος ὑπὸ λύκου βρωθεὶς ἀγαθὸς ἔσται καὶ ποδώκης. Absurda lectio. Recte δηχθεὶς est in Laurentiano.

§ 10. ὕαινα Φυσικῷ τινι λόγῳ, τῇ ἀπὸ σελήνης νυκτερινῇ σκιᾷ τοῦ (του?) κυνὸς ἐπιβᾶσα, ὥσπερ διὰ σχοίνου ἀπὸ ὕψους κατάγει ἑαυτήν. Imo κατάγει αὐτήν, scil. τὴν σελήνην, ut faciebant magae.

XV 4, 3. μέλισσαι οὐ φεύξονται, ἐὰν ἀγρίας καὶ ἡμέρου ἐλαίας Φύλλα ὁμοῦ τρίψας τὰ σμήνη κατὰ ἑσπέραν ἐπιχρίσῃς ἢ μελικράτῳ τοὺς τοίχους καὶ τὰς κυψέλας καταχρίσῃς. Ut καταχρίσῃς optime dictum est, ita prorsus ridiculum est ἐπιχρίσῃς τὰ σμήνη, quod qui fieri potuerit nemo facile dixerit. Auctor dederat ἐπιχράνῃς, quod labem traxit e sequenti καταχρίσῃς.

XVI 1, 6. ὅταν δὲ συλλάβωσι, Φροντιστέον ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τοῦ δέοντος, μηδὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις. Imo vero μηδ' ἐν. Cf. I 14, 8 X 10, 9; 49, 3 XII, 5, 5.

XVI 21, 10. τοὺς δὲ χωλαίνοντας ὄνους θεραπεύσεις ὕδατι θερμῷ κτἑ. Haec sectio fortasse primitus fuit novum caput, cuius ti-

Digitized by Google

tulus periit. Argumentum enim, *claudicantium asinorum cura*, diversum est a praegressis, quae agunt *de asinis ad procreandum idoneis*.

XVII 12, 2. καὶ εἰ χειμῶνος μὲν περὶ ἀλεκτρυόνος ὥραν τρέφοις, τὸ δεύτερον δὲ περὶ τὸν ὄρθρον, καὶ ποτὸν δίδως, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς τροφῆς περὶ τὴν ἑσπέραν παρέξεις· θέρους δὲ ἂν τὸ πρῶτον ὑπὸ τὸν ὄρθρον, τὸ δὲ δεύτερον περὶ ὥραν τρίτην, εἶτα ποτιεῖ καὶ οὕτω τὴν τρίτην τροφὴν προσφέροις περὶ ἑνάτην ὥραν, καὶ πάλιν ποτιεῖς· δίδου δὲ αὐτοῖς χειμῶνος μὲν θερμοτέρου ὕδατος, θέρους δὲ χλιαροῦ. Apodosis petenda est ex primis huius capitis verbis λιπαροὺς ποιήσεις τοὺς βίους. Suspectae sunt vel in hoc scriptore mirae temporum modorumque enallagae. Partim subveniunt codices FM, qui inutile παρέξεις et soloecum ἄν omittunt, sed praeterea requiro διδοίης pro δίδως et infra pro δίδου, initio vero legendum: καὶ εἰ χειμῶνος <τὸ πρῶτον> μὲν περὶ ἀλεκτρυόνος ᾠδάς, *circa gallicinium*. Codicum lectionem ὥρας infeliciter editor in ὥραν refinxit.

XVIII 2, 4. πρὸς δὲ τὸ μὴ ἕρπειν ἐκεῖσε τὰ θηρία τὰ λυμαινόμενα θυμιατέον ἐν τοῖς σηκοῖς τρίχας γυναικῶν ἢ χαλβάνην ἢ κέρας ἐλάφειον ἢ αἰγῶν ὁπλὰς ἢ τρίχας καὶ ἄσφαλτον καὶ κασσίαν ἤ κόνυζαν ἤ τι ἄλλο τῶν βαρυόσμων κτἑ. Pro καὶ bis reponendum ἤ, quocum passim confunditur. Cf. § 5 sq.

XVIII 3, 6. ἐὰν δὲ ἄρρενα πλείω τις βούληται τίκτεσθαι, καταντικρὺ τῶν ἀρκτώων ἀνέμων νεμομένης τῆς ἀγέλης, ἡμέρας εὐδίου τοὺς κριοὺς ἐναφιέτω. Corrige ἐπαφιέτω, coll. XI 24, 3 XII 17, 17 XVIII 3, 1 τοὺς κριοὺς — ταῖς θηλείαις ἐπαφετέον.

XVIII 12, 1. ἡ δίκταμνον ἐν ταῖς γαστέρεσιν αὐτῶν περιάψῃς. Forma vix Graeca librariis potius quam Africano imputanda videtur.

XVIII 17, 8. λύκοι δὲ θρέμμασιν οὐκ ἐπελεύσονται, εἰ σκίλλον τῷ ὀδαγῷ καλουμένῳ περιάψεις, i. e. *duci gregis*. Notionem hanc neglexit s. v. Thesaurus. De vocabulo, quod cessit in sermonem communem, cf. Schweizer, Gr. der Pergam. Inschr. p. 49.

Digitized by Google

XIX 2, 2. *ἐγκρίνουσι δὲ καὶ* (sc. *τοὺς κύνας*) *τοὺς μέγα χάσμα ἔχοντας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς πολυαύχενας καὶ πλατυτραχήλους.* Non agitur de Cerbero, itaque absurdum est *πολυαύχενας*, sub quo vocabulo delitescit aliud vocis *αὐχὴν* compositum, velut *δολιχαύχενας*.

§ 3 *μάθε δὲ ὅτι ἡ προσηγορία τοῦ τραχήλου ὅλη κύκλῳ τὴν περιοχὴν τοῦ τραχήλου δηλοῖ κτἑ. — τὸ ὑποκάτω μέρος τοῦ τραχήλου.* Haec verba procul dubio non sunt Frontonis, sed aut Bassi excerptoris aut etiam recentioris grammatici scholium.

§ 16. *εἰ δὲ θέλεις κύνα μὴ Φεύγειν, χρῖσον ἄρτον βούτυρον καὶ δὸς αὐτῷ λείχειν.* In cod. Palatino est *ἀρτωβούτυρον*, unde conieci *ἀρτοβούτυρον*, coll. vocabulo *ἀρτότυρον*. De verbo *χρίειν* sic adhibito cp. Beckii Index. Nisi forte praestat *ἔγχρισον ἄρτῳ βούτυρον*, quod suggerit mihi vLeeuwen, sed vix commendat usus Bassianus. Cf. V 49, 1. XVI 6, 1.

XIX 6, 3. *κόλλοπα δὲ καλοῦμεν τὸ ἐν τῇ χρήσει λεγόμενον καλλωσόν.* Vocabulo caret Thesaurus.

XX 46, 2. *ὅταν δὲ ταριχευθῇ* (sc. *τὰ λεπτὰ ὀψιδία*) *τῇ θερέᾳ, ἐξ αὐτῶν γάρος οὕτως αἴρεται.* Quid sit *θερέα*, ignoro. Vix latet *τῇ θερείᾳ*, *aestivo tempore*, nam cur hoc adderetur? Abest a cod. M 294, sed unde natum?

§ 3. *Βιθυνοὶ δὲ κατασκευάζουσιν οὕτως· λαμβάνεις κάλλιον μὲν εἰ μαινίδας μικρὰς ἢ μεγάλας, εἰ δὲ μή, λυκοστόμους ἢ σαύρους ἢ σκόμβρους ἢ καὶ ἄλικα καὶ πάντων μίγμα, καὶ βαλεῖς* (*βάλλεις*?) *αὐτὰ εἰς μαγίδα ἀρτοκοπικὴν κτἑ.* Permira verborum compositio; expectatur enim aut *κάλλιον μὲν εἰ λαμβάνεις*, aut *λαμβάνεις κάλλιον* (adverbialiter) *μὲν* omissa coniunctione *εἰ*.

Digitized by Google

VARRONIANA.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

(*Continuantur ex pag.* 297).

III.

Hymnum pro Italia, qui usque ad Goethium pertonuit tanquam regione prodigiosae beatitatis, praecinuit brevem sed efficacem Sophocles Ant. 1115:

πολυώνυμε Καδμείας νύμφας ἄγαλμα
— — — κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις
Ἰταλίαν, μέδεις δέ κτέ.

Fusius patriam suam celebravit Vergilius Georg. II. 135 sqq.:

Hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas,
Bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos

et paulo post

Adde tot egregias urbes operumque laborem,
Tot congesta manu praeruptis oppida saxis
Fluminaque antiquos subterlabentia muros,

atque alia praeclara, qualia conveniunt carmini, laudes fabulis permixtae. At Lucanus I. 24:

At nunc semirutis pendent quod moenia tectis
Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris
Saxa iacent, nulloque domus custode tenentur,
Rarus et antiquis habitator in urbibus errat,
Horrida quod dumis multosque inarata per annos
Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis
— — — — — — — — — — — — — —
— alta sedent civilis volnera dextrae.

Digitized by Google

Hi loci toto coelo diversi num satis temporum intervallo observato, quo scripti sunt, conciliari possint valde dubium est. Vergilius aeque ac Lucanus post bella civilia scripsit, quibus Lucanus labem Italiae imputat; nulla his compositis intestina bella ante Galbam Italiam devastarunt. Verba Lucani omnes numeros habent veri (cf. praesertim versum „rarus et antiquis *habitator* in urbibus *errat*", in quo cum delectu segnis quies et desolata solitudo urbium illarum verbis depingitur); Vergilius nihil admiscuit quod venustatem descriptionis turbare posset. Non defendo quod Lucanus omnem culpam in bella civilia conicit, de causa ut erraverit ex parte fieri potest, sed factum ab eo memoratum constare debet. Sed Vergilius floruit felici illo tempore, quo sopitis odiis intestinis nihil antiquius habebant cives quam auctorem praesentis quietis grato animo celebrare, qui videbatur vastitatem Italiae deductis coloniis sustulisse aut sublaturus esse (cf. Mon. Anc. 5. 37, 6. 28, Mommsen p. 84). Non dubitabant grati aequales de efficacitate remedii, et ex animi persuasione Vergilius urbes tanquam documentum prosperitatis publicae celebrat; nunc quaeritur quae tandem sint illae 28 urbes, quas civibus se frequentasse Augustus gloriatur. Notum est multos novos incolas, sive cives sive milites, in coloniis non stabilem sedem habuisse sed agros vendidisse et alio migrasse (Marquardt I² p. 111). In Vergilii pictura phantasia suas partes habet non in fingendo sed in augendo et exaggerando.

Non primus Vergilius descriptionem agriculturae ab Italiae laudibus auspicandam esse putavit: Varro I. 2. 3 ei praeierat, sed ut fructus potissimum agriculturae exponit, sic de fabulosa historia nihil, de fertilitate multa.

Nullam esse regionem „quae tam sit *tota culta*" quam Italia l.l. contendit; quod verum est, ut aiunt, exceptis excipiendis. Nam primum saltus et pascua non pauca sunt in Italia, quae Apennino „alte tumet"; quare armenta II. 4. 5 et pecora, greges ovium et caprae non eisdem locis hieme et aestate pascuntur sed longe abiguntur ex Apulia in Samnium et montes Sabinos aestivatum [1]), idque non semel sed de more, ut apparet

1) II. 1. 16, IV. 17. 9. Alia exempla eius migrationis gregum ex Apulia in Samnium posteriora vid. ap. Mommsen., Decret des Commodus, Hermes XV p. 395.

Digitized by Google

ex sequentibus: „ad publicanum profitentur, ne si inscriptum (= non scriptum) pecus paverint, lege censoria committant". *Scriptura* solvebatur pro singulis pecudibus publico, quod qui neglegebat at nihilominus in callibus publicis pecus agebat, censorium opus committebat [1]); nemora autem, in quibus virgultis et propaginibus arborum nutriebantur pecora et in quibus dies noctesque per menses aestivos errabant pastores servi, multa quoque erant in Italia Inferiore Lucania et Calabria. Haec vero nemora non sunt *culta*, sed interrumpunt agros et arva. Strabo, Augusti aequalis, narrat VI. 281 C, in Calabria tellurem nemoribus quidem aptam fuisse, sed parum cultam; in Lucania λυπρότητα γῆς memorat VI. 252 C. Idem omnes tredecim urbes praeter Brundisium et Tarentum in peninsula illa Iapygia olim nobiles ad oppidula, πολισμάτια, narrat descendisse VI. 281 C. Tarenti territorium λεπτόγεων ib. 682; tota Iapygia παραδόξως ἐστὶν ἀστεία· ἐπιπολῆς γὰρ φαινομένη τραχεῖα εὑρίσκεται βαθύγειος σχιζομένη l.l. 281 C, qualis „urbanitas" agri sub prava specie virtutem celantis minus tamen mira est quam id quod Varro narrat semen in Sybaritano „cum centesimo redire solitum" (I. 44. 2), cum praesertim pascuis et nemoribus abundaret.

Non magis *culta* haberi possunt *leporaria*, quae nonnumquam iugera *quadraginta* (hectar. 10) complectebantur et amplius, cf. III. 12. 1, nec *piscinae*, ib. 11. 1, nisi vero *culti* nomine omnia significavit Varro quae manus humana attigit. Et omnino illud effatum *tota culta* pronuntians longinqua ille in Italia Inferiore, pro Media Italia, quam quotidie ob oculos habebat, neglexit. Eiusdem fortasse generis est quod Italiam arboribus sic consitam dicit „ut tota pomarium videatur" ib. 7. Nam etsi omnes villae suum pomarium habuisse videntur, agri tamen et oliveta et vineta longe spatio vincebant. Reliqua prodigiosae fertilitatis exempla admodum apta produnt agricolam exercitatum et peritum; ex quibus nunc nihil referam quam quod frumenti proventus memoratur: far ex Campania, triticum ex Apulia. Etruriae „loca aliquot" inter frumenti feracia recensentur I. 44. 21. Scilicet

1) *Publicani* mentio apud Varronem non convenit cum *quaestore* apud Tacitum Ann. IV. 27, ubi Med. *Cales*; videtur igitur temporis intervallo aliquid in administratione mutatum. *Silvae callesque* provincia apud Suet. Caes. 19 proverbii more dictum = provincia minimi negotii.

Digitized by Google

transmarina annona tam largiter advehebatur et tantopere Urbi necessaria erat, ut quaereres num Italia suis incolis frumenti quidquam suffecerit. Si turbida tempestas naves retinebat, inopia Urbi minabatur. Nec tantum sub Imperatoribus: cum S. Pompeius mare tenebat, fames populum urgebat; vita populi Romani perpetuo in fluctibus iactabatur. Graviter dolet Varro II. praef. 3 „quod nunc intra murum fere patres familiae (acerbum hoc) conrepserunt relictis falce et aratro et manus movere maluerunt in theatro ac circo (egregie, nempe plaudendo) quam in segetibus ac vinetis, ac frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa et Sardinia, et navibus vindemiam condimus ex insula Coa et Chia". Augustus seposuit (reservavit sibi) Aegyptum ne *fame urgeret Italiam* quisquis eam provinciam insedisset, Tac. Ann. II. 59.

Quaeri potest utrum advectio peregrini frumenti agriculturam Romanam corruperit, an contra neglectus agriculturae portus Romanos peregrino frumento impleverit, ut Varro l.l. putat: arcessitur externum frumentum illo auctore, nimirum defectu vernaculi. Prior tamen sententia aliquanto probabilior est. Nam cum transmarinae regiones fertiles in provinciae formam redigebantur, fieri non poterat quin commerciis promptioribus navicularii externi ad lucrum captandum uterentur [1]). Sane ad inopiam frumenti levandam, ad ludos et distributiones frumenti saepe necessaria arcessebantur; *emto* aut *imperato* frumento subveniebatur egestati; sed longe maior pars affluebat quotannis non arcessita ex decumis, quas provinciae tanquam tributum „in natura" solvebant [2]). Primum suffecerat Sicilia a. 241, iam decennio post accedebat Sardinia: prior tam divite vena alebat Italiam, ut Cato Maior illam cellam penariam reipublicae nominaret, Cic. Verr. 2. 2. 5. Nihilo minus paucis post Catonis mortem annis copia augebatur rursus Africa devicta e regione potissimum Byzacena [3]). Improbi praesides agere et rapere; pu-

1) Contentionem inter aemulos frumenti mercatorii in mercatu Delio exponit Cic. Off. III. 50.

2) Columella, Praep. 20: „nunc ad hastam locamus ut nobis ex transmarinis „provinciis advehatur frumentum" respicit ad publicanos, qui tributa percipienda emebant.

3) Fertilitas Africae antiquitus nascebatur ex aqua pluviatili in cisternis conservata

Digitized by Google

blicanorum, negotiatorum, totius cohortis praetoriae intererat ut quam plurimum frumentum Ostiam adveheretur: ipsi aratores in provincia semel negotio ordinato, quamvis exiguo cum lucro, reapse coacti erant in statione vitae et agri cultura permanere. Si interdum inopia premebat, explicandum id est ex pretio frumenti ab aedile constituto et in civium commodum depresso; per frumentationes rarius olim (Plin. XVIII. 15), frequentius inde a tempore Gracchorum pessimo publico institutas tam mercatorum quam cultorum opera eludebatur. Lucro quod ex cultura frumenti redibat agricolae spoliari et incitamentum duro labori agresti detrahi coeptum: Urbs ludis et donationibus rusticos alliciebat, cum pastores agricolis succederent (II. praef. 4, v. i.). Iam Cato Maior interrogatus quis esset certissimus quaestus, respondit „bene *pascere*, quid secundum, *sat bene pascere*, quid tertium, *male pascere*, quid quartum, *arare*" Cic. Off. II. fin., cf. Plin. XVIII. 29. In pretiis agrorum campus frumentarius sextus pretio ex novem generibus I. 7. 9.

Varro in agricultura contracta non frumenti detrimenta diserte incusat, sed indicat tamen dum narrat II praef. 4 „in qua terra culturam agri docuerunt pastores (sc. Numitores et Amulii et antiquiores) progeniem suam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum propter avaritiam contra leges (?) ex segetibus fecit prata". Segetum cultura desiit esse compendiosa. Magnum lucrum ex agri cultura non memoratur, contra ex villatica pastione divitiae parari poterant, III. 2. 16, 17. „L. Albucius", inquit Varro III. 2. 17, „dicebat in Albano fundum suum pastionibus (i. e. per pastiones villaticas) semper vinci a villa, agrum enim minus decem milia reddere, villam plus vicena". Fundus Reatinus ducentum iugerum triginta milia quotannis reddebat (l.l. 15), i. e. in iugerum 150 HS, quod non est exiguum [1]), sed ex annona reditus minime certus erat; nam si publica liberalitate, quod saepius est factum, civitas frumentum suum

---

et montium clivis arte retenta, de quo argumento nuper A. Schulten das Röm. Afrika. Leipz. 1899, p. 55 sq.

1) Immo permultum: 15% si iugerum, ut Columella III. 3. 8 („ipsum solum septem „iugerum totidem millibus numorum partum") indicat, constiterit 1000 nummis. Pretia agrorum videntur tempore imminuta. — Cum 150 HS proventus ex fundo non convenit quod Columella, ib. p. 93, pascuis et silvis statuit 100 HS in iugerum.

Digitized by Google

minimo vendebat (cf. Marquardt, Staatsv. II, p. 111), pretium deprimebatur, ita ut frumenti cultura amitteret id quapropter mercaturae praeponitur, stabile lucrum. Subinde modius asse dabatur.

Condonandum igitur id quod Varroni paene probrum est, quod nobiles Romani ruricolae esse desierunt: plerique agros vilico tradebant colendos et in urbe vivebant. Namque ipse neminem agrum colere sine lucro alibi, I. 2. 8, fatetur. Verum alia quoque accedebant cur agriculturam neglegerent: potius luxuriae studebant quam fructibus percipiendis (I. 13. 6); etiam tunc pudebat desciscere a more maiorum, et amicos ad cenam in villam invitantes fructus in urbe coemtos offerebant quos convivis viderentur ipsi coluisse [1]). Antiqua villa desideriis cultioris aevi non satisfaciebat. Vide quomodo Varro antiquam villam describat I. 13. 6, in qua descriptione culina praecipuum locum habet, nihil erat quod ingenium et studia liberalia aleret. Metellos et Lucullos villas pessimo publico aedificantes reprehendit (I. 13. 7); miror tamen quod Varro in tempore non meminit, quanto sumtu ipse Casinatem adornasset (III. 5. 8 sqq.), quam luculenter M. Antonius ibi necessaria ad convivium opiparum instruendum invenisset [2]); non unus quisque poterat amplam bibliothecam parare, qua otium hibernum falleret ne copias Urbanas ad ingenii fructum desideraret; non video cur *non* sit reprehendendus qui ornithona instituit et turdos ingenti cum lucro Romam mittit (Varro), at reprehendendus cum maxime qui ex piscinis bene pisces vendat (III. 17. 9, 3. 17). Lucullos castigat laudator temporis acti, nam „moribus antiquis stat res Romana virisque", sed Casinates villas non habebant maiores; nesciens ipse degenerat Varro a more prisco. Nolo Lucullos defendere, sed ostendere Varronis exemplo rusticationem temporis lapsu necessario mutatam esse. Desidere in agris elegantior vita et studium humanitatis non amplius permittebant. Qui sua rura curabant etiam tunc, rationem colendi mutabant, dum pastioni villaticae, aviariis, piscinis, fructibus, apibus operam dabant

1) Hor. Sat. II. 2, 121: „Non piscibus urbe petitis". Varro I. 59. 3. Colum. XI. 3, 1. Verg. Ge. IV. 133.

2) Cic. Phil. 103 sqq.

Digitized by Google

et ex agris pascua faciebant, quorum in vicinia magnae urbis lucra magna. Villa magis in honore erat quam adiectus fundus, maiori culturae destinatus, in quo olea et vitis melius emolumentum promittebant quam frumentum. Quod si e Varronis exemplo villarum constitutionem in universum licet efficere, opulentia urbana saepe rus emigrabat, rusticam amoenitatem ars in urbem transferre studebat; cf. Hor. Epist. I. 10. 22 ibique Ritter. Laudat Varro III. 5. 9, sqq. in sua villa quod habet marginibus lapideis inclusum flumen; circum cuius ripas ambulatio erat pedes lata denos; porro maceriis altis conclusum ornithona et silvam, rursus saeptam maceriis altis, et museum; omnino vastae substructiones et maceriae et tanquam montes educta aedificia tam nihil discrepare ab amoenitate ruris Romanis videbantur, ut potius in describenda villa primum locum tenerent. Cf. Cic. Pis. 48, pro Mil. 53, Hor. Carm. II. 15, al.

Artis topiariae, quae ad hortos ornandos peregrinas arbores et picturam adhibebat — Cic. ad Q. fratrem III. 2. 5, Plinius XVIII. 265 — nulla apud Varronem mentio, nec viridariorum (vid. Becker, Gallus, III. Exc. de Villis).

Sed non erat propositum hoc latius persequi. Tantum apparet tam advectione peregrini frumenti quam munditie cultus factum esse ut studia rustica languescerent.

Latifundia perdidisse Italiam tralaticia opinio est iam inde a Plinio XVIII. 6. 35. Marquardt, Staatsv. I² p. 103. Aliquid in hoc exaggerati esse dudum docuit Mommsen. die Italische Bodentheilung, Hermes XIX S. 414, sq. Sed si proxima causa sit ea quam Plinius dicit interitus Italiae (i. e. culturae in Italia), non utique est ultima. In aliis hodieque regionibus quamvis tenuioribus noxia non tamen pessumdat et vastat agros inaequalis divisio. Sed accedebat ad latifundium servitutis institutum. Nusquam diserte Varro dicit per servos potissimum agri culturam exerceri solitam, sed noverant lectores subditos et parentes in fundis esse servos; iam Cato I. 18 de *familia* rustica et *mancipiis* praescribit; vilicus ipse servus erat verna aut ingenti pretio paratus [1]), cui qui parent liberi esse non possunt. Ex

1) Pro vinitore 8000 HS non nimium putat Columella III. 3. 8.

Digitized by Google

computo Catonis, quem Varro I. 18 etsi reprehendit, tamen in summa rei sequitur, duodenis iugeribus oliveti et vineti promiscuis [1]) unum mancipium requirebatur; Saserna scribebat l.l. „ad iugera VIII satis esse hominem unum: ea debere eum con„fodere diebus XLV, tametsi quaternis operis (dagwerk) singula „iugera possit ($8 \times 4 = 32$ operae), sed relinquere se operas XIII „$(32 + 13 = 45)$ valetudini, tempestati, inertiae, indiligentiae". Quam liberaliter! Nos miramur potius post primum iugerum hominem non statim defecisse. Hic *homo* non magis liber est quam *operarii* Varronis, qui vinearum iugeribus XV postulat *mancipia*, nempe „vilicum, vilicam, operarios X, bubulcum, „asinarium, subulcum", i. e. X mancipia operam praestantia (operarios), V operae adiutores. Iam intellegere facile est quantus grex mancipiorum per Italiam sparsus fuerit et unde Spartacus legiones suas compleverit; simul per verbera et compedes gregem in opera detinendum fuisse non mirandum est, quamquam apud Varronem nihil de hoc, sed cf. Columella [2]). Servos rusticos plerosque vernas fuisse inde efficitur quod ex praecepto Columellae vilicus melius a puero ad opus instituitur quam emitur (Col. XI. 1. 7), quod ancillae quae ter peperit libertas promittitur, quod ad liberos parandos datur opera ut servi conservas coniunctas habeant (Varr. I. 17. 5), denique ex loco Tibulli, II. 1. 23 „Turbaque vernarum saturi bona signa coloni Ludet et ex virgis extruet ante casas". Ex verbis tamen ipsis effici potest vernas servos venditione domicilium saepe mutasse, et colonum inde lucrum sperare.

Quae ratio fuerit inter ingenuorum et servorum in agris numeros non magis effici potest [3]) quam quae inter ambitum latifundiorum et tenuium possessionum, eo minus quod nusquam

---

1) Nempe 240 iugera oliveti + 100 vineae = 340 iugera requirunt mancipia 18 + 15 = 28.

2) Ex iis quae Columella de officio vilici XI. 1. 21 praescribit apparet „ferramentorum" usum tunc quidem satis vulgarem fuisse; Tibullus I. 7. 42 „crura licet dura compede pulsa sonent"; cf. Herod. I. 66. Colum. l.l. „ferramenta bis debebit vilicus singulis mensibus recensere; nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum praebet". Paulo ante § 17 „ferramentum" est i. q. pala. Sed vide *alligatos* in vinea I. 9. 4. Ergastulum et custodiam vide XI. 1. 22.

3) Tantummodo I 29. 2 narrat Apuliam segetes non tam latas habuisse.

Digitized by Google

diligenter definitum est vocabulum *latifundium* [1]). Apud Varronem nomen nusquam invenitur, neque apud aequales, etsi rem tunc maxime receptam esse et viguisse puto. Plurimum certo ei profuit designatio agrorum ab Augusto veteranis concessa. Notum est antea sortes iugerum civibus attributas septenarium numerum non excessisse; triumviri veteranis dena iugera aut amplius impertiverunt, quae cum magna pars ab ingratis beneficiariis venderentur, pulcra opportunitas fuit vicinis agrorum dominis *iungendi*, continuos agros parandi sive *continuandi*. Neutrum vocabulum in hac re sollemne invenitur apud Varronem, ex quo de modo agrorum nihil audimus nisi fuisse fundum 200 iugerum (III. 2. 15), qui numerus si confertur cum duobus (Varro I. 10) quatuorve (Colum. praef. 13, 14) quae familiae civium alendae sufficere videbantur, aut cum 70 iugeribus quibus splendebat Mamurra [2]), tam fundus ille latifundium dici potest quam praedia illa continua quae in tabulis alimentariis 210 aut 110 millibus nummorum [3]) aestimantur — 5 inter 137 — (Mommsen. l.l. p. 406; tabulae sunt etiam pro maiore parte apud Wilmanns. N. 2844, sq.). Omnino etsi Varro scribebat

---

1) Im ursprünglichen und technischen Gebrauch ist *latus fundus* ein an Umfang das in dem Bezirk übliche Einheitsmass der Bauernhüfe übersteigende Ackergrundstück; es werden also dafür, eben wie für den gewöhnlichen *fundus*, geschlossene Grenzen gefordert. Mommsen. Hermes XIX. 414. Posterius illud prohibet quominus agri non iuncti ab uno domino culti in tabulis alimentariis hoc nomine dicantur (Mommsen: Ländercomplexe); prius (übliche Einheitsmass") natura sua vagum et incertum est.

2) Catullus, vid. infra p. 434. Quingenta iugera in lege Licinia tam enormem pro ambitu imperii eo tempore constituunt summam, ut non sine causa suspitionem moverint; cf. tamen E. O. Schmidt N. Jahrb. 1900. Fortasse unus aut alter fuit qui amplius 500 iugera teneret, ut reapse lex privilegium esset. *Quinquaginta* pro quingentis apud Colum. I. 3. 11 mendosum est.

3) Tot vulgo computantur iugera quot milia nummorum; nititur hoc loco Columellae III. 3. 9, ubi de pretio agrorum hoc comperimus: „ipsum solum septem iugerum totidem milibus nummorum partum". Sed solum, de quo agitur macrum erat aut neglectum, nam duobus annis primis non promittit lucrum. Itaque culti agri pretium superabat sine dubio mille sestertios in iugerum, quae res non fugit Mommsenum. De pretio arvorum diserte Columella l.l refert; sed locus mihi suspectus; vid infra p. 434. Pretia agrorum pro portione proventus constitui possunt. Deterrimum genus vinearum fert 300 nummos in annum et iugerum (l.l.); „pascua et prata et silvae si centenos sestertios in singula iugera efficiunt, optime domino consulere videntur" (init. cap). Pascua vulgo plus ferebant quam aratio (I. 7. 9, 10). Inde effici potest HS 150 in iugerum fundi Reatini (supra p. 426) abnormem proventum esse.

Digitized by Google

quo tempore Vergilius ex paterna villa a veteranis pulsus erat (vid Lange Alterth. III. 549), ipse ad tempus Casino suo erat spoliatus, licet XXvir agro Campano dividundo creatus perspicere potuisset quae incommoda ex imperitia plebis urbanae in agros translatae agriculturae nascerentur, quamvis denique solum Italiae sanguine civium humectatum magno cum detrimento rei rusticae novisset, tamen nihil apud eum legimus, quod ullam suspitionem terrae ante paucos annos vastatae moveat. Tantum valuit sensus praesentis securitatis et fides prosperitatis perpetuae. Nec cum his pugnat quod in eligendo fundo spectandum dicit num regio vicina sit infesta I. 16. 1: „multos enim agros egregios colere non expedit propter latrocinia vicinorum" (ib. 2), nam statim sequitur: „ut in Sardinia quosdam, qui sunt prope *Oeliem (Ioliem C. Popma) et ut in Hispania prope Lusitaniam". Ibi Varro legatus fuerat.

„Veteres" ut ignorarunt omnino liberos praefecto operis parentes, sed architecto subiecti tignarii, lapicidae, ferrarii, omnes denique qui in dies manuum operam praestant servi sunt, sic etiam administros liberos certo manupretio in domini contubernio morantes et agrum colentes frustra quaeres. Contra qui domi suae habitant, tenuis cultores agelli, non parent domino fundi. Inde quaestio illa num multi ingenui in agris fuerint concidit fere cum altera: num multi fuerint tenues agri possessores. Servi non possident rura, et domini fundi non alunt liberos domi suae. Disceptatio de colonis eo ipso quod ad antiquum orbem disputatio pertinet multo gravior est quam prima specie videtur; continet enim omnino rusticorum ingenuorum statum. Aliquid certe quod huc conducit Varro habet.

Liberi opera non praestatur alteri nisi ad certum et circumscriptum laborem. Varro I, 17 „omnes agri" inquit „coluntur hominibus servis aut liberis aut *utrisque*", nempe quatenus fundorum domini locant certo quodam anni tempore liberis opus certum faciendum; id ex proximis apparet, pergit enim: „(coluntur agri) liberis, aut cum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercennariis, ⟨utuntur⟩ *quom* conducticiis liberorum operis res maiores, ut vindemias ac faenisicia administrant". Haec de liberis; quorum alterum genus *operarios* dicit

Digitized by Google

(quod vocabulum alibi, vid. supra p. 429, de servis usurpatur), tum de his aliquid praescribitur, post quod § 3 sub f. ad *mancipia* transit.

De conducticiis quae scribit Cassius (§ 3): „operarios parandos esse — ne minores annorum XXII et ad agri culturam dociles; eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis et in eo eorum e noviciis requisitione, ad priorem dominum quid factitarint" graviter corrupta non nimis urgenda puto, nam Cassius Dionysius Uticensis, cuius sunt, haec e punica lingua in Graecam vertit et manifesto alieno loco a Varrone inserta, nam secundum paulo ante dicta agitur h. l. de liberis, sed Cassius de *domino* et *noviciis* (servis).

Vulgo homines docti statuunt veteres operam mancipiorum praetulisse; nihil verum sine exceptione; Varro l.l. § 2: „hoc dico, gravia loca utilius esse mercennariis colere quam servis et in salubribus quoque locis opera rustica maiora, ut sunt in condendis fructibus vindemiae aut messis". Mirum dictum: loca minus salubria — nam hoc est *gravia* ut ex opposito apparet — esse liberis committenda, nisi vero servi peius nutriti contagioni minus resistere potuerunt. Impiam aliam interpretationem abominor. Apparet quasdam ad res pluris factos liberos. Columella I. 7. 6: „omne genus agri tolerabilius [est] sub liberis colonis quam sub vilicis servis habere", nempe in longinquis fundis.

Colonia ut dicatur de loco quem quis tenet aut colit, tam rarum est quam frequens *colonus* pro cultore; idem (sing. num.) de cive deductae coloniae rarius. Colonus tenet conductum agellum in villa fundove ab eius domino ei locatum. In Horatii villa non maxima habitabant quinque coloni Epist. I. 14: „(agellum) tu (vilica) fastidis habitatum quinque focis et Quinque bonos solitum Variam demittere patres" [1]). Colonus liber est et sibi agellum conductum colit; si quid praeter mercedem annuam [2])

1) Cum irrisione quadam Plautus (quasi plebeius apud nos: woonderij, bouwerij) „mutare coloniam" i. q. expelli loco in quo quis habitat, ut colono accidere potest. Cf. me ad Plauti Aul. v. 572 (pag 57). Columella semel XI, 1. 23 „(vilicus non) coloniae suae terminos egredi debet" i. e. agrum sibi ad culturam commissum.

2) Ofellus rusticus pulsus agello suo ab Umbreno nunc „mercede colonus" est Hor. Sat. II. 2. 115 (nam sic iungendum).

Digitized by Google

debet, descriptum id est pacto, „lege colonica". Varro I. 2. 17 „Tu (Varro) etiam leges colonicas tollis" (nempe abigendo pecus s. pastionem a villa) „in quibus scribimus: *colonus in agro surculario ne capra natum pascat*" — et (hoc reticet) propterea alias pecudes admittunt. Locus hic et sqq. intempestiva sapientia et facetiis contortus est, sed quod ad leges colonicas pertinet satis perspicuus. *Scribimus* dicit quia in transigendo formulam quandam vulgo sequebantur, quemadmodum in vendendo pecore (II. 2. 6, al.). Legem colonicam infra II. 3. 7 legem locationis fundi dicit: „in lege locationis fundi excipi solet ne colonus capra natum in fundo pascat". Num tempus locationis fuerit praefinitum lege colonica et ecquae operae (dagwerken) certo tempore anni domino praestandae fuerint exceptae nihil audimus (de posteriore tempore cf. Mommsen. Hermes XV. 388, 40). Clarum exemplum operarum est in lege Coloniae Iuliae Genetivae (de qua olim pauca dedi Versl. en Meded. Kon. Akad. 1881 X p. 145) c. 98 „eam munitionem fieri liceto, dum ne amplius in annos sing(ulos) inque homines singulos puberes operas quinas et in iumenta plaustraria iuga singula operas ternas decernant". Catonis locus R. R. 4 „si aedificabis operis, iumentis, materie adiuvabunt" ostendit quomodo *opera* pro homine (apud Cic. al.) dici potuerit; cf. Cato 4 „operas facilius locatis", 145. 1 „si operarii conducti erunt". Apud Varronem I. 18. 2: tametsi (homo unus) quaternis operis singula iugera possit (confodere)" ex Saserna. Sic ib. 6, 38. 3, 50. 3.

Mercennarios et *operarios* tanquam diversos iuxta ponit Cato 5. 4; crederes operarium esse qui rem conficiendam suscipit nulla temporis definitione, mercennarium qui tempus suum alteri commodat sine operis conficiendi mentione, sed hoc in l.l. non quadrat, ubi legitur „operarium, mercennarium, politorem diutius eundem ne habeat die". Paulo maioris momenti est quod cap. 4 domino praescribitur „vicinis bonus esto — facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces"; unde apparet dominos fundorum lucelli causa interdum suos servos vicinis locasse. Hinc effici potest, quod aliunde e Varrone probabile, *mercennarios* non definitam hominum classem fuisse; neque erant *operarii*, quos a Varrone vulgares servos quoque dici agrum colentes supra vidimus. Denique quoniam de ordinibus hominum

Digitized by Google

agitur, addendum *obaeratos*, ad quos inopes coloni facile descendunt, in Italia tunc non fuisse teste Varrone I. 17. 2: „iique (colunt) quos obaeratos nostri vocitarunt et *etiamnunc* sunt in Asia atque Aegypto et in Illyrico complures". Pelli poterant coloni conductum agrum colentes (Hor. C. II. 18. 25 sqq.), sed, tum quidem, non detrudi ad statum servili non multo meliorem.

Si quaeritur quid factum sit innumeris illis servis rusticis, num turbidis temporibus quae medium aevum praegressa sunt, per absentiam et fugam dominorum ipsi possessores agrorum exstiterint et cum colonis coaluerint, an tanquam milites exercitus proculcati sine vestigio dilapsi sint, quid colonis, „mascula prole" rusticorum, — gravissimae sane quaestiones! — non potest Varro docere, sed pauca quae de statu incolarum Italiae sub initium imperii in libris de Re Rustica forte audimus sufficiunt ad imaginem quandam rusticorum animo informandam.

Catullus de Mamurra ad p. 430.

Carm. 115: Mentula habet instar (i. e. speciem): triginta iugera prati, Quadraginta arvi (i. e. segetis; aruum = aratum), cetera sunt *varia*". Sic lego pro *maria*, coll. 114 „Formiano saltu non falso Mentula dives Fertur, qui quot res in se habet egregias Aucupia omne genus, pisces, prata arva ferasque". Septuaginta iugera possidere cum saltu Caesaris tempore magnum erat.

Columella III. 3. 10 ad p. 430.

„Quippe ut deterrimi generis sint vineae, tamen si cultae, singulos utique culleos vini singula eorum iugera peraequabunt; utque trecentis nummis quadragenae urnae (i. e. culleus) veneant, quod minimum pretium est annonae, consummant tamen septem cullei (ex septenis iugeribus de quibus agitur) HS duo milia et centum nummos (7 × 300); ea porro summa excedit usuram semissium". Nempe sors (kapitaal) in vineta impensa erat HS 32480, huius semisses (6°/₀) 1948, fere 1950 (§ 9); proventus autem est 2100. Hoc igitur dicit: iniuria homines queruntur

Digitized by Google

de malo proventu vinetorum; nam vel deterrimum genus vinearum, una computatis pretio emtionis aliisque impensis, plus fert quam 6%, quae vulgaris usura est (§ 8). Nihil in hac ratiocinatione facit *annonae*, imo conturbat rationem. Si tamen annonam commemorare placebat, aliter mentionem eius inici expectarem; sic: vineae maius lucrum ferunt quam annona, nam deterrimum genus fert centenos, id autem est *maximum* lucrum ex annona; itaque semper vineae vincunt. Nunc dicit: vincunt: vincit vinea annonam, nam interdum annona minus fert (debebat: nam numquam plus fert). *Annonae* spurium credo, falsum interpretamentum pro *vinearum*, quo tamen minime opus erat.

AD XENOPH. DE VENAT. VIII 1.

(χρὴ) ἰχνεύεσθαι τοὺς λαγὼς ὅταν νίφῃ ὁ θεός, ὥστε ἠφανίσθαι τὴν γῆν .... ἔστι δέ, ὅταν μὲν ἐπινίφῃ καὶ ᾖ βόρειον, τὰ ἴχνη ἔξω πολὺν χρόνον δῆλα, οὐ γὰρ ταχὺ συντήκεται· ἐὰν δὲ νότιόν τε ᾖ καὶ ἥλιος ἐπιλάμπῃ, ὀλίγον χρόνον, ταχὺ γὰρ διαχεῖται. ὅταν δ' ἐπινίφῃ συνεχῶς, οὐδὲν δεῖ· ἐπικαλύπτει γάρ.

Si quis non sponte sentiat quam absurdum sit huius sententiae initium, ex ultimis verbis discere id possit. Scilicet cum ἐπινίφει, cito abduntur animalium vestigia, itaque nihil tunc attinet domo exire venatum; prorsus autem contraria cum dicantur verbis: ὅταν ἐπινίφῃ ... τὰ ἴχνη ἔξω πολὺν χρόνον δῆλα, dubitari nequit quin lateat vitium; quod quale sit, ipse textus ostendit. Sunt enim inter se opposita verba νότιον et βόρειον, ventus calidior frigidiori, itemque ἥλιος ἐπιλάμπων τῷ ... cuinam rei? Opaco opinor coelo, denso atque nubilo, per quod radii solis non transmittuntur; graece igitur τῷ ἐπινεφεῖν. Quod ne pravo accentu ἐπινεφεῖν scriberemus monuit nos Cobet Var. Lect.[2] p. 135. Alexis in Atthide:

ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ,
ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

J. v. L.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex huius Vol. pag.* 84).

LXXXV.

QUOMODO FIAT LITIS CONTESTATIO.

Iure novo quomodo lis inchoetur, docet Tribonianus c. un. C. 3. 9 his verbis: *lis ..... tunc videtur contestata, cum iudex per narrationem negotii causam audire coeperit;* inchoatur igitur *per narrationem negotii*, vel, ut alibi [1]) habetur, *post narrationem propositam et contradictionem obiectam.* Neque enim statim post litigatorum praesentiam causam audit iudex, quia *in principio quaestionis* requirendum est mandatum [2]), exigenda denuntiatio [3]), antequam scilicet eam Iustinianus sustulit anno, ut videtur, 530, qua de re quaesivimus cap. LVII. Nam his omissis nullum est iudicium, quod aperte statuitur in causa mandati, sed idem iuris fuisse circa denuntiationem colligere est ex c. un. C. Th. 5. 10, ubi remittitur litis denuntiatio originarios suos repetenti [4]), atque simul cavetur nequis repetat post tricennium mares, post

---

1) c. 14 § 4 (1) C. 3. 1 cf. c. 2 pr. C. 2. 58 (59).

2) c 3 C. Th. 2. 12 = Consult. III 13 = c. 24 C. 2. 12 (13).

3) c. 4 C. Th. 2. 4.

4) His verbis: (§ 1) *iubemus sine dilatione restitui*; ..... (§ 2) *celeri iubemus executione revocari.* Intelligitur *dilatio* quadrimestris, quae sequitur denuntiationem; *celeris executio*, quae citra denuntiationem celebretur: c. 5, c. 7 C. Th. 2. 4; c. 4 C. Th. 4. 22; c. 1 C. Th. 4. 23.

Digitized by Google

vicennium feminas, salvis litibus iam contestatis, *si tamen* adversarius *docebitur solemniter fuisse conventus*, id est, si solemni more denuntiatum sit [1]). Est igitur litis denuntiatio ex iis quae non supplentur litis contestatione [2]), unde fit, ut *exig(at)* eam [3]) iudex atque, si compererit defuisse, differat rem *ad denuntiationem* [4]). Post denuntiationem abrogatam similiter oportuit ἐρωτᾶσθαι τὸν φεύγοντα, εἰ ..... διεληλύθασιν (αἱ) ἡμέραι αἱ τῆς διασκέψεως, ... εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλαχθείη, κἂν δόξειέ τις γ(ε)νέσθαι προκάταρξις, ἀντὶ μηδένος κύτὴν εἶναι [5]). Sed nec, si constiterit de mandato, constiterit de denuntiatione aut de tempore quod reo ad deliberandum datur servato, tunc statim causa auditur, sed proponendae sunt fori praescriptiones [6]), recusandus iudex [7]), quae post litem inchoatam non admittuntur. Quae contestata tunc videbitur, quum sit *inter partes de negotio principali conflictu(s) (habitus)*, quemadmodum definivit Theodosius [8]), i. e. post narrationem negotii et contradictionem, ut superius definivimus. — Quaesiverunt [9]) nuper Wlassak [10]), Lenel [11]), Kübler [12]), quomodo perageretur litis contestatio eo tempore quo per formulas litigaretur eove quo per legis actiones. Et invenire sibi visus est Wlassak [13]): post legem Aebutiam fieri solitam per naturalem dationem formulae, quam dederit actor, reus acceperit, aut sufficere si ille huic verba dictaverit. In re incerta illud certum est: litis contestationem in iure fieri

---

1) Cf. c. 1 pr. C. Th. 2. 4; c. 1 C. Th. 4. 23.

2) Simile ius est de *inscription(e)* (l. 3 § 1 D. 48. 2. Cf. Symm. Rel. 49 § 3 coll. rel. 32 § 3).

3) Cf. c. 3 C. Th. 2. 4.

4) Symm. Rel. 16 § 1 (cf. Kipp, *Erörterungen* (1889) p. 73, p. 95).

5) Nov. 53 c. 3 § 2.

6) e. 65 C. Th. 11. 30 = c. 13 C. 8. 35 (36); cf. l. 52 pr. D. 5. 1. — Ceterae quoque dilatoriae exceptiones proponendae sunt initio (c. 12 C. 8. 35 s. 36) sed non ante probandae, quam suam intentionem impleverit actor (c. 19 C. 4. 19).

7) c. 16 C. 3. 1 (cf. Nov. 53 c. 3 pr.).

8) c. un. § 1 C. Th. 4. 14.

9) Quaerendum fuisse negat Trampedach, *Ztschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 114-145 (e. g. p. 124: „*die Annahme eines Schlussactes* (*des Verfahrens* in iure *ist*) *in hohem Maasse unwahrscheinlich.*"

10) *Die Litiskontestation im Formularprozess* (1889).

11) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 391 sq.

12) *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 178-181.

13) Op. cit. p. 52 sq.

Digitized by Google

ipsis litigatoribus praesentibus [1]); itaque restat, quomodo res acta sit. Et videtur acta esse non per traditionem, ut ille autumat, sed per subscriptionem formulae, cuius rei testem habeo Plinium epist. V 1 § 6: *post hoc ille cum ceteris subscripsit centumvirale iudicium, non subscripsit mecum.* Neve quis obiciat Plinii testimonium ad lites formularias non pertinere, sed ad scripturam, quae legis actionem exhibeat [2]), ideo quia, ubi centumvirale iudicium futurum est, *ante lege agitur* (Gai. IV § 31), reputato, quam veri sit dissimile, quum in legis actionibus placuerit scripturam fieri cui subscriberetur, idem hoc in formulis, quae scripto continentur [3]), omissum esse, quum videri possit a formula id ipsum mutuata esse legis actio, indidem denegationem per praetorem [4]). Antea credibile est testes [5]) intervenisse [6]) eo modo, qui vulgo putatur, scilicet ut audirent actorem reumque lege agentes [7]), neque enim apud Romanos sicut apud quosdam veteris Graeciae populos per *μνήμονας*, id est per publicos testes, gestorum memoria servabatur [8]). Itaque post verba solemnia [9]) sic uterque cum testibus loquebatur *testes estote* [10]), et erat ea prisca litis contestatio, recentior iudicii subscriptio. — Interest inter *litem contestatam* et *conven-*

---

1) L. 10 § 2 (i. f.) D. 2. 11; cf. l. 1 § 2 D. 2. 12.

2) Ex vate scepticus (in *Pauly's Realencyclopaedie* v. Centumviri VII A i. f.) ita scribit: „*auf welches Schriftstück die Parteien im Centumviralprozess die* subscriptio *setzten, steht dahin. Man könnte etwa an die kaum entbehrliche Aufzeichnung der* ..... legis actio *denken,* ..... *doch ist anderes eben so gut möglich.*"

3) Cf. Trampedach, *Ztschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 140[3]. — Utrum formulae ab initio scribendae fuerint, quaeritur (Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XVII (1896) p. 335; Trampedach, l.l, (not. 2); Mommsen, *Strafrecht* (1899) p. 512).

4) Videbimus infra (cap. XCVI).

5) Rogatos utique, non, quod putat Wlassak, op. cit. p. 77, fortuito adstantes („*die Umstehenden*"). Cf. Cic. pro Mur. 12 § 26 *suis utri(u)sque superstitibus praesentibus.*

6) Solemnitatis causa (Puchta, *Cursus* § 172) ut in testamentis.

7) Interveniebant praeterea ex iure manum consertum vocatis (Cic. pro Mur. 12 § 26).

8) Cf. *Inscript. jurid. grecques* I § 3 (*ὅ τι δ' ἂν οἱ μνήμονες εἰδέωσεν, τοῦτο καρτερὸν ἔναι*); Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 49 (p. 178): „(*von*) *einem gerichtlichen Protokoll* (*war*) *in dieser* ..... *Zeit noch keine Rede.*"

9) Festus (v. contestari): *ordinato iudicio.* Cf. pr. Inst. IV. 18: ..... *iudicia* ..... *per actiones ordinantur.*

10) Eodem modo fit in testamentis (Gai. II § 104), neque id est absurdum (Wlassak, op. cit. p. 72: „*eine unsinnige Einrichtung*") in testibus rogatis utique.

Digitized by Google

tionem [1]), licet nonnumquam confundantur [2]), sicut *conventus* cum eo qui iudicium subscripsit [3]), sed accurate loquentibus separantur, velut apud Paulum l. 33 D. 44. 7: *placuit, si virus conventus fuerat, etiam poenae persecutionem transmissam videri quasi lite contestata cum mortuo*, et item apud Ulpianum l. 45 D. 6. 1: *si homo sit qui post conventionem restituitur, si quidem a bonae fidei possessore, puto cavendum esse de dolo solo, debere ceteros etiam de culpa sua: inter quos erit et bonae fidei possessor post litem contestatam.* Docet Ulpianus bonae fidei possessorem *post litem contestatam*, ceteros *post conventionem* culpae nomine teneri; proinde non potest verum esse, quod ad eum locum notat Bethmann-Hollweg [4]) esse eadem („*identisch*"). Sed quid proprie conventio? Conicio *conventum* eum proprie esse intelligendum, adversus quem formula impetrata sit necdum subscripta, itaque eadem ope sano l. 10 § 2 D. 2. 11, ubi, postquam demonstravit solvi morte eius cum quo agitur, quae ante litem contestatam accidat, èt ipsam iniuriarum èt ex stipulatu, si vadimonium ei factum sit, actionem [5]), ita iurisconsultus concludit: *si non post* conventionem [6]) *decesserit, quia, si ad (vadimonium) venisset, litem cum eo actor contestari potuisset.* Alio modo conveniri dicitur, cui scribitur denuntiatio [7]), quive in ius vocatur [8]), quod Theodosio subiecit Tribonianus c. 3 § 1 C. 7. 39 (= c. un. § 1 C. Th. 4. 14) inserto *per exsecutorem*,

---

1) L. 45 D. 6. 1.

2) L. 32 § 1 D. 15. 1 (io. l. 30 pr. eod. ia. l. 27 § 1 D. 6. 1), vitio quidem Triboniani (cf. Lusignani, *Consumazione dell'* actio de peculio (1899) p. 35 not. 33). — c. un. § 1 C. Th. 4. 14 (cf. Kipp., *die Litisdenuntiation* (1887) p. 207 not. 42); c. 1 C. Th. 4. 18.

3) L. 8 D. 9. 4 (Savigny, *System* VI § 257 (p. 20) not. u); l. 20 § 5 D. 5. 3; l. 26 § 4 D. 9. 4; Tribon. l. 32 § 1 D. 15. 1; id. l. 1 § 3 D. 26. 7 (cf. c. 2 C. 3. 6). — Similiter in postulatione illustris feminae Gundihild (Marini, pap. 59 = Spangenb., tab. 20) lin. 45, quae habita est anno 557, coniux eius *per* [a]*editionem narrationum*, quae tunc erat litis contestatio, *conventus* perhibetur.

4) *Civilproz.* § 122[11 a].

5) Ex vadimonio enim actio *propter rem ipsam* datur, quod illustravimus cap. harum observat. II.

6) Substituit Tribonianus *longum tempus*, quod nullam admittit interpretationem. *Rerum actum* vel „tale quid" postulat Lenel (in Palingenesia).

7) c. 1 § 5 C. Th. 5. 10.

8) L. 24 D. 4. 6; l. 47 § 1 D. 42. 1.

Digitized by Google

Paulo autem in l. 33 cit. tam Graecus interpres [1]) dum vertit ὑπόμνησιν, quam Occidentales plerique [2]). — Contendit Eisele [3]) in iudiciis extraordinariis nullam esse litis contestationem, quem èt Paulus (l. 35 § 1 D. 34. 2) èt multis locis refellit Tribonianus tum vero maxime c. un. C. 3. 9. Rectius autumat Savigny [4]) in his iudiciis talem non esse litis contestationem, qualem in ordinariis („*keine eigentliche Litiscontestation*"), sed tunc videri contestatum, quum reiectis vel omissis fori praescriptionibus *aliis defensionibus* reus *usus* sit [5]), id est, ut postea definierunt, quum *de negotio principali* conflictus habitus sit (cf. supra). Ne intra fines quidem iudiciorum privatorum constitit litis contestatio, quam agnoscunt in publicis iudiciis èt Iustinianus (c. 3 C. 9. 44) èt fortasse Constantinus [6]) èt Modestinus (l. 20 D. 48. 2) èt Macer (l. 15 § 5 D. 48. 16), Macer quidem his verbis: *qui post inscriptionem ante litem contestatam (destiterit, senatusconsulto Turpiliano non tenetur).* Nam sic omnino explenda est sententia [7]), ne videatur propter inferiora post litem contestatam aut impunita esse desertio [8]), aut necessitas inexcusata, quorum illud *ante litem contestatam* defendi utique potuit atque placere Macro, quamquam Papiniano placere non sum nescius *post interpositam denuntiationem* [9]), statim rationem habendam esse senatusconsulti [10]). Apud Macrum continuandum est sic: *(qui) anno vel biennio agere non potuerint variis* [praesidum] *oc-*

---

1) Basil. 52. 1. 32.

2) Veluti Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 122[11][14]. — Vidit Savigny, *System* VI § 257 (p. 19-21), quid huic sententiae obstaret, sed expedire se non potuit.

3) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 273.

4) *System* VI § 257 (p. 19 lin. ult.).

5) L. 52 pr. D. 5 1.

6) c. 2 § 2 C. Th. 9. 19, ubi non potest intelligi (posse putat Mommsen *Strafr.* p. 392 not. 3) inscriptio, quia, quod observavit Gothofredus, praecedit (§ 1): *volumus itaque, ut primum cesset inscriptio*, sed potest intelligi litis denuntiatio (cf. c. 2 C. Th. 2. 4; c. 9 C. Th. 15. 14), quae quidem alias (*in*) *civilibus causis* (c. 6 C. Th. 2. 4) exigitur, sed potuit eam Constantinus *ces*(*sante*) inscriptione in causa falsi exigere.

7) Etiam ex mente Triboniani, ne currat annus vel bienninm *ante* litem contestatam, quod recte observat Lenel (in Palingenesia) legi a Iustiniano latae repugnare.

8) Contrarium demonstrat Marcianus l. 1 § 14 D. 48. 16.

9) Cf. Kipp, *Litisdenuntiation* (1887) p. 79[14]; Mommsen, *Strafr.* p. 389[4].

10) L. 4 pr. D. 48. 16; cf. l. 1 § 10 D. eod.; l. 40 (39) § 6 D. 48. 5.

Digitized by Google

cupationibus vel etiam civilium officiorum necessitatibus districti [1]), *in senatusconsultum non incident*, modo teneamus de *anno vel biennio* Macrum nihil expressisse, sed haec deberi Triboniano, postquam Iustinianus *criminales causas omnimodo intra duos annos a contestatione litis connumerandos finiri* censuerat (c. 3 C. 9. 44) vel intra annum, si ex vinculis causa dicenda sit [2]), privato accusante [3]). Genuino iure publica iudicia perpetua erant [4]), idque manebat Macri, quin etiam Modestini [5]) et Constantini Magni [6]) temporibus, itaque sicuti solemnibus implendis [7]), ita *certa perferendae accusationi tempora iudex competens praest(are)* solebat [8]). Et credebat quidem Cuiacius [9]) annum generaliter praestitutum esse, idque demonstrari posse adhibita l. 7 pr. D. 50. 4, ubi docet Macer *reu(m) delatu(m) ..... honores petere principalibus constitutionibus prohibe(ri), ... sed post annum* [10]), *quam reus delatus est, petere non prohibe(ri)*, sed non docet Macer per anni decursum ipsum iudicium dissolvi. Quod statuit primus in causa falsi dumtaxat Magnus Constantinus [11]), ita ut eius anni *exordium testatae apud iudicem compententem actionis* [12]) *nasce(re)tur auspicium* [13]), generaliter deinde Honorius et Theodosius [14]) *a die inscriptionis intra anni curricula criminales causas limitandas*. Ergo aut cum Theodoro Mommsen [15]) di-

---

1) Cf. l. 25 D. 4. 6; l. 1 D. 13. 4.

2) c. 6 § 5 C. 9. 4. Cf. Matth. de crim. 48. 19 c. 6 § 5 (et Cuiac. Observ. XX 13).

3) Sin accusatur ὑπὸ τῶν δημοσιευόντων, intra sex menses peragendum est.

4) L. repet. inscr. lin. 27 (*eisdem ioudices unius rei in perpetuom sient*) ia. lin. 72 = 79 (*iudex deinceps faciat principe cessante*). Cf. Mommsen, *Strafrecht* p. 207⁴.

5) L. 25 pr. D. 49. 18 (*si diutino tempore aliquis in reatu fuerit*). Cf. Sueton. II 32 (*diuturnorum reorum ..... nomina abolevit*).

6) c. 2 pr. C. Th. 9. 19 (vv. *imminens accusatio nullis clausa temporibus*, quae (propter § 2) rectissime dicit Gothofredus de instituta accusatione intelligenda esse).

7) L. 18 D. 48. 2.

8) c. 7 C. 9. 1; l. 6 § 2 D. 48. 16.

9) Observ. I 8. In eadem sententia nunc esse video Ottonem Lenel, Paling. I p. 1224².

10) Ergo rectissime l. 21 § 5 D. 50. 1 Paulo *annum* in Palingenesia Lenel restituit.

11) c. 2 § 2 C. Th. 9. 19.

12) *Testata actio* sitne intelligenda litis contestatio in superiore adnotatione quaesivimus.

13) *Auspicio* emendat Tribonianus c. 22 C. 9. 22.

14) c 2 C Th. 9. 36.

15) *Strafrecht* p. 488 lin. 3/4.

Digitized by Google

cendum est, ubi praeses accusationi tempus praefiniat, ibi semper aut annum aut biennium praefiniri, aut liberandus est Macer toto *anno vel biennio* nec sufficit [1]) interpolatori solum *vel biennio* adsignavisse. Observat Mommsen [2]) apud iurisconsultos qui fuerint ante Severum Alexandrum litis contestationis nomen, quod ad publica iudicia attineat, non inveniri neque id fortuito factum putat, sed quia publica iudicia litis contestationem olim nec habuerint nec habere potuerint, quia nominis delatio [3]) solo actoris facto reum teneat [4]). Qua in re, quod tanti viri pace dixerim, errare videtur neque ex sola nominis delatione reus quisquam fieri; alioquin absens quoque reus fieret, quod ne in provinciis quidem iure fit [5]), licet per abusum nonnumquam, etiam Romae, factitatum sit, quamobrem lata est lex Memmia, *quae eorum* saltem *qui rei publicae causa abessent, recipi nomina vetabat* [6]) salva ceteris post condemnationem in integrum restitutione, quum absentes essent in reos relati [7]). Ergo nihil novi statuit Gordianus quum rescribit [8]): *absentem capitali crimine accusari non posse* [9]) *sed requirendum tantummodo adnotari solere, si desit, vetus ius est.* Quod tamen ita obtinet,

---

1) Sufficere putant Cuiacius, Wissenbach, Lenel (in Palingenesia).

2) *Strafrecht* p. 392 sq.

3) Quid proprie sit nominis delatio, ubi exprimendum erat, non exprimit Mommsen (*Strafrecht* I p. 382), nam „*Einbringung der Klage*" quam nihil significet, demonstrat ipse (p. 381).

4) „*Bei der ..... einseitigen* nominis delatio *ist die Einlassung ausgeschlossen.*" Cf. ibid. p. 388-390.

5) Cic. in Verr. II. 2. 39 § 95; 41 § 101. Pro se quidem hoc testimonio uti studet Mommsen, *Strafr.* p. 334[2]. Confundit scilicet, ut multi, legem et ius, quod constat etiam moribus. Ceterum quod condemnari potest absens eo non demonstratur inter reos recipi posse absentem, quod observandum fuit, quia ea quoque confundit Mommsen.

6) Valer. Max. III 7 § 9. Similes fuerunt clausulae in iudiciorum publicorum legibus (l. 12 pr. D. 48. 2; l. 16 (15) § 1 D. 48. 5). Ceterum ne hoc quidem interdictum certi auxilii fuit (Suet. I 23). Cf. Mommsen, *Strafr.* p 353[2].

7) Cic. Philipp. II 23 § 56 (Mommsen, *Strafr.* p. 335 not. 3). Posterioribus temporibus citra appellationem (errat Karlowa, *Rechtsgesch.* I (1885) p. 548 not. 6) sententia *reformab(atur)* (c. 6 § 1 C. 9. 2) quasi *contra sacras constitutiones* lata (cf. l. 1 § 2 D. 49. 8).

8) c. 6 pr. C. 9. 2 (Mommsen, *Strafr.* p. 335 not. 5); c. 15 pr. C. 9. 9 (id. ibid p. 353 not. 2).

9) Hactenus concurrit c. 15 pr. C. 9. 9.

Digitized by Google

si nondum sit iudicium inchoatum [1]), *ergo adultera, si postea quam crimen contra eam inchoatum est provincia excessit, etiam absentem inter reos recipi posse explorati iuris est* [2]). Apparet praesentibus adversariis iudicium etiam capitale inchoandum esse actu quodam interposito, quo *(s)e reum fac(iat)* is cuius nomen defertur, nam hoc demonstratur testimonio imperatoris Alexandri (c. 2 C. 4. 21), sed neglecto. Fateor equidem privatorum iudiciorum exemplo id receptum esse, quia ita docet Mommsen [3]), sed nego sub Severis; actum utique in publicis iudiciis *se reum faciendi* prorsus respondere solemnitati privati iudicii accipiendi, nemo opinor, diffitebitur. Quem actum quia praecedere debet *accusati(o) fundata* [4]) praescriptionibus discussis, ipsum proxime sequitur in reos receptio [5]), ideo *praescriptiones* omnes *ante solent tractari quam quis inter reos recipiatur; ceterum posteaquam semel receptus est, non potest praescriptionem obicere* [6]). Verum quis actus fuerit, videndum est. Et quidem iure Iustiniano hac parte nihil interfuisse videtur inter iudicia publica et privata, ergo litis contestatio intelligenda esse, quum iudex per narrationem negotii causam audire coeperit [7]); sed iure genuino, quia *publica iudicia n(on) per actiones*, id est per formulas, *ordinantur* (pr. Inst. IV. 18) interfuerit oportet, neque enim potuit in illis per mutuam formulae subscriptionem contestari lis [8]), atqui per mutuam aliquam subscriptionem èt est probabile èt nunc audacter adfirmari potest propter nuper inventam papyraceam ad Senatum orationem [9]), qua demonstratur accusatorem *cum* reo iudicium sub-

---

1) *Inchoat(um) iudici(um)* habet P. Berol. (*BGU*) 611 II 6; *crimen* c. 14 (13) C. 9. 9; *inchoata(m) delatione(m)* l. 5 § 2 D. 48 1. Eodem, ut videtur, sensu *accusatio mota* dicitur (l. 20 D. 48. 2; c. 1 C. 9. 42) et *instituta* (l. 31 § 2 D. 34. 4; l. 4 § 2 D. 48. 5; c. 16 pr. C. 9. 9; c. 2 C 9. 43), diverso *fundata* (c. 7 C. Th. 9. 7).

2) c. 14 (13) C. 9. 9. Cf. Cuiac. ad l. 12 (11) § 2 D. 48. 5 (Paris. IV (2) p. 697 B, C).

3) *Strafr.* p. 67²: „aus dem Privatprocess übertragen."

4) c. 7 C. Th. 9. 7.

5) c. 14 (13) C. 9. 9; Cuiac. l.l.

6) L 16 (15) § 7 D. 48. 5.

7) Cf. Mommsen, *Strafr.* p. 392⁴, qui tamen confundit Septimium Severum et Tribonianum.

8) Ergo rectissime docet Mommsen, *Strafr.* p. 67² iudiciis publicis nullam fuisse „eigentliche Litiscontestation."

9) P. Berol. (*BGU*) 611 I 10 (*accusatorum artes qui subscripto iudicio cum*).

Digitized by Google

scripsisse, non tantum adversus reum [1]), quod putabat Wlassak [2]). Est igitur haec subscriptio valde remota ab ea quam ponit actor in inscriptionis libello testandi causa *se professum esse* [3]), quae subscriptio *in crimen* dicitur [4]), nam ista quidem non mutua sed *μονομερὴς* est, nisi quis dicat hoc modo iudicium publicum subscribi ut reus in ipso inscriptionis libello post actoris subscriptionem *subnotet sua manu quod volet* (cf. Vat. fr. 163). Apud Ciceronem quoque (de Invent. II 19 § 58) *parricidii causa(m)* [5]) *subscripta(m)*, quam sequitur *nomen acceptum* [6]), mutuo subscriptam intelligimus, multo vero magis mutuam subscriptionem pro Cluent. 31 § 86: *haerebat*, id est: subscripserat, *in tabulis publicis reus et accusator* (20 § 55: *ex lege illa Cornelia quae tum erat*); nec, quod suspicati sumus ponendam fuisse in inscriptionis libello, est contrarium: fuerit enim inscriptio, ex quo tempore inscriptio in usum venerit, sicuti formula [7]) pars tabularum publicarum [8]), neve interfuerit, utrum apud magistratum deponatur scripta an scribatur accusatio, nam utroque modo fieri permittitur [9]). Quamquam disputant viri

---

1) L. 8 D. 48. 2.

2) In: *Pauly's Realencyclopaedie* v. Centumviri VII A (i. f.). Quae ex Ciceroue affert, ea pertinent non ad accusatoriam sed ad censoriam subscriptionem (Bruns, *Kl. Schr.* II p. 54). Eadem confusio est apud Mommsenum, *Strafr.* p. 385 not. 6 (i. f.).

3) L. 3 § 2 D. 48. 2.

4) L. 3 D. 47 1; l. 93 (92) D. 47. 2; l. 24 D. 48. 10; c. 3 C. 9. 20; Gell. II 4 § 1 (*in reum*). Apud Senecam libellus inscriptionis habens subscriptionem dicitur *subscriptio* (de benef. III 26: *subscriptionem compon(ere)*; apocoloc. 14: *ed(ere) subscriptionem*); similiter apud Asconium p. 49 (55). Alioquin *subscriptio* intelligenda videtur libelli subscriptio (l. 7 pr. D. 48. 2; c. 12 C. 9. 1; c. 5 C. Th. 9. 1) proinde *subscriptionis* et *inscriptionis vinculum* idem est (cf. Mommsen. *Strafr.* p. 386 not. 1 i. f.).

5) Ideo *causa* subscribenda est, ut constet quid in iudicium veniat neve id iudicatio excedat (Geib, *Gesch. des röm. Criminalproz.* (1842) p. 282), quod negare videtur Mommsen, *Strafr.* p. 385 not. 4 (ubi pro „*Kläger*" bis legendum est „*Richter*").

6) Perinde ut c. 14 (13) C. 9. 9 accusationem inchoatam inter reos receptio.

7) De formula testis est Cicero pro Q. Roscio 4 § 13: *tabularum fide arbitrum sumpsit*. Ergo èt § 12 cancellandum est *tuarum* èt resolvitur Mommseni (*Strafr.* p. 517 ia. p. 512) dubitatio, utrum formulae tabularum publicarum fuerint, quod propius est ut neget.

8) De tabulis publicis iudiciorum publicorum cf. Mommsen, *Strafr.* p. 517 sq.

9) Ergo *aut libellos offer(t)* accusator *aut querelas suas apud acta depon'it*) (c 8 C. 9. 2) *in codice publico solemnia inscriptionis implet(urus)* (c. 4 C Th. 9. 3);

Digitized by Google

docti utro modo fiat [1]). Docent èt Geib [2]) èt Mommsen [3]), inscriptionem fieri apud magistratum, proinde libellos, inscriptionis qui vocentur, inscriptionis esse praeparatorios (*„eine vorläufige Eingabe"*), quum demonstret Paulus l. 3 pr. D. 48. 2 esse libellos ipsam inscriptionem continentes. Neque id Theodorum Mommsen latuit, quamquam dissimulat [4]), nam Geib [5]) facinus admittit [6]). Ex diverso negat Zumpt [7]) apud magistratum accusationem scribi, quod negare non debuerat. Nam potest vel hoc modo. De eo quidem dubitari potest, utrum inscriptionis libellos Ciceronis aetas viderit. Videntur enim Carolo Georgio Bruns [8]) ab Augusto demum introducti esse, neque admittit sententiam Zumptii [9]) nominis delationem idem esse, quod nec probari potest nec refelli [10]), alioquin, si probaretur, sufficeret ad rem obtinendam. Atqui docet Asconius p. 49 (55) anno ante Chr. 52 Saufeium petitum *subscriptione* [11]) *ea quod loca publica occupasset*, docet praeterea Imperator Gratianus c. 4 § 1 C. Th. 9. 19 (p. Chr. 376): leges Cornelias, deinde Julias, *ita promulgat(a)s ut poss(e)t etiam sine inscriptione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine solemnibus occuparet.* Erat igitur inscriptio legibus Corneliis cognita, potestque etiam apud Ciceronem et in libris de Inventione [12]) intelligi *causa subscripta*, quum mutua vice

---

magistratus *accusationem vel admitt(u)nt* (*depositam vel*) *scribi concedunt* (c. 2 § 2 (i. f.) C. 2. 15 (16), ubi hucusque editur *vel depositam*). Ceterum illic (c. 8 C. 9. 2) sermo deponitur, hic (c. 2 § 2 C. 2. 15) libellus (ut l. 2 § 8 D. 48. 5; c. 1 C. 9. 45; c. 1, c. 19 C. 9. 1).

1) Rectam sententiam habet, cuius cathedram occupo, Ant. Matth. 48. 13 c. 6 § 2.

2) *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 281, p. 552 (sed cf. p. 553 not. 35).

3) *Strafrecht* p. 384 sq.

4) *Strafr.* p. 385[2]: *„(die Einzeichnung) ist gemeint, obwohl es ..... heisst:* libellorum ..... conceptio talis est."

5) *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 281[**], p. 554[**].

6) Tacite supprimit apud Paulum *libellorum.*

7) *Criminalproz.* (1871) p. 147. Alteram inscriptionem (p. 157: *„(durch welche) die Annahme der Klage geschah"*), unde habeat nescio.

8) *Kl. Schr.* II p. 52.

9) Ergo nominis delationem illustrat is adhibita (op. cit. p. 143 not. 3) l. 3 D. 48. 2.

10) Quia, ut verbis utar Brunsianis (*Kl. Schr.* II p. 51): *„in welcher Form ..... die* nominis delatio ..... *vollzogen wurde, wissen wir ..... nicht."* Miror igitur Brunsium (p. 52) Zumptium refutare volentem.

11) I. e. inscriptione.

12) De inventione libros scriptos esse post (priorem utique) legem Corneliam, aditus docebit Velsen, *die* exceptiones praeiudiciales (1896) p. 24—26.

Digitized by Google

reus in libello inscriptionis subscripserit. Quamquam imperatoris Gratiani testimonium amoliri studet Gothofredus sic interpretando [1]), quasi legibus Corneliis et Juliis ipsa inscriptio incognita fuerit [2]); sed est interpretandum: ex praedictis legibus non semper fuisse inscriptionem necessariam; ubi necessaria non esset, attamen poenis iisdem accusatores fuisse obstrictos. Sed an obstet Imperatoris Gratiani testimonio testimonium Pauli l. 3 pr. D. 48. 2: *hoc enim lege Julia publicorum ..... generaliter praecipitur omnibus qui reum aliquem deferunt?* Non obstat: *praecipitur* enim apud Paulum non inscriptio, sed loci et temporis, ubi sit delictum, designatio. Illud autem, quod proxime subiungit (§ 1): *quodsi libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur* etc., id non ad omnes omnino causas pertinet, sed ad eas in quibus est inscriptio necessaria. Magis obstare videtur imperatoris Gratiani testimonio Ulpiani testimonium (l. 7 pr. D. 48. 2): in crimen subscriptionem *ad id inventa(m) es(se), ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi* accusationem (l. *calumniam*) *non futuram*, docet enim imperator Gratianus legibus Corneliis et Juliis perinde esse ad poenam accusatoris agaturne cum subscriptione an sine subscriptione. Sed videndum est, sitne Ulpiani testimonium integrum, et crediderim scripsisse non, quod nunc legitur: *si cui crimen obiciatur praecedere debet crimen subscriptio*, sed: *praecedere debet* (*poenae sponsio*) ..... *ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi* (*calumniam*) *non futuram* [3]), auctore Symmacho, Rel. 49 § 1: *quid habeat condicionis inscriptio, prae ceteris nostis* — Imperatoribus p. Chr. 384(5) haec dicit — *provisum est enim, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, ut se idem prius poenae sponsione vinciret.* Itaque genuino iure accusatoris poena non ex inscriptione descendebat [4]), sed ex *poenae sponsione* [5]),

---

1) Not. q.

2) Sententiam ipse extenuat addendo: *quo illarum legum capite iudex quaestionis constituitur*, credo, ne committat l. 3 pr. (i. f.) D. 48. 2, vano metu.

3) Quae proxime sequuntur (§ 1) Ottoni Lenel (in Palingenesia) merito suspecta sic restituo: *cavent itaque singuli* (*poenam*) *et praeterea perseveraturos se in crimine usque ad sententiam.*

4) Itaque veridicus invenitur imperator Gratianus

5) Haec diversa esse quodammodo fatetur Mommsen, *Strafr.* p. 496: *»bei der*

Digitized by Google

quam exigit sub idem tempus (p. Chr. 381) non tantum synodus Constantinopolitana (can. 6 (i. f.): *μὴ πρότερον ἐνίστασθαι τὴν κατηγορίαν πρὶν ἢ ἐγγράφως αὐτοὺς τὸν ἴσον αὐτοῖς ὑποτιμήσασθαι κίνδυνον*), sed agnoscit eam etiam (p. Chr. 380) Theodosius c. 3 C. Th. 9. 2: *non prius adsimulanti accommodetur adsensus* [1]), *quam . . . . . in poenam reciproci* [2]) *stilo trepidante recaverit* [3]), quae Tribonianus [4]) ideo resecuit, quia ipsius temporibus [5]) sola inscriptio sufficiebat ad accusatorum poenas. Ergo quod erat olim sponsionis vinculum cessit *inscriptionis vinculo* [6]), neque tamen id continuo lege quadam lata puto effectum esse sed paulisper consuetudine, postquam supervacaneum videri coepit in *legitimam poenam* [7]) insuper cavere, innovatum; quamobrem èt diu ante Theodosium legimus apud Constantinum accusatores *inscriptionis vinculo contineri* [8]) èt apud Interpretem legis Theodosianae [9]) apparet sponsio: *quicumque alium . . . . . capitali obiectione pulsaverit, non prius . . . . . audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum.* Novo iuri accommodata videtur (nam de c. 2 C. 9. 3 certa res est) èt l. 7 pr. D. 48. 2 èt Diocletiani c. 12 pr. C. 9. 1 — ibi *non exacta subscriptione* addiderit Tribonianus, qua de re dicetur infra, aut fuerit *non exacta* (*poenae sponsione*) — multo vero magis Gordiani c. 10 C. 9. 1: *solemnibus* [10]) *te* [inscriptionibus] *adstringe.* — Diximus, praecipiente

schriftlichen Klaganstellung (hat) sich (der Kläger) ausdrücklich (der Anklägerbestrafung) zu unterwerfen."

1) I. e.: non prius accusandi potestas detur.

2) I. e.: talionis (cf. Mommsen, *Strafr.* p. 496).

3) I. e.: vice mutua caverit.

4) c. 2 C. 9. 3.

5) Aliquid suboluit Ferdinando Walter, *Gesch. des röm. Rechts* (1861) § 854[1 2 3]: „*Diese* (i. e. accusatoris poena) *wurde nun als eine aus der Subscription der Anklage hervorgehende Verbindlichkeit angesehen.*" In fastis hic errat, in re Geib, *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 554: „*man* (*nahm*) *nun gleich in die* inscriptio *die Erklärung* (*auf*), *der Ankläger mache sich bei Strafe . . . . . verbindlich* etc." Introductum putat quod abrogabatur.

6) c. 2 C. Th. 9. 7 (p. Chr. 326); c. 11 C. Th. 9. 1 (373 ?): c. 14 C. Th. 9. 1 (383); c. 6 C. Th. 9. 2 (409); c. 19 C. Th. 9. 1 (423). Cf. Ambros. epist. 5 (64) § 2 (p. Chr. circ. 380): *delationis nexu se obligare.*

7) l. 1 § 3 i. f. D. 48. 16.

8) c. 2 C. Th. 9. 7.

9) c. 14 (Vis. 8) C. Th. 9. 1.

10) Non, quia c. 4 § 1 C. Th 9. 19 hoc vocabulo venit inscriptio, ideo apud Gordianum intelligi non potest poenae sponsio.

Digitized by Google

ita imperatore Gratiano (c. 4 § 1 C. Th. 9. 19), ex legibus Corneliis et Iuliis *etiam sine inscriptione cognosci* solitum pro causarum diversitate. Successit [1]) Antonini, sed incertum cuius Antonini, rescriptum *in iudicis potestate (id) constituens*, sed voluit hic quoque ad poenam accusatoris nihil interesse, quapropter fiebat, ut, si inscriptio iudici non necessaria visa esset, *non subscriptio sed professio criminis uno sermone ex ore fugiens tam accusatorem quam reum sub experiendi periculo* [2]) *de patria, de liberis, de vita denique dimicare cogeret.* Quod quum vidit tum removit Constantinus (c. 5 C. Th. 9. 1), sanxit denique, *ut remota professionis licentia . . . . . ad subscriptionis morem ordinemque criminatio referatur, ut iure veteri in criminibus deferendis omnes utantur* [3]), salva tamen causa falsi, cui dedit legem [4]), (*ut*) *cesset inscriptio.* Atqui Valens cum Gratiano et Valentiniano in causa falsi dumtaxat *in arbitrio iudicantis* posuerunt (c. 4 C. Th. 9. 19), *an* accusatorem *sinat etiam sine inscriptione certare*, postquam altera constitutione, quae nunc non extat, in hac quoque causa inscriptionem omnino interponi praescripserant. Iustinianus autem generaliter in omni crimine inscriptionem exigit [5]), neque falsi causam usquam excipit [6]); excipit *momentariae possessionis interdictum* [7]) et *abacti animalis accusationem* in quibus permittit *interdum etiam sine inscriptione* certare [8]); remittit etiam marito *genialis tori vindic(i)* inscriptionem [9]), feminae autem,

---

1) Successisse docet imperator Gratianus.

2) *Experiundi periculum* Gothofredus non definit. Nescio, an intelligam poenae sponsionem.

3) His verbis restitui non puto antiquam distinctionem, sed generaliter praecipi inscriptionis necessitatem.

4) c. 2 § 1 C. Th. 9. 19. Eodem anno, quo principalis constitutio atque ad eundem data est.

5) L. 7 pr. D. 48. 2; c. 16 C. 9. 2 (ex c. 8 C. Th. 2. 1).

6) Recepit quidem èt c. 2 C. Th. 9. 19 (= c. 22 C. 9. 22) èt c. 4 eod. (= c. 23 C. 9. 22), sed omissis, quae ad inscriptionem remittendam pertinebant.

7) Hinc discimus quinto saeculo in interdicto exigi coepisse inscriptionem. Posterioribus saeculis apud Graecos utique magis magisque confundi coepit accusatio et interdictum (Bruns, *Recht des Besitzes* (1848) § 10).

8) Cf. c. 8 C. 8. 4; c. 16 C. 9. 2; c. un. C. 9. 37, quae fluxerunt omnes ex c. 8 C. Th. 2. 1 (ubi tamen generaliter (*de*) *rebus parvis et minimis* excipitur ne locum habeat inscriptio, quod stare putat Ant. Matthaeus 48. 13 cap. 6 § 9).

9) c. 29 (30) C. 9. 9 (ex c. 2 C. Th. 9. 7).

Digitized by Google

quatenus mulieri accusare permittitur [1]). In marito addit, ne *inscriptionis vinculo contine(retur)*, *cum iure mariti accusaret*, *veteres retro principes* iam *adnu(isse)* fide Constantini, nec mentiri videtur, licet Valerianus [2]) auctor sit *diversum* ..... *div(os) principes saepe sanx(isse)* [3]). Sed est in marito [4]) semper variatum èt iuris consultorum auctoritatibus èt imperatorum rescriptis; veluti respondet Scaevola (l. 15 (14) § 3 D. 48. 5): *iure mariti qui accusant*, *calumniae periculum non evitant*, Tryphoninus autem (l. 37 § 1 D. 4. 4): *iure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterii potest* [5]); quin immo ipse Iustinianus postquam remisit c. 29 (30) C. 9. 9 inscriptionem, rursus Nov. 117 (c. 8 § 2) τὸν ἄνδρα iubet ἐγγράφεσθαι τὴν γυναῖκα. Femina autem ut possit sine solemnibus accusare, recens videtur; etenim rescribit Diocletianus (c. 2 C. 9. 45): *si femina suam suorumque iniuriam exsequatur*, *cum ipsa pacto contra vetitum destitisse profiteatur*, *in senatusconsulti Turpilliani poenam incidisse eam certi iuris es(se)* [6]); porro quem tenet desertoris poena eundem calumnia sine dubio obligat [7]). Accedit quod Alexander [8]) matri dumtaxat *sine calumniae timore necem filii sui vindicare* permittit, non generaliter feminae sine calumnia accusare [9]), nam neque verba (*idque beneficium senatusconsulti et in aliis publicis iudiciis servatum est*) hoc efficiunt [10]) èt ipsa sui movent suspicionem. Ergo prorsus dubitandum non est quin c. 12 C. 9. 1 verba *non exacta subscriptione* Triboniano debeantur. Ex diverso genuina videtur constitutio Gordiani (c. 7 C. 9. 2): ea quidem, *quae per officium praesidibus nuntiantur*,

---

1) c. 12 C. 9. 1 (Mommsen, *Strafr.* p. 369 not. 5).

2) c. 16 § 1 C. 9. 9.

3) I. e. ut maritum iure mariti accusantem deinde desistentem teneat senatus consultum Turpillianum. Porro quem desistentem tenet senatusconsultum, eundem sine dubio calumnia obligat (cf. infra).

4) De patre cf. l. 31 (30) pr. D. 48. 5 et in contrarium Collat. IV 4 § 1.

5) Adstipulatur Paulus (Collat. IV 4 § 1). Cf. l. 16 (15) § 6 D. 48. 5; c. 6 § 1 C. 9. 9.

6) Contraria quidem videtur Papiniani l. 4 pr. D. 48. 16; sed perspiciet qui adhibuerit l. 1 § 10 eod., liberandum esse Papinianum l. 4 pr. cit. vocula *non*, invito licet Cuiacio (Observ. XX 8).

7) L. 15 § 2 D. 48. 16.

8) c. 2 C. 9. 46.

9) Ita quidem interpretatur Cuiacius Obs. XX. 8.

10) Quia ne intelliguntur quidem.

Digitized by Google

et citra solemnia accusationum posse perpendi. Ceterum ad necessitatem inscriptionis nihil interest inter crimina iudiciorum publicorum et extraordinaria [1]), quam ob rem ita censeo: in extraordinariis quoque *accusatio(nem) mota(m)* [2]), id est litem contestatam, a subscriptione *cum* reo, ut in legitimis computandam. Habet autem inscriptionis necessitatem etiam ius pontificium (cap. 24 X (extra) 5. 1: (*accusatio*) *nisi legitima praecedat inscriptio nullatenus admittatur*; cap. 31 X 5. 3: *accusationem legitima praecedere debet inscriptio*), quin immo transiit ea in leges Burgundionum [3]) et Visigothicas [4]), atque extenditur in formulis Turonensibus (form. 29) ad iudicia privata [5]) propter *sumptus vel (litis) expensas*, quod descendit [6]) ex Interpretatione c. 9 (4) C. Th. 9. 1: *tam civile negotium quam criminale accusationis professio manu accusatoris conscripta praecedat.* Qui Interpretis error inde natus est, quod ignorabat, id quod hodie quoque vulgo nescitur, praefecti urbis Romae, ad quem ipsa constitutio data est, sicuti ceterorum *praefectorum vel vicariorum* fuisse *extraordinarium iudicium* [7]), proinde de criminibus tantum potuisse eum vel certe debuisse citra appellationem iudicare, nisi causa ageretur senatoris. Senatorum enim praefectus urbi proprius iudex est; in criminibus autem cognoscendis ordinarius iudex nullam habuisse videtur praerogativam [8]); quam ob rem,

---

1) L. 3 D. 47. 1; l. 93 (92) D. 47. 2; l. 7 pr. D. 48. 2.

2) L. 20 D. 48. 2: *ex ceteris vero delictis* etc., ubi *cetera* sunt extraordinaria; etenim de *iudiciorum publicorum admissis*, quae designari putat Mommsen (*Strafr.* p. 67 not. 2) *excepto repetundarum et maiestatis iudicio*, diversum statuerat Modestinus. Quod ne Mommsenum quidem latuit, sed (op. cit. p. 392 not. 2) dissimulat (vv. *man erwartet* nec).

3) tit. 77 (io. 7). Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* IV § 39[7a] (p. 171). Errat quum scribit inscriptione opus esse in omnibus accusationibus; exigitur enim, ubi *servus* accusatur (cf. tit. 8).

4) Reccesw. VI 1 § 2; VII 1 § 5; VII 2 § 23; XII 2 § 9; cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* IV § 50[21] (p. 240).

5) Formula criminalis inscriptionis est extrav. (Zeum.) I 6.

6) Cf. form. extrav. (Zeum.) I 4 (et 5).

7) c. 1 C. Th. 1. 16. — Putat quidem Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 133 (p. 60), sicut Constantinopoli ita Romae praefectum urbi fuisse iudicem *ordinarium*, sed verum hoc esse non sane evincit eo testimonio, quod solum profert in not. 22 (ia. not. 21).

8) Cf. Geib, *Gesch. des Criminalproz.* (1842) p 467; p. 475 sq. Praerogativam dedit c. 1 § 1 Nov. Mart. tit I.

Digitized by Google

quibus ordinarius iudex displicebat, ii *sub specie criminis* altioris sedis *pulsa(ba)nt iudicium*, cui rei obviam it Honorius c. 8 C. Th. 2. 1, quam ad rectorem provinciae alicuius datam putabat Interpres, putant Gothofredus, Karlowa [1]), Brunner [2]), sed est data ad *ag(entem) vicem praefectorum praetorio et urbi* [3]). Similiter obviam itur ab eodem *exam(ina) arrip(ienti)* vicario urbis Romae, *in qu(ibus) ..... non tam crimen obicitur, quam cuiusdam criminis conflatur invidia* [4]). Est usque hodie inscriptio in Gallorum legibus, sed ex una tantum causa, id est ubi civiliter agetur de fide instrumenti quod falsum dicatur [5]), nam crimen intendere privato non permittitur. Quae nunc non est incriptio periculosa; olim cavendum erat in poenam et eam nummariam [6]).

1) *Rechtsgesch.* I (1885) p. 858 (ima).
2) *Rechtsgesch.* II (1892) p. 178 (et *Ztschr. der Sav.-St.* (*germ. Abth.*) V p. 74).
3) Henzen no. 6478. — Ad praef. urbi datam scribit Mommsen *Strafr.* (1899) p. 666[2].
4) c. 61 C. Th. 11. 30.
5) *Code de procéd.* art. 218; Pothier, *Procéd. civ.* no. 769; Loysel, *Institutes coutum.* (éd. 1846) no. 798.
6) Pothier, op. cit. no. 766.

AD ARISTOPH. ACHARN. VS. 927.

Vitio laborare quae in codicibus tradita sunt verba:

δός μοι Φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας φέρω

dudum est intellectum. Nempe *Dicaeopolidis* esse hunc versiculum Boeotum mercatorem alloquentis, apparet e Chori verbis quae sequuntur:

ἔνδησον, ὦ βέλτιστε, τῷ
ξένῳ καλῶς τὴν ἐμπολήν.

At *Boeotus*, non Dicaeopolis humeris absportaturus est malignum illum sycophantam, qui festivissimo hoc loco veluti pretiosa quaedam urna stramento involvitur. Accedit, quo certa res

Digitized by Google

magis etiam certa fiat, activi ἐνδῆσαι vis, pro quo Boeotus, si is nunc verba faceret, dixisset ἐνδησάμενος, ut supra dixit (vs. 905).

Acu igitur rem tetigit Elmsley, cum pro ἐνδήσας restituit ἐνδήτω. Sed quod dein scripsit φέρειν pro φέρω, vitio sustulit vitium; nam quid sibi velit finalis ille infinitivus, non dico in Homero, sed in dictione comici, ego certe nescio. Et nesciebat Dindorf, qui proposuit φέρων, nihilo tamen felicius; neque enim nunc *fert* sycophantam Dicaeopolis neque mox est laturus. Cui miror aurem tamen praebuisse Blaydesium, qui ad tuendam hanc coniecturam attulit locos aliquot dissimillimos, qualis est Pacis versus 888:

σκέψασθ' ὅσ' ὑμῖν ἀγαθὰ παραδώσω φέρων, —

credo ut evinceret in trimetrorum exitu aptum locum esse participio φέρων.

Quid multa. *Ferendi* verbum ferendum hic omnino non est, non enim quadrat in hunc locum, sed errori debetur. Emendationem incohavit Elmsley, et licet eam non perfecerit, indicavit tamen perficiendi viam. Nam littera C, quam a participio ἐνδήσας ille resecuit, *sequentis* est vocis; in CΦЄPω autem latet id quod Aristophanes scripserat CΦOδPα:

δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσω σφόδρα,

da mihi stramentum, ut firmiter eum colligem; ut fori istam perniciem strenuis vinculis compescam, ne vel sic elabatur rabula versutus nimis.

Dictum igitur hoc loco est σφόδρα ἐνδεῖν ut in Vespis σφόδρα πιέζειν (vs. 152) et σφόδρα κατεαγέναι (vs. 1428), vel σφόδρα κόπτειν in Pluto (vs. 1101), — ne plura afferam exempla locutionis quae insoliti habet nihil.

J. v. L.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

—— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. G. Mauve. 1892. 8°. . . . . *f* 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888 8°. . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

—— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. . . . . *f* 2.90.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:
1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. . . . *f* 1.90.
2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1900. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAY 4 1905

DUE NOV 14 '38

DUE OCT 22 '49

DEC 31 62 H

Digitized by Google

Widener Library
3 2044 098 628 712